TRACTATUS
DIVERSORUM
DE
SPOLIIS
ECCLESIASTICIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

TRACTATVS DIVERSORVM

DE SPOLIIS ECCLESIASTICIS

IN QVIBVS ITA COPIOSE OMNES SPECIES BONORVM per Prælatos occaſione Eccleſiæ comparatorum, poſt mortem relictorum, Spolia nuncupatorum tractantur, ac ſubtiliter diſcutiuntur, vt nihil amplius eorum, quæ àd hanc materiam ſpectant, deſiderari poſſit.

AVCTORIBVS

GVLIELMO REDOANO.
MARTINO NAVARRO.
IOANNE AZORIO.
VINCENTIO FILLIVCIO.
HIERONYMO MAINATIA, ET
DECISIONES S. R. ROMANAE.

Cum Bullis, & Conſtitutionibus Summorum Pontificum, quæ ad hanc materiam pertinent.

A D. IVLIO CAESARE LVTIO DE CALLIO I. V. D.

SELECTI.

Vltima editio alijs auctior, vt in ſequenti Pagina.

Cum duobus Indicibus, vno Rerum, & Verborum, ac altero Quæſtionum, & Capitum.

BIBLIOTECA



ROMAE, Typis Io: Petri Bona. M. DC. L.

Expenſis Blaſij Diuerſini, & Zenobij Maſſotti.

SVPERIORVM PERMISSV.

Digitized by Google

EMINENTISSIMO, AC REVERENDISSIMO PRINCIPI

D. VIRGINIO S. R. E. CARDINALI VRSINO.

SI vitæ labores pro tui nominis dignitate profundam, nullam partem videar tuorum meritorum penitus aſſecutus? P. E. quippe qui vnus es, qui Fortunę, Naturæ, & Gratiæ triplici bonorum genere cumularis; nam vt a primo epiſtola ducat initium, traxiſti ab antiquiſſima, & omni ex nobilitate Familia gentilitium ſtemma tot Dynaſtarum fulgore conſpicuum, de quo loquentur miſsi in vltimas gentes vndequaque maiores, quos Gallia cum ſummis Principibus veneratur affines, Hiſpania magnates apellat, Anglia cum regibus liquido mõſtrat ſãguinis iure coniũctos, Vveſtphalia ſuperioris Germaniæ Prouincia tamquam genetrix fœtus ex ſe ipſa fatetur exortos, Italia multis decorat honorum ſignis; Roma Pontifices plures, innumeros paludatos oſtro cognoſcit, Venetorum Reſpublica ſuos liberos in æquali onerum diſtributione declarat, Illyrium demum, & a nobis longe lateque diſſita Sarmatia cum reliquis fere Europæ regionibus tantæ domus vbique colunt amplitudinem, & ſi veterum ordo repetatur annalium de huiuſcemodi generis fama viuet in futurum apud exteros etiam contra quamcumque temporis iniuriam non interitura memoria, & in hypomnematis apud peritiſſimos omnis vetuſtatis homines vigebit vtrobique recordatio; nam ex inclyta progenie in bellicis artibus plurimi exercituum prodiere moderatores, & in illabefactata morum innocentia enituere quamplures, inter quos Benedictus domo, & fortunis relictis in Occidentis partibus Orientis ſanctitatis lumen elucet; plura ſcriberem,

berem, niſi Epiſtolæ partes infringerem, & aſſentationis nota grauarer; a natura nactus es ingenium ad omne doctrinarum genus idoneum; ſortitus es ab animo gratiæ viribus imbuto, & quem bonis artibus excoluiſti, ornamentum quodcumque virtutum, quibus inter Purpuratorum Senatum es iure optimo cooptatus, quapropter ego omni officio, & omni erga te obſeruantia (cum tibi debeat Reſpublica Chriſtifidelium) ſpecimen ſeruitutis exhibeo impar ſiquidem opus tuæ animi magnitudini, qua ſuſtines res toleranter aduerſas, & ſecundis non extolleris, ſed tuæ auctoritati, qua plurimum vales inter cæteros non incongruum omnino munuſculum; ad rem etenim eccleſiaſticam pertinet tantum; quantum eſt voluminis argumentum, quod tua qua ſoles, beneuolentia tuere Princeps humaniſſime; & librum, quem meis typis exaraui, peramanter amplectere. Vale.

Eminentiæ Tuæ

Humillimus, & deditiſſimus Seruus

Dominicus Beltranus.

INDEX QVAESTIONVM.

Tractat. Gulielmi Redoani de Spolijs.
Quæ ſint Spolia Eccleſiaſtica, & ex quibus proueniant. Quæſt. 1. fol. 2.
Quæ negotia ſint permiſſa, aut etiam interdicta Clericis. Quæſt. 2. 19
De poteſtate circa fructus, & res Eccleſiæ Clerici, vel Prælatis conceſſa. Quæſt. 3. 47
De conſuetudine teſtandi, vel diſponendi de fructibus, & rebus eccleſiaſticis. Quæſt. 4. 84
An in fructibus inexactis relictis per Clericum defunctum, ſuccedat Camera Apoſtolica ſuceeſſor in beneficio, vel hæres defuncti. Qu. 5. 89
An Clericus de fructibus beneficij non conſumptis, poſſit pro libito decedendo diſponere. Quæſt. 6. 97
De licentia, vel diſpenſatione teſtandi Clericis, vel Prælatis conceſſa. Quæſt. 7. 104
De ſucceſſione Clerici ab inteſtato regularis, vel ſæcularis. Qu. 8. 127
Ex quibus præſumatur Clericus acquiſiſſe. Quæſt. 9. 149
De debitis clerici, vel prælati ſoluendis, ex fructibus eccleſiæ, & ſpolijs. Quæſt. 10. 167
De modo procedendi in cauſis ſpoliorum. Quæſt. 11. 182
Quæ actio competat Cameræ Apoſt. ad ſpolia. Quæſt. 12. 187
De exceptionibus in cauſis ſpoliorũ opponendis, & de præſcriptione. Quæſt. 13. 191
De exceptione præſcriptionis. Quæſt. 14. 199
De probationibus, & ſeu præſumptionibus pro capienda poſſeſſione ſpoliorum faciendis. Quæſt. 15. 211
An quis præſumatur potius ſacerdos, quam clericus. Quæſt. 16. 219
De priuilegijs Cameræ Apoſtolicæ circa ſpolia. Quæſt. 17. 223
Commentarius de Spolijs Clericorũ. Super Cap. Non liceat Papæ. 12. q. 2. in 19. SS. diſtributus, & à Doctore Nauarro compoſitus. 271
Quæſtiones Io. Azorij Lorcitani de Spolijs Clericorum.
Quo iure ſpolia Clericorum Romani Pontifici debeantur. Cap. 1. 339
De Spolijs Clericorum ex negociatione contra Canones acquiſitis. Caput 2. 343
De Spolijs Clericorum, quæ ſunt bona ex beneficiorum fructibus poſt obitum relictis. Cap 3. 347
An conſuetudine fieri queat, vt ſpolia Fiſco Apoſtolico minime debeantur. Cap. 4. 357
Tractatus Vincentij Filliucij de Spolijs Clericorum.
Quid & quotuplex ſit ſpolium eccleſiaſticum. Cap. 1. 362
Ex quibus perſonis ſpolia eccleſiaſtica capiantur. Cap. 2. 362
Quæ bona ſpolijs eccleſiaſticis ſint addicta. Cap. 3. 363
Ex quibus bonis, à quibus perſonis eccleſiaſtica ſpolia in conſcientia debeantur. Cap. 4. 366
Ex quibus bonis, à quibus perſonis in foro exteriori ſpolia capiantur. Cap. 5. 374
Quibus, quæ ſpolia debeantur. Cap. 6. 376
De duplici capite vnde poſſint excuſari beneficiario à ſpolio facien do, & variæ quæſtiones ad id ſpectantes. Cap. 7. 379
Explicantur variæ quæſtiones ad bonam, vel malam ſpoliorum adminiſtrationem pertinentes. Cap. 8. 389
Conſultatio Hieronymi Mainatię Brixienſi de Spolijs, ſeu de fructibus beneficiorum inexactis, & de extãtibus tempore mortis beneficiariorum; iuxta quam extat res iudicata. 394
Notabilia diuerſi generis. 427
Bulla S.D.N. Pauli V. de Spolijs. 429
Deciſiones RR.PP.DD.
Seraphino. Puteo.
Ludouiſio. Merlino, &
Blanchetto. Roias. 432

¶ 2 AD

AD
LECTOREM.

OMiſſis dictis à Phei de Iulio Caſare Lutio ad benignum Lectorem, & recenſitis à Filliucio è Societate Ieſu, in eius tractatu de Spolijs tom. 3. qui eſt ſecunda appendix ad tractat. de Beneficijs in proœmio fol. 81. & in Opera Redoani fol. 361. 87. & 88 in hanc ſecundam de Spolijs editionem promotus ſum. Addi poterunt, quæ de eodem Lutio in Statuto Vrbis, cum addit. Fenz. habentur: Attenta eius virtute, & integritate, & fide à S. Rota coram R. P. D. Merlino Decano, fuerunt diſcuſſa, & approbata, vt in pag. 209. verſ. cum autem, de quibus per triginta annos ab Eminentiſſimo Cardinali Cincio, eiuſque fratribus approbata. De eodem Lutio eſt mentio in Deſcriptione Vrbis antiquæ, & modernæ, in ver. Nelle Ruine della Caſa di Manlio fol 397 impreſſ. del 1643. Romæ. De Nobelitate, & integritate dd. DD. de Cincijs, omnibur notiſſima, tractatur in dicta deſcriptione Vrbis folio 728. quæ relata ſunt pro norma cauſarum Patronis non recentium, qui ſunt integerrimi, ſed futuris cauſa etiam non minus fuit communi Doctorum voto faxit Deus Optimus Maximus, vt iam commodum omniũ virtutum à me certè, non alia mente id procuratum eſt, & res eſt planè ſacrorum hominum cognitione digna, vt antequam mors occupet, ita de facultatibus ſtatuant, vt nec dicenda cauſa ſit ipſis in celeſte forum, nec lites in humano relinquant. Habes optimè Lector quare à me euulgetur hoc opus eodem tu animo accipe, & vetere. Vale.

IN-

ELEGANS TRACTATVS DE BONIS PER PERSONAS ECCLESIASTICAS

Intuitu Eccleſiæ acquiſitis poſt mortem relictis,

VVLGO SPOLIA NVNCVPATIS.

AVCTORE EXCELLENTISS. I.V. D. GVLIELMO REDOANO.

SVMMARIVM.

1 *In etymologia vocabuli cõſiſtit ſubſtãtia.*
2 *A diffinitione eſt ſumendum principium.*
3 *Quid ſit diffinitio.*
4 *Vndè dicatur verbum ſpolium.*
5 *Spolia ſunt exuuiæ.*
6 *Quid ſit ſpoliũ numero ſingulari prolatũ.*
7 *Diffinitio ſpoliorum Eccleſiaſticorum.*
8 *In materia ſpoliorum ſtrictè eſt, non latè interpretandum.*
9 *Applicatio ſpoliorum facta Cam. Apoſt. eſt contra Ius.*
10 *Exemptio conceſſa Curialibus à ſpolijs per Sixtum, Alex. & alios.*
11 *Bona acquiſita per Clericum defunctũ, ſpectant regulariter ad ſucceſſorem in beneficio.*
12 *Verba reſcripti ſunt impropriãda, vt alteri non præiudicetur, etiamſi reſcriptum ſit in fauorem piæ cauſæ.*
13 *Prædium emptum de pecunia Eccleſiæ, efficitur Eccleſiæ.*
14 *Fructus pro penſione aſſignati, non percepti tempore mortis penſionarij, remanent ad Eccleſiam grauatam.*
15 *In hæredibus præſumitur continuari dominium.*
16 *Dominium rei legatæ tranſit recta via in legatarium.*
17 *Fructus percepti debẽtur hæredibus vſufructuarij.*
18 *Fructus percepti ex prębenda Clerici tranſeunt ad hæredes.*
19 *Fructus penſionũ lucrati donari poſſunt.*
20 *Clericus poteſt teſtari de fructib. penſion.*
21 *In beneficialibus Papa poteſt præiudicare ſine cauſa.*
22 *Papa poteſt ſine cauſa imponere penſionem in beneficijs.*
23 *In redditibus Eccleſiaſticis Clerici habent illud ius, quod eſt ſibi à Papa, & Canone conceſſum.*
24 *De redditibus Eccleſiæ Clerici diſponunt pro victu tantum.*
25 *Decima fructuum datur pro alendis clericis, & pauperibus.*
26 *Clericus expendens male fructus Eccleſiæ tenetur reſtituere de ſuo.*
27 *Diſtributiones quotidianæ acquiruntur percipientibus etiam quoad dominium.*
28 *Diſtributiones quotidianæ in aliquibus locis diſtribuuntur in potu, in pane, & pecunia, & bladis*
29 *In diſtributionibus quotidianis bene poſſunt ſuccedere hæredes.*
30 *De diſtributionibus quotidianis diſponit Clericus, veluti laborator diſponit de operis diurni denario.*
31 *Fructus penſionum, etiam non exacti tranſmitti poſſunt ad hæredes.*
32 *Eſt ſancitum à Papa de quãta parte fructuum Eccleſiæ diſponat Clericus.*
33 *Clericus in teſtamento non poteſt diſponere de rebus occaſione Eccleſiæ acquiſitis.*
34 *Res empta de pecunia aliena nomine ſuo eſt ementis.*
35 *Papa eſt dominus omnium beneficiorum.*
36 *Diffinitio penſionis.*
37 *Papa pro neceſſitatibus Sed. Apoſt ſolet reſeruare fructus beneficiorum.*

38 *Papa vtitur prouentibus beneficialibus, vti vult.*
39 *Dominium rerum Eccleſiæ eſt propriè apud Chriſtum.*
40 *Papa Chriſti Vicarius cum omnimoda poteſtate.*
41 *De fructibus Eccleſiæ ſiunt quatuor partes.*
42 *Papa poteſt tollere ius quæſitum ex lege ſua.*
43 *Papa concedit, & concedere ſolet monachis licentiam teſtandi de fructibus eccleſiarum.*
44 *Clauſula Motu proprio facit præſumi Principem velle.*
45 *Clauſula ex certa ſcientia idē operatur.*
Item facit præſumi, vti abſoluta poteſtate.
Item ſupplet defectum ſolemnitatum.
Item æquiparatur clauſulæ de plenitudine poteſtatis.
Item ſupplet defectus inductos à iure poſitiuo.
Item plus operatur, quam clauſula Motu proprio.
46 *Clauſula de plenitudine poteſtatis includit defectum ſolemnitatis, & æquiparatur Clauſulæ ex certa ſcientia.*
47 *Clauſula non obſtan. facit præſumi velle prout in reſcripto continetur.*
Itē ſi ſit omiſſa facit præſumi de contrario.
Item facit præſumi contra ius commune.
Item facit valere reſcriptum contra teſtamentum.
Item tollit Ius tertij.
48 *Romani Curiales exempti à ſpolijs.*
49 *Papa poteſt reuocare gratiam poſt Ius alteri quæſitum.*
Clericus in diſtributionibus quotidianis, & penſionibus acquirit dominium.
50 *Iura prohibentia Clericum teſtari de fructibus beneficij loquūtur indiſtinctè.*
51 *Reprobatio gloſæ in c præſenti de off. ordin. quæ diſtinguit iter fructus ſimplicis beneficij, & habētis adminiſtrationē.*
52 *Papa ſolet eximere à nexu ſpoliorum etiam collegia, etiam Vniuerſitates, imo Ciuitates, & Regna.*
53 *Bulla Pij V. edita ſuper ſpolijs.*

Quæ ſint ſpolia Eccleſiaſtica, & ex quibus proueniant.
QVAESTIO I.

CVM ſuperioribus annis in Regno, & Ciuitate Neapolit. apud Illuſt. & R. D. Nicolaum Fliſcum bonæ mem. Epiſcopum Sauonen. Sedis Apoſtolicæ Nuntium, & ſpoliorum, decimarum, ac Iurium Rener. Cam. Apoſtolicæ Collectorem, cauſas ſpoliorum eccleſiaſticorum cognoſcerem, & iudicarem: à doctiſſimis cauſarum patronis ſummis precibus rogatus fui, vt quæ in eo genere actionis collegiſſem, in communem omnium vtilitatem differere, & certo quodam ordine diſponere vellem. Qua in re & ſi præclare intelligebam Id opus, tamquam ab alijs, quos tamen viderim non tactum, difficile fore: ſpe tamen auxilij diuini, quod iunctis manibus precor, amicorum preces, ac deſiderium communis vtilitatis difficultatē omnem, quæ mihi offerebatur, tandem vicerunt: meque ad iſtas quæſtiones paucas pertractandas, abſque vlla inanis gloriæ ſpe, vel intentione quodammodo compulerunt, in quibus, ſi cui forſan prolixior, quam par erat videbor, boni amabo conſulat, cum enim materia noua ſit vt dicebam, operæpretium eſſe putaui, ſi rem ipſam altè repetendo, quæcunque in vtramque partem dici poſſent proponerem ſequendo Baldum dicentem, Ferro viam aperit, qui per contraria tranſit: vt ex multis hinc inde deductis res ipſa patefacta, & illuſtrata legentium oculis proponeretur.

Quare opus ipſum aggrediendo, vnde nomen iſtud ſpolia traxerint quæ verè ſint, ex quibus rebus proueniant, primum di-
1 ſcutiam cum in etymologia vocabuli ſub
ſtantia conſiſtat, vt ait Bar. & Paul. de
Caſtr. in princ. ff. de Iuſt. & Iur. vbi Bart.
quia in etymologia vocabuli ait Paul. de
Caſt. ibi: conſiſtit ſubſtantia, per tex. quē
allegat in l. tugurij de verb. ſig. & pro in-
telligentia illius, de quo tractatur, ſemper
ad diffinitionem illius deueniri ſolet, à
qua eſt ſemper ſumendum principium, vt
2 inquit Cicero in principio officiorum, vt
quid ſit illud, de quo diſputatur intelliga-
mus, quia diffinitio eſt, quæ ipſius rei,
quæ diffinitur, qualitatem, & eſſentiam
demonſtrat Iaſ. in l. nemo poteſt de leg.
3 1. ſec. lect. numer. 17. Idem in l. ſi quis
pro emptore, mihi numer. 88. ff. de vſu
cap. vbi dicit, quòd bona diffinitio habet
ponere ſubſtantiam diffiniti. Videtur igi-
4 tur, quòd nomen ſpolij ſit dictū, ſeu deno-
minatū à verbo ſpolio, quod ſignificat e-
xuere, vt ſpoliare ſe, pro exuere ſe bonis, vt

in

Digitized by Google

in l.1.ff.de donat.inter vir.& vxor. §. fin.
Inſtit.de actio.& l.fin. ff. de his, quæ in
5 fraudem. Et ſpolia ſunt exuuiæ, dicit Ci-
cero pater proprietatis vocabulorum, &
latini ſermonis, in oratione pro Sexto
Roſcio, ſi ſpoliorum cauſa vis hominem
occidere,&c. & ibi cruenta ſpolia cupiã
detrahere. Idem pro Pomp. cum hunc lo-
cum nobis maiores noſtri exuuijs nauti-
cis,& Claſſium ſpolijs ornatum reliquerint.
Idem in officijs aliorum ſpolijs ſuas
opes augere &c. Idem pro Curione, an ne
de nobis trahere ſpolia fœderatis licebit,
de hoſtibus non licebit? Idem in Tuſcu-
lanis quæſtionibus, nec quiſque è nobis
ſpolia cepit laudibus. Idem in officijs Sal
macida ſpolia ſine ſanguine,& ſudore.

Vndè ſpolia poſſunt dici veſtimenta, & in-
dumenta, quibus quis veſtitur, induitur,&
contegitur. Guido Papa deciſ. Gratiano-
6 politan. q. 110. dicit, quod eſt aduertendũ
circa iſtam materiam, quia de iſto verbo
ſpolium, prout vulgariter mortuis Præla-
tis accipitur, non reperitur in Iure ciuili,
nec Canonico, ſed benè reperitur in Iure
Diuino. Pſ.138. ver. lætabor ſuper eloquia
tua: ſicut qui inuenit ſpolia multa; addo
item in Pſalm. incip. Exurgat Deus, verſ.
Rex virtutum dilecti,& ſpeciei domus di
uidere ſpolia. Ita dicit Dominus Petrus
in ſuis notabilibus,& ſuper facto ſpolij,
de quo loquitur dudum de anno 1423.
fuit facta tranſactio inter Priores, & Vi-
carios perpetuos diœceſis Grationopol.
circa modum vtendi dicto ſpolio, vt con-
ſtat Inſtrumento, &c. Sed id, quod dicit
Guid. Pap. non videtur verum, quinimo
id habetur in tex. in c. ſicut dignum, §. eos
ibi. poſt mortem eius ſpolia occupaſſe,
&c. de homic. Item tex. in l. diuus, ff. de
bo. damn. Idem habetur in gl. in c. ſi. extra
de pact. in ver. Cæſare. ibi ſi ſolus hominẽ
ſpoliare non poſſit, inueniat ſocium, cum
quo paciſcatur,& ſimul id faciant, & di-
uidant ſpolia.

Verum eſt, quod apud Canones, vel leges in
ſignificatu noſtro, verbum iſtud non repe
ri, vnde difficillimum eſſet eiuſdem veram
tradere diffinitionem, quæ de ſui natura
in iure ſatis periculoſa eſſe ſolet. l. omnis
diffinitio, ff. de reg. iur.

Verum non diffiniendo, ſed diſcribendo po-
7 tius, ſpolia dici poſſunt bona quæcunque
à quibuſuis perſonis eccleſiaſticis, etiam
regularibus, intuitu eccleſiæ acquiſita:
iuraq. & actiones, ac fructus inexacti, tẽ-
pore obitus eorundem relicta, à Ro. Pon.
Cameræ Apoſt. reſeruata.

Hanc deſcriptionem ſupponunt veram do-
mini de Rota dec. 856. de probat. in antiq.
& deciſ. mihi 37. in vltimis, de ſolutio. am-
bæ incipiunt. Cum Camera Apoſtolica,
vbi habetur, quod per Papæ ſpecialem re
ſeruationem, Camera recipit ſpolia dece-
dentium prælatorum, ac in bonis, & ſpo-
lijs per prælatos relictis, Camera in locũ
ſucceſſoris ſuccedit,& debita ſoluit præ-
deceſſoris.

Quam deſcriptionem etiam ſequi,& appro-
bare videtur Bertran. in conſ. 21. vol. 3. vi-
ſo caſu, vbi in caſu ſpolij Archiepiſcopi
Ebredunenſis, diſputando quid veniat ap
pellatione,& nomine ſpolij, dicit: de ſpo-
lio eſſe videntur quæcunque bona, quæ
ſuperfuerunt tempore mortis Archiepi-
ſcopi de bonis eccleſiæ Ebredunenſis,&
intuitu illius acquiſita, etiã debita,& quæ
peti poterant tempore huiuſmodi, vt fru-
ctus percepti, & alia bona intuitu eccle-
ſiæ,& bona acquiſita ex his, vel de pecu-
nijs inde redactis, vt ibi per eum.

Et tempore Pauli 3. ſuper ſpolijs eſt facta
quædam extrauagans, antiquas memorãs
reſeruationes,& conſuetudines ſuper ſpo
lijs. Sub Dat. Romæ anno 1541. 3. Non.
Ianuarij Pontific. anno 8. quæ eſt in fine
deſcripta,& loquitur de bonis, & rebus
ſpolijs nuncupatis, & ſic per verba, quæ
omnia compræhendunt.

Et quoad fructus inexactos, comprobatur
deſcriptio, per conſtitut. Iulij 3. publicatã
die 18. menſis Iulij an. 1551. Pont. an. 2. in-
cip. Regula, ſiue conſtitutio perpetua,&c.

Ceterum ius ſpoliorum fuit ab antiquiſſimo
tempore introductum,& pro exactione,
& perceptione ſpoliorum, in varijs pro-
uincijs,& locis nomine Cameræ Apoſto
licæ, varij fuere deputati Collectores per
Ro. Pont. vt idem Paulus 3. in d. ſua extra-
uag. atteſtatur, variæ diuerſorum Ro. Põt.
deſuper emanarunt literæ,& nomine Ca-
mer. Apoſt ab antiquiſſimo tẽpore citra,
ad omnimodam Ro. Pontiſ. diſpoſitionem
fuerunt collecta,& exacta, vt affirmat Car
dinalis in c. niſi cum pridem, §. intueri, de
renunciat. vbi dicit, quod mos ſpoliorum
prælatorum decedentium, eſt ab antiquo
ſeruatus. Sequitur Sarnen. in tract. breuiũ
§. facultas, n. 17. affirmatur per Rotæ dec.
allegatas,& per ſcripta Io. Calder. in d.
ſuo conſ. 1. de pecul. cler. qui ſcripſit ante
Concilium Viennen. vti refert D. Anton.
Maſſe. in libello de Annatis, vbi dicit,
quod vſus ſpoliorum eſt antiquiſſimus,&
quod pro ſpolijs exigendis habuerunt
Ro. Pontifices in prouincijs Collectores,

prout adhuc habent. Et habetur in deciſ. Egid.deciſ.755.Et per dicta illius in c.nō liceat xij.q.2.ibi Papa recipit ſpolia decedentium prælatorum, &c. facit deciſ. Boer.224.vbi diſputat ad quam pertinere debent ſpolia Monachorum morientium, propter auctoritatem quam in rebus eccleſiarū,& in beneficialibus,Rom. Sedes,ſeu Pontifex habet maximam,cum bona, & fructus eccleſiatum cuiuſmodi ſunt ſpolia,ſint omninò ad Papæ diſpenſationem, & diſpenſationem, & in illis Papa ſit principalis diſpenſator;per verba S. Thom. 2.2.q.100.per Gaetan.ibid. per Turrecrem.in ſumm.eccleſiaſt. lib.2. c.113. per eundem Sanctum Doctorem, 4.d.25.q.33.ad ſecundum,ibi bona eccleſiæ ſunt Papæ aliquo modo,&c. Et dicit Bernardus (ſecundum quod refert Gemin.c.fideli de reſcrip.in 6.) quod Papa eſt diſpenſator,&adminiſtrator bonorum eccleſiæ,& illius ſunt vti diſpenſatoris,& adminiſtratoris,& idem Bernardus dicit quod bona eccleſiæ ſunt Papæ, vt adminiſtratoris principalis,vt refert Abb.in c.cōſtitutus 3.col.n.13.de relig dom. habetur etiam in Concil.Lateran. nouiſſimo ſeſſ.9.c.de refor.curiæ,quod fructuum beneficiorum, & eccleſiarum plenaria adminiſtratio,& diſpoſitio pertinet ad Roman.Pontificem.

Hinc eſt quod Papa fructus beneficiorum, pro tempore vacantium concedere ſolet cuilibet pro libito voluntatis, c.tua,de verb.ſig. vbi pro releuatione onerum, & debitorum. Honorius Papa 3. concedit Epiſcopo Tolonen.fructus beneficiorū, quæ in ſua diœceſi per biennij ſpatium vacare continget: Et Tex.in c.ſi propter, de reſcrip.in 6. vbi propter debita ſoluēda Bonifac.viij conceſſerat fructus primi anni beneficiorū, qui vacaſſent per quinquennium,per quam tex.ponderatum apparet, quod tales fructus poſſunt deberi etiam per ſtatutum, conſuetudinem, vel priuilegiū,vt ibi,vbi Pet.de Anchar. not. quod fructus beneficiorum vacantium poſſunt concedi ex priuilegio Papæ alicui, & non futuris ſucceſſoribus ſeruari, vbi etiam per Doct.& per Io.cop.in tract.at.de fruct.c.3. de fruc. ſacerdotiorum, tit.3.n.2.

Item & Papa concedit licentiam, & facultatem teſtandi,& diſponendi de rebus,& fructibus eccleſiæ,ſaltim ex fructibus acquiſitis,fac tex.c.relatum, il ſecondo de teſta.per Dec.conſ.512.vbi dicit, an Papa id poſſit non eſſe diſputandum, quia quod poteſt eſt communis opinio communiter approbata,per eundem con.157. vbi latè per Hoſtien.in ſumma de pœnit. & remiſſ.§.cui confitend. ver. cui Cardinalis per Angel.& Imol. in l. ſi ſeruus, ff. de ſtip.ſer.Bal.in l. ſi quando. C.de inoff. teſta.& in auten.niſi rogati.C.adTrebel.

Et rurſus mos,vel conſuetudo Rom. Pontif. dandi,& concedendi tales teſtandi,& diſponendi indulgentias eſt, vſque ab antiquiſſimo tempore ſeruata,vt colligitur ex licentia Epiſcopi Portuen. tempore Innoc.3. conceſſa, ex regiſtris eiuſdem Innoc.quæ eſt in quæſt.de licentia teſtandi, cæterum Innocen.electus fuit anno Domini 1198.

Item Papa cuilibet quotidie ſuper fructibus quorumcunq. beneficiorum reſeruat pēſionem, pro ſuæ libito voluntatis,id quod poteſt auctoritate quam habet in beneficiorum fructibus,& in beneficialibus, in quibus tantum poteſt quantum vult,dict. clem.vt lit.pend.Doct.in c. quæ in eccleſiarum de conſtit.Dec.conſ.436.vbi dicit quod Papa etiam ſine cauſa,ſed ſola ſua voluntate ſuper fructibus beneficiorum penſionem imponit, quia (inquit) in beneficialibus ſtat Papæ pro ratione voluntas; latè per Gig.Caccialup. & Paul.de Ro.in eorum tractatibus penſio. Vndè ſi de fructibus,& bonis eccleſiarum,omnibus iſtis narratis modis diſtribuit, & diſpenſat Papa, ad commodum,& vtilitatem perſonarum,videtur dicendum,quod in ſui quoque ſubſtentationem,ſuarumq. ac ſanctæ Sedis Apoſtolicæ, & Rom. Eccleſiæ neceſſitatum ſubuentionem,diſponere,& diſtribuere poſſit,per doctrinam F. Auguſt. de Anchona Theologi eximij ſecunda q.ar.8.in fin.dicentis,quod Papa habet poteſtatem rerum temporalium eccleſiarum, quantum ad ſui, & miniſtrorū eccleſiæ ſubſtentationem, neceſſitatibus, etiam vnius eccleſiæ ſubuenit,& ſubueniте poteſt Papa de redditibus alterius,per S.Tho.2.Corin.c.11.lect.2.in fi.vbi dicit, quod Papa pro neceſſitate vnius patriæ poteſt accipere ſubſidiū ab alijs partibus mundi,& eſt (inquit) ratio,quia eccleſia eſt ſicut vnū corpus,videmus enim, quod in corpore naturali,quando virtus deficit in vno membro,natura accipiens ab alijs membris,ſubminiſtrat eidem honores,& virtutes, vt ibi & per eundem clarius ad Philippen.c.4.lect.2.circa fin. vbi & hoc inquit eſt arg.quod Papa poteſt ab vna eccleſia accipere in ſubſidium aliarum, & per Caet.2.2.q.187.4.art.ad primum, ex

ex Aug. auctoritate dicentis, omniũ Chriſtianorum vnam rempublicam eſſe, vbi dicit, quod Papa à quantumcunq remotiſſimis partibus Eccleſiæ auferre poteſt, & diſtribuere in alias eccleſiæ partes remotiſſimas, & dicit Butr in d c.c. inſtitutus. quem ſequitur Abb. ibi num. 15. verſ. aut quæritur, quod de rebus vnius eccleſiæ poteſt Papa alteri eccleſiæ concedere, etiam cum graui præiudicio, & etiam ſine cauſa, & Epiſcopus de fructibus beneficij vacantis, & antequam conferatur, poteſt diſponere, vt per tex in c. vnico vt eccleſ. benefic. & c. vbi Abb. dicit, quod id poteſt ex cauſa rationabili puta pro ſoluendis debitis pro eccleſia contractis, & habetur per eundem Doct. q. 6 art. 4. ad primũ in fi vbi dicit, quod Epiſcopus poteſt ex aliqua cauſa aliquid ſubtrahere de fructibus beneficij conferendi, vndè ſi Epiſcopus, multo magis Papa, qui Princeps, & in beneficialibus Dominus; vbi Gaetan. dicit, quod Papa vel per viam vnionis, vel charitatiui ſubſidij poteſt prouentus vacantis Eccleſiæ ſibi applicare, & poſt aliena e. prout opus fuerit, & ratio ſuadet fuerit eccleſiaſticæ pietatis.

Præterea Romana Eccleſia mater eſt aliarum eccleſiarum, & aliæ dicuntur eius filiæ c. 1. 2. 3. 12. diſt. & pro vtilitate illarum inuigilat, laborat, noctes inſomnes ducit, eiſq. in earum neceſſitatibus ſubuenit tãquam mater filiabus, de poſtul. prę l. c. ſeq. quo fit vt illæ tanquam filiæ matri cum opus habet, ei debent ſubuenire, l. cum non ſolum. ſ. ipſum, C. de bon. quæ lib. quia vt caput ſubuenit membris, ita mẽbra ſubuenire debent capiti quando indiget, per doctrinam Paul. de Caſt qui hoc dicit conſ. 414. 1. vol. vbi etiam dicit, quod Papa poteſt obligare, & alienare bona inferiorum eccleſiarum pro vtilitate, & neceſſitate Rom Eccleſiæ. Idem tenet Bal. in c. 1. in prin n. 5. qui feud. da. poſſ. ſequitur Prob. ad Io. Monach. in additio. c. ſi eo tempore, de reſcrip. in 6. Pariſ. conſ. 103. lib. 4. pro eodem facit, quia princeps ſæcularis, poteſt rem priuati auferre ex cauſa, & alienare, l. Lutius, ff. de euictio. ergo multo magis Papa, qui diſponendo de re eccleſiæ particularis, potius dicitur diſponere ſuper vſu, quam ſuper dominio vt per Paul. d. conſ. vbi ſubdit, quod ſi Papa contractum factum per Prælatum ſuper rebus Eccleſiæ, ſua auctoritate validat, multo fortius hoc dici debet quando per ſeipſum, & pro ſeipſo contrahit.

Adde etiam, quod ſi vult Papa, bona occaſione Eccleſiæ acquiſita (quæ ſunt ſpolia) ad ſe pertinere, poteſt, alias non quia liberam habet in beneficialibus auctoritatem c. 2. in fi. de præben. Clem. 1. in fin vt lit. penden. Anton. de Butr. Abb. & alij in d. c. conſtitutus, de relig. dom ſunt verba Dec. conſ. 157

Pro ſubuentionibus, etiam Sedis Apoſt. Sãctæq. Rom. Eccl. & ſuis, Papa ſibi reſeruat ius percipiendi fructus aliarum Eccleſiarum pro tempore vacantium, extrau. poſtulaſti. & cum nonnullæ, la 1. & la 2. extrau. comm. de præb. dicit gl. Clem. vnic. de ſupplen. in ver. reuocari dec. Egid. 755. idem in c. non liceat, 12 q. 2. ſequitur, Bellenc. in tract. de charit. ſubſid. q. 107. & id propter auctoritatem, & præeminentiam, quam ſecundum omnes communiter, habet in fructibus, & bonis eccleſiarum per But. & alios in c. conſtitutus, alleg. per Arch. in tract. de hær. quod in reb. eccleſiar. & fructibus, tantam Papa habet præeminentiam, quod in talibus eſt Dominus quantum ad vſum, quia eis vti poteſt ſicut placet, & decet ſuam potentiam & ſtatum 12. q. 2. bonæ. c. per priuilegium 9. q. 3. per Bellamer. 24. q. 1. 26. quæritur, vbi dicit, quod Papa rerum temporalium eccleſiarum, & clericorum eſt dominus, & illis vtitur vti decet ſuum ſtatum, & potentiam: & vlterius ſecund. Innoc. c. vt ſup. de cauſ. poſſ. & propr. dominium rerũ eccleſiarum propriè loquendo, non eſt apud aliquam eccleſiam, ſed apud Chriſtum, cuius Papa eſt Vicarius, cum omnimoda poteſtate in terris, vndè cum Papa aufert rem alicui particulari eccleſiæ, dicitur potius auferre adminiſtrationem, quàm dominium c 2. de donat. quia ipsũ dominium eſt potius penes Papam, cum ſit apud Chriſtum, cuius ipſe eſt Vicarius, vel apud ipſam eccleſiam catholicã, quæ eſt vnica, cuius ipſe eſt Princeps, per Fel. in c. quæ in eccleſiarum, de conſt. col. 13. n. 40. verſ. prima gl. & doct. d. c. conſtitutus, Dec d. conſ. 414 Et per Petrum de Anchar. conſ. 305. quod licet Papa ſuper rebus, & bonis eccleſiæ, habet pleniſſimã poteſtatem, tamen eſt verum, vbi apparet quod vult ea vti, per Fel. c. quæ in eccleſiarum de conſt. Bal. conſ. 175. quod Papa vendendo rem eccleſiæ, non alienam, ſed ſuam vendit, quia res eccleſię ſunt, quoad liberam diſpoſitionem, per Abb. c. cum veniſſent, de Iud. quod Papa quam diu vixit, Dominus eſt rerum eccleſiarum, ſecundum Hoſt. ibidem, & poteſt omnia diſponere tanquam Dominus. Fac. quod

dicit

dicit Paul.de Caſt.d.conſ.414.1.vol.quod
conſilium fecit in cauſa Caſtri Berben-
tanæ Eccleſiæ Aueniouen. quod Papa
obligauit cuidam d. Georg. pro expenſis
factis pro Rom. Eccleſia, quod dominiũ
rerum eccleſiarum eſt penes Chriſtum,
cuius immediatus Vicarius eſt Papa, &
quod ipſe facit, ab ipſo Domino factum
videtur, quia ipſe Dominus ſolus funda-
uit Eccleſiam Roman.aliæ Eccleſiæ par-
ticulares fuerunt fundatæ non à Chriſto,
ſed à Petro, & eius ſucceſſoribus, & om-
nem quam habent auctoritatem Epiſcopi
in alienatione rerum eccleſiæ, habuerunt
à Papa, ſubdens, ſi d.Georg. expendiſſet
pro Eccleſia Auinion. Epiſcopus Aui-
nion. potuiſſet obligare d.Caſtr. & illud
totaliter alienare; ergo multo fortius Pa-
pa pro debitis Rom.Eccleſiæ, quia do-
minium eſt penes Chriſtum, & Papa
eſt illius immediatus Vicarius, & Papa
maiorem ſibi auctoritatem retinuit, quã
Epiſcopis conceſſit, per iura, quæ ibi latè
adducit, quia dicit Bar.Soc.conſ.163.viſa
bulla, quod Papæ voluntati non eſt reſi-
ſtendum, cum de factis ipſius dubitare
ſit ſacrilegium, & eſt (inquit) vnicus Sol
ſoli iuſtitiæ, fugans tenebras, & in eo præ
ſumuntur illa tria concurrere, quæ in acti-
bus hominum conſiderantur, ſcilicet bo-
na voluntas, modi congruitas, conceſſa
poteſtas.

Meritò igitur ex prædictis negari non po-
teſt, quomodo poſſit Papa fructus, & bo-
na (ſpolia nuncupata) decedentium, cle-
ricorum, ſiue Prælatorum ſuæ diſpenſa-
tioni, & diſpoſitioni reſeruare.

Notandum eſt præterea, quod acquiſita per
Clericos illicitè, & contra formam ſacro-
rum Canonum; vti ſpolia, nomine Came-
ræ Apoſtolicæ per collectorem poſt eo-
rum obitum percipiuntur per Conſtitut.
Pij Papæ IV.ad deterrendos Clericos ab
illicite negotiando, & contractando, edi-
tam ſub datum Romæ anno 1560. non.
Nouembris, Pontiſ.anno 1.incip.Decens.
in ſeq.quæſt.deſcripra.

Eiuſdemq. Pij V. conſtitut. edita Anno
1564 17.Kal.Nou.Anno V.contra quoſ-
cunque beneficia, & eccleſias in confidẽ-
tiam recipientes, & retinentes in execra-
tionem, & deteſtationem, criminis ſymo-
niæ, & confidentiæ, per eoſdem Collecto
res Cameræ colliguntur, & percipiuntur,
nomine eiuſdem Cameræ omnes fructus,
iure prohibitarum confidentiarum, in
quibus beneficia in confidentiam, ſeu eo-
rum fructus retinentes ſunt condemnati,
vel declarati: prout etiam nomine eiuſdẽ
Cameræ, colliguntur, & percipiuntur fru-
ctus vacantes beneficiorum reſeruatorũ,
à die vacationis, vſque ad prouiſionem,
vel collationis de illis factam, per conſtit.
eiuſdem Pij ſub dat.die 7 Decemb.1560.
Pontiſ.anno primo, eidem Cameræ pro
eius ſubleuandis neceſſitatibus applicati
iuxta antiquam Roman.Pontificum de
huiuſmodi fructibus conſuetudinem, vt in
extrauag. poſtulaſti, cum nonnullæ, la pri-
ma, & la ſeconda gl. in Clem. vnica de
ſupplen.negl.in ver reuocari, & per Egid.
in alleg.deciſ.755 ſi rector. & in c. non
liceat 12.q.2. Ex quibus omnibus mani-
feſtè apparet, ſpolia prædicta, ex fructi-
bus beneficiorum, ac ex acquiſitis ex eis
naſci, ac prouenire.

Sed res, & bona qualia ſunt Calices, Cruces,
paramenta, ornamenta, quæ quis vel in
vita, vel in morte deſtinauit, aut aſſigna-
uit cultui diuino, vel bona mobilia, aut
immobilia, quæ quis vel dedit, aut aſſigna
uit Eccleſię, vel loco pio, licet prouene-
rint de rebus, quæ faciunt ſpolia, tamen
ſemper obſeruaui, quod talia non colli-
gerentur vti ſpolia, nec vti ad Cameram
ſpectantia, ſed vidi illa remanere ſemper
loco pio, prout pie fuerant diſpoſita. Sed
hodie eſt per Bullam S.D.Pij PP. V. ex-
preſſe declaratum, vt per eam, quæ eſt
edita anno 1567.3.Septemb. quæ incip.
Pius &c.Romani Pontificis &c. quæ eſt
8 in calce deſcripta &c. fac. quod habetur
per Ioan.Calder.in conſ.1.de pecul. Cler.
vbi dicit, quod verba reſeruationis Papæ,
in materia ſpoliorum ſunt ſtrictè non
large interpretanda, quia reſeruatio talis
Apoſtolica etiam contra Ius, & omnia
9 bona Eccleſiæ dicitur, quæ intuitu eccle-
10 ſiæ, aut de facultatibus Eccleſiæ acquiſi-
uit defunctus, vt in c.1.de teſt.in tex.& in
gl à qua reſeruatione ſunt exempti curia-
les Rom.cu.à Xiſto, & Alc. & alij etiam
vt in fi.præſentis quæſtionis, & in bulla
Pij IV.fol.459.

Sed opponi poteſt, quod iſta ſpolia debent
de iure peruenire ad ſucceſſorem in bene
ficio, vel Eccleſia, non ad Cameram, quia
fructus beneficiorum etiam collecti, non
tamen conſumpti, ac bona per eum intui-
tu Eccleſiæ acquiſita, mortuo clerico be-
neficiato tranſeunt in ſucceſſorem in be-
neficio, nã ſucceſſor in beneficio eſt quaſi
11 hæres mortui, c.conuenior.23.q.8.ita di-
cit gl.1.de ſolut.& gl.in cap hæc, 12.q 2.
in verſ.conſeruari, vbi dicit, quod omnia
conſeruanda ſunt ſucceſſori à morte præ-
de-

Digitized by Google

deceſſoris, & quod mobilia prædeceſſo-
ris pertinet ad ſucceſſorem, & gl.in c. il-
lud eodem,in ver.ſucceſſor. Spe. in tract.
de mod Generalis Concilij 2. p. & ſuc-
ceſſor in beneficio ſuccedit etiam in ac-
quiſitis intuitu Eccleſiæ, vt habetur in c.
relatum per tex. & Doct. de teſt. dicit
enim tex. Ibi autem loco defuncti vnus
tantum eſt ordinandus, & ea bona ſicut
& alia ipſius Eccleſiæ in Dei timore di-
ſpenſet. Hinc eſt quod clericus de his te-
ſtari non poteſt d.c.relatum,vbi not.Abb.
poſt alios col. 2. ver.nota,& tenementi
ſecunda lect.vbi dicit, quod acquiſita per
Canonicum intuitu Eccleſiæ,vel præbē-
dæ non cedunt ſucceſſori in præbenda,
ſed capitulo ipſius Eccleſiæ, & decimas
debitas Canonico prædeceſſori non po-
teſt exigere Canonicus ſucceſſor,quia nō
dicitur propriè ſucceſſor,ſed habebit illas
Capitulum. Fel. c.quoniam Abbas,nu.6.
de off.deleg.Idem habetur in gl.in c.illud
12.q.2.vbi autem beneficiatus non eſt de
congregatione aliqua, ſed habet benefi-
cium omnino ſeparatum, puta quia eſt
Rector Eccleſiæ parochialis,vel Præpo-
ſitus, vel Archidiaconus non beneficia-
tus à cap.tunc bona acquiſita intuitu be-
neficij cędunt ſucceſſori,non capitulo,vbi
etiam ponit rationem diuerſitatis,ad idē
eſt tex.in c.cum vos,de off.ord.in fi. cum
ibi gl.& optima gl. cum quæ iura allegat
in c.1.extra de ſolut.in verſ.prædeceſſoris
ibi eſt enim quaſi hæres ipſius,& c.opti-
mus tex. in c.præſenti de off.ordin. in 6.
vbi cauetur,quod morientibus rectoribus
Eccleſiarum,vel miniſtris, bona in ipſis
Eccleſijs dignitatibus,perſonatibus,prio.
ratibus inuenta,ſiue vacationis ipſorum
tempore obuenientia, ex quo in vtilitatē
ipſarum Eccleſiarum expendi debent, vel
futuris reſeruari ſucceſſoribus, nemo ſu-
periorum occupare præſumat,aut in ſuos
vſus conuertere quoquomodo,niſi de ſpe
ciali priuilegio,& moriente Epiſcopo,vel
Sacerdote ſucceſſori bona reſeruantur,&
res decedentium Clericorum ponuntur in
manu Iconomi,ſi adſit,ſi non adſit,erunt
in poteſtate maiorum Eccleſiæ,ſi illi non
ſunt idonei, erunt in poteſtate aliorum
Clericorum, omnibus deficientibus in
manu Metropolitani, niſi adſit viſitator,
quia ſi adſit,habebit ille,Mar.de Afflictis
deciſ.Neapol.390.& ſi in Cathedralibus,
regularibus, ac collegiatis Eccleſijs va-
cantibus,ſi collegia conuentus,aut ſingu-
laris perſona occupat bona relicta, vel
tempore vacationis obuenientia ſunt ſu-
ſpenſi ab off & beneſ.vſque ad reſtitutio-
nem,quia debent reſeruari ſucceſſori, c.
quia ſæpe de electio in 6. latè Rui.conſil.
156.lib.4 &c. ergo nec etiam à Camera
Apoſtolica occupari,vel percipi debent,
quando iure ſtet cautum in quos vſus cō-
uerti, & ad quos peruenire habeant, eſt
Conſ.Bar.Cep.conſ.51. incip. in Chriſti
nomine,quia ius acquiſitum nemini au-
ferri debet, vel tolli, nec etiam Iudæo, vel
infideli per Papam, nec tolli præſumitur
per Abb.in c.quæ in Eccleſiarum de con-
ſtit.poſt Inn.in c.quod ſuper his,de voto,
& ſi contingeret aliquo caſu Papam Ius
tollere præſumitur hoc per circumuentio
12 nem,& importunitatem potius,quam per
voluntatem feciſſe per Fel.in c.cum olim
3.& 4.col.de re Iud. adeò quod tali caſu
verba reſcripti potius ſunt impropriàn-
da, quam proprie intelligenda, ne alteri
præiudicent trad.Rom.q.334. circa pri-
mum,Dec.conſ.11.col.5.Iaſ in l ex facto,
4.not ff.de vulg.& pupil.Immo potius de
bent interpretari, quod nihil operentur,
quam quod indebite quis damnum patia-
tur,vt not.Iaſ.poſt gl.Bar.& alios in l.fin.
§.In computatione col.fi. C.de iur.delib.
& hoc procedit,etiam ſi reſcriptum Papę
emanaret in fauorem piæ cauſæ,vt in ca-
ſu noſtro in fauorem Cameræ Apoſtoli-
cæ,vt probat Iaſ.in l.fi.col.6. ff.de Conſt.
princip.poſt Alex.in l.pactum, quod do-
tali col.2.C.de pact. nam licet viduis, pu-
pillis, ac alijs pijs cauſis multum debea-
mus,non tamen adeò, vt alijs præiudiciū
inferamus, d.tex. in c.ex tenore,de for.
compet.& in c.nuper,de donat.inter vir.
& vxor. Et adeò eſt verum,quod acquiſi-
ta per prælatum de bonis,ac facultatibus
13 Eccleſiæ vadunt ad eccleſiam, vel in ea
ſucceſſorem,quod procedit,ſiue emat res
nomine proprio, vel fraudulenter nomi-
ne alieno per Abb.in c.1.de teſt.verſ.not.
4.quia prædium emptum de pecunia prę-
bendæ,vel Eccleſiæ,adeo efficitur Eccle-
14 ſiæ, vel ſucceſſoris in ea, quod amplius
non poteſt illud prædium dari per empto
rem alicui,etiam intuitu pietatis,licet pe-
cunia potuiſſet dari,quia ſtatim fit Eccle-
ſiæ, licet emerit nomine Eccleſiæ, ſiue
ſuo,ſiue alieno,Ang.in ſum. in 5. emptio,
§.vtrum emptum per tex. in c.1. & c. in-
quirendum,de pecul.cler fac. quia Iulius
PP.III. ſanctæ memor.per ſuam conſtitu-
tionem,quam ad dirimendas lites,tollen-
daſque controuerſias inter hæredes prę-
latorum defunctorum, ac ſucceſſores in
beneficijs edidit diſpoſitioni Iuris com-
munis

Digitized by Google

munis adhærendo, & ex mente Canonũ
ſanciendo, ſtatuit fructus inexactos per
prælatos defunctos non ad hæredes, ſed
ad ſucceſſores in Eccleſijs, aut beneficijs
peruenire, aut pertinere debere, id quod
fuerat per prius ſancitũ per teſt.in c. quia
ſæpè,& c.ſtatutum de electio. in 6. Et al-
legatur c.præſenti de off ord d.lib.6.dicit
Io.Copus in ſuo tract.de fruc.lib.4. tit. 3.
c. 2. & ſi fructus beneficij ſuper quibus
fuit aſſignata, aut reſeruata penſio, non
ſint percepti tempore mortis penſiona-
rij,imo penderent,remanent apud Eccle-
ſiam tali penſione grauatam,& ſic ad ſuc-
15 ceſſorem per Alex.conſ.157.2 vol. incip.
Reuerendiſſ.Dom.per ea quę volunt Abb.
& Ant.de Butr.in c.ſi.ne præl.vic.ſuas vbi
concludunt, quod ſi moriatur Prælatus,
qui beneficium locauerat fructus percep-
ti poſt obitum locatoris,& penſio debita
ratione fructum poſt obitum perceptorũ
debeantur ſucceſſori in prælatura; de quo
etiam per Doct.in d.c. præſenti Caccial.
in tract.de penſ.q.25.& Gig.eo.q.53.Sec.
loco poteſt oppooi de alio: quod fructus
beneficiorum recollecti tamen, ac ſpolia
huiuſmodi vadant non ad Cameram Ap.
nec ad ſucceſſores in beneficijs,ſed ad hæ-
redes defuncti: maxime ſi beneficiatus
decedat teſtatus, quia fructus beneficij
Prælatus, vel beneficiatus videtur facere
ſuos,dicit optima gl.in c.præſenti,de off.
ord.in 6. in ver. reſeruari: vbi diſtinguit,
quod vel beneficium habet adminiſtra-
tionem,vel quis eſt ſimpliciter, & perſo-
naliter beneficiatus:quia pri.caſu de illius
fructibus quàmdiu viuit,& ſanus eſt, po-
teſt aliquid dare,moderate tamen: quia
comparatur vſufructuario,cuius ius mor-
te finit; vndè viuens poteſt ſuam volun-
tatem facere moderate. Incipiens verò
infirmari comparatur vſurario; & tunc
nihil habet niſi vſum, & dicuntur Clerici
non habere adminiſtrationem, quando
non habent beneficium cui ſit aſſignata
dos:vt per Gemin.d,c,præſenti,& ſimpli-
citer beneficiati dicuntur, vt ſunt Cano-
nici,& ſimiles,quibus id quod habent ob
uenit ſibi ratione perſonæ,non quod ha-
beant præbendam in Eccleſia diſtinctam,
quia ſic haberent adminiſtrationem.
Si verò Clericus ſit non habens adminiſtra
tionem,ſed perſonaliter,& ſimpliciter be
neficiatus, in morte comparatur vſufru-
ctuario, quantum ad faciendum fructus
ſuos,& vſufructuarius fructus iam quæſi-
ros ad hæredes tranſmittit,per tex.in l.de
functa,ff.de vſufruct. & de ipſis poteſt te-
ſtari; Eccleſia tamen ſuccedet ei in iſtis, ſi
decedet ſine teſtamento, & hæc eſt quaſi
communis conſuetudo,ſubiungẽs ibidem
d.gl.& quod dictum eſt: quod Clericus
ſimpliciter beneficiatus, faciat fructus
ſuos,intellige,inquit,de fructibus percep-
tis,& reconditis. alij vero per iura alle-
gata,pertinent ad eccleſiam; vndè ſi in
fructibus acquiritur dominium, ſi Præla-
tus illos facit ſuos, tranſmittuntur iſti ad
16 hæredes,in quibus præſumitur continua
tum dominium, l.ſiue poſſidetis, & ibi
Bal ff.de acquirenda poſſ.l.ſi ſorori,& ibi
Alex.C.de Iure deliberandi,aut in legata-
rium,in quem pariter ſtatim recta via rei
legatæ tranſit dominium, l.à Titio,ff de
17 fur. l.vnica,§.in nouiſſimo, C. de caduc.
Tol.cum ſimilibus, & hæredibus vſufru-
ctuarij.cum diximus Prælatum compara-
18 ri,debentur fructus; ſi erant percepti te-
net Alex.conſ.157.2.vol. per tex.in l de-
functa præalleg.& l.Iul.§. ſi fructus,& ibi
Bal.ff de act.emp.Gig.in tract. de penſ q.
53 Et habere adminiſtrationem dicitur,
qui habet beneficium,etiã ſimplex, quod
habeat dotem adminiſtrationem habere
dicitur Papatus,Patriar.Archiep.Epiſco.
pus,Abatia ſecularis,& Parochialis: ſine
adminiſtratione dicitur canonicus,& alij
Rebuff.in pract.in verbo ſeculare quotu-
plex.
Fac.optimus tex.in c.vn.de Cler.non reſ. li.
6.vbi beneficiatus In fructibus beneficio
rum acquirit dominiũ,& facit illos ſuos,
ibi rerum ſic receptarum dominium non
acquirat,nec faciat eas ſuas. Facit quod
dicit Bar.in l.diu. ff.ſol, matr.verſ.opp. vt
ſup.de vſufr. vbi dicit, quod Canonicus
fructus perceptos,& percipiendos tranſ-
mittit ad hæredes pro rata anni, quo ſte-
tit in beneficio Canonicatus; non enim,
inquit,percipit fructus, tanquam ſimplex
fructuarius, ſed propter onera Eccleſiæ,
quæ ſuſtinet.Idem dicit Imol.ibid. & gl.
ac Bar.in l.1.C.de ann.ciuil.vbi dicit glo.
quod ille tex. & adducta ibid. ſunt a.g.
quod fructus percepti ex præbenda Cle-
rici,tranſeunt ad hæredes dicunt Doct.in
c.ſtatut.§.aſſeſſorem,de reſcr. in 6. Arch.
in c.conſuetudinem in fin.de Cler. non
reſ.dicit,quod ille tex. benefacit pro ſen-
tentia illorum,qui dicunt, quòd Clericus
facit fructus beneficij ſuos. Sed ipſe cre-
dit,quòd non faciat ſuos,ſed benè habeat
eos,quoad vſum.& diſpenſationem Fac.
quod dicit Spec.in tit.de act.§.1 verſ.Re-
ctor.& de fructib.& intereſ. verſ. pone
Prælatus,& in tit.de ſtat. Mon. ver. 58.
quæ-

Digitized by Google

quæritur vbi dicit, quòd fructus beneficij
à ſolo ſeparati tempore mortis Prælati
debentur eius hæredibus, vel legatario,
& ſufficit fructus eſſe à ſolo ſeparatos, nō
reconditos, ad hoc quod debeantur mor-
tuo, eſt communis opinio Doct. in d. cap.
præſenti, de offic. ord. per Franc. in cap. ſi
propter num. 5. de reſcript. Tir. de retrac.
tit. 11. §. 5. glo. 4. num. 1. Fac. quia fructus
penſionum ſuper aliqua Eccleſia, vel be-
neficio reſeruatorum maturati, & non
exacti per penſionarium, cui debebatur
penſio, tranſmittuntur ad hæredes quibus
Ius exigendi præteritas penſiones non
ſolutas competit, per ea quæ dicit Alex.
conſil. ſuo 4. Incip. perſpectis his in fin. 3.
volum. Paul. de Ro. in tract. penſ. 8. quæſt.
19 verſ. t. eccleſiaſtica, vbi dixit, quòd pen-
ſionis fructus lucrati per penſionarium
dicuntur proprij, & in illius dominium
tranſeunt, & ab eo donari poſſunt, per
tex in l. ædibus. §. vltimo, ff. de donat. po-
nit Gig. in ſuo tract. de penſ. quæſt. 52. vbi
ad id probandum multa adducit. Subdens
quòd acquiſitum ex penſione non dicitur
acquiſitum ex beneficio Eccleſiaſtico, &
de penſionibus decurſis, Clericus teſtari
20 poterit, de quo nil mirum, quia fructus
Eccleſiæ poſſunt vendi, & alienari; vndè
etiam ad hæredes tranſmitti c. fin. ne Præ-
latus Vic. ſuas, & Clemen. prima. §. fin.
de rebus Eccleſ. non alien. Feder. de Senis
conſ. 113. quæritur, an Conſtitut. in Spec.
de hæret. in princ.

Item fructus contingentes, & obuenientes
tempore Sedis vacantis debentur Eccle-
ſiæ, vel futuro ſucceſſori per verba tex. c.
præſenti de off. ord. in 6. ſiue vacationis
tempore obuenientia, idem in cap. cui vos
eo. & cap. quia ſæpè, de elect. in 6. & Cle-
ment. ſtat. eod. tit. & dicit. Phil. Franc. ex
mente Doct. in d. c. præſenti, quod ſi bene-
ficium habet bona diſtincta, tunc in illis,
ac in fructibus ſuccedit ſucceſſor, ſecus ſi
non habet bona diſtincta, licet ratione
dignitatis plus percipiat, quàm alij Ca-
nonici, tunc enim ſuccedit capitulum, &
ſi ſit Canonicatus ſuccedit in bonis capi-
tulum, & fructus interim capit per d. Phil.
Fran. eſt dec. Boer. dec. 340.

Et videtur adeò verum, quod fructus pendē-
tes ſpectant ad ſucceſſores in Eccleſia,
quod ſi Sede vacante capitulum, aut Ca-
thedralis, vel collegiatæ, aut regularis Ec
cleſiæ illos occupat, eſt Capitulum, & alij
occupantes excommunicati, quouſque
reſtituant, d. c. quia ſæpè, in quo tex. & ibi
glo. apparet, quod fructus, & emolumenta
iuriſdictionis obuenientes tempore Sedis
Vacantis non pertinet ad capitulum, licet
ad ipſum ſpectet iuriſdictio, ſed ad ſucceſ-
ſorem.

Imo ſi hæredes Prælati defuncti recollegiſ-
ſent fructus immaturos, ne ad ſucceſſorē
peruenirent Prælatum, tenentur ei ad in-
tereſſe, not. per Doct. in l. pen. ff. de vſufr.
legat. fac. Tiraquel. 2. tit. gl. 4. num. 15. de
retract.

Facit Calder. conſil. 3. de pecul. Cleric. vbi
poſita quæſtione de fructibus, dicit, quòd
in fructibus contingentibus poſt mor-
tem, puta quando decedit Clericus an-
te fructus recollectos, ſuccedit Eccle-
ſia.

Et dicit Io. Copus in trac. de fructibus lib. 4.
tit. 3. c. 2. quòd tam fructus à Prælato per-
cepti, qui in bonis eius eſſe cęperunt, quā
etiam ij, qui tempore vacationis obuene-
rint, debent futuro reſeruari ſucceſſo-
ri.

Et dicit Ruin. in conſ. 156. lib. 4. num. 3. quòd
nō licet nec Legato de latere, nec Archie-
piſcopo accipere fructus, vel bona Sedis
vacantis, quę debent futuro reſeruari ſuc
ceſſori.

Item pro rata temporis fructus tranſmittun
tur à Canonico ad ſucceſſores, Bar. in l.
diuor. in fin. principij ſol. mat. vbi Alber.
dicit communem, quòd ſeruatur idē, quòd
in vſufructuario ſcilicet, quòd collecti fiāt
defuncti, & hęredis, pendentes remanent
ſucceſſori per Did. Cou. var. reſol. lib. 1. c.
15. n. 12. licet ipſe à dicta commune opi-
nione recedat. Vt ego habui, & collegi ex
doctiſſime notatis, & reportatis per Re-
uer. D. D. Fileſium de Citadinis Nobilem
Ciuitatis Interamn. Epiſcopum Muranū
multæ lectionis, ſummę doctrinę, & iudi-
tij, ac ſingularis probitatis virum pręcla-
riſſimum, mihi vinculo amicitiæ antiqui-
tus coniunctum.

Verum oppoſitis non obſtantibus, deſcrip-
tio ſpoliorum, ſeu diffinitio, eſt vera, & fir
ma remanet, quia ad Cameram ſpectant,
non ad ſucceſſorem, non ad hęredes, niſi
in caſibus, & per ea, quæ dicuntur infra,
nam iſta, cum ſint beneficialia à beneficia
libus dependentia, & introducta de Iure
poſitiuo ſunt omninò ad Papæ diſpoſitio
nem liberè, & ei manualia, per Abb. in c.
conſt. de rel. dom. per eundē in ſua diſpu-
tatione, quę incip. Epiſcopus col. 2. in qui
bus Papa poteſt attenta poteſtate ſua ma
gna, ſine cauſa pręiudicare per Doct. in c.
quæ in Eccleſ. de Conſt. ſequitur. Caccial.
in ſuo tr. penſ. q. 19. col. 3. n. 17. quia Papa

concedit beneficialia ad nutum, ad
tempus, & ſub conditione cap. ſi gratioſe
de reſcript in 6 capit. veniens de filijs
presbit. capit. quamuis capit. petijſti. 7.
quæſt. 1. dictum Abb. notabile. capit. in-
ter quatuor, de maior. & obed. vbi dicit:
quòd licet Papa non poſſit procedere, &
ſententiare contra non citatum, & con-
tra non vocatum, eſt ſecus in beneficia-
libus, in quibus habet plenariam poteſta-
tem, ita etiam notatur in cap. cum olim
de re. Iud. quæ cum ſint introducta à iu-
re poſitiuo, & ſupra ta'e ius ſit Papa,
merito ſuo modo de illis habet poſſe di-
ſponere: quia Papa vti Dominus benefi-
ciorum poteſt etiam ſine cauſa imponere
22 penſionem ſuper fructibus beneficiorum
cum de talibus fructibus poſſit ad bene-
placitum ſuæ voluntatis diſponere per
Doctor. in cap. quæ in Eccleſiarum. de
conſtitut. Sequitur Decius conſ. 436. col.
2 3 vol. & in his redditibus Eccleſiaſticis
id iuris habent, & habere debent Clerici,
23 quod à Papa, & à Canonibus expreſſim
eſt ſibi conceſſum, & conceditur. Innoc.
in cap. indecorum. de ætat. & qualitat gl.
in cap. res Eccleſię 12. quæſt. 1. Archid. in
cap. ſtatutum. §. aſſeſſorem de reſcript. in
6. pulchrè Card. conſil. 110. col. 2. & qui-
dem res Eccleſiarum ſubiacent admini-
ſtrationi Rom. Pontif. & Prælatorum, à
quibus ipſa Catholica Eccleſia regitur, ſic
& Canonibus Eccleſiaſticis ipſum Eccle
ſiæ patrimonium commiſſum eſt, quia bo
norum Eccleſiaſticorum adminiſtratio
24 Rom Pontif. & eius Canonicis conſtitu-
tionibus commiſſa eſſe videtur. cap. viden
tes cap. præcipimus 12. quæſt. 1. quibus
quidem Canonibus ſeparatim ab Eccle-
ſiæ Aerario conceditur Epiſcopis, & Cle-
ricis Eccleſia um miniſtris certa portio
ex redditibus Eccleſiaſticis, cap de red-
ditibus. cap. cognouimus, cap mos eſt, c.
ſancimus. 12 quæſt. 2. S. Thom. 2. 2. quęſt.
185. artic. 7. & quolibet. 6 artic. 12. refert
Conar. in cap. cum in offic'js de teſtam.
verſ. vltimo hinc poteſt. Quia Canonibus
diligenter conſideratis colligitur clericos
beneficia habentes, ex eorum redditibus
eos tantum expendere poſſe, quantum ad
eorum victum, veſtitum, cæteroſque vſus
congruos, & neceſſarios ſufficiat, cap. fin.
12. quæſt. 1. & cap. videntes ead. cauſ. &
quæſt. & in principio 44. diſt. tibi ò Sacer
dos, inquit Hieronymus, viuere de Alta-
ri permittitur, non luxuriari, bona ete-
nim Eccleſiarum ſunt proprie Chriſti pa-
trimonium cap. cum ex eo de elect. in 6.
notat Fel. & Decius in cap. conſtitutus
de reſcrip. Hinc Diuus Bernardus epi-
ſtola ſecunda ſcribit. denique quicquid
præter neceſſarium victum, ac ſimpli-
cem veſtitum de altario retines, tuum
non eſt, rapina eſt, ſacrilegium eſt. Secun
do Clericis omnino permiſſum eſt anti-
quis Canonibus, redditus Eccleſiaſticos,
qui ad præfatam congruam ſubſtentatio-
nem neceſſarij non ſint, in optima, vel
aduerſa valetudine, in pios erogare vſus,
iuxta illud Luce primo, quod ſupereſt da-
te pauperibus. cap. fin. 16. quæſt. 1. capit.
Caſellas. cap. Epiſcopi 10. quæſt. 2. noua
etenim lex de dandis decimis Eccleſiæ
miniſtris ex eo iuſtitiam præſefert, quod
25 pro congrua Miniſtrorum ſuſtentatio-
ne, & pro pauperibus alendis datur ipſa
decima fructuum pars, Gaetan 2. 2. quæſt.
87. artic. primo & quæſt. 185. artic. 7. cap.
decimæ, & cap. fin. 16. quæſt. 1. Tertio
Clericus habens beneficium poteſt libe-
rè diſponere de illis redditibus, qui ſunt
neceſſarij ad eius honeſtum ſumptum in-
ſpecta cuiuſque qualitate, ſi eos præci-
puos is habeat, qui aliunde victum, & ne-
ceſſaria ſibi miniſtrauit, ideſt, quod licet
aliunde puta ex patrimonialibus victum
habeat, poteſt nihilominus de fructibus
beneficij pro rata ſui victus iuxta ſuam
qualitatem ſibi conceſſam diſponere.
Hæc etenim pars bonorum eccleſiaſtico-
rum miniſtris per Canones antiquos con
ſtituitur cap. Eccleſias, 13. quæſt. 1. tex. &
ibi Abb. in cap. de his de Eccleſijs æd fi.
cand. vel reparand Sanct. Thom. 2. 2.
quæſt. 185. artic 7. in reſp. ad 2. Io. maior
in 4. ſent. diſt. 24. quæſt. 17. & quæſt. 20.
& idem ipſe dicerem in his redditibus
Eccleſiæ, & beneficij, quos digniſſima
mercede induſtriæ, & laboris impenſi in
Eccleſiæ regimine recipit ipſe, qui Ec-
cleſiæ curam geſſit ex Bolognino in
Anan. conſ. 87. vbi ipſe Ananias hoc ip-
ſum probat.

Et non deſunt, qui opinentur Clericum ha-
bentem beneficium vltra ſibi neceſſa-
ria, de redditibus illius in profanos, &
voluptuoſos vſus expendentem, mortale
peccatum committere, & ad illorum red-
dituum, ita expenſorum, & conſumpto-
rum reſtitutionem teneri ex verbis Hie-
ronymi dicentis, aliena rapere conuinci-
tur, qui vltra neceſſaria ſibi retinere pro-
batur. §. ordinandus 42. diſt. ſenſit hanc
opinionem, Sanct. Thom quæſtion. 43.
articul. 8. aſſent. Alex. Haleſ. 3. quæſtion.
36. membro. Ricard. a Media villa
in 4.

in 4 ſent.diſt.46.artic.3.quæſt.1.Io.maior
diſtin.24.quæſt.17 dicit hanc opinionem
eſſe communem , quam tandem probat
Palud.in 4 diſt.24.q. 3 artic. vltimo qui.
bus ſuffragatur tex optimus in c. Epiſc.
12.q.1.& tex.in c.1.12.q 3.pulchre diuus
Bernardus epiſtol.42. col.3. clamant, in-
quit,pauperes noſtrum eſt, quod effundi-
tis nobis crudeliter ſubtrahitur,quod ina.
niter expenditis , huic opinioni accedunt
Abb.in c.cum ſecundũ de præb.1.col.Ar-
chid.& Dominic.de Sancto Gimin.in sũ-
ma.44.diſt.Fel.in c. poſtulaſti de reſcrip.
Butr.c.1.num.28.de emptio.Sed hæc, atq;
alia à dictis Doctor. adducta eo tendunt
frequentius. vt ſit illicita hæc eccleſiaſti-
corum redditũum in profanos vſus diſtri-
butio, non tamen, vt ſit reſtitutio neceſ-
26 ſario facienda. Præterea redditus Eccle.
ſiaſtici, qui ſuperſunt vltra miniſtrorũ vi-
ctum,alieni dicuntur, non proprij , ſed ex
quadam metaphora: eò quod eſſent pau.
peribus erogandi,quod auctoritate Hiero
nymi cõprobatur ; is etenim ſcribit bona
Eccleſiarũ dici bona pauperũ,quoad debi
tum quia eis debẽtur,nõ quoad dominium
neq; quoad proprietatẽ:per Card.à Turre
Crem.in capit.videntes nu.2.12.q.1.Et li-
cet Canon primus 12 q. 3. probet: quod
acquiſita ex fructibus,&redditibus bene-
ficiorum ſpectent ad Eccleſiam , id quod
nemo negat,nõ tamen ex eo ſequitur, er-
gò Prælatus fructus ſibi deſignatos malè
cõſumens , tenetur reſtituere , quia licet
Thom.&Gaet.2.2.q.185.art.7.dicant hãc
conſumptionem non poſſe fieri abſq; pec
cato mortali,negant tamen reſtituẽdi obli
gationem,Præp.in ſumma.44.diſt.col.5.S.
Tho.in ſeſto quolibet.art.12. Syluester in
ſumma in ver.Clericus quarto 20. quæri-
tur vbi poſt diſtinctiones idem tenere vi-
detur:& in verbo reſtitutio 3.q.5. Adria.
nus.in 4.ſent. c. incipientem pro clariori
4.concl.Quorum ſententia licet benignior
ſit,&noſtris hiſce temporibus admitten-
da,ex totius orbis Chriſtiani conſuetudi.
ne,qua plurimum iuuatur, vide tamen , &
cogita nonne alia opinio forſan eſſet ma
gis ſalubris animæ & corpori,Clericis no
ſtri temporis:quia Abb.in d.c.cum ſecun-
dum,nimis affirmatiuè dicit quod Clerici
tenentur reſtituere de ſuo Eccleſiæ illud ,
quod male expenderunt de illius redditi-
bus:& propterea cogita bene,quia anima
eſt cunctis rebus præferenda.
Vlterius Canones permittunt,quod diſtribu
tiones quotidianæ , quæ dantur miniſtris
Eccleſię ob laborem,& ob illud ſeruitium
& miniſterium,quod diuino cultui, ac di-
uinis officijs impendunt , acquiruntur: &
27 acquiſitæ ſint, percipientibus,etiã quoad
dominium per tex.qui dicit in cap. vnico
de cler.non reſid.in 6. ad fi. dicunt Dom.
à Sancto Gemin. & Franc.ibidem, idem
dicit Barba.in cap.fin.col.fi.de pecul.cler.
vbi, dicit illum tex.eſſe ſingularem. notat
glo. Gulielmi in extrauagan. prima ne ſe-
de vacante in extrauagan. communibus
in verbo conſueuerit , idem dicit Decius
conſ. 280.col. prima. quorum opinio eſt
communis,quam ſequitur Pariſ.conſ.33.
vol.4.col.2 conceduntur enim iſtæ diſtri-
butiones à Canon.Clericis ob illud mini
ſterium quod exhibent altari , & diuino
cultui. id quod etiam notatur per Bolo.
gnin.in anan.conſ.87.quia dictæ diſtribu.
28 tiones aliquando, & in aliquibus Eccle-
ſijs conſiſtunt,& diſtribuuntur in potu,in
pane , in pecunia , & in bladis extrauag.
poſtulaſti. & cum non ullæ de præben.&
dignit.extrauag.commun.vnde ſic percep
tas, & acquiſitas, poteſt Clericus ad libi-
tũ ſuæ voluntatis diſtribuere,ac de eis di-
ſponere, & ad hæredes tranſmittere,quia
conſanguinei ipſius Canonici bene ſucce
dunt,in iſtis diſtributionibus,nam quoti-
29 dianæ diſtributiones non augent Corpus
præbendæ.Sed debentur propter operam
perſonæ arg.l.1.ſec.reſp.ſi menſ.falſ.mod.
dix.l.ſi duobus.ff.pro ſoc. §. ſi in coheun-
da,& in cap.licet nobis de præben.vide-
tur tenere lau.in Clem.fin. de præben. di-
30 cens: quod talis ſeruiens fideliter diuino
officio facit fructus ſuos : & poteſt ſicut
laborator de diurno denario diſponere :
prout refert dominus Florian.ibi, faciunt
adducta per Oldra.cõſ.118 Incipit ex vir
tute gratia dicit Domin.in d.Clem: quod
Clericus poteſt teſtari de quotidianis di-
ſtributionibus. Ita dicit tenere Guliel. in
extrau. Io. 22. Incipit ſuſcepti maxime
glo.in ver.conſueuit,quæ dicit quod diſtri
butiones quotidianæ de Iure ſunt fructus
liberi à decimis, & ita aſſignantur vt lu-
crantur,& de iſtis teſtare poteſt Clericus
vltra prædicta faciunt omnia Iura : quæ
dicunt Clericum maxime non habentem
dignitatem, adminiſtrationem,vel curam
prout eſt præbẽdatus,æquiparari fructua-
rio: de quibus habetur in cap. fin. de pi-
gnor.in cap. requiſiſti de teſtamentis : ſed
clarum eſt, quod fructuarius efficitur do-
minus fructuum iam recollectorum ff.qui
bus mod. vſuf amit.l.vſufructuarius, & eo
mortuo non ſpectant ad proprietarium,
ſed ad hæredes fructuarij, vt ibi not.Ergo

idem videretur de fructibus præbendarum, & multò magis de quotidianis diſtributionibus: in quibus præbendatus habet manua ſua, vt patet ex iuribus ſup. allegatis, refert Nicol. de Vbal. in tract. de ſucceſſ. cler. ab inteſtato, §. finita tandem, verſ. ſexto quæro; vbi multa in contrariũ adducit; quod videlicet in diſtributionibus quotidianis Clerici, vel Sacerdotis, ſuccedere habet Eccleſia, non hæredes defuncti, ſed dicit, quod adducta in contrarium, ſunt adducta cauſa diſputationis, non cauſa deciſionis, quia ſententia illorum, qui dicunt in diſtributionibus, & huiuſmodi ſuccedere conſanguineos, non Eccleſiam in via Iudicij magis præualet, & tenetur, ſed de his dicimus infra in q. de facultate Prælati in rebus Eccleſiaſticis, & facientibus ſpolia, & in q. de ſucceſſione Clericorum ab inteſtato, ſed de diſtributionibus vide, quæ dico in qu. de poteſtate Cleric. & in q. de ſucceſſio. Cleric. ſecul. ſuis locis.

Idem etiam videtur in fructibus penſionum
31 decurſarum, etiam non exactarum, vt in eis acquiratur dominium, & tranſmitti poſſint ad hæredes, immo quod Ius exigendi præteritas penſiones non ſolutas, competat hæredibus Clerici defuncti, cui dicta penſio erat reſeruata, per ea, quę latè adducit Gig. in ſuo tract. de penſio. qu. 52. & 53. vbi quæſtionem ponit, & examinat latè.

Item videtur etiam ſancitum, & conſtitutũ à Pontificibus, & Canon. quantum, & in quanta quantitate, poſſint Clerici diſponere de bonis, ac redditibus Eccleſiæ, quia probatur in c. ad hæc. de teſta. quòd Clericus in ægritudine conſtitutus, poteſt cauſa donationis inter viuos, reddituus Eccleſię in piam erogare cauſam modo in donatione vtatur moderamine, ſi ex ea infirmitate decedat, ſed ſi eſt ſanus, & in bona valetudine, ſi in pios vſus velit aliquid expendere de bonis mobilibus Eccleſiæ, id poteſt libere facere, nulla perfinita, vel taxata quantitate, id. quod probatur in cap. quia, Io. vbi glo. 12. q. 5. dicunt, & notant Abb. Anchar. Imola, & Barba. d. c. ad hæc, & ſecundum eundem Barba. ibi ſec col. oportet, quod ſequatur traditio rei donatæ viuente ipſo Clerico, qui donat.

Et quod Clericus beneficium Eccleſiaſticũ habens, proprio teſtamento non poſſit diſponere de rebus occaſione Eccleſiæ acquiſitis, eſt tex. apertus in cap. cum in officijs de teſtamen, idque procedit etiã
33 ſi illa bona acquiſierit occaſione redditus ipſius benefic j, per tex in cap. relatum, vbi Abb. & alij, ſed melius per eundem Abb. & latius in cap. cum eſſes, in ſecunda lect. num. 23. cuius opinio eſt communiter recepta, & omnium conſenſu approbata: licet Palud. in 4. ſent. diſt. 15 q. 3. arg. 6. permittere videatur Clericis liberè teſtari de redditibus beneficiorum, quod manifeſtè conuincitur per dicta iura, & communem ſententiam, quæ procedit non ſolum in redditibus, & fructibus collectis ex beneficio; ſed & in rebus emptis de pecunia redacta ex eiſdem fructibus, per Barba. in cap. inquirendum, de pecul. Cler. n. 7. Bertran. conſ. 258. vol. ſec. id quod probatur in dicto cap. relatum, & d. c. cum in officijs vbi paſſim Doctores; idem dicere videtur Angel. in ſumma in ver. emptio, verſ. vtrum emptum, vbi po-
34 ſita q. vtrum emptum pecunia aliena ſit ementis: reſpondit, quod ſit, ſi nomine ſuo emit, l. ſi ex ea, C. de rei vend. fallit in empto de pecunia Eccleſiæ, cap. pri. 12. q. 3. & ſec. q. ver. fixum: quod adeò eſt verũ, inquit, quod ſi Clericus habens pecuniam de præbenda, emerit prædium, amplius non poterit illud dare, etiam intuitu pietatis, licet pecuniam potuiſſet dare; quia ſtatim prædium fit Eccleſiæ, ſiue emerit nomine Eccleſiæ, ſiue ſuo, ſiue alieno c. 1. de pecul. cler. & c. inquirendum.

Per quæ ſatis conſtat, quod Prælati, & Clerici, ſiue ſint defuncti, vel ſucceſſores in beneficijs, quam habent, aut habuerunt poteſtatem, & facultatem in bonis, ac redditibus Eccleſiæ, vel beneficiorum, eam habent à Papa conditore Canonum, & à Canon. & eo modo, forma, qualitate, & conditione, integrè, vel limitatè, qua Papa, & Canones conceſſerunt, & concedũt, & non alias, vel alio modo eadem facultate, ſeù poteſtate, vti debent. Vndè nihil mirum, ſi Papa, qui fructus beneficiorũ, ac redditus, concedit Prælatis, ac Clericis ad ſui, & ſuorum ſubſtentationem, & deducto victu, reliqua de fructibus ſecundum canones diſtribuere, & diſpenſare eorum vita durante acquiſita, & relicta per eoſdem ex dictis fructibus, remanſa canonice non diſpenſata, aut, vt ius erat, non diſtributa, veluti eorum ſpolia, ac fructus inexactos, vel pro aliquo tempore decurrendos, Cameræ Apoſtolicæ, vel pro ſupplenda negligentia Prælatorum in diſtribuendo, & diſpenſando, aut pro ſeruanda canonum ordinatione, aut pro ſanctæ Sedis Apoſtolicæ, ac Sanctæ Romanæ

Ec.

Eccleſiæ ſubuentionibus reſeruat, cui beneficia totius mundi, illorumque fructus
35 ſunt manualia, & ei obedientialia, cap. conſtitutus, de relig. dom. qui illa ad nutum, & ſub conditione concedit, c. ſi gratioſe, de reſcrip. in 6. in quibus poteſt Papa, vt in re ſua eſſe moderator, & arbiter, c. de his de ſepult. & qui potuit concedere totum, partem benè reſeruare potuit: quia, qui potuit illud, quod eſt plus, eſt etiam dicendum, quod poſſit illud, quod eſt minus, l. Claudius Fœlix, ff. qui pot. in pign. hab. Bal. in l. conuenticula, C. de Epiſcopis, & cler. Et ſi poteſt reſeruare partem alicui de fructibus beneficij; veluti eſt reſeruare penſionem, quæ eſt portio certa dependens à fructibus beneficij, a
36 quo extrahitur, inuenta à Romanis Pontificibus ex rationabili cauſa, vt per Caccialup. & Gig. in eorum tract. de penſion. in princ. Item, & partem quoque dictorũ fructuum reſeruare poteſt Cam. Apoſto-
37 licæ pro neceſſitatibus Eccleſiæ Romanæ, & Sedis Apoſtolicæ: extrauag. cum nonnullæ, de præben. & dignitatibus, extrauag. commun. la prima, & la ſeconda, & extrauag. poſtulaſti eo. vbi Papa pro neceſſitatibus Rom. Eccleſiæ, & Sedis Apoſtolicæ applicat fructus beneficiorũ vacatorum, & vacaturorum ad certum temporis ſpacium, Cameræ Apoſtolicæ, qua Papa fructus Sedis vacantis concedit Epiſcopo diœceſis pro exonerando Epiſcopatu debitis, cap. ſi propter debita de reſcrip. & ibi glo. quia dicit Archid. in tract. de hęreſi. incip. ſant. in Chriſto Pat. verſ. & quia tanta, quod in talibus Papa eſt dominus quantum ad vſum, quia eis
38 vti poteſt, ſicut placet, & decet ſuam potentiam, ſiue ſtatum, per tex. in c. bonæ rei. 12. q. 2. c. per principalem, 9. q. 3. & c. nunc vero eadem cau. & q. quia dominiũ rerum Eccleſiarum propriè loquendo nõ eſt apud aliam Eccleſiam, ſed apud Chri-
39 ſtum, ſecundum Innocen. in c. cum ſuper de cauſ. poſſ. & proprie. cuius Papa eſt Vicarius, cum omnimoda poteſtate in terris, vel apud Eccleſiam Catholicam, quæ eſt vnica cap. loquitur 24. q. 1. cuius ipſe eſt Princeps, glo. & Doctor. in cap. conſtitutus de relig. dom. vbi Dominus Ant.
40 dicit, quod de rebus Eccleſiaſticis poteſt diſponere Papa vt vult, etiam ſine cauſa, & Papa de fructibus beneficiorum diſponit aliquando, vt debeantur, etiã perſonæ non habenti in eis titulum, cap. ſi propter, de reſcrip. in 6. cap. ſi tibi de cõceſſ. præben. in 6. extrauag. Io. 22. ſuſcepti,

cum ſimilibus, & ſecundum antiquos Canones de fructibus beneficiorum ſie-
41 bant quatuor partes, vna Epiſcopo, altera fabricæ tertia pauperibus, quarta ſacerdoti, facit illud, quod dicit Io. And. in inter cætera extra de off. ordinarij, quem refert Abb. vbi quod optaret, quod Eccleſia Romana perciperet vigeſimam partem redituum Clericorum, ad ſuſtentationem Papæ, & Cardinalium, & abſtineret à cõmunibus ſeruitijs, & à fructibus primi anni, quos recipit à prælatis promouendis. Et neſcit, quod de hoc alijs fuit factus ſermo in Concilio Viennenſi, & Papa pro ſuis neceſſitatibus applicat fructus Sediũ vacantium Cameræ Apoſtolicæ per extrauag. nonnullæ, la prima, & la ſeconda, de præben. extrauag. com. glo. quę dicit in Clem. vnica, de ſupplen. negligen.

Facit, quia ſiue habeas beneficium à Sede Apoſtolica immediatè, ſiue ab ordinario: omninò à Papa habes, quando authoritate, quam ſibi concedit Papa ordinarius confert, cap. vt animarum, de conſtit. in 6 clem. ne Romani, eo. 27. q. 2. inſtitutiones. Et quando Princeps ex voluntate ſua fuit cauſa vt quis acquireret aliquid, ipſe illud idem acquiſitum poteſt ſola authoritate auferre, ſecundum Angel. in l. Antiochenſium, ff. de priuil. cred. vbi dicit quod Princeps ſine cauſa poteſt alicui auferre rem, quam ipſe ille donauit, quia per eundem Angel. in l. lutius, ff. de edilit. Imperator poteſt ſine cauſa auferre rem quæſitam ex præſcriptione, vel vſucapione, quia talis modus acquirendi fuit inductus ab eo, & ab eo auferri poteſt ſine cauſa, per Felin. vbi multa allegat, c. quæ in Eccleſiarum, de conſtit. col. 16 verſ. 5. declaratio, & Papa poteſt tollere ius quęſitum ex lege ſua, Paul. de Caſt. conſ. 216.
42 Incipit quomodo, Felin. in cap. nouit. 8. col. de iud. facit, quia Papa ſolet concedere quotidie ius teſtandi, etiam monachis, de rebus, ac fructibus per eccleſiam acquiſitis, Staſil. de litteris gratiæ, & Inſtit. col. 1. poteſt enim Papa licentiam teſtandi Religioſis concedere, arg. l. ſi quando in princ. C. de inoff. teſtam. Soccin. conſ. 13. vol. 1. Franc. in rubrica de teſtamentis
43 in 6. col. Iaſ. & alij in authentica ingreſſi ſec. col. de ſacroſan. eccleſ. C. Baldus in d. l. ſi quando, Barba. in cap. cum in officijs de teſtam. col. penul. Caccialup. de penſio. q. 19 in fin. Idem Barba. in tract. de præſtan. Card. 1. par. q. 4. vbi dicit, licentiam hanc teſtandi, à Papa conceſſam clericis, de redditibus beneficiorum teſtandi, eſſe

in.

intelligendam ad pios vſus, non alios,
Dec.conſ.512.ſec.col.vbi dicit hanc opi-
nionem eſſe communem, & Paulus Ter-
tius in ſua conſtitutione, in materia ſpo-
liorum facta, de qua ſupra atteſtatur ſpo-
lia ab antiquiſſimo tempore citra, nomi-
ne Cameræ Apoſtolicæ exacta fuiſſe, &
inter iura ipſius Cam. connumerata, &
prædeceſſores Rom. Pontifices, ac ipſum
prælibatum Paulum de ſpolijs diſpoſuiſ-
ſe dotando, tranſigendo, & alias diuerſi-
mode contractando, ac collectores in va-
rijs prouincijs, & exactores, pro illis col-
ligendis conſtituiſſe, & deputaſſe, ac mul-
tas litteras ſui, ac prædeceſſorum, ſuper
exactione ſpoliorum emanatas, in quibus
continebatur ſpolia ad Cameram Apo-
ſtolicam ſpectare, & pertinere.

Per quæ, cum latè conſtet, quod Papa in
caſu noſtro optimè potuerit iſta acquiſi-
ta, iſta relicta, iſta ſpolia, & iſtos fructus,
Cameræ Apoſtolicæ reſeruare, appro-
priare, incorporare, & applicare eſt etiã
dicendum, quod id voluerit, & expreſſe
mandauerit, vt cum de poteſtate dixeri-
mus, dicamus de voluntate, quia iſta duo
perficiunt omnes actus, & ſi alterum de-
ſit, nihil dicitur actum per Bal. in l. omne
verbum, C. communia de lega. Alex. conſ.
52 num. 27. lib. 4. Nec de Papæ voluntate
in hoc eſt in aliquo dubitandum, tũ quia
Conſtitutiones, & leges deſuper factæ, id
clarè dicunt, vt ex illorum inſpectione
cuilibet conſtare poteſt intuenti, tũ etiã,
quia in dictis conſtitutionibus ſtat clau-
ſula motu proprio, &c. Quæ de ſui natura
importat, quod facit principem præſumi
velle; per ea quæ notat Bal. in l. omnes, in
principio, C. de quadrien. præſcrip. Item
44 facit præſumi rite factum à Papa, Card.
in Clem. 2 q. 4. de off. ordin. Item ſtant cõ-
ſtitutiones ſignatæ, cum clauſula ex certa
ſcientia, quæ facit præſumi Principem vel-
45 le, etiam ſi deficiat clauſula non obſtante
tali lege, ſecundum Bal. in l. omnes præal-
legata. Item facit præſumi, vti abſoluta
poteſtate, per glo. in cap. ad hoc in ver. ele
gerint in fin de reſcrip. Item ſupplet de-
fectum ſolemnitatum, Rot. deciſ. 234. Pa-
pæ in nouis. Item æquiparatur clauſulæ
de plenitudine poteſtatis, per Innocen. in
cap. innotuit de electton. Bal. in l eos in
princip. C. de appell. Barb. in conſ. 103. &
clauſula ex certa ſcientia tollit omnes de-
fectus inductos à Iure poſitiuo, & plus o-
peratur, quam clauſula Motu proprio, vt
per Fel. in c. cauſam quæ el ſegundo, in
quarta col. verſ. quinto nota, de teſtibus.

Item conſtitutiones ſtant cum clauſula,
de Sedis Apoſtolicæ poteſtatis plenitu-
46 dine, quæ includit defectus ſolemnitatis,
Specul. in tit. delegat. §. nunc oſtẽdendum
eſt verſ. & nota, quod ſi clauſula. Et ibi
Bal. in additionibus verſ. clauſula ſupplẽ-
tes, per Alex. conſ. 16. col. penul. volum. 5.
Dec. conſ. 116. col. 2.

Item ſtant cum clauſula non obſtan. quæ
47 operatur, quod Princeps præſumatur ſic
velle, vt in reſcripto cõtinetur, quę omiſ-
ſa faceret præſumi de contrario, per Bar.
in d. l. omnes, in princip. C. de quadrien.
præſcrip. & in l. Idem Vlpianus §. ſunt, &
alij, in princip. ff. de excuſat. Tutor. per
glo. in l ſin. verſ. quod ſi dixit Imperator,
C. ſi contra Ius. Item contra Ius commu-
ne facit præſumi Principem facere de ple-
nitudine poteſtatis, & facit valere reſcri-
ptum contra teſtamentum, l. ſi non ſpe-
ciali per Bal. in 2. col. verſ. Item dixit Ol-
dra. C. de teſtam. Item tollit iſta clauſula
ius tertij, & operatur, quòd clauſula de
plenitudine poteſtatis, & ex certa ſcien-
tia, per Alex. conſ. 101. vol. 1. 6. col.

Sed ab huiuſmodi generali Canonum diſpo
ſitione, ac particulari extrauagantium
conſtitutione, ſuper ſpolijs Clericorum,
vel Prælatorum æditarum per Romanos
Pontifices, Iulius ſanctæ mem Papa III.
per ſuam, quam deſuper edidit conſtitu-
tionem, omnes incolas, & Curiales Vr-
bis Romæ exceptuauit, ac non compræ-
hendi, nec comprehenſos eſſe declarauit.
Et ante eum Sixtus IV. Alex. VI Leo X.
48 Idque fuit confirmatum, & approbatum
à Pio IV. per ſuam quam fecit conſtitu-
tionem, ſub tali rubrica Bulla confirma-
tionis, & innouationis, priuilegiorum in-
colarum, & curialium Vrbis, ſuper libera
facultate diſpenſandi de bonis ſuis, edita
Anno MDLXI. nonis Februarij; per quã
Curiales, & incolæ Vrbis, ſine aliquo ti-
more, & ſecure viuunt, quia de illorum
bonis quomodocunque acquiſitis liberè
in teſtamento, aut alia ſibi bene viſa vo-
luntate, contractu, aut diſpoſitione, poſ-
ſunt pro libito diſponere omni tempore,
& in euentum etiam quod ſine diſpoſi-
tione decedant, ad hæredes ab inte-
ſtato venientes tranſmittunt. In qua
etiam conſtitutione Pius Papa IV. decla-
rat eoſdem Incolas, & Curiales non liga-
ri nec comprehendi, à conſtitutione per
eum ædita, ſuper bonis ex illicita negotia
tione, aut alias contra ſacros Canones
acquiſita cuius tenor ad cautelam erit in
calce præſentis tractatus deſcriptus.

Digitized by Google

Et ad contraria pri.& ſec. loco adducta deuenio; quia non obſtant pri. addncta de ſucceſſore in beneficio; qui ſnccedit in fructibus non recollectis,non exactis, & pendentibus, ac in acquiſitis per defunctum occaſione Eccleſię,ſunt vera,& regulariter procedunt ex diſpoſitione iuris communis,ſed ceſſant in caſu noſtro, in quo ſunt factæ conſtitutiones,& extrauagantes in contrarium,per Romanos Pōtifices, iuris antiqui in caſu præſenti derogatoriæ,quia qnotidie cernimus oculis quòd Papa beneficium concedit vni, alteri vero ſpolia defuncti: per cuius obitū beneficium vacauit, & ſucceſſor gratia beneficij ſibi conceſſi contentus,ſnper in re ſibi vti ſucceſſori ad ſpolia competenti,conquieſcit,vndè noua Iura debent attendi,in eo maximè in quo corrigunt, limitant, reformant, & tollunt ius antiquum,l ideò,ff.de legibus.

Nec obſtat illud pari modo,quòd diximus: quòd Papa non præſumitur tollere Ius tertio acquiſitum: quia illud procedit, quando eſſemus in dubio de mente,& voluntate Papæ, quo caſu ſemper fit interpretatio vt non lædat, vt non præiudicet, aut lædat,vel præiudicet minus,quàm fieri poſſit,toto titulo: ſi contra ius, vel vtilitatem publicam,l.digna vox,C.de legib. Sed quando ſumus in caſu, in quo Papa ſcribit expreſsè cum intentione præiudicandi,& ius quæſitum tollendi; prout in caſu præſenti; tunc eſt ſecus per Corn. conſ.83.col.penultima in lib.4. vbi multa allegat,quia bene id Papa poteſt, ſi vult cum ſimus in beneficialibus,in quibus habet abſolutam poteſtatem vulga.cap.ſec. de præben.lib.6.Cald.conſ.12.Alex.conſ. 101.lib.prim.5.col.quia in beneficialibus tanta eſt potentia Papæ, quod poteſt Epiſcopum pro libito voluntatis de ſuo Epiſcopatu ad alium transferre,quia omnia beneficia mundi ſunt manualia,& obedientialia reſpectu Papalis poteſtatis dicit Bal in l.reſcripta col.2. & ſequen. C. de precibus Imperatori offeren. & ideò poteſt gratiam reuocare poſt Ius alteri quæſitum,vt dicit idem Bal.in l.qui ſe patris col.penul.C.vnde liber. Soccin.conſ. 156.pro fundamento in ſec.col.& conſil. 164.viſa bulla in 7.col.nec obſtat pariter conſtitutio Iulij, quia vt diximus ipſemet illam reformando,corrigendo,& tollendo declarauit nolle habere locum in locis,vbi adeſſent ſpoliorum, & iurium Reuer.Cameræ collectores,vt per conſtitutionem illius publicatam ſub die octaua Iulij 1551.Anno ſui Pontificatus 2.

Ad contraria verò ſec. loco adducta; quòd
fructus inexacti, & ſpolia relicta per de-
functum vadunt ad hæredes ſuos, non
autem ad ſucceſſorem in beneficio,neque
ad Cameram,reſpondetur, quod id eſt ve
rum,& procedit in illis caſibus,in quibus
Clericus facit fructus ſuos,& quorum do-
minium acquirit,& in quibus, & quando
habet vſufructum,veluti diximus in diſtri-
butionibus quotidianis,in fructibus pen-
ſionum,& huiuſmodi; in quibus diximus
clericum æquiparari vſufructuario,& ac-
quirere dominium in illis, de quibus ha-
49 betur in c.fin.de pignor.in fin.in cap.re-
quiſiſti, de teſtamen. per Hieronymum
Gig.in tract.de penſio. q.52.& 53. Item
de bonis acquiſitis ex fructibus ſimplicis
beneficij,de quo per glo.in cap.præſenti,
de off.ordin.in 6.in verbo reſeruari, quæ
dixit Clericum poſſe libere teſtari de bo-
nis ex ſimplici beneficio acquiſitis,cuius
opinionem tenuit Oſtien.in cap. fin. de
pecul.Cler.ex cap.requiſiſti in fine de te-
ſtam. hanc opinionem dicunt eſſe recep-
tam,& approbatam in practica Anto. &
Imol.d c fin.quod vero non ſit bona opi-
nio,& quod non ſit vera illa glo. videtur
eſſe tex.in cap.Epiſcopus 14.q.1. vbi pro-
batur Canonicos,qui ſimplex habent be-
neficium,non habere bona Eccleſiæ, vti
propria,ſed habere potius ad diſpenſan-
dum,Item Iura,quæ prohibent Clericum
teſtari de fructibus beneficij, loquuntur
50 generaliter,& indiſtinctè,nec obſtat tex.
in cap.requiſiſti de teſtamentis,vbi ſolum
probatur,quod relictum Canonico alicu-
ius Eccleſiæ acquiritur Canonico, nec
præſumitur ei legatum factum fuiſſe ex
cauſa Eccleſiæ, ex quibus non videtur,
quod glo.opinio procedat,& ita eam re-
probat Abb.in c.cum eſſes num.23.in re-
petitione,& c cum in off.de teſtam.Idem
in cap ſec.de decim. & cap. fin.de pecul.
Cler.Archid.in cap.ſtatutum, §.aſſeſſorē,
de reſcrip.in 7.Inn.in cap.indecorum de
ætat.& qualit.Dom.de S.Gimin.& Fran.
in d.c.præſent.col.5.Barba.in tractat. de
præſt.Card.p.1.q.3.num.80.Idem Barba.
in cap.requiſiſti num.34.de teſtam.Idem
in cap.fin.num.14.de pecul.Cler.Et hanc
opinionem dicunt eſſe veriorem, Imol.in
d.cap.fin.Beltran.conſ.288. Iaſ.conſil.75.
vol.3.ſequitur Didacus Couaruuias in c.
cum in off.de teſtam.ſuper quo cogita;
quia dicit Abb.in cap.fin.præallegat.de
pecul. Cler. quod illa glo. nunquam ſibi
51 placuit,nec eſt fundata in aliquo Iure.

vbi

vbi etiam reſpondet ad iura per eandem adducta, & dicit Cardinalis Zabarella in cap.fin.de pecul.cler.quod tales diſtinctiones glo.Iure non probantur. Ideò dixi,cogita, quia Gemin.in d.cap.præſenti de off. ordin. in 6. dicit quod Clericus non habens adminiſtrationem: ſed ſimpliciter, & perſonaliter beneficiatus, in vita, & in morte comparatur vſufructuario, quãtum ad faciendum fructus ſuos, & de ipſis perceptis teſtari poteſt, & ei Eccleſia ſuccedit quantum ad hos, ab inteſtato. quam glo. inquit quidam ſic intelligunt, quod quilibet habens beneficium ſimplex teſtari poſſit, quod dicunt falſam eſſe, & contra Capitulum relatum quod loquitur in Canonico, & conſequenter in habenti beneficium ſimplex, qui tamen vt ibi patet,teſtari non poteſt,&hoc inquit fateor, ſed glo.recte intellecta eſt veriſſima,& id non dixit. Sed ad hoc; quod beneficiatus poſſit teſtari, tria requirit, primo quod non habeat adminiſtrationem, ſecundo, beneficium ſit ſimplex, tertio,quod illud obueniat ſibi perſonaliter tantum,& conſequenter tales fructus ſint conceſſi ratione ſtipendij perſonalis, quibus concurrentibus poteſt teſtari, & alias vt ibi per eum. Sed hodie in fructibus, & in acquiſitis ex ſimplici beneficio,teſtari non valet Prælatus,niſi obtento priuilegio apoſtolico, ſeu ex conſuetudine loci,legitimè præſcripta, per breue Pij IV. directum Franc.Odeſcalſco ſub Datũ Romæ die 6 Martij 1560.anno primo,&per aliud eiuſdẽ Pij directũ Matth.Minali,ſub die 30.Iulij eiuſdẽ Anni 1560. Anno primo:ſed ego ex quo iura allegata pro glo. diſtinctionẽ probare non videntur, adhærerem opinioni abbatis, & aliorum ſequacium, quia magis æqua, & fauorabilis Eccleſiæ videtur, pro qua in dubio ſemper eſt facienda interpretatio ad not.in cap.in præſentia de probatio.Felin.in cap.fin.de Iudic. huius opinionis eſſe videtur Did.Couarr.variarum reſolutio. cap. xv. verſic. prius tamen. Iſthæc mihi occurrunt dicere ad diffinitionem, vel deſcriptionem ſpoliorum Eccleſiaſticorum, ſed ad quæ conſtitutiones in hac materia editæ,ſe nõ extendant, & quænam ſint perſonæ, quæ illis non comprehendantur, aut ligentur, dico in quæſtione de poteſtate Clerici ab inteſt.ſecula. vbi in multis locis videbis, tam perſonas particulares, quam Collegia officialium Rom. Cur. & vniuerſitates, quæ ſint exemptæ, priuilegijs, & conceſ-
52 ſione Papæ, à debitis, & ſolutione ſpoliorum,quia Romani Pontifices, quæ eorum ſolet eſſe erga fideles, & Sedis apoſtolicæ deuotos liberalitas, ſeu benignitas, ſoliti ſunt,& ſolent ab huiuſmodi nexibus, & debitorum ſolutionibus multos, etiam vniuerſitates, immo Ciuitates, & regna in totum, vel in partem abſoluere, & liberare, prout in præallegatis locis videre eſt, & meis temporibus vidi motum proprium Iulij III.conceſſionis gratiæ factæ Regno Neapolis:per quem mandatur,in Regno Neapolitano ſpolia exigi ab hæredibus prælatorum, & Clericorũ defunctorum: ſi quidem Clerici, vel prælati habuerint in annuis redditibus Eccleſiaſticis, computatis etiam diſtributionibus quotidianis, annum valorem ducat. centum auri de Camera; Et ſi ſpolia, & bona per defunctum relicta aſcenderint ad ſummam, & valorem ducatorum mille ſimilium. declarando, quod qui non habuerint in beneficijs, & bonis prædictum annum valorem, non comprehendantur, nec comprehenſi intelligantur, in conſtitutionibus ſuper ſpolijs editis, nec eorum hæredes occaſione ſpoliorum, per Collectores Cameræ apoſtolicę moleſtari poſſe, cum expreſſa addita declaratione,quod in conſtitutionibus ſpoliorum, comprehenſi intelligantur omnino Clerici, vel Prælati prædicti, modo per triennium continuum, vel interpellatum, habuerint in eorum vita, vltra annuum valorem ducatorum centum ſimilium, licet tempore obitus talem redditum non obtinuerint, prout ego ſæpe vidi in copijs, & ſimplicibus ſcripturis, licet non in autentica, aut forma probante mihi præſentatis, Sub datum Romę apud Sanctum Petrum ſub anulo Piſcatoris Die x. Auguſti ann. 1550. Pontif. ſui Anno primo. Et alium ſimilem motum vidi felicis recordationis Pauli IV. eidem Regno, quo mãdatur, tantummodo ſpolia exigi, ſi Clerici defuncti in redditibus Eccleſiaſticis habuerint valorem annuum ſcutorum quinquaginta auri, & reliquerint in bonis tẽpore obitus, ſcuta ſimilia ducenta, ſub Datum Romæ ſub eodem anulo die xvj. Martij anni 1558. ſui Pontificatus anno iij. eodem modo, & forma in cauſis ſpoliorum exhibitum mihi, & præſentatum, quibus gratijs,& conceſſionibus per obitum prædictorum Pontificum expiratis, vigore breuium Pij IV. cum clauſulis derogatoriarum derogatorijs ſignatorum, & expeditorum, meis temporibus ſpolia indiſtinctè fuerunt ſemper, & vbique in

dicto Regno, dictis conceſſionibus in aliquo non obſtantibus. Et id pari modo fuit generaliter ſtatutum per S. D. Pium PP. V. per ſuam bullam hoc præſenti an-
53 no 1567. menſe Septembris etiam per quam declarat, & ſtatuit, quod bona beneficiati relicta, qui in beneficijs, aut in penſionibus non habuerit excedẽtem valorem 30. annorum ducat. auri de camer. non compræhendantur ſub ſpolijs, nec in eis aliquid nomine ſpoliorum prætendi poſſit, quæ incip. Rom. Pontificis, &c. quæ eſt in calce præſentis laboris deſcripta.

SVMMARIVM.

1 *Clericum negociatorem, veluti peſtem fuge.*
2 *Clericus Mercator Deo placere non poteſt.*
3 *Clericis eſt conſilium exercere manualia.*
4 *Clericis agricultura permiſſa.*
5 *Clericus artiſiciolo, & agricultura ſibi victum paret.*
6 *Quæ venatio ſit permiſſa, & interdicta Clericis.*
7 *In ſcripturis ſanctis Piſcatores inueniuntur ſancti, non venatores.*
8 *Artificia ſunt licita Clericis pro ſui ſuſtentatione.*
9 *Clericus poteſt incumbere artificijs, dummodo non ſe ſubtrahat à diuinis.*
10 *Quando liceat Monachis conducere terras & habere ad firmam.*
11 *Ratio quare Clerici ſeculares poſſunt neceſſitate inſtante habere res conductas, eorum nomine, monachi verò non.*
12 *Licet Clerici non poſſint conducere, poſſunt tamen in conducta, in qua ſuccedunt remanere.*
13 *Clerici poſſunt conducere poſſeſſiones recolendas ad ſui ſuſtentationem.*
14 *Clericus poteſt locare animalia, & emere eadem, ad depaſcendum paſcula, quæ ipſe habet, ad ſui ſuſtentationem.*
15 *Clericus poteſt emere equum, pullum nutriendum, & rem, vt melioratam vendat carius.*
16 *In caſu neceſſitatis eſt licitum Clerico negociari.*
17 *Clerico iniuſta tantum negocia ſunt interdicta.*
18 *Ratio quare non liceat Epiſcopis aduocare.*
19 *Sacerdotes in multis caſibus licite aduocant.*
20 *Quæ ſint perſonæ miſerabiles.*
21 *Clerici ſeculares de conſuetudine Eccleſ. poſſunt exigere pro patrocinijs.*
22 *Hodie ſacerdotes per contrariam conſuetudinem poſſunt petere ſalarium.*
23 *Clericus habens beneficia ad ſui ſuſtentationem, prohibetur aduocare, ſecus ſi nõ habeat.*
24 *Clerici in minoribus ſi non habent beneficia ad victum, indiſtinctè aduocare poſſunt.*
25 *Clerici in minoribus poſſunt aduocare, nedum ad ſui ſuſtentationem, ſed & ad lucrandum.*
26 *Clericus de acquiſitis ex aduocatione diſponit, uti de patrimonialibus.*
27 *Quæ concurrere habeant, vt Religioſus, vel Monachus aduocare poſſit.*
28 *Clericus poteſt eſſe Iudex, etiam in cauſa criminali, licet generalis officialis eſſe non poteſt.*
29 *Tabellionatus officium vile.*
30 *Clericus, ſiue in minoribus, ſiue in ſacris conſtitutus, ſi non habet beneficia ad ſufficientiam, poteſt eſſe Tabellio.*
31 *Clericus habet cauere à negociatione, de qua in cap fin. de vſur.*
32 *Clericus negociator peſtis.*
33 *Dominus eiecit mercatore de templo.*
34 *Clericis eſt interdicta negociatio ſub anathemate.*
35 *Clericus tertio monitus, vt à negocijs abſtineat, perdit priuilegium Clericale, quoad bona, ſi non deſiſtat.*
36 *Differentia inter negociationem, & artificium.*
37 *Quid ſit artificium.*
38 *Quid ſit propriè negociatio.*
39 *Licet Clericus poſſit facere artificium, tamen non poteſt, ſi Eccleſia ei ſufficit ad victum.*
40 *Quid ſit mercator.*
41 *Clerici non indigentes, non poſſunt exercere etiam honeſtas negociationes.*
42 *Vide, quæ honeſtæ, & inhoneſtæ negociationes.*
43 *Negocia cauſa lucri, vel cupiditatis, ſunt Interdicta Monachis, & Clericis.*
44 *Religioſus non habet neque velle, neque nolle.*
45 *Negociatio, quæ non fit lucri cauſa non eſt prohibita.*
46 *In caſu neceſſitatis, eſt licitum negociari.*

C Cle.

47 *Clericus poteſt vendi facere vinum in domo, dummodo ipſemet non exerceat Tabernam, aut vendat vinum, ſed alter.*
48 *Clericus poteſt emere victualia pro abundantia tempore famis, pro ſe, & alÿs.*
49 *Emens pro ſuo vſu, poteſt vendere propter aliquam neceſſitatem, pro maiori pretio.*
50 *Quicquid plus iuſto pretio appetit homo, turpe lucrum eſt.*
51 *Quibus modis negociatio licita, ſit illicita.*
52 *Negocium ſeculare non poteſt diffiniri, quia multiplex.*
53 *Peccatum tale eſt qualis eſt finis; per quem ſit.*
54 *Negocians, intendens principaliter ad lucrum, eÿcitur de templo paradiſi.*
55 *Vide multas circumſtantias, quæ faciunt negociationem illicitam.*
56 *Vide caſus, quibus licet vendere carius.*
57 *Quatuor requiſita ad validitatem contractus emptionis.*
58 *Perſonæ quibus creditur, quod leuitate potius, quam liberalitate vendant.*
59 *Negocia ſæcularia, prouenientia ex carnis concupiſcentia, ſunt prohibita.*
60 *Clericis in minoribus, non beneficiatis non prohibentur negocia licita.*
61 *Clerici in minoribus poſſunt redire ad ſæculum, & apoſtaſiam non faciunt.*
62 *Clericus in minoribus habens beneficium eſt apoſtata, ſi dimittat habitum, & tonſuram.*
63 *Bulla Pÿ IV. ſuper illicitis negociationibus cõprehẽdit Clericos, etiã in minorib.*
64 *Quilibet præſumitur negociari cauſa cupiditatis, non cauſa neceſſitatis.*
65 *Vita hominis eſt prona ad malum.*
66 *Pœna Clerici negociatoris.*
67 *Omne peccatum, quod eſt contra præceptũ legis naturalis, & diuinæ mortale eſt.*
68 *Non eſt curandum de verbis, quia accomodanda materia.*
69 *Nullus niſi pro peccato mortali excommunicatur.*
70 *An, & quando contrafaciens legi, incurrat peccatum mortale.*
71 *Cum mortali peccato, nemo introibit in gloriam Dei.*
72 *Clerici eo ipſo; quod contrahunt matrimonium, ſunt priuati priuilegio Clericis circa bona conceſſo.*
73 *Clerici ordinati ſine beneficio, poſſunt agere contra promouentem pro victu.*
74 *Clericus negocians monitus, non ceſſans, ſpoliatur clericatu, & beneficio, & traditur curiæ ſæculari.*
75 *Peccatum mortale notoriũ inducit ſuſpẽſionẽ, vt quis non exerceat officium ſuum.*
76 *Paria iudicantur non fieri, & non rectè fieri.*
77 *Occultus peccator non tenetur reſtituere fructus medÿ temporis.*
78 *Male acquiſita prudenter facimus ſi in eleemoſynam damus.*
79 *Acquiſita ex illicita negociatione tenemur in pauperes & pios vſus erogare.*
80 *Nihil, tam naturale, quàm rem acquirere, de voluntate domini tradentis.*
81 *Licet clericus, non reſidens priuetur beneficio, non tamen tenetur reſtituere fructus.*
82 *Verbum, alias, eſt aduerbium qualitatis, & ibi vide, quod habet plura ſignificata.*
83 *Contra illud, quod lex iubet, aut prohibet, nihil eſt faciendum.*
84 *Canon. multipliciter ſumitur.*
85 *Bulla Pÿ IV. in præſenti materia edita, eſt iuris antiqui declaratiua.*
86 *Negociationes ſunt interdictæ clericis omni iure.*
87 *Illicite acquiſitum dicitur tripliciter.*
88 *Datum ex cauſa Simoniæ non reſtituitur danti, ſed in eleemoſynã erogari poteſt.*
89 *Mulier acquiſitum ex meretricio, retinere poteſt.*
90 *In quibus caſibus tenetur ludo lucrans reſtituere.*
91 *Tractus ad ludum lucrans, non tenetur reſtituere lucrum.*
92 *Vide remiſſiue, quomodo, & quando illicitè acquiſitum reſtituatur.*
93 *Bulla non cõprehendit acquiſita, quæ ſunt parti reſtituenda.*
94 *Verba reſcripti ſunt potius impropriãda, quã intelligẽda in præiudiciũ tertÿ.*
95 *In reſcriptis Papæ ſemper intelligitur appoſita clauſula, dummodo non ſit alteri Ius quæſitum.*
96 *Lex debet conuenire tempori.*
97 *Fiſcus, ſaccus male ablatorum.*
98 *Turpia & illicita lucra fiſcus aufert.*
99 *Bulla auferens male acquiſita clericis, eos punit in eo, in quo delinquunt.*
100 *Verba Bullæ, vtiq. contra Sacros canones ſunt ſublata per aliã bullam Pÿ 4.*
101 *Intentio Papæ non præſumitur de eo, quod verba non important.*
102 *Papa, & Imperator non poteſt diſponere, quod ſtetur dicto vnius Teſtis in præiudicium tertÿ.*
103 *Conſtitutio contra ius naturale non ſeruatur.*
104 *Vide caſus, in quibus illicite acquiſitorum, ſit reſtitutio.*
105 *Illicitè acquiſita reſtituenda, non comprehenduntur in bulla.*

Bulla

Digitized by Google

106 *Bulla comprahendit Clericos cuiuſuis ordinis.*
107 *Vide quod veniat appellatione Clericorum.*
108 *Bulla eſt malæ vitæ correctiua, & excitatiua virtutis.*
109 *Bulla comprahendit acquiſita cuiuſuis temporis.*
110 *Bulla impedit clericum teſtari de illicite acquiſitis.*
111 *Licentia teſtandi à Sede Apoſtolica obtenta, habet clauſulam de licite acquiſitis.*
112 *Quod illicite acquiſita ſpectent ad Cameram; id declarat Bulla Pauli Quarti.*
113 *Bulla Pij Quarti qua eximit Curiales, Cardinales, Prælatos, & Officiales, & habentes facultatem teſtandi à generalitate Bullæ editæ ſuper illicitis negociationibus.*

Quæ negotia ſint permiſſa, aut etiam interdicta Clericis.

QVAESTIO II.

SAnctiſſimus D.D. Pius diuina prouidentia Papa Quartus, curam habens gregis dominici ſibi commiſſi, & præſertim Clericorum, & Eccleſiaſticarum perſonarum, quæ vti perſonæ ad aliorum regimen, & gubernium deputatæ, magis quàm alij à ſcandalis cauere, & à peccatis, & delictis magis abſtinere debent; quia religioſi, qui nomen ſanctitatis habent, peruersè agendo, plus nocent in Eccleſia Dei, quàm alij, 85. diſt. nemo, & clerici deprehenſi in aliquo crimine, plus peccant, quàm laici, per Archid. cap. Arrianus, 1. q. 1. nu. 33. qualitas enim perſonæ auget atrocitatem delicti. Arbitrans eſſe valdè malum, ac ſcandaloſum, quod clerici cauſa acquirendi, vel lucrandi, ſeſe implicarent mercaturis, mercimonijs, ac ſæcularibus negocijs, de quibus ſcriptum eſt: Nunquam de manu tua, vel oculis tuis liber pſalterij diſcedat, dicatur ad verbum oratio tua, ſine intermiſſione, &c. c. nunquàm de conſec. diſt. 5. & vita clericorum debet verſari circa vitam contemplatiuã, non autem de rebus mundanis habere curam, niſi quatenus ſunt neceſſaria ad corporalem vitam, 1. q. 3. ſi quis obiecerit, quia dicit tex. in cap. negociatorem, 88. diſtin. negociatorem clericum, & ex inope diuitem, ex ignobili glorioſum, quaſi quãdam peſtem fuge, quia teſte Cicerone, officium mercatoris non eſt officium apti,
1 non ſimplicis, non ingenui, non inſti, non boni viri: ſed verſuti, obſcuri, aſtuti, fallacis, & callidi, & vt ait Auguſtinus: Nullus mercator ſine fraude diteſcit, & lucrum habere non poterit, niſi fraudem fecerit. Et Carthaginenſes, Mercatoribus diſtincta ſtatuerunt diuerſoria, nec ea illis cum ciuibus volebant eſſe communia, nec aſpectus quidem, concedebatur eis ad ſecretiora vrbis loca, Græci autem nequaquã eos intra Vrbes recipiebant. Plato vituperat Mercatores, qui optimos cuiuſquenent mores, apud pleraſque reſpub. antiquas lexerat, ne quis mercator Magiſtratum gereret, nec in Senatum, nec in con-
2 ſilium admitteretur. Et ait Chryſoſtom. Clericus mercator Deo placere non poteſt. Aug. quoque ait: Mercatores, patiter, ac Milites, veram pœnitentiam agere non poſſe. Quòd tamen eſt intelligendum, quandiu hanc artem iniuſtè voluerint exercere, quia legitimè, & canonice mercaturam facere, non eſt interdictum, idq. eo eſt deterius in Clerico; de quo ſcribit Apoſtolus: Nemo militans Deo implicat ſe negotijs ſæcularibus, ideſt temporalibus, & mundanis, quantumcunque illa laicis liceant, per Abb. in rub. ne cleric. vel monac. tatus in quam prælibatus, ſanctiſſimus, malum eſſe, & ſcandaloſum, pec ſonas Eccleſiaſticas, quæ alijs exemplum probitatis, & religionis, & ſanctitatis præbere habent, in hoc vitium prolabi. Simulque ad officium ſuum ſpectare, qui gregis, & paſtorum curam habet, vniuerſali malo huic prouidere. Sanctiſſimam ſuper hoc ſub Datum Romæ, Nonis menſis Nouem. ann. 1560. Anno ſui Pontif. 1. Conſtitutionem edidit, qua decreuit, & declarauit quæcunq. acquiſita per Clericos, & perſonas Eccleſiaſticas, ex illicita negotiatione, vel alias, contra formam ſacrorum Canonum, eſſe, & intelligi debere ſpolia, & vti ſpolia Reu. Cam. Apoſt. applicanda, & incorporanda, ac applicari, & incorporari recolligi, & percipi debere, accomodatum profectò morbi, & mali qualitati medicamen, & remedium, quia abſtinebunt omninò à negotiaturis cauſa lucri, vel acquiſitionis Clerici; quando ſciant, quod illa, quæ ſuo labore in huiuſmodi, & induſtria parauerint, poſt obitum non ad commodum, & beneficium ſuorum conſanguineorum, & heredum, pro quibus libenter laborant, ſed in Ca-

meræ Apoſtolicæ beneficium, & vtilitatem cedent,& erunt pro futura alijs, potius quam ſuis,cuius conſtitutionis tenor ſubſequitur in hunc modum videlicet, Pius,&c.

Bulla Sanctiſſimi D. N. D. Pij Diuina prouidentia Papæ IV. ſuper declaratione Spoliorum.

Pius Epiſcopus Seruus Seruorum Dei ad perpetuam rei memoriam,

DEcens eſſe cenſentes,& æquum,vt nos, qui alios in ſua iuſtitia confouemus, Cameræ Apoſtolicæ iura non negligamus,quinimo,ne prætextu incertitudinis, illa ab aliquibus vſurpari, aut ſuper eis, dubia aliqua oriri contingat, ita noſtræ declarationis remedium prouideamus, quod à nemine deſuper dubium aliquod deduci poſſit. Cum itaque, ſicut accepimus,à nonnullis vertatur in dubium, an res,& bona per clericos, etiam in ſacris ordinibus conſtitutos ,ex negociatione illicita,aut alias contra ſacros Canones, acquiſita,vti ſpolia,vel alias adCameram præfatam iure legitimo ſpectare, & pertinere debeant. Nos omnem deſuper hæſitationi materiam ſubmouere,ac cauillationibus,& altercationibus,ac litibus viã præcludere, & denique malitijs eorum, qui iura dicta Cameræ vſurpare ſatagunt, obuiare,aliaſque in præmiſſis opportunè prouidere volentes: Motu proprio,& ex certa noſtra ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine,decernimus,& declaramus,omnia, & ſingula,res,& bona, cuiuſcunque qualitatis, & quantitatis exiſtẽtia,ac in quibuſuis rebus,& Regnis, ac dominijs,tam citra, quam vltra Montes,& maria conſiſtentia,per quoſuis clericos, tam ſeculares, quam quorumuis, etiam mendicantium ordinum, ac militiarum regulares, etiam in ſacris ordinibus conſtitutos,cuiuſcunque ſtatus,ordinis, & conditionis fuerint, ac Archiepiſcopali,Epiſcopali, vel alia maiori dignitate præfulgeant,ex negociatione illicita, aut alias contra ſacros Canones,quomodolibet acquiſita,quæ pro tempore, poſt obitum eorum, qui etiam ex facultate, quam habuerint teſtandi, condito teſtamento,vbinis locorum deceſſerint,& decedent,aut quibus illos, etiam eis viuentibus,priuari,& eis deſtitui,contingerit, & præſertim quondam Andreæ Iapiro de Sancto Ioanne Rotundo Presbyteri, ſeu religioſi,extra Rom. Curiam,ad illam forſan veniendo defuncti,hactenus remãſerunt,remanent,& remanebunt,ad eandem Cameram,& non alios etiam in quibuſuis Cathedralibus, etiam Metropolitan.& Collegiatis,ac alijs Eccleſijs, Monaſterijs, Hoſpitalibus,militijs, cæteriſq; beneficijs Eccleſiaſticis,cum cura,& ſine cura Sæcularibus,& quorumuis ordinum regularibus,qualitercunque qualificatis, ſucceſſores illa in titulum, commendam, adminiſtrationem,commiſſionem, ac alias quomodolibet pro tempore obtinentes,etiam ſi ad illa, vigore prioris tituli, ius regrediendi,ſeu accedendi, & ingrediendi,aliquibus conceſſum fuerit, ſpectaſſe,& ſpectare, ac ſub nomine Spoliorum venire,illaque,vti ſpolia ad Cameram ipſam pertinentia,perpetuo colligi,& recuperari potuiſſe,& poſſe,ac debere,& ita per quoſcunque Iudices quauis auctoritate fulgentes, in quacunque inſtantia, ſublata eis,quauis,aliter iudicandi, & interpretandi,facultate,& auctoritate,iudicari,& definiri debere. Necnon irritum, & inane,quicquid, ſecus ſuper his à quoquã,quauis auctoritate ſcienter,vel ignoranter contingerit attemptari. Mandantes dilecto filio noſtro Guidoni Aſcanio, Sanctæ Mariæ in via lata Diacono Cardinali de Sancta Flora nuncupato Camerario noſtro, & eius in Camerariatus officio ſucceſſoribus. Quatenus ſpolia ipſa,prout alia ipſius Cameræ iura,exigi,& recuperari, ac præſentes inuiolab liter obſeruari faciat,nec permittat Cameram ipſam,vel pro eo,ea Agentes,deſuper modo aliquo,moleſtari, perturbari, aut inquietari. Contradictores quoslibet,& rebelles,per cenſuras,& pœnas Eccleſiaſticas appellatione poſtpoſita compeſcendo. Necnon legitimis,ſuper his,habendis, ſeruatis proceſſibus,cenſuras, & pœnas ipſas,etiam iteratis vicibus,aggrauando. Inuocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit,auxilio brachij ſecularis. Non obſtantibus fel. rec. Bonifacij Papæ VIII. prædeceſſoris noſtri de vna,& Concilij generalis,de duabus dietis,& alijs conſtitutionibus,& ordinationibus Apoſtolicis, necnon Eccleſiarum,monaſteriorum,ordinum,militiarum,& beneficiorum prædictorum,iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus,priuilegijs quoque, indultis,& literis Apoſtolicis,illis, & dilectis filijs illorum capitulis,conuentibus, ſuperioribus,& perſonis,ſub quibuſcunq; te-

tenoribus, & formis, ac cum quibuſuis
clauſulis,& decretis, etiam Motu, & ſciẽ
tia ſimilibus conceſſis, approbatis,& in-
nouatis. Quibus omnibus, illorum teno-
res,præſentibus pro ſufficienter expreſ-
ſis habentes, illis alias in ſuo robore per
manſuris, ac vice dumtaxat, ſpecialiter,
& expreſſe derogamus,contrarijs quibuſ
cunque. Aut, ſi aliquibus, communiter,
vel diuiſim, ab apoſtolica ſit ſede indul-
tum; quod interdici,ſuſpendi, vel excom-
municari non poſſint, per literas apoſto-
licas,non facientes plenam,& expreſſam,
ac de verbo, ad verbum, de indulto hu-
iuſmodi mentionem. Nulli ergo omnino
hominum liceat,hanc paginam noſtri de
creti, declarationis, mandati, & deroga-
tionis infringere, vel ei auſu temerario,
cõtradire.Si quis autem hoc attemptare
præſumpſerit, indignationem omnipo-
tentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli,
Apoſtolorum eius,ſe nouerit incurſurum.
Dat. Romæ apud Sanctum Petrum, An-
no Incarnationis Dominicę 1560.9.No-
uembris, Pontificatus noſtri Anno 1.

Fed.Cardin.Cæſius. Cæ.Glorierius
Barengus

Vnde pro intelligentia materiæ,iudicaui fa-
cere ad propoſitum, aliqua in medium
adducere, per quæ apparere poſſet: circa
quæ licitè clerici, & perſonæ eccleſiaſti-
cæ ſeſe poſſent exercere, & à quibus ab-
ſtinere, ſicque de negotijs permiſſis eis,
& interdictis eiſdem quæſtionem facere,
circa quod per contraria procedendo di-
co nulla, vel pauca eſſe negotia, quæ ſint
clericis,vel perſonis Eccleſiaſticis inter-
dicta, immo videri ea eſſe conceſſa cleri-
cis, quæ laici facere poſſunt.
Nam primo videtur, quod perſonis Eccle-
ſiaſticis ſit licitum quæcunque negocia,
& artificia etiam manualia facere, etiam
quæ perſonis viliſſimis liceant, ac mani-
bus proprijs operari, imo non ſolum vi-
detur eis licitum, vel permiſſum,ſed præ-
ceptum, ac precepto iniunctum per tex.
in c.nunquam de conſec. diſt.5.ibi enim
legitur facito aliquid operis, vt ſemper te
diabolus inueniat occupatum, exemplo
3 Apoſtolorum, qui manib. laborabant, &
victum manu quærebant. Fiſcellam texe
iunco, vel caniſtrum lentis plecte nimi-
nibus, feratur humus, areole æquo limi-
te diuidantur, in quibus cum olerum ia-
cta fuerint ſemina, vel plantæ per ordi-
nem poſitæ, aquæ ducantur irrigue. Sic
pulcherrimorum verſuum ſpectator aſſi-
ſtas, Ecce ſupercilio cliuoſi tramitis vn-
dam Elicit, illa cadens raucum per lenia
murmur Saxaciet, ſcatebriſque arentia
temperat arua, inſerantur fructuoſi arbo
4 res, vel gemmis, vel ſurculis, vt paruo
poſt tempore,laboris tui dulcia poma de
carpas, apum, fabrica aluearia,ad quas te
mittunt Salomonis prouerbia, dicentis,
vade ad apem,& diſce: quomodo opera-
trix ſit,& caſtum opus faciat, texantur,&
lina capiendis piſcibus. Scribantur, & li-
bri, vt & manus operetur cibũ, & anima
ſaturetur lectione, & ibi dicit gl. quod in
Aegypto non recipitur Monachus in Mo
naſteriũ, niſi in aliquo opere ſit peritus.
Et operari manibus eſt in præcepto clericis
& religioſis, prim. ad Theſſalonicenſ.
operemini manibus veſtris, ſicut præce-
pimus vobis,& Aug.lib.de operibus Mo-
nachorum, cæterum quis ferat homines
contumaces, ideſt religioſos,non operan
tes, de quibus ibi loquitur ſaluberrimis
Apoſtoli monitis reſiſtentes,non ſicut in
firmiores tollerari,ſed ſicut fortiores prę
dicare. Et Apoſtolus 3. ad Theſſalon. ſi
quis non vult operari, nec manducet, &
infra: vult ſeruos Dei corporaliter
operari, vnde viuant, & dicit Auguſt.
præalleg. loco quid agant: qui operari
corporaliter nolunt, ſcire deſidero, ora-
tionibus inquiunt vacamus, & pſalmis,
& lectionibus, & verbo Dei, & dicit glo.
Luc.12. ſuper illud, vendite,quæ poſſide-
tis; non tantum cibos veſtros commu-
nicate pauperibus, ſed etiam vendite
poſſeſſiones veſtras, vt omnibus veſtris
ſimul pro Domino ſpretis, poſtea labore
manuum operemini, vnde viuatis; vel
eleemoſynam faciatis, & ad Corint.4. la-
boramus operantes manibus noſtris.Er-
go videtur: quod ne dum ſit licitum, &
permiſſum clericis,& Religioſis manibus
operari, ſed & quod eis ſit in præcepto
commiſſum. Et eſt tex. in cap. clericus, il
primo, & il ſecondo 91. diſt. ibi legitur
Clericus victum, & veſtitum ſibi artifi-
ciolo, vel agricoltura abſque officij ſui
5 duntaxat detrimento paret. Clericus qui-
libet verbo Dei eruditus artificiolo victũ
quærat. Item omnes clerici, qui ad ope-
randum validi ſunt artificiola, & literas
diſcant &c. eſt glo.in cap. ad reatum 81.
diſt. vbi ſanctimoniales otioſe eſſe non
debent, & debent facere calatos &c. ſequi
tur glo. in cap. qui venatoribus, lo primo
86. diſt. quæ dicit, quod venatio oppreſſi
ua, & venatio arenoſa eſt illicita. Item
venatio ſaltuoſa, quæ ſit in ſyluis, non
eſt

eſt licita clerico, etiam ſi pauper ſit ſecũ-
dum quoſdam, vt 34. diſt. quorundam :
quia, inquit, poteſt alias victum quærere
9t. diſt. clericus: nam inquit faciat ciſtas,
6 calatos, & retia de conſe diſt. 5. nunquam
ponere antem laqueum, vel retem ſine
ſtrepitu, & clamore, & canibus, licet etiã
clericis, cum liceat Monachis etiam te-
xere linum pro capiendis piſcibus, quia
dicit tex. & ibi glo. in cap. Eſau. ea. diſtin.
quod in Sanctis Scripturis inuenimus pi
7 ſcatores ſanctos, venatores non, & dicit
glo. in cap. Canonum 14. q. 4. quod clerici
poſſunt emere rudem materiam, corium,
& cartas, & inde facere ſotulares, & li-
broa: & huiuſmodi vt ſic lucrentur victũ:
quod eis eſt licitum, allegat tex. In capit.
primo 2t. q. 1. & 9t. diſt. quia artificia
ſunt licita clericis pro ſui ſuſtentatione, &
8 legitur in cap. presbyter, 9t. diſtin. quod
presbyter peractis horis, Infirmis viſitatis,
ſi voluerit ad opus rurale exeat ieiu-
nus, vt iterum neceſſitatibus peregrino-
rum, & infirmorũ ſuccurrere poſſit. Fac.
quod dicit Abb. in capitulo clerici officia.
de vit. & honeſt. cler. vbi dicit: quod cle-
ricus poteſt neceſſaria ſibi ad victũ quæ-
rere ex honeſto artificiolo, fac. tex. capitu-
lo primo de celebratione miſſarum, &
hoc verum per gloſ. in ſumma 9t. diſtin.
dummodo per hoc clericus, aut ſacerdos
9 non ſe ſubtrahat a diuinis officijs, & dicit
eleganter glo. in cap. fin. 86. diſt. quod mo
nachi non reprobantur conducere, & ha-
bere tertas ad firmam, cap. dilecti extra
de decimis. Sed id eis licitum, quando eis
ſua non ſufficiunt, vt leg. & not. capit. ſec.
10 ne cler. vel monach. & 21. q. 3. placuit, vel
cum ipſimet excolunt non vt inde plus
lucrentur, ſed vt de fructibus viuant, &
dicit Abb. in cap cum ſecundum ne Cler.
vel Mon. quod clerici ſeculares, poſſunt
11 ſuo nomine neceſſitate inſtante, res con-
ductas habere, Monachi verò nomine
proprio nõ poſſunt, & eſt ratio, quia cleri
ci ſæculares poſſunt habere propria, Mo-
nachi verò nõ, nomine vero Monaſterij,
poſſunt habere pro eorũ neceſſitatibus,
ſicut clerici, vt in glo. & probatur cap. di-
lecti de decimis, cum ſimilibus, ſubdens
paulò poſt idem: quod clerico poſſit lo-
cari omnes obuentiones Eccleſiæ, vbi e-
tiam aſſignat rationem, quare eadem lo-
catio non poſſit pari modo fieri laico, di-
cit enim, laico autem non poteſt huiuſmo
di locatio fieri ratione ſpiritualium obuẽ
tionum, ne Eccleſia ſubijciatur regimini,
vel diſpoſitioni laicorum, inſtante tamen
magna neceſſitate poſſet fieri talis, vel cõ
ſimilis conceſſio laico, non tamen; vt ip-
ſam regat Eccleſiam, ſed vt per alium eã
faciat gubernari.

Et dicit glo. in cap. primo ne cler. vel mon.
in verbo conductores, quod licet clerici
12 non poſſint conducere: tamen ſi ſucce-
dunt conductori in re conducta, poſſunt
remanere in conductione, & conductam
exercere vſque ad præfinitum tempus,
arg. l. de Curia, ff. de decur. vbi tex. not.
quod ſi decurio, qui conducere prohibe-
batur quædam Iure ſucceſſit in conductio-
ne, remanet in ea: quod etiam eſt in om-
nibus ſimilibus ſeruandum, quod eſt be-
nè notandum ad ſimilia bon. tex. in l. 2.
verſ. ſed ſi iure. ff. de Fal. conductio enim
prædiorum prohibetur clericis, propter
cupiditatem.

Et dicit Silueſter in ſua ſumma in verbo cle
ricus 3. nu. 2. quod Clericus poteſt recipe
re poſſeſſiones excolendas ad quartam,
vel quintam partem, & huiuſmodi, ſeu
ipſas conducere ad ſuſtentationem ſui, &
13 ſuorum, arg. d. cap. peruenit, vbi hoc idem
ſentit glo. in verbo auaritiæ cauſa, & in
cap. clericus 9t. diſtin. & ſatis concordat
Hoſtien. & Abb. in cap. ſecundum ne Cler.
vel Monac. poteſt etiam clericus locare
animalià, vt oues, & boues ſcilicet ſi ha-
bet ex decimis, vel ſucceſſione, aut alias
14 ſibi data, aut ſi habens paſcula multa,
emit eadem animalia, vt illa depaſcerent
ad ſuſtentationem ſui, & ſuorum, & pau-
perum, non autem ſi emit, vt trade et ad
incrementum, vel aliud ageret in fraudẽ
negociationis ſecundum glo. Raymun. &
ſumm. conſt.

Imò poteſt etiam emere rem clericus. vt eã
melioratam, vendat carius, puta, equum,
pullum nutriendum, vel tabulam, vt ima-
ginem faciat, quia in talibus non eſt ne-
15 gociatio, ſed artificium, not. 14. 4. quæſt.
Canonum, cap. nunquam de conſec. diſt.
5. & de his ſumma conſtit, lib. 2. tit. 7. q. 4 t.
& tit. 8. q. 2.

Et dicit notabiliter gloſ. in ſumma 14. q. 3.
quod clericis in caſu neceſſitatis eſt per-
16 miſſum negociari, vt extra in cleric. vel
monac. cap. 1. licitum tamen eſt clericis
emere aliquam rem, & rudem materiam
& indè aliquod artificium facere, ſi eis
ſua non ſufficiunt. vt 91. diſt. cler. victum
& 2t. q. 1 c. 1. & tunc non acquiritur lu-
crum eis ex negotiatione, ſed ex artificio:
talia enim lucra licita erant Apoſtolis 21
quæſt. 1. cap. 1.

Et dicit tex. in cap. 1. ne cleric. vel Monach.
quod

quod clericis tantum iniuſta, non iuſta
17 negotia ſunt interdicta, ibi enim habetur,
nec tamen eſt iuſtum negotium eis inter-
dictum, propter neceſſitates diuerſas;
quia legimus Sanctos Apoſtolos nego-
tiatos fuiſſe, & in regula Beati Benedicti
præcipitur prouideri, per quorum manus
negotia Monaſterij procurentur.

Et licet Epiſcopi, & alij Superiores non
poſſint aduocare, & in cauſis pro alijs ad
uocationem exercere, neque coram Ec-
cleſiaſtico, neque coram ſæculari Iudice,
11.q.1.te quidem 88. diſt. perlatum, cap.
18 Epiſcopus, il primo, 14 q.5. denique 21.
q.3. per totum, & ratio poteſt eſſe, ne per-
ſona Epiſcopi vilis reddatur coram alijs,
d.c. perlatum, & ne verbum Dei, ad quod
Epiſcopus tenetur, impediatur, & quia
aduocatus proponit ſtando, l. quiſquis, C.
de poſtulando, & id eſſet parùm conue-
niens Epiſcopo, tamen ſacerdotes in mul
tis caſibus licitè, & iure non repugnante
aduocant in cauſia pro ſe ipſis, pro ſua
19 Eccleſia, pro perſonis ſibi coniunctis,
quando non poſſunt habere alium Aduo-
catum, vel non æquè bonum, cap. fin. de
poſtulando, c. ſacerdotibus, 15.q.2. c. vni-
co, & glo. 14 q.5. in c. denique, Innoc. in
cap. 1. de poſtulando; & perſonæ coniun-
ctæ, pro quibus poſſunt aduocare, intelli-
guntur vſque ad quartum gradum, authen-
tica licentia, C. de Epiſcopis, & cler. l. pe-
titionem, C. de Aduoc. diuer. Iud. & dicit
Abb. in d. cap. fin. 2. col. de poſtulan. quod
pro ſtricte coniunctis, & miſerabilibus
perſonis poterit clericus contra Eccleſia,
à qua habuit beneficium aduocare, quia
magis tenetur quis adiuuare cõiunctum,
quàm eum à quo habuit beneficium.

Item poteſt aduocare ſacerdos, etiam pro
perſonis miſerabilibus, intelligendo miſe-
20 rabiles perſonas, omnes illas, quæ per ſe
proprias cauſas non poſſunt miniſtrare,
vel Eccleſiaſtico auxilio indigentes, 86.
diſt. c. fin in fin. & 87. diſt. defenſionis, &
C. quando Imperat. inter pup. & vid. per
totum.

Et non ſufficit, quod miſerabilitas ſit in ha-
bitu, ſed eſt opus quod ſit in actu, per tex.
c. primo, de poſtulan. qui permittit non
indiſtinctè pro miſerabilibus perſonis; ſed
pro illis, qui cauſam adminiſtrare non
poſſunt, vt quia ſunt viduæ pauperes, or-
phani, & pupilli, ad quorum defenſionem
Eccleſia tenetur, 87. diſt. per tot. per Abb.
in c. primo, & c. ſignificantibus, de off. de-
leg. Diaconi verò, etiam in iudicio ſæcu-
lari poſſunt aduocare pro cauſa ſua, vel
Eccleſiæ ſuæ, vel miſerabilium perſona-
rum, d.c. primo de poſtulan. per Specula-
torem in tit. de aduoc. vbi allegat d. cap.
primum; vndè apparet, quod in omni ca-
ſu poſſunt aduocare, in quo poſſunt Sacer
dotes coram merò Iudice Eccleſiaſtico,
quod videtur eis indiſtinctè permiſſum,
per Innocen. in d. cap. primo de poſtulan.
vbi dicit, in ſacris autem ordinibus con-
ſtituti, & beneficiati, non prohibentur
coram Eccleſiaſtico Iudice litigare, nihil
tamen quærent pro ſalario, ſed oblatum
21 ſpontè recipient, 15. qu. 2. c. vnic. vbi glo.
dicit, quod ſeculares clerici de conſuetu-
dine Eccleſiæ pro impenſis patrocinijs,
munera exigere poſſunt. Fac. quia nemo
militat ſtipendijs ſuis, cap. cum ex officij,
de præſcrip. facit cap dilectus, de Simo-
nia, & cap. non licet, 11.q.3 vbi habetur,
quod aduocatus poteſt vendere ſuum iu-
ſtum patrocinium, pro quo vide glo. in
ſumma 15.q.2. in verbo impenſis, quæ di-
cit poſt multa in materia, quod Epiſcopi,
& ſacerdotes non debent indifferenter in
aduocare, ne vileſcat dignitas ipſorum,
88 diſt. perlatum, & 14.q.5. denique. ſed
22 coram Eccleſiaſtico Iudice, licitè poſſunt
omnes aduocare, ſed non poſſunt petere
ſalarium; ſi ſunt in ſacris ordinibus con-
ſtituti, vt infra eodem c. primo: deroga-
tum tamen eſt huic canoni per contrariã
conſuetudinem, nemo enim cogitur de
ſuo facere beneficium, 10.q.2. precarie.
Item dignum eſt, eum recipere emolumẽ-
tum, qui præſtat obſequium, cap. charita-
tem, 12.q.2. Item nemo cogitur ſtipendijs
ſuis militare, d. cap. dilectus, de Simonia,
cum ſit in parte deciſa, imo eſt expreſſũ
extra de præſcrip. cum ex officijs; Reli-
gioſi verò, & Monachi, vel regulares, non
niſi pro ſua Eccleſia debent aduocare, &
Superiore ſuo percipiente, 16. q.1. mona-
chi. Ioan. quod dicit de ſacerdote hodie
corrigitur extra de poſtulan. c. vltimo. Et
quia dicimus, quod coram ſeculari Iudice
poſſunt aduocare pro cauſa Eccleſiæ, &
Eccleſiaſtica, eſt ſciendum; quod res, &
cauſa Eccleſiaſtica poteſt dici altero de
tribus modis, aut ratione perſonæ, vt quia
perſona eccleſiaſtica ſequendo forum rei
litigat coram ſeculari, aut ratione delicti,
vt quia pro ſacrilegio Eccleſia voluit cõ-
uenire laicum coram Iudice ſeculari, id
quod poteſt, cap. cum ſit generale, de for.
compet. aut ratione rei de qua agitur, vt
quia res eſt Eccleſiæ, per Abb. in cap. 1.
de poſtulan.

Et dicit Abb. in d.c.1. de poſtulan. quòd cle-
ricus

Digitized by Google

ricus poteſt eſſe Aduocatus in iudicio ſe-
culari pro perſona Eccleſiaſtica ibi liti-
gante de delicto,ſen de rebus Eccleſiaſti-
cis, vbi ergo litigantes negocia ſecularia
ſunt debet exiſtens in ſacris, tunc omni-
nò abſtinere,niſi in caſibus ibi exceptis,
& hoc procedit,ſi conſtitutus in ſacris ha
bet beneficia,ex quibus poſſit ſuſtentari,
ſi non habet,licet glo. dicat; quod non
poteſt aduocare, ſed habet agere contra
Epiſcopum,qui eum promouit,vt ſibi pro
23 uideat,dicit Hoſtien. & melius; quod ſi
iſte clericus de facto egeret, quod ſibi li-
cet ex tali aduocatione victumquærere,
arg.cap.clericus victum 61.diſt. Et ſi di-
cas,quomodo poteſt egere, cum teneatur
Epiſcopus ei prouidere; reſpondetur,
quod fortè hoc ab Epiſcopo obtinere nō
poteſt,vel propter impotentiam,vel pro-
pter indigentiam Epiſcopi,vel aliam cau
ſam, nam ſi propter indigentiam clericus
licitè exercet opus rurale, cap.primo, de
celebr.miſſar.Et licitè emit materiam ali
quam rudem,vt illam redigat in formam,
arg.eorum,quæ notat glo.in c.Canonum
14.q.4.quæ glo. dicit, quod poteſt emere
corium, & inde facere ſotulares, fortius
debet ſibi licere, aduocationis officium
exercere.cum magis conueniat dignitati,
& aduocati dicuntur defendere Rempu-
blicam,ſicut milites armati militiæ, l. ad-
uocat. .de aduoc.diuerſ.Iud.faciunt ver-
ba Abb.in cap.conquerente extra,de cler.
non reſiden,verſ.ſed quæro quare,vbi di-
cit,quod imputandum eſt ſibi, ſi clericus
acceptauit beneficium,tunc ſubdens quę-
rat ergo ſibi victum aliqua induſtria, 91.
diſt.clericus victum.

In minoribus verò conſtituti,ſi ſunt benefi-
ciati non poſſunt aduocare,niſi ſunt corā
24 Eccleſiaſtico Iudice, quod limita ſecun-
dum Abb.& Hoſtien.quando habent be-
neficium ſufficiens ad eorum ſuſtentatio-
nem,quia ſi non habent, poſſunt per ad-
uocationem acquirere ſibi, etiam ſi ſunt
Diaconi, vel Subdiaconi.Si verò non ſint
beneficiati poſſunt indiſtinctè,tam coram
Eccleſiaſtico,quam ſeculari in cauſa ciui-
li aduocare,vt per Abb.d.c.1.de poſtulan.
vbi dicit,ſi clericus eſt in minoribus, &
habet beneficia ſufficientia, idem dicen-
dum,quod de conſtituto in ſacris,quia iſti
æquiparantur,vt in tex.aut non habet ſti-
pendia ſufficientia,& poteſt licitè in vtro
que foro aduocare,& dicit Abb.in c.ſicut
te.ne cler.vel Monac.num 4. quod cleri-
25 cus in minoribus non perdit clericatum
ſuſcipiendo aduocationis, vel procuratio-
nis officium, & non ſolum videtur cleri-
co licitum aduocare,& procurare ad ſui,
ſuorumque ſuſtentationem, ſed etiam ad
lucrandum,per ea, quæ dicunt Abb. &
alij in c.vt vnus,de pecul.Cler. vbi ad ac-
quiſita per clericum habetur conſidera-
tio ad lucra,quæ facere potuit ex doctri-
na; puta cum clericus eſſet Doctor, & ex
doctrina multum lucraretur, in legendo,
aduocando,& iudicando. Vbi de taliter
26 acquiſitis clericus diſponit, vti de patri-
monialibus,vt per eoſdem ibidem;faciunt
quæ diximus in hac materia, in quæſt. ex
quibus præſumatur clericus acquiſiſſe &
dicit Abb. in cap. ſacerdotibus ne cleric.
vel monac. quod clericus poteſt, & pro-
curare negotia laicorum, ſi redundant in
vtilitatem Eccleſiæ; & ſi clericus nego-
tia laicorum exercet,valet iudicium,ſi nō
excipiatur,per eundem ibi n.3.

In cauſis verò criminalibus, nullo modo
poſſunt clerici aduocare coram Iudice ſe-
culari,cap.ſententiam ne cler. vel monac.
23.q.8.his à quibus ſi diſt.aliquantis,qui
dam tamen dicunt eos poſſe pro reis po-
ſtulare, & appellare, & appellationem
proſequi,arg.23. q.5. cap.eos, ſed eſt tu-
tius in totum abſtinere,quia dicit in d. c.
1. de poſtulan. quod in cauſis criminali-
bus, vbi venit imponenda pœna ſangui-
nis,debet clericus omninò abſtinere, vt
in d.cap.ſententiam,& not.in cap.primo,
ſi diſt.

Et hoc indubitanter, cum vult eſſe aduoca-
tus ex parte actoris; quia non poſſet pe-
terè reum puniri ſine metu,ac periculo ir-
regularitatis,ex quo agit ad pœnam ſan-
guinis,quia præſtaret auxilium. c. ſi quis
viduam,50.diſt. Sed dubium eſt; nunquid
poſſit eſſe aduocatus ex parte rei, & vi-
detur primò,quod ſic,quia etiam Eccle-
ſia defendit reos,& pro eis ſupplicat, ne
mortis pœnam patiantur,vel membri ab-
ſciſſionem,vt cap.nouimus,de verb. ſign.
In contrarium facit, quia fortè propter
impetitiam ſuam accuſatus poſſet ſuccu-
bere,vel propter aſtutiam, ſeù malitiam
poſſet reus iniuſtè abſolui,& ſic condem-
naretur actor ad pœnam Talionis; vndè,
quia lingua eſt nimis facilis.&c. l.famoſi,
ff.ad l.Iul.maieſtat. tutius eſt, vt clericus
abſtineat,etiam pro parte rei,&c.& alias
vt ibi per eum.. Religioſus etiam poteſt
aduocare, & procurare duobus concur-
rentibus,videlicet, ſi vtilitas monaſterij
27 expoſcat; & ſi Abbas mandet,vel impe-
ret,per Abb.in c.ex parte extra,de poſtu-
lan. vbi dicit Abb. ex ſolo ergo imperio
Ab-

Abbatis,vel ex ſola vtilitate Monaſterij,
non poteſt Monachus exercere officium
aduocati,vel procuratoris, ſed requiruntur
iſta duo coniunctim,& intelligo,quod
illis concurrentibua poterit eſſe aduocatus,nedum
in foro Eccleſiaſtico, ſed etiã
ſæculari,& ſubiungit ibiAbbas,quod vtilitaa
Monaſterij intelligitur,ſi cauſa,quæ
aduocatur,vel procnratur ſitMonaſterij;
ſi verò cauſa,quæ aduocatur non ſit Monaſterij,ſed
cauſa ſit alterius,& eam procuret,vel
aduocet monachus cauſa lucrãdi,&
lucrum in vtilitatem monaſterij cõuertendi,
puta in ſoluendo debita Monaſterij
ære alieno grauati, tenet ſecundum
Io.And.quod non ſit licitum,tamen Abb.
contrarium ſeruauit. Et pro hoc contrario
facit notabile dictum Innocentij in
cap.cum 1.& 2.de re iud.quod monachus
poteſt eſſe aduocatus, & procurator in
cauſa vnius amici monaſterij,& pro amico
monaſterij Abbate mandante, quia in
conſequentiam tractatur de vtilitate monaſterij,qnia
per amicos monaſterij promouetur
vtilitas ipſius, primum tamen
dictum, quod videlicet non ſit licitum in
tali caſu aduocare monacho, videtur honeſtius,&
ſecurius; vndè crederem, inquit,
quod pro amicia monaſterij poſſet
Religioſus eſſe aduocatus ſuperiore impetante,per
dictum Innocen.Seqnitur idẽ
Abb.in cap.ſacerdotibus ne cler. vel monach.vbi
dicit,quòd monachus de licentia
Abbatis poteſt procurare negotia laicorum
amicorum monaſterij; & in conſequentiam
poteſt redundare in vtilitatẽ,
& beneficium monaſterij,quia benè etiã
Clericus ſæcularis,poteſt eſſe procurator
vel aduocatus in cauſia laicorum,ſi redundat
in vtilitatem Eccleſiæ, per eundem
ibidem.

Et ne dum Clericus poteſt eſſe aduocatus,
vel procurator in cauſis,ſed etiam Iudex:
28 & Iudex deputatus à Principe ſæculari,
etiam in cauſa criminali, videlicet ad vnã
cauſam tantum,per ea,quæ dicit Abb.in
cap.ſed nec,ne Cler.vel Mon.vbi pro caſu
allegat tex. in cap. in Archiepiſcopatu de
rapto,vbi Clericus, vel Prælatus poteſt
eſſe delegatus Principis ſæcularis, etiam
in cauſa criminali,licet generalis officialis
eſſe non poteſt. Et dicit idem Abb. in
c.Clericus,quòd ſiPrælati ſint in conſilijs
Principum,& quæritur ab eis de imponẽda
pœna in delicto grauiſſimo, pro quo
fortè venit imponenda pœna mortis,aut
membrorum detruncatio,quòd ſi reus eſt
in cauſa abſolutionis, poſſunt conſulere
illum abſoluendum, ſi autem in cauſa
damnationis nullo modo conſulant, ex
quo caſus imminet de præſenti, niſi venite
imponenda pœna corporalis leuis;
ſi autem non imminet caſus, tunc benè
poſſunt Prælati de iure reſpondere, per
Iura quæ ibi adducit.Subiungens ibidem,
nota: quòd Prælatus poteſt eſſe conſiliarius
Principis ſæcularis, licet non debeat
eſſe officialis iuſtitiæ exercendæ, vt ibi
per eum,nec Prælatus,vel Clericus incurrit
irregularitatem, ſi ſuus officialis, cui
iuriſdictionem demandauit, infiixerit pœnam
ſanguinis iuſtitiam exequendo, vt
per Abb.in cap.Clericis ne Cler.vel monac.vbi
dicit, quòd Prælatus, qui habet
iuriſdictionem, debet alicui facere commiſſionem,
vt faciat iuſtitiam; immò,
quod etiam poſſit caſum occurrentem delegare,vt
inquirat,& iuſtitiam faciat, vbi
vide n.13.

Item quod videtur plus; clericus licet officium
tabellionatus ſit viliſſimum in ſe,&
ſit officium extraneum ab officio cleri-
29 corum,cum ſit quoddam genus negotiationis,
& cum tabellio ſeruus publicus
dicatur,ſeruiendo omnibus,quòd videtur
officium ſæculare,à quo officio debet clericus
abſtinere,qui debet intendere circa
rempublicam Eccleſiaſticam, & ſpiritualem,
non circa mundanam, tamen ſiue
Clerici ſint in ſacris conſtituti, ſiue in
minoribus, ſi non habent competentia
30 beneficia,aut indigent,poſſunt exercere
officium tabellionis, & tabelliones fieri;
tam coram Papa, quàm in alia Curia;
per eundem Abb.in cap. ſicut te ne Cler.
vel Mon.col.3. & Zabarell. ibidem, vbi
vide per Abb.etiam in num. 7. an omnes
Clerici dicantur eſſe in ſacris, & per
eundem Abb. in capitul. Clericis numer.7.

Et Clerici admittuntur etiam ad officia, &
munera publica, puta ad munera tutelæ,
cap.peruenit 86. diſtinct. vbi glo. opponit
de tex. in authent. de Sanctiſſ. Epiſcopis,
§. Deo amabiles; ubi prohibetur
Epiſcopo,& Monacho, etiam uolenti
ſuſcipere onus tutelæ; cui authenticè
eſt præiudicatum per illum Canonem,
undè hodie non ſtatur diſpoſitioni illius,
& concludit, quòd licet perſonæ Eccleſiaſticæ,
non admittantur ad datiuam tutelam,&
teſtamentariam, tamen admittuntur
ad legitimam, & ad tutelam miſerabilium
perſonarum omnes Clerici,
ſiue Monachi tenentur, 88. diſtinction.
capit. primo, & capit. Epiſcopus guber-

nationem; vndè cum per ſupradicta appareat, quod Clerici poſſint exercere artificia, opna rurale, facere conductaa, aduocare, procurare, iudicare, tabellionatū exercere, onus tutelæ ſuſcipere, & alia negocia pro ſuo vſu facere, & gerere, videtur clericia indiſtinctè conceſſum liberè poſſe negociari, & quæcunque negocia, tam publica, quàm priuata exercere. Id quod videtur innuere Io. And. cap. r. ne Cler. vel monac. per illa verba; caueat er-
31 go clericus à negociatione, de qua in ca. fin. de vſur. quæ negociatio eſt vſuraria, vt ibi; vndè videtur, quod cauere tantum habet ab illa ſpecie negotiationis, quod ab alijs abſtinere non debeat; immò, quòd aliæ ei ſint permiſſæ, quia qui in vno prohibetur, in alio videtur permiſſus & habilitatus, l. ait præto, vbi Bart. ff. de iud.

Verùm contrarium eſſe videtur, quòd immò ſit interdictum Clericis, quod nullo modo, & nullo quæſito colore poſſint negotiari, & negotia alicuius generis exercere, quia dicit tex. in cap. fornicari, diſt. 88. negotiari antequam quis ſit Eccleſiaſticus, licet, facto autem Eccleſiaſtico, iam non licet, quia id dicunt Apoſtolica verba, nemo militans Deo implicat ſe negotijs ſæcularibus, & cantat Pſalmiſta Dauid: quoniam nō cognoui negotiationes: introibo in potentias Domini; & ſubiungit tex. in cap 2. 88. diſt proinde huiuſmodi, aut ab indignia poſt hæc quæſtibus nouerint abſtinendum, & ab omni cuiuſlibet negotia tonia ingenio, cupiditateque ceſſandum, aut in quocunque gradu ſint poſiti, mox à Clericalibus officijs cogātur abſtinere; quoniam domus Dei, domus orationis, & eſſe, & dici debet, ne per officia negotiationis potius ſit ſpelunca latronum, & dicit tex. cap. Epiſcopus, ead. diſt. Epiſcopus, Sacerdos, aut Diaconus nequaquam ſæculi curas aſſumant, ſin aliter deijciantur. Et in cap. Epiſcopus, il ſecondo eod. Epiſcopus nullam rei familiaris curam ad ſe reuocet, ſed lectioni, & orationi, & verbo prædicationis tantummodo vacet. Et Clericus ne-
32 gotiator, eſt veluti peſtis fugiendus, per tex. in c. negotiatorem eod. ibi enim legitur negotiatorem clericum, & ex inope diuitem, & ex ignobili glorioſum, quaſi quandam peſtem fuge, & dicit tex. in capit. eijciens eod. quod Dominus eijciens vendentes, & ementes de templo; ſignificauit, quia mercator nunquàm Deo pla-
33 cere poteſt. Et ideò nullus Chriſtianus debet eſſe mercator, aut ſi eſſe voluerit, proijciatur ab Eccleſia, dicente Propheta. quia non cognoui negotiationes, introibo in potentias Domini; hoc tamen cum moderamine intellige, vt dico ſupra, quia mercatores Chriſtiani noſtri temporia legitime & Canonice negotiantes, non debent iſtis notis appellari. Subiungens ibi tex. ſed ſubſtantia talium ſtabilis eſſe non poteſt, neque ad bonum proficit, quod de malo congregatur. Quemadmodum enim, ſi triticum, aut alius tale cernaa in cribro, dum, huc, & illuc iactatur, omnia grana paulatim deorſum cadunt, & tandem in cribro nihil remanet, niſi ſtercus, ſic de ſubſtantia negotiatorum, nouiſſime nil remanet, niſi ſolum peccatum; fac. tex. in cap. primo ne Cler. vel Monac. vbi multa negotia ſæcularia enumerantur: à quibus Clericos abſtinere præcipitur; & in cap. ſacerdotibus eodem, interdicitur Clericis, ne laicorum res miniſtrent, vel procurent, cum interminatione, quòd ſi ſecus faxint, eis non ſubuenietur ab Eccleſia. & in cap. ſecundum eod. ſub interminatione anathematis prohibetur Clericis ne negotientur. Et in cap. ſicut te eod. dicit, quòd clerici in
34 ſacris, compelli debent per ſubtractionē beneficiorum, vt deſiſtant ab officio Tabellionatus, veluti ab officio ſæculari, & in tex in cap. fin de vit. & houeſt. Cler. dicitur, quod ſi Clericus tertio monitus, à
35 negotijs ſæcularibus non abſtinet, quoad bona perdit priuilegium Clericale, facit cap. 1. 2. & 3 21. q. 3. cap. mollicija, cap. hi qui ead. cauſ. & quæſt. vbi dicitur hi, qui in Eccleſia Domini ad ordinationem Clericorum promouentur, in nullo ab adminiſtratione diuina aduocentur, nec moleſtijs, & ſæcularibus negocijs alligentur, & dicit. tex. in cap. Canonum, 14. quæſt. 4. canonum ſtatutis firmatum eſt, vt quicunque in clero eſſe voluerit, emendi vilius, & vendendi carius ſtudio non vtatur, quod ſi exercere voluerit, cohibeatur à Clero, & notat Abb. in cap. primo ne Cler. vel Monach. quod Clerici non debent exercere negotiationem aliquam etiam iuſtam, per Iura, quæ ibi adducit.

Quid dicendum ergo in tantā varietate, & diuerſitate Iurium pro concordatione contrariorum, & intelligentia eorum in materia: dicit Innocen. quem ſequitur Io. Andr. in rubr. ne Cler. vel Monach. quod tribus modis ſęculare negotium ſumitur: primo enim ſæculare negotiū ſumitur

tur pro quolibet actu rerum ſæcularium, prout in enumeratis, cap. t. eod. à quibus actibus turpibus eſt abſtinendum ſecundo pro iudicio de rebus ſæcularibus, quòd clericis non licet, niſi inter clericos tantum; tertiò dicitur ſæculare negotiũ, quod eſt inter ſæculares homines, quòd non licet clericis, niſi de his, quæ pertinent ad iudicium Eccleſiæ, puta de cauſis decimarum, iuriſpatron. & ſimilium, glo. in ſumma 21. q. 3. aliter diſtinguit, tripliciter, inquit, quis dicitur exercere negocia ſæcularia, vno modo, ſi aliquid ematur, vt carius vendatur; & hoc non licet, & hæc eſt materia diſt. 88. per totum, quandoque idem eſt, quod exercere cauſas ſæculares; & illud etiam non licet clericis, niſi pro certis perſonis cap. primo extra, de poſtulan. quandoque idem eſt, quod eſſe procuratorem rerum ſæcularium, ſiue adminiſtraror, nec illud licet clericis cap. 2. ne cler. vel Monac. Quandoque idem eſt, quòd conducere poſſeſſiones à laicis, hoc non eſt interdictum clericis; quando indigẽt, quia hoc etiam licet Monachis, cap. dilecti extra de decim. Hoſtien. diſtinguit aliter, quia ſæculare negocium tertio modo eſt hominum ſæcularium, & inter ſæculares: & horum aliqua ſunt ciuilia, aliqua criminalia; vbi agitur de ſanguine, ſunt clericis interdicta; in quibus nec etiam vti aduocati pro parte rei comparere poſſunt. Ciuilia, aliqua ſpectant ad forum Eccleſiæ tantum, ſicut cauſa matrimonij, legitimationis, iuriſpatr. & talia tractant clerici iudicando, & non alij, aliqua ſunt fori principaliter ſæcularis, de his ſe non intromittunt clerici, niſi in caſibus; vt not. ſup. de foro comp. cum ſit generale, & cap. ex tenore, & quæ notat. in cap. primo cauſa exempli. Abb. in rubrica ne cler. vel Mon. diſtinguit; quòd negotium ſæculare, poteſt ſumi ſtricte, & large, quia poteſt dici quicquid peruenit ex carnali concupiſcentia, non ſubiecta freno rationis, & dicitur tunc ſæculare, quia per illa omninò videtur ſæculare, ideſt ſecundum ſæculum, mundum, ſeu carnem, non ſecũdum Deum, & ſpiritum agere; & tunc prohibetur etiam laicis; & multò fortius clericis; ſecundo poteſt ſumi magis ſtrictè, vt comprehendat negocium pertinẽs ad rempub. mundanam, & ſæculares homines; quod licet ſit permiſſum laicis; tamen clericis eſt interdictum, vt negociari, 88. diſt. forniceari, & l. placet, C. de Epiſcopis, & cler. vbi dicitur, quòd clerici nihil debent habere commune cum publicis actibus, quia debent clerici attendere circa rempub. ſpiritualem, & vita clericorum debet verſari circa vitam contemplatiuam, non autem de rebus mundanis habere curam, niſi quatenus ſunt neceſſaria ad corporalem vitam, &c.

Ego vltra iſtas diſt. Doctorum, puto quòd in hac materia pro faciliori intelligentia ſit aduertendum ad terminos, quibus vtũtur Doctor. in materia iſta, vt videlicet conſideretur, illud quod agit clericus; an ſit artificium, an negociatio, an cauſa lucri faciat, an cauſa neceſſitatis, an ſit clericus in ſacris, an in minoribus tantum, an beneficiatus, an ſine beneficio competenti, & iſtis conſideratis; credo quòd materia melius intelligetur, & procedit magis de plano. Nam dicit Abb. in cap. fin. de vit. & honeſt. cler. in fin. quòd eſt differẽtia inter negociationem, & artificium, quia artificium non eſt prohibitum cleri-
36 cis, negociatio ſic, per ea, quæ habentur, 88. diſt. per totum, & maximè in cap. eijciens, & cap quoniam non cognoui, quia artificio clericus poteſt, & debet ſibi victum, & ſuſtentationem quærere; cap. clericus, 91. diſt. cap. nunquam de conſec. diſtin. 5. dummodo non ſe ſubtrahat per hoc à diuinis, & diuinorum celebratione, per glo. quæ hoc dicit 91. diſtin. in ſumma; dicit enim ibi: vbi autem clerico non ſufficit Eccleſia, proprijs manibus ſibi quærere victum debet. Iuxta Apoſtolum, non tamen, quod ſubtrahatur ab Eccleſiaſticis officijs, quia clericus non poteſt per totum diem operam ſuam locare, cum non debeat officio deeſſe 54. diſt. ſi ſeruus, & ſecundum Abb. dicto loco artificium eſt: quando quis emit aliquam materiam, & per artificium reducit ad aliquam formam, vt ſi forte emat vimina, vt faciat caniſtra, vel emat cartas, & ſcribat libros, vel emat aliquod li-
37 gnum, vt faciat aliquam domum; vel emat filum, vt faciat retia: corium, vt faciat ſotularia, nam ſecundum D. Antonium tales non dicuntur mercatores, vel negociatores. Sed potius artifices ſtricte ſumpto vocabulo, quia negociari proprie dicitur in commercijs, cap. forua de verb. ſignific. Id quod Clericis eſt licitum deficiente ſtipendio Eccleſiæ, vt per dictam glo. declarat hoc text. in capitulo eijciens, 98 diſtinctione, per illa verba, quicumque rem comparat: non vt illam integram, & immutatam vendat, ſed vt materia ſibi ſit aliquid inde operando, ille non eſt nego-

Digitized by Google

.ciator,& per Barba.in addit. ad Bar. in l.
legatus de leg.tertio; vbi dicit,quod diffe-
rentia eſt inter negociatorem,& artificē,
38 quia negociator eſt ille, qui emit vnam
rem,& non mutata forma illam vendit,
vt lucretur: artifex eſt ille, qui rem emit,
& mutata forma vendit, vt qui emit fer-
rum,& facit enſes,c.paratum, 88. diſt. &
not. ad ſtatuta loquentia de mercatori-
bus, quia iſti appellatione mercatorum
non continentur, quia mercatores pro-
priè dicuntur à merce, & ideò emptores
fernorum,& aliarum rerum, quæ non
veniunt appellatione mercis, non dicun-
tur mercatores, vbi vide ad longum pro
iſta materia, vbi dicit, mutuans pecuniā
quandoque dicitur negociator,not.Bal. in
l prima,C.de exercit.ſubdens Barbatia,&
de differentia inter mercatorem,negocia-
torem,& artificem, vide per Feder. de
Sen in conſ 197 Incip.In Chriſti nomine
& de artifice vide, quod ſcripſi, inquit
poſt Bart.infra end.l. ornatricibus,& an
appellatione artificum veniat Notarius,
vide Ang.conſ.33.& quis dicatur merca-
tor,vide Bar in tractat.de teſt. in ver.de
mercatore,idem in l.mariti,C.ad l.Iul.de
adulter.& in procemio digeſtorum,Paul.
de Caſtr.conſ.67.viſo puncto ſup. ſequi-
tur Specul.in tit.de cler.coniugat.ver.ſed
quam dicem,vbi ponit negocia, quæ ſint
permiſſa,& licita clericis,& Bar.in l. ſer-
uis legatis de leg.3. & licet clericus Iure
permittente poſſit vti artificio, & artifi-
cium facere,debet hoc facere,ſi Eccleſia
ei non ſufficiat, & non propter lucrum
principaliter Clem. pri. de cenſi. & cap.
39 quanquam eo.tit. lib. 6. fac. quod dicit
Abb.in cap.clerici officia de vit.& honeſt
cler.tex.in cap.primo de celeb. miſſa.pul-
cra glo in cap Canonum 14.q.3.

Negociari vero eſt, quando res empta non
mutata materia alteri venditur, hęc ne-
gociatio appellatur, & videtur prohibita
clericis per Abb.in d.cap.fin.de vit.& ho-
neſtate cler.probat optime tex.in cap.eij-
ciens, 88.diſt. per verba tex.Qui vero rē
comparat, vt integram,& immutatā ven-
dendo lucretur, ille eſt mercator, qui de
40 templo Dei eijcitur &c.Item per tex. in
cap.pen. eod. vbi quid eſt aliud negociū
niſi quæ poſſint vilius comparari, carius
velle deſtrahere,negociatores vero illi ab
hominabiles exiſtimantur, qui iuſtitiam
Dei minime conſiderantes,per immode-
ratum pecunię ambitum:polluunt merces
ſuas plus periurijs onerando, quam pre-
cijs,tales eiecit dominus de tēplo dicens
nolite facere domum patris mei domum
negociationis, facit lectura tex. in cap.
quoniam non cognoui eod. & hic dicit.
Abb.d. loco negociari proprie dicitur in
cōmercijs,cap.forus de verb.ſigni. Aqui-
bus habent cauere, quia dicit tex. in cap.
clerici officia de vit. & honeſt. cler.cle-
rici officis,vel commercia ſæcularia non
exerceant, vbi Abb.tertio not.dicit.quod
clerici non debent exercere negociatio-
nes,maxime inhoneſtas.Idem Abb.conſ.
vj.ij.lib.Alex. conſ. 62. quarto lib. & in-
quit Abb.d.cap.clerici per illud verbum,
maxime : videtur quod etiam honeſtas
nogociationes, non poſſunt exercere,
& intellige hoc: quando clerici non indi-
gent, ſi vero indigeant, bene poſſunt vti
41 honeſtis negociationibus,& quærere in-
de victum manibus 91. diſt. clericus vi-
ctum,& cap.primo de celeb.miſſarum.

Et quis proprie dicatur negociator hone-
ſtus, ſeu inhoneſtus, vide pulchrum tex.
in cap.eijciens 88.diſt.& contra clericum
negociatorem,vide tex.elegantem in cap,
negociatorem clericum,ead.diſt.vbi dici-
tur, quod eſt fugiendus; tamquam peſtis
eſt etiam tex.in cap.prouenit 86.diſt. vbi
dicitur,quod cauſa lucri non debent con-
ducere poſſeſſiones aliorum.Et dicit in
materia Specul.§.ſed quam dices,de cler.
coniug.ſed quam dices honeſtam, vel in-
honeſtam negociationē reſpon. inhone-
ſtum, & interdictum eis eſt publicas ta-
bernas tenere,vt 44.diſt.nulli licet,ſed cō-
tra,C.de Epiſcopis,& cler. l. 2. ſed illud
poteſt intelligi,& concedi propter neceſ-
ſariam, & honeſtam negociationem, vt
per glo.in cap.negociatorem 88.diſt.quæ
dicit.Sed dicimus, quod licet lex conce-
dat clericis tenere tabernam, Canon ta-
men non permittit 15.q.3.§. Cum autem
vel dic, quod poteſt habere tabernam
propter neceſſariam, & honeſtam nego-
ciationem, ex qua etiam cauſa poſſunt
clerici præeſſe erga ſterijs, ſeu agaſtarijs,
ſeu ſtationibus operarum, vt in eiſdem
iuribus. Item eſt eis interdictum vſuras
42 exercere, vt 46.diſt.ſeditionarios,& cap.
ſeq.extra de vſuris. Item inhoneſtum re-
puto ſi ſit dilanio,ſeu carnifex,vel publi-
cus faber,vel ſi pelles,vel coria parat, &
huiuſmodi vilia, & immunda exercet.
Clerici autem ſordida tractare non de-
bent, quæ dedecent Eccleſiæ in propha-
nis extra de cuſtod.Euchariſt. cap.2. in
fin. vel ſi publicè locat operas ſuas ad
arandum,fodiendum,nauigandum, & ſi-
milia ſordida, vt in præd. §. nonarum.

Quæ

Quæ autem munera ſordida dicantur; habes multa ff. de mun. & hon. l. numerum vſque ad patrimoniorum. Veruntamen non prohibeo ipſos vineas proprias putare, vel fodere, vel domus ſuas reficere, & quodlibet iuſtum negocium decens cum exercere, propter diuerſas eorum neceſſitates, nam legimus apoſtolos negociatos fuiſſe, & manibus proprijs victui neceſſaria quæſiuiſſe. cap. primo ne cler. vel monac. 11. q. 3. cauendum, & 91. diſt. §. primo cap. nunquam de conſec. diſt. 5. poteſt caniſtros facere, ſeminare, plantare, rigare, arbores inſerere, apum alnearia fabricare, retia texere, libros ſcribere, & ſimilia in dicto cap. nunquam, licet ibi monachi non clerici inſtruantur, vt ibi patet in fin. poſſunt etiam honeſtam mercaturam exercere. C. de Epiſcopis, & Cler. l. 2. r. reſp. & emere honeſte, & vendere, dum tamen Eccleſias non negligant 91. diſt. clericus 2. & ex artificio honeſto victum quærere ca. 2. eod. diſt. inhoneſtum ergo negocium, & turpe lucrum eis inhibetur. 88. diſt. cap. 2. 91. diſt. §. primo 23. diſt. his igitur, honeſtum vero negocium conceditur, vt patet ex præmiſſis, & dicit Cardinalis Zabarella in cap. fin. de vita, & honeſtat. Cler. quod illæ negociationes ſunt prohibitæ Clericis, quæ ſunt conuenientes laicis tantum, pro quo vide Io. de Anan. in c. 3. 2. col. de rap.

Cauſa ergo lucri, aut cupiditatis, nec Monachis, nec Clericis negotia ſæcularia gerere licet, cauſa verò charitatis ſe negocijs ſæcularibus cum debita moderatione ingerere poſſunt, ſecundum ſuperioris
43 licentiam in miniſtrando, & dirigendo. Secundum Sanctum Thomam 2. 2. q. 187 §. ad ſecundum; vnde, inquit, dicitur in decretis, decreuit ſancta Synodus nullum deinceps Clericum, aut poſſeſſiones conducere, aut negocijs ſæcularibus ſe permiſcere, niſi propter curam pupillorum, aut orphanorum, aut viduarum, aut ſi forte Epiſcopus Ciuitatis Eccleſiaſticarum rerum ſollicitudinem eum habere præcipiat, eadem autem eſt ratio de Religioſis, & Clericis, quia vtriſque ſimiliter negocia ſæcularia interdicuntur, ibi Gaet. interpretando tex. S. Thomæ dicit. Sed diligenter aduerte ad actus licitos, ad conditiones quatuor in littera appoſitas, prima conditio eſt, quòd non ex cupiditate, ideſt propter lucrum, aut emolumentum aliquod temporale, pro ſe, vel pro alio hoc faciat, & ratio huius eſt, quia ſic ſunt prohibita clericis: ſecunda conditio eſt, quia ex charitate, hoc eſt propter amorem, quo proximus in Deo diligitur hoc fiat, & ratio eſt, quia ſpectat huiuſmodi opus ad finem Religionis, quę eſt perfectio charitatis: tertia eſt, quod
44 licentia ſuperioris hoc fiat. Et eſt ratio, quia Religioſus nõ habet, neque velle, neque nolle, & ſic inuenitur ſtatutum ab Eccleſia quo ad actum miniſtrandi: quarta eſt, quod cum debita moderatione hoc fiat, non enim omnis modus miniſtrandi, aut dirigendi decet Religioſus, non enim decet Religioſos ſic dirigere proximorum negocia, aut eis inſeruire, vt perſonaliter ſint exactores, & quaſi negociorum geſtores ſæcularibus tumultibus ſeſe immiſceant, ſed ita oportet dũ neceſſitas charitatis vrget, vt & ipſi non ſe implicent ſæcularibus negocijs, quamuis tractent illa, & nomen Domini in Religioſis non blaſphemetur, &c. Quia negociatio, quæ fit ex cupiditate, & non ex neceſſitate non eſt licita, & lucrum, quod prouenit ex ea, turpe lucrum appellatur bonus tex. in c. quicumque 14. q. 4. quicumque tempore meſſis, vel vindemię non neceſſitate, ſed propter cupiditatem comparat annonam, vel vinum, v. g. de duobus nummis comparat modium vini, & ſeruat, vſque dum vendatur denarij quattuor, aut amplius hoc turpe lucrum eſt. Et dicit Barbat. in apoſtil. ad Bar. l. legatis de leg. 3. quod qui emit poſſeſſiones vt fructus vendat, dicitur negociator per d. Anton. in cap. fin. de vita, & honeſtat. cleric. pro quo dicit eſſe tex. in l. ſi cum villico de inſtit. Quia dicit Innocen. in cap. magnus in fin. de oblig. ad ratiocin. quod clerici non poſſunt eſſe conductores 21. q. 3. cap. 2. inquit publicorum vectigalium, vel vbi conducunt vilius, vt locent carius, quod non licet. C. locat. milites, alias vnam poſſeſſionem pro opere manũ ſuarum licitũ eſt conducere miſerabilibus perſonis, ſubdens, ſed non credo, quod poſſint conducere villarum redditus, ſed ſolummodo, quod pro ſuis manibus operetur, alias autem cadit in vitiũ cupiditatis, & quæſtus, ab Eccleſia tamen dicit non eſt prohibitum cõducere. Et vidi ſæpe in bannimentis, & ordinationibus Cardinalis Vicarij Papæ, & præſertim in editis per Illuſtriſſ. Cardinalem de Sabellis modernum Vicarium ſub die 30. Octobris 1566. ſtatutum, clerici mercaturam non exerceant, prædia non conducant, non aduocent, non procurent, ar-

artem medendi, & maximè chirurgiam
non exerceant, Et alia vt in bulla dicto-
rum bannimentorum, ſub die 30. Octo-
bris 1566. incip. Iacobus, in calce deſcrip
ta, & licet poſſit opponi, quod non ſit
ſanctio generalis, quæ vbiq; liget, vtpote
quia facultas Vicarij Papæ ſit ſub certis
finibus reſtricta, tamē actio eſt Ro. Cur.
quæ eſſe habet vniuerſalis instructo, quia
actus Ro. Cur. eſt vniuerſalis inſtructio.
Quia dicit Abb. in cap. ſecundum ne cler.
vel monac. quod negociatio, quæ non ſit
45 lucri cauſa non eſt prohibita clericis,
poſſunt enim vendere, & emere, vt eorū
neceſſitas exigit, non tamen principaliter
propter lucrum, ad hoc Clem. præſenti de
cenſi. & cap. quamquam eo. tit. lib. vj. &
dicit ibidem Innocen. quod etiam lucrū
non eſt clericis prohibitum, quando pro-
uenit ex opera, ſeu rebus clericorum. Et
Hoſtien. ibidem ſubdit; ſi lucrum proue-
niat, quaſi mercimonium exercendo, non
licet, niſi ex cauſa, ſecus ſi neceſſitas im-
mineret, quia tunc liceret, quia dicit Abb.
ibidem intelligo inquit verum, quod lu-
crum proueniens, vel ex opera, vel rebus
clerici non ſit clerico prohibitum, quan-
do clericus operatur propter lucrum ſua
dente neceſſitate, alias autem non debet
clericus, vel monachus taliter negociari,
& ſic inquit in cauſa neceſſitatis intelli-
go loqui glo. in ſumma 14. q. 3. quæ dicit
quod clerici in quantum poſſunt debent
abſtinere ab emptione, & vēditione, quia
illud non facile ſit ſine peccato, tamen in
46 cauſa neceſſitatis permiſſum eſt clericis
negociari, licitum tamen eſt clericis ali-
quam rudem materiam emere, & inde
aliquod artificium facere, ſi eis ſua non
ſufficiunt, & tunc non acquiritur lucrum
ex negotiatione, ſed ex artificio, talia enim
lucra licita erant Apoſtolis ca. primo 21.
47 q. 1. & per alia iura, quæ ibi adducit, quia
Io. Andræ. Domin. Et Philipp. Fran. in
cap. vnico de vit. & honeſta. cler. in vj. vo-
lūt clericos poſſe tenere tabernas, & etiā
vendi facere vinum in domo, dummodo
ipſimet non exerceant tabernam, aut vē-
dant vinum, ſed alter., & per Doctor. in
cap. indecorum, & in cap. clerici de vit.
& honeſt. cler. etiā refert, & ſequitur Lā-
ber. de Iure patro. lib ſecundo. 26. arti. ix.
q. principali pri. partis, Et dicit Bernard.
Diaz de Luco Hiſpanus in practica cri-
mi. Cano. in cap. 50. quod negociari cle-
ricis cauſa lucri eſt prohibitum cap. ſe-
cundum ne cler. vel monac. vnde in Con-
cilio Cartaginen. 6. Cap. 17. ſancitum eſt
quod clericus aliquid excogitans turpis
lucri gratia, abijciatur a Clero, ac a com-
munione alienus ſit.

Et dicit Abb. ſecundū Innocen. in cap. pri-
mo ne cler. vel monach. quòd clericus po-
teſt licite emere victualia, vt abundet tē-
48 pore famis, exemplo Ioſeph. Gen. 41. vbi
emit frumenta pro abundantia multorū
annorum, quia ei licitum eſt, id quod pro-
cedit etiam, ſi emat non pro ſe ſolū: ſed
vt tempore famis alijs quoque vendere
poſſit eo pretio, quo tūc vēditur ab alijs,
quod intellige dum modo faciat bono
animo, puta, ne homines terræ ſuæ, & ter-
ra ſua deficerent in victualibus, puta quia
videbat homines propter abundantiam
illa victualia conſumere, vel ad extraneos
deferre, vel non habere circa illa debitam
curam, & diligentiam, ſi autem nulla vti-
litate penſata emat, vt carius vendat, di-
cit eum peccare, & grauius clericus, quā
laicus. 14. q. 4. quicunque, & cap. primo de
empt & vendit. Colligo, inquit, ex prædi-
ctis concluſionem, quod non eſt licitum
emere rem, vt alio tēpore illa carius ven-
datur, ſi hoc principaliter ſit propter lu-
crū, ſecus ſi emptio ſit principaliter pro-
pter publicam vtilitatem: ſubdens, ſed ego
hunc articulum latius exordiendo: dico,
reſpectu clericorum indubitanter nō eſt
licitum emere rem cauſa negociationis,
vt integra vendatur, cap. negociatorem
cap. fornicari 88. diſt. bona glo. in cap. ſi
quis clericus 14. q. 4. ſecundum vero Hu-
go, & Pau. 14. q. 4. ſi quis clericus, ſi laicus
emit vilius, vt carius vendat, nō ex cupi-
ditate, ſed vt ſuis neceſſitatibus proui-
deat, licitum eſt, vnde etiam ſi emit ſine
propoſito vendendi, & poſtea articulus
neceſſitatis vendendi occurrat, poterit
vendere pro maiori pretio, ſi tantum va-
let, arg. d. cap. quicunque 14. q. 4. quaſi vo-
luerit dicere, quod ille tex. prohibet rem
emi, vt carius vendatur propter cupidi-
tatem, ſecus ſi fiat propter aliquam hone-
ſtam cauſam, dicit clare tex. in cap. Cano-
num 14. q. 4. quòd Canonum ſtatutis fir-
matum eſt, vt qui in clero eſſe voluit emē-
di vilius: & vendendi carius ſtudio non
vtatur, quod ſi exercere voluerit cohibea-
tur a clero, faciunt dicta ſancti Thomæ
ſecunda ſecundæ q. 7. art. 4. vbi dicit, quod
ſi negociatio; quæ ſit propter lucrum, or-
dinatur ad aliquem effectum neceſſarium,
& honeſtum, puta ad domus ſuæ ſuſtenta-
tionem, vel ad ſubueniendum indigenti-
bus, aut ad publicam vtilitatem: eſt licita,
quia capit lucrum pro ſui laboris ſtipen-
dio.

dio. Idem dicit, ſi emit rem, non vt vẽdat,
ſed ad ſui vſum, ſi poſtea propter ali-
quam neceſſitatem illam vendere vult, nõ
prohibetur vendere pro maiori pretio, ſi
49 tãtum nunc valet, quia iſta non eſt nego-
ciatio, nam poteſt contingere illam rem
plus valere nunc, vel quia in aliquò me-
liorauit rem illam, vel quia pretium rei
eſt mutatum ſecũdum diuerſitatem loci,
vel temporia, vel propter periculum, cui
ſe expoſuit transferendi de loco ad locũ.
Sed illicitum eſt vbi finem principaliter
conſtituit in lucro, quando emit rem, vt
eam immutatam vendat carius, ad quod
faciunt dicta Bart. in l. cætera. §. fin. de leg.
primo. vbi dicit, quòd ſi ſtatutum impo-
nit crimen, ementi frumentum, vt vendat,
non habet locum in illo, qui emit pro ſuo
vſu, & poſtea vendidit, quia eò poſtea nõ
indiguit, vt refert, & ſequitur Paul. de
Caſt. l. 2. in prin. ff. ſi cer. pet. & de hac
quæſtione vide Dominum Anto. & Do-
ctor. in cap. in Ciuitate de vſur. & Io. de
Lignan. cap. fin. eo. tit. per Abb. in cap. na-
uiganti vltima col. eo. tit. & Lud. de Ro-
dulphia in tracta. de vſur. q. 33.
Et concludit Abb. d. cap. primo ne cler. vel
monac. quod aut quia emit rem, vt carius
illam vendat propter cupiditatem, & non
licet, ratio, quia quicquid plus iuſto pre-
tio appetit homo, turpe locrum eſt, aut
non facit propter cupiditatem, ſed ob ho-
neſtam cauſam, puta propter ſuſtentatio-
50 nem familiæ, vel quid ſimile, & tunc ſi vẽ-
dit rem illam omninò pro maiori pretio,
non eſt licitum, cap. eijciens 88. diſt. ratio
eſt, quia aut à principio emit minus iuſto
pretio, aut nunc vendit plus debito, & ſic
fuit iniuſtitia, aut tempore emptionis, vel
venditionis, quod non licet, cap. primo de
emption. & vend. non enim licet ex pro-
poſito vendere, vel emere rem minus, vel
plus quam valet, not. glo. 10. q. 1. hoc ius
porrectum, ſi autem non eſt omninò in-
tegra, ſed immutata, tunc benè licet ven-
dere pro pretio currenti, & reperibili, li-
cet ſit maius. Mutatio autem rei poteſt
contingere multis modis, vtputa quando
eſt tranſlata in aliam formam, vel prop-
ter mutationem loci, & alias, vt ibi per
eum: vndè tex. in d. cap. eijciens debet in-
telligi multis modis, & in hoc caſu proce-
dunt dicta Sancti Doctoris, & Lan. Hug.
hoc enim caſu ceſſat omnis cupiditas, &
iniuſtitia, & videtur lucrari propter indu-
ſtriam ſuam, & ob honeſtam cauſam, ne-
gotiatio autem, licet in ſe aliquando ſit
licita, tamen ex cauſa efficitur quandoque
inhoneſta, & iniuſta, per Anchar. in repe-
titione reg. peccatum in vlt. q. verſ. ſubiun-
git, & verſ. quid de negotiationibus lib. 6.
vt puta propter cupiditatem, 14. q. 4. cap.
51 quicumque: item ſit illicita negotiatio
ex tempore, puta quando ſit facta die fe-
riato de ferijs cap. primo in fin. item ex
loco cap. primo de immunit. Eccleſ. item
ſit illicita ex perſona, puta, quia Clerici
toto tit. ne Cler. vel Mon. item ex re, vt
per Abb. d. loco.
Et in materia dicunt iſti Summiſtæ, & ma-
ximè Angel. in ver. negotium, quod nego-
tium ſæculare eſt multiplex, & propterea
non poteſt diffiniri. Sed ex aliquorum
enumeratione poſſumus alia ſimilia iudi-
52 care, ſicut ſit, 25. diſt. §. criminis appella-
tio, & cap. de liguribua, 23. q. 5. & cap. 1.
ne Cler. vel Mon. dicitur ergo ſæculare,
primo cũ quid plus iuſto appetitur, quod
turpe lucrum eſt.
Item, & munera iniuſta accipere, vel dare,
& vniuerſaliter omnia, per quæ viuit ho-
mo ſæculariter in peccato, dicitur nego-
cium ſæculare d. cap. 1. item dicitur ſæ-
culare negocium mercantia, ſeu negocia-
tio, item omne quod ſit pro lucrando. Si-
cut artea procurationis cauſarum, quaſi
negans otium cap. forus de verb. ſign. §.
conſtat. & ſæculare, quia ſæcularibus re-
bus impẽditur, vel ſecundũ glo. 21. quæſt.
3. in ſumma: primo pro mercantia, ideſt,
quod emitur aliquid, vt vendatur carius,
vel etiam dicitur, quando quis conducit
poſſeſſiones cauſa cupiditatis, vel lucri,
quia, vt refert Bernardinus Diaz de Luco
Hiſpanus in pract. crim. Cano. in ver. ne-
gociatores, ac alienæ rei conductores c.
50. quod in concil. Arelaten. habetur 2.
c. 14. quod ſi clericus voluerit eſſe con-
ductor alienæ rei, aut turpia lucri gratia
aliquod genus negotiationis exerceat, de-
poſitus à clero, & à communione habea-
tur: ſecundo pro cauſis ſæcularibus tra-
ctandis; tertio pro adminiſtratione rerum
ſæcularium. Negotia ſæcularia ſæculari-
bus hominibus prohibentur illa, quæ ſine
mortali peccato fieri non poſſunt, ſed cle-
ricis, & Religioſis ſunt interdicta multa,
cap. 1. ne Cler. vel Mon. Et negotiatio, quę
conſiſtit in emendo, & vendendo, qua
alio modo vſitatiori dicitur mercantia,
de ſe non eſt mala, nec illicita ſecundum
Alex. 3. par. ſummæ tract. de iudicialibus,
cum quæſt. concord. Innocen. cap primo,
ne Cler. vel Mon. Io. Andr in rubrica,
Abb. d. cap. 1. ſed poteſt fieri illicita ra-
tione circumſtantiæ, cauſæ, perſonæ, mo-

di,

Digitized by Google

di,temporis, loci,& cōmercij, ex circum-
ſtantia cauſæ ſcilicet quando propter cu-
piditatem, vel aliquod aliud malum fit,&
53 ſic tale peccatum eſt, qualis finis per quē
fit. Vnde ille, qui negociando intendit lu-
crum, tanquam vltimum finem, & cupit
ſine labore,& ſollicitudine ex auaritia di-
uitias congregare; eijcietur de tēplo pa-
radiſi ſecundum Alex. negociari autē pro-
pter propriam neceſſitatem, vel pietatem
ſcilicet ad diſpenſandum in pios vſus lu-
crum, vel propter Reip. vtilitatē, vel pro-
ximi eſt cauſa legitima: quæ facit, vt fiat
ſine peccato aliter non. Circunſtātia per-
ſonæ facit illicitam ſcilicet ſi eſt clericus,
vel religioſus, oportet ergo ſit ſæcularis,
qui negociator eſſe debet, Circunſtantia
modi fit illicita, ſcilicet quando exercetur
cum dolo,& cum mendacijs, vel alijs pa-
ctis, ſeu periurijs cap. quoniam non co-
55 gnoui 88. diſt.& ſi ſunt peccata mortalia,
ſicut mendacium, quod dicitur intentio-
ne decipiendi proximum, etiam in magna
re ſi poſſet, vel periurium, ſic negotiatio
eſt peccatum mortale. Item ex circunſtā-
tia temporis ſcilicet feſtiui, ab Eccleſia
præcepti. Item ex circunſtantia loci ſcili-
cet diuino cultui deputati, vt eſt Eccleſia,
enim non poteſt fieri ſine peccato mor-
tali, niſi magna neceſſitas excuſet ca. de-
cet domum Dei, de immun. Eccleſ. lib. 6.
iuncto cap. relinqui volumus, de cuſtod.
Euchariſt.& hoc intellige de actuali con-
tractatione rerum: quæ ſine ſtrepitu fieri
non poteſt; ſecus eſſet in venditione can-
delarum, quæ ſine verbis fit, aut in con-
uentione alicuius rei emēdæ, vel venden-
dæ poſtea, quia non eſſet mortale pecca-
tum. Item ex circunſtantia commercij,
quod quidē eſt damnoſum Reipub. ſicut
cum quis emit vilius, vt carius vendat, &
cum damno Reipub. ſicut faciunt illi, qui
totum granum emunt, vel omnes mer-
ces,& huiuſmodi, vt poſtea vendant mo-
do ſuo. Si vero cōmercium eſt vtile Reip.
ſicut illud; quando merces portantur de
terra, vbi deficiunt, vel illud; quod de vna
re fit alia, ſicut faciunt artifices de lana
pannum, de cera candelas,& illud, quo
quis conſeruat res, quas emit, vt vendat
tempore debito, eo quilibet non poteſt
ſtatim emere,& ſic iſtis eſt licitum nego-
ciari,& aliæ circunſtantiæ adſunt alijs, vt
eſt damnationis,& de eis loquitur tex. in
cap. eijciens 88. diſt. Scot. in 4. 15. diſt. q. 2.
art. 1 Tho 2. 2 queſt. 77.

Et ille, qui carius vendit, quam emit; ſi qui-
dem fecit emptionē pro ſe,& poſtea pro-
ceſſu temporis non indiget; licite poteſt
vendere pro precio occurrenti,. quamuis
ſit carius; quam quando emit; quia nō ad
hoc emit, & lucrum aduenit ratione tem-
pore. Si verò emit, vt venderet tempore,
quo carius erit, eſt licitum, ſi fecit pro uti-
litate terræ ſuæ, ſcilicet ne homines po-
ſtea indigerent,& non inuenirent. Et ipſe
aliquid lucraretur pro ſua, & ſuæ familiæ
ſuſtentatione.

Vel ſi à caſu aliquod emit pro bono foro,&
poſtea inuenit; qui illud vult emere pro
56 cariori,& concurrant quattuor illa, vide-
licet quòd primo ſit ſcientia ab vtraque
parte, ſcilicet quod nulla ſit deceptio ex
parte alicuius, & quilibet ipſorum agno-
ſcāt rem,& eius qualitatem, & voluntatē
glo. penultima in l. mortis cauſa §. fin. ff. de
donat. cauſa mort. ſecundo, quod adſit li-
bertas voluntatis, quod non faciat ex tali
57 neceſſitate, quæ excludat rationem volū-
tarij, id quod quomodo poſſit perpendi,
vel intelligi, vide per Angel. in ſua ſumma
in ver. emptio. §. 7. Tertio, quod ſit prudēs
quia magna mentis leuitas redderet con-
tractum illicitum, vt mulier ruſticus, &
iuuenis, & ſimiles, quibus non creditur
quod ex liberalitate vendant, ſed imputa-
58 tur magis leuitati. Et ideo eſſet reſtituē-
dum eis, quod minus iuſto precio à talibus
emptum eſt, vel plus iuſto precio vendi-
tum, ita firmat Imol. in cap. cū contingat
de iur. iur. quod limita, niſi tamen iſtę per-
ſonæ eſſent ſagacea: quia tunc non præſu-
mitur in eis donatio. Bal. in l. 2. C. de re-
ſcin. vend. Abb. in cap. quia plerique de
immunit. Eccleſ. 9. q.

Quarto quod ille: qui vendit, vel emit plus
debito, poſſit donare argum. c. 2. de dona.
quia ſi iſta quattuor non concurrant, non
poteſt vēdi; niſi iuſto precio res, nec po-
teſt vendi res; quantum emptorem inue-
nis, interuenientibus iſtis circumſtantijs
cum alijs antedictis hoc licet laicis, non
autem clericis per Ang. in ſumma in uer.
negotium uerſ. utrum.

Si autem fecit emptionem, ut lucraretur tā-
tum ſine aliqua utilitate Reip. imo potius,
cum damno, ſic peccat mortaliter, ut c.
eijciens allegato, & de iſtis intellige illud
in c. quicunque tempore. 14. q. 4. ubi tur-
pe lucrum dicitur tempore uindemiæ ui-
lius emere, ut carius uendatur, concord. S.
Thom. 2. 2. q. 77. non tamen tenetur ad re-
ſtitutionē talis turpis lucri de neceſſitate,
ſed de conſilio ſic, niſi forte fuiſſet cauſa
talis excreſcentiæ, puta, quia totum: ut ca-
rius poſtea poſſet uendere, quo caſu tene-
retur

Digitized by Google

retur ad recompenſam, & ſatisfactionem damnificatis; ſi tale damnum incurriſſent.

Nec Prælatus in vendendis prælaturæ fructibus drbet expectare cariorem venditionem ſi id faciat cauſa lucrandi ſibi, & ſuis, quia id videtur eſſe negociũ ſæculare, & mercantia, cum ſæculare negociũ mercantia, ſeù negociatio dicatur omne illud quod fit per lucrando, vt deduco *ſup. eod. verſ. item, & munera*, per *Angel. in ſumma, in ver. negocium.* Item turpe lucrum, & ſæculare id videtur eſſe negocium, quia iſto caſu prælatus videtur quid plus iuſto appetere, *Ang. ibidem*, non enim eſt contentus iuſto precio, qui non vendit pro currenti pretio, & pro pretio, quod Princeps, vel Magiſtratus mercibus ſtatuit, ſed expectat, quod tempus venditioni augumentum afferat, vndè turpe lucrum, *Abb. c. 1. ne cler. vel mon.* Quia non licet emere victualia, vt carius vendãtur, quia peccatum eſt, & grauius quidem in clerico, quam ſit in laico, *Innocen. in cap. 1. ne cler. vel mon.*

Quia conſeruando, & nõ vendendo fructus, & victualia prælatus, ex quo facit forum carum, quia quanto magis abundant victualia, tanto minus venduntur; & quanto minus abundant, tanto carius venduntur, videtur pauperes emptores damnificare; quibus ſubſidium afferre ex officij debito tenetur, quia Prælatus pater pauperum.

Et licet conſeruando prælatus, non poteſt dici, quod emat, vt vendat; tamen mercatoris, & venditoris conditionem inducit, cuius eſt cariorem expectare venditionẽ, & cum det occaſionem carius mercandi, & carius vendendi, videtur idem, ac ſi ipſe carius venderet, cum paria ſint facere, & faciendi occaſionem dare, *glo. in l. ſi ita §. ea. in ver. intereſt. ff. de verb. oblig.* Et videtur ſaltim modo indirecto ſeſe ſecularibus negocijs implicare, quod non licet, quia quod directo non eſt licitum non debet indirecto licere, *c. cum quid vna via, de reg. iur. in 6.*

Et iſta cum ſit ſollicitudo in prælato non neceſſaria, ex quo eſt cauſa lucri faciendi, videtur improbanda per *dict. Henrici quolibet. 8. q. 27.*

Si verò expectat cariorem vẽditionem prælatus, non pro lucrando, ſed pro bono publico pauperum, vel pro ipſius commodiori ſuſtentatione cum ſit pauper, & ei non ſufficiunt fructus Eccleſiæ pro victu, tunc videtur nedum eſſe licitum expectare cariorem venditionem, ſed etiam emere exemplo Ioſeph, *Gen* 41. per *Innoc.* & *Abb. in c. 1. ne clerici, vel mon.* modo tamen non vendat pauperibus, ne pauperibus pauperum ſanguine prouidere videatur, vt per *Henric. d. quolib. 8. q. 27.* vbi dicit, quod ſollicitudo præter neceſſaria, ſi habet finem non vtilitatis proprie ſui, & ſuorum, ſed finem pauperum, & boni publici, & ſui ipſius in quantum pauper eſt, & forte fructus illi non ſufficiunt, quod non eſt ſollicitudo improbanda, quia hæc eſt neceſſitas, in cuius caſu eſt permiſſum clerico negociatio, *c. 1. ne cler. vel mon.* & ſi clerico eccleſia non ſufficiat, eſt illi licitum vti artificio, non tamen propter lucrum, vel ſi ſufficiat illi eccleſia ſua, *Clem. 1 de cenſ. cap. quamquam, eo. tit. lib. 6. glo. c. Canonum* 14. *q.* 3.

Nec parimodo iſtud precij augumentum, quod fructibus attulit iſta expectatio, & dilatio eſt effectum prælati, nam ſi prælatus in fructibus, ac rebus eccleſiæ habet tantum vſum, & tantum percipit, quantũ pro ſui ſuſtentatione, ſecundum gradus ſui decentiam conſumit, ſi non habet in eiſdem dominium, adeò quod etiam in morte de eis pro libito diſponere poſſit, niſi moderate, ſi habet in vita tantum auctoritatem canonice diſpenſandi, ſi de fructibus non poteſt ſibi, vel ſuis emere, aut acquirere, vt dico infra, in q. de poteſtate circa fructus, &c. & in q. an clericus de fructibus, &c. eſt dicendum, quod idẽmet ius eandemmet auctoritatem habeat in iſto augumento precij, & non plus, quod habet in fructibus, quum plus iuris non debeat habere in acceſſorio, & dependenti, quam in principali.

Imo tale augumentum accreſcit fructibus, quibus eſt vel acceſſorium, vel dependẽs, *l. Item ſi fundi, §. huic vicinus, ff. de vſufr. glo. 1. circa med in l. de quibus*, & ibi *Bar. in rep. in ſecunda col. ff de leg.* & ibi *Iaſ. 4. col. inſt. §. ſed, & ſi poſt.* vndè eſt qualitatis, & naturæ, cuius ſunt fructus, quia augumentum imitatur naturam eius, cui accreſcit *Soccin. conſ.* 153. *incip. pulchra, & conſ.* 254. viſa, vbi ponit, quod debet eſſe naturæ ſui principalis. Et quod idem de vtroque iudicari debet, & augumentum iſtud eſt pars pretij, & pretium eodem iure cum re ipſa cenſetur, & loco rei ſuccedit, *l. ſed, & ſi rem, ff. de pet. hered.* & pars cum ſit portio totius, eodem iure, quo totum cenſeri debet, & iudicabitur, & quod de toto iudicatur, de parte quoque illius iudicari debet.

Et in iſta prohibitione negociandi, non vi-
dentur includi omnes Clerici,ſed illi tan-
59 tum,qui ſunt in ſacris ordinibus conſti-
tuti,& beneficiati,non autem omnes cle-
rici ſimpliciter ; quia in minoribus con-
ſtituti non videntur comprehendi à con-
ſtitutione, quia videntur poſſe exercere
quæcunque negocia ſecularia. Subiungit
idem *Abb.ibidem* ego dicerem, quod ne-
gocia ſecularia prouenientia ex carnis
concupiſcentia, ſunt prohibita omnibus
clericis,& etiam laicis,ſed maxime cleri-
cis,nam appetere plus iuſto precio, hæc
& ſimilia, indubitanter omnibus ſunt
prohibita, negocia verò ſecularia ſtricte
ſumpta, idest, quæ licent laicis,cum ſit
mundana, prohibentur miniſtris altaris,
& etiam beneficiatis,vt voluit *Hoſt.*& ex
his nota inquit *d.c.1.ne cler. vel monach.*
60 quod Clericis in minoribus non benefi-
ciatis,minime prohibentur negocia ſecu-
laria alias licita,quod teneménti,diligen-
ter,& credo quod ſit ratio,quod clericus
exiſtens in minoribus id facere poſſit;
61 quia poteſt impune redire ad ſæculum,
& laicare; quia apoſtaſia non conuenit
clerico in minoribus,quia impune poteſt
ſæculariter viuere,& renuntiare in totum
ordini clericali,& ſi non verbo,ſaltim fa-
cto, exercendo actum omninò contrariũ,
vt docetur per *Abb.in c.sua de apoſt.* fal-
62 lit tamen ſecundum *Inn.ibidem*,ſi habet
beneficium,quia eſt apoſtata, ſi dimittat
habitum,& tonſuram, & cogi poteſt ha-
bitum reaſſumere, vt ibi per eundem *In-
noc.*quem refert *Abb. ibid.* ſed dic, quod
immo ex ſui generalitate bulla compre-
hendit omnem clericum,vt dico infra in
63 fine quæſtionis,ſic ergo habemus, quod
negociatio ex cupiditate,& cauſa cupidi-
tatis,non cauſa neceſſitatis, vel alterius
vtilitatis,& honeſtatis prohibetur,& non
eſt licita. Et ſemper cupiditas ipſa præ-
ſumitur,& cauſa cupiditatis negociari qui
libet exiſtimatur,niſi ipſa neceſſitas pro-
betur per *glo.* quæ eleganter dicit in *cap.
1.88.diſt.in ver.conducere*, ſemper inquit
intellige cauſa cupiditatis hoc fieri, niſi
64 neceſſitas probetur,*arg.12.q.1.cap.1.*vbi
probatur, vitam hominis eſſe pronam ad
65 malum, vt ibi dicitur. Et pro præſenti
materia vide ea, quæ eleganter deducit
Bar.in l.legatis ſeruis,de leg.3. vbi habe-
tur,quod negociatores dicuntur eſſe illi,
qui cum alijs contrahunt, non qui exer-
cent aliquod officium,vbi contractus nõ
immineret, & quod locatores roncino-
rum,vel equorum dicantur,& dici poſſint
mercatores,ſeu negociatores,& mutator dicitur mercator,& negociator, ſi interuenit contractus, vltro, citroque obligatorius,quia tunc illa eſt propriè negociatio,& mercatura;vbi tenet,quod ille, qui nihil aliud facit,niſi quia locat poſſeſſiones ſuas,& conducit poſſeſſiones aliorũ, quod non eſt neque mercator,neque negociator per *tex.in l.ſi cum villico, de inſtit.* quia oportet,vt quis dicatur mercator,vel negociator, quod faciat negociationem quæſtuariam,ex qua aliquid quæratur. Sed percipere fructus de ſua poſſeſſione non dicitur aliquid de nouo quærere,vbi ſubdit quæſtionem;an mercator, vel negociator dicatur ille,qui ſemel tantum in vita ſua fuit negociatus,vnam, vel vnicam tantum ſemel fecit negociationẽ, vel mercaturam, aut negocium; puta ſi ſemel emit pannos, & vendidit pannos; & non obſtantibus deductis in oppoſitũ per eum,dicit,quod non dicitur mercator qui ſemel mercatur,vel negociator,qui ſemel negociatur,ſed requiritur,quod exercuerit,& ſæpius fecerit per *tex.in l.1.in d.princ.*& ibi *glo.de tributor.*vt ibi per eũ ſequitur *Anchar.in c.Canonum ſtatuta,in ver quis dicatur mercator*,& idem *Bar.in rubr.de nauicularijs lib.*11.ibi negociatores verò non propriè dicuntur artifices; quia de iure gentium quilibet ſcit emere, & vẽdere,licet vnus cautius,quam alius, & appellantur negociatores ex frequentia *d l.legatis,in princ.*niſi conſuetudo regionis aliud inducat. *Alex.* tamen in *d. l. legatis, in princip.* dicit, quod ille dicitur mercator, qui ſolum vnam negociationẽ fecit. Idem *Bal.in rubr.C.de conſtit pecu. in fin.*qui ſub dubio forte videtur tenere, quod mercator,ita demum ſit, ſi profeſſus eſt matriculam, & *Bald. in proœmio Digeſtorum,verſ.item fallit in mercatore*, vbi videtur dicere,quod ille dicatur mercator,qui ſolam vnam negociationem facit,& idem in artifice,& idem *Bald. in tract.de conſtitut.in fin.*refert *Alex in additio ad Bart. in rubric. C. de nauicul. lib.11.Corſett.in repertorio in ver.mercator.* Hæc in laico,& de iure ciuili procedunt.

Sed in caſu noſtro,quia eſt interdictum clericis negociari, & negociari clerico eſt delictum perpetrare de iure Canonico,toto *titulo ne Cler.vel monac.* ſunt attendẽda ſuperius dicta,& an faciat cauſa lucris vel cupiditatis,& auaritiæ,an ex alia cauſa,& in caſu bullæ noſtræ, quæ generaliter loquitur de illicite acquiſitis, veniunt

etiam

Digitized by Google

etiam comprehenſa acquiſita ex vno; &
ſemel tantum facta negociatura, & mer-
catura, modo fuerit illicita in Clerico, &
damnata negociatio.
Pœna autem qua Clerici negociatores pu-
niri debeant, videtur eſſe primo peccatū
66 mortale; quia negociari Clericis prohi-
betur ſub præcepto, *cap. fornicari*, 88. *di-
ſtinct.* ibi Clerico facto iam non licet, *c.
Epiſcopus eo.* Ibi Epiſcopus, ſacerdos, Dia
conus nequaquam ſæculi curas aſſumant,
cap. Epiſcopus eo. il 2. Epiſcopus nullam rei
familiaris curam ad ſe reuocet, *cap. nego-
ciatorem eod.* negociatorem Clericum, ve-
luti peſtem fuge, *cap. eijciens*; nullus Chri-
ſtianus debet eſſe mercator, & ſi eſſe vo-
luerit proijci de Eccleſia debet, & eſt præ
ceptum per verba Domini: *Nolite facere
domum Patris mei domum negociationis*,
cap. pen. ead. diſt. & per illud, nemo mili-
tans Deo implicat ſe negociatoribus ſæ-
cularibus, in *tex. in c. primo ne cler. vel mo
nac.* ibi talia miniſtris altaris Domini, om
ninò contradicimus, & *cap. ſecundo.* Sa-
cerdotibus, & Clericis tuis publicæ de-
nuncies, ne miniſtri laicorum fiant, nec
iuribus eorum procuratores exiſtant. Idē
legitur *cap. ſed nec, eod. tit.* ibi Clericorum
quiſquam exercere præſumat. Idem in *ca.
ſicut eod.* & fere per totum, & non ſolum
eſt prohibitum cum præcepto, & per ver-
ba præceptiua, ſed cum appoſitione, & in-
terminatione pœnæ excommunicationis
cap. ſecundo eod. tit. & tranſgrediens præ-
cepta legis diuinæ, vel naturalis, & non-
67 nunquam humanæ ligatur mortali pec-
cato, quia tranſgreſſio præcepti diuini, na-
turalis, vel humani, mortale peccatum eſt,
vt per *Abb. in c. clerici, de vit. & honeſt.
Cler.* vbi vide, & ſecundum *glo. Gemin.*
etiam in *cap. vt animarum de conſt lib. 6.*
& *Io. Andr. in c. relatum ne cler. vel Mo-
nach.* & rurſus *Gem. in cap. perpetua, de
electíon. lib. 6.* quomodo cognoſci poſſit
aliquam legem humanam eſſe præcepti-
uam, vbi dicunt; quod ſi conſtat materiā
eſſe præceptiuam, vt quia eſt de neceſſarija
ad iuſtitiam, aut charitatem, aut diuinam
reuerentiam, ſic eſt præceptum, & quod
non fiant matrimonia clandeſtina, vel
corrigatur frater, vel non communicetur
pleno ſtomacho, nec eſt de verbis curan-
dum; quia ſunt accomodanda materiæ
tex. eſt cum *gloſ. in cap. Rogo* 11. *quæſt.* 3. &
tex. in Clem. exiui de paradiſo, de ver. ſign.
ſi verò non conſtet de materia, & conſtet
68 de intentione ſtatuentis, quod fuerit præ-
ceptiua, eſt præceptum, quia intentio præ

ponderat verbis, ſi verò nec de materia,
nec de mente ſic conſtet, eſt reſpicien-
dum ad pœnam, quæ contrafacientibus,
& tranſgredientibus imponitur, quia ſi
imponitur pœna ſpiritualis, vt excom-
municationis latæ ſententiæ, ſecundum
omnes eſt præceptum, & contrafacere eſt
mortale peccatum, velut eſt in *capit. ſe-
69 cundum ne cler. vel Monach.* quia nullus
niſi pro mortali peccato excommunica-
tur, 11. *q.* 3. *nullus*, & *cap. nemo Epiſcopo-
rum*, & *cap. primo lib. 6. de ſenten. excom-
mun.* & ſimiliter ſi imponatur pœna ex-
communicationis comminatoriæ, ideſt
non latæ, ſed ferendæ ſententiæ; quia licet
aliqui dicant, hoc non eſſe clarum, tamen
vt refert *Ioann. de Neapol.* quidam hoc
tenent, & bene, quod tales contrafacien-
tes merentur excommunicari, & ſic mor
taliter peccauerunt, & hoc etiam ſi ab
homine; & ſimiliter ſi imponitur pœna
ſuſpenſionis, depoſitionis, vel interdicti,
& ſi imponitur pœna maledictionis æter
næ, vel indignationis Omnipotentis Dei,
capit. vnico, de ſtat. reg. & ſimiliter quo-
ad pœnas corporales, eſt præceptum, ſi
imponitur pœna mortalis, vel mutilatio-
nis, prout fit per leges, aut ſtatuta Ciuita-
tum, quæ ſecundum Sanctum Thomam
obligant etiam in foro conſcientiæ, quia
non infertur talis pęna, niſi pro eo, quod
eſt valdè læſiuum iuſtitiæ, & ſimiliter, ſi
imponitur pœna grauioris culpæ, vt fit in
religionibus: idem autem dico per omnia
eſſe iudicandum de præceptis ab homine,
refert *Syluester in cap. præceptum in fin.*
ſed vide *Abb. in cap. nam concupiſcentiā*,
de conſtitut. vbi facit quæſtionem; an &
quando faciens contra legem, vel regulam
incurrat peccatum mortale, & puto ego
negociatorem clericum committere pec-
catum mortale, non ex eo ſolum, quod cō-
ſtitutiones Canonicæ ſuper negociatio-
70 nibus ſtant præceptiuè; ſed quia ſtat pro-
hibitum lege diuina, vt deduximus ſupra,
& quicquid eſt contra præceptum legis
Dei, mortale peccatum eſt, *S. Thom* 2. 2.
q. 35. *§. ad tertium*, & per illud maxime
Pſalmiſtæ: *Quia non cognoui negociatio-
nes introibo in potentias Domini*: quaſi
innuatur, quod per negociationes incur-
ratur in peccatum mortale, & quia abſti-
nuit, non incurrit, meritò introibit, quia
cum peccato mortali nemo introibit in
gloriam Dei.
Et vltra peccatum mortale, ſi clericus tertio
71 monitus nō deſtiterit ab illicite negotiādo.
perdit priuilegiū clericale, *c. ſi. de vit. et ho-
neſt.*

ne ſt Cler. & ſecũdum a i.quos,d .o, quod ſi clericus in minoribus negociatur, negocium ſæculare non prohibitum laicis, non peccat mortaliter, vel ſit coniugatus, vel non; ſed ſi non eſt coniugatus, poteſt compelli ad deſiſtendum negociari per priuationem priuilegij clericalis, non quidem illius, de quo in cap. ſi quis ſuadẽte Diabolo 16.q.4. ſed illo priuilegio, quo non poſſunt vexari ab impoſitionibus, & exactionibus in perſona, vel in bonis proprijs, *l.2.C.de Epiſcopis, & cler.* coniugati verò Clerici negotiantes, non perdunt per negotiationem, quia illud non habẽt, quia ipſo facto, quo matrimonium con-
72 traxere, eo ſunt priuati, *cap. vno de cler. coniug.lib.6.& cap.Ioannes eo.* Religioſi verò, & clerici, qui ſunt in ſacris, peccant mortaliter, *cap. ſecundum ne Cler. vel Monac.* & ſimiliter poſſunt compelli per priuationem priuilegij clericalis, id quod tantò magis eſt dicendum, quia fecerunt ſibi præiudicium, quando permiſerunt ſe promouere ad ſacros ordines, vel ſine beneficio, vel ſine ſufficienti beneficio, per ea, quæ dicit *glo.in cap.clericus victum, 91.diſt.* & in hoc caſu habent etiam actionem contra promouentem, qui habet eis prouidere, & ſupplere neceſſaria victui; quoad eis de competenti beneficio prouideatur, *cap.cum ſecundum, de præbend. cap.ſi quis,* cum ibi *glo. de ſim.* & quando
73 eis ſunt data plura remedia, eo minus eis eſt licitum negotijs immiſcere, vndè magis peccet. Quod verò clerici in minoribus, vel coniugati, vel non, non perdant per negotiationem priuilegium dicti *Canonis, ſi quis ſuadente,* vt videlicet ſit excommunicatus illa excommunicatione, qui eos percutit, nec etiam fori, vt poſſint pro criminibus, & exceſſibus puniri, ſeù condemnari criminaliter, aut ciuiliter per Iudicem ſęcularem, id ex eo clarè conſtat, quia Clerici coniugati, quos oportet intẽdere negotijs mundanis, & ſæcularibus, *cap. Ioannes* præallegato, ſi in habitu, & tonſura incedunt, illo gaudent; id quod eſt multò fortius dicendum de Clericis in minoribus non coniugatis, quod per negociationem illud non amittant, quando illud retinetur à Clericis coniugatis, qui in negotijs intendunt, & intendere debent.

Et dicit *Innocen.in d.cap.fin.de vit.& honeſtat. Cler.* quod Clerici primo monendi ſunt, vt negotiationes Clericis non conuenientes dimittant, & ſi eas non dimiſerint, cum eas forte ſine peccato facere poſſent, clericatu dimiſſo, ſpoliabuntur beneficio, & Eccleſijs, ſi habent, & dimittentur Domino ſæculari, hoc modo; quod eccleſia non defendat eos, quia perdunt priuilegium, quoad iudicium, vel forum, & functiones municipales, *cap.pen.de cler coniug* ſequitur *Io.And.ibidem,* qui dicit, ſi verò non ſunt coniugati monentur, vt negotiationes Clericis non conuenientes dimittant, ſi non dimiſerint; quia forte ſine peccato facere poſſunt clericatu dimiſſo, ſpoliabuntur beneficio, & dimittẽtur Domino ſæculari, hoc modo; quod Eccleſia eos non defendat, & ſecundum *Hoſtien.* hanc eſſe veritatem, quod ſi moniti non obediunt, nudati ſunt omni priuilegio Clericali, & etiam Curiæ ſæculari
74 finaliter ſunt tradendi; tamen poſt pœnitentiam, & reconciliationem priuilegiũ amiſſum recuperant. Satis credo, quod Clericus incedens in habitu, & tonſura, negotiationes exercens, & de hoc monitus non deſiſtens, perdit priuilegium ſolum quoad illa; illis autem negotiationibus dimiſſis, vti poteſt priuilegio clericali, ſed intellige, vt per *Abb ibidem,* qui recitat, & dat plures intellectus ad *tex.*

Item alia pœna videtur puniendus Clericus illicitè negocians, quia videtur teneri ad reſtitutionem ex talibus negociationibus acquiſitorum, ex quo exiſtit in peccato mortali, quod de ſui natura, ſi ſit notoriũ, inducit præciſionem, & ſeù ſuſpenſionem à Canone, ne exerceat quis officium ſuũ, per d. *Anton.in cap.veſtra, de cohabit.mulier. & cler.* nec valet dicere, vt quidam opponunt, quod ille *tex* loquitur in forni-
75 catore tantum, quia loquitur etiam ſi eſſet aliud crimen, vt per *Innocen. ibi.* vel etiam ſi eſſet aliud crimen, quam fornicatio. Et paulò poſt, ſi crimina, pro quibus eos ſuſpendit, ſint notoria per facti euidentiam; idem exponendo *tex.* dicit *Ioan. Andr. ibidem,* quia conſtitutio pœnalis, etiam quoad pęnam extenditur ad caſum ſimilem ex identitate rationis, ſi ratio in ea conſtitutione eſt expreſſa, vt in *l. his ſolis, C.de reuocan donat. & tex.in l.ſecunda, §.quod ſi curatores, & §.quid ſi deciſerant. ff.ad Tertul.* refert *Angel. in ſumma in ver clericus. 7. circa finem*: vbi dicit, quod Clericus indubitanter obligatus eſt reſtituere fructus, quos percepit exiſtens in peccato mortali ſi peccatum ſit notorium, quia cum ſit ſuſpenſus, perinde eſt, ac ſi non reſideret, quia nullum, & inutile idem eſt *cap. inter corporalia, de translat. prel,* ſicut patria indicantur non fieri, de

non

non ritè fieri, *cap. veniens, de presb. non baptizat.*
Facit quia quando clericus committit cauſam, propter quam meretur priuari bene-
76 ficio eccleſiaſtico, licet non ſit priuatus
ipſo iure antequam feratur ſententia ſecundum *Innocen. cap cum noſtris de conceſ. praben. cap. ex parte. de Feud. per Bal. in cap. qua in Eccleſiarum de conſtit.* tamen quamprimum commiſit cauſã efficitur indignus, & ſic male fidei poſſeſſor: & ſic a tempore commiſſæ cauſæ, tenetur ad omnes fructus reſtituendos: ita probat *tex.* ſecundũ *Angel. Paul. de Caſt. in l. prima. C. de his quib. vt indig.* licet contrariũ videatur probari ex *glo. not. in auth. de inceſt. nupti. in principio in ver. imminere in fine*, quæ vult, quod ipſo iure perdantur bona à ſcienter contrahentibus inceſtas nuptias, & licet requirant ſententiam declaratoriam, tamen fructus medij temporis perduntur, de cuius glo. veritate dic; vt in *auth. inceſtas. C. de inceſt. nup. per Angel. & Bal. ibidem*: de occulto vero pecca-
77 tore ſubiungit *Angel in ſua ſumma d. loco*, credo quod non teneatur reſtituere, quamuis tutius eſſet reſtituere: quia, & ſi inutiliter ſeruiat: quoad ſe: non tamen quoad alios; aut quoad Eccleſiam.
Et dicit in terminis *Innocen. in cap quia plerique de immunit. Eccleſ.* quod vbicunque aliquid male quæritur, vel ex negociatione, vel extorſione, ex qua tamẽ reſtituere non tenetur; prudenter facit, ſi omnia acquiſita in elemoſinas dat. 14. q. 5. qui ha-
78 bentis, & *cap. vltimo* non tamen damnamus eos, ſi hæredibus relinquant; ſi autẽ illicitas negociationes faciãt, vel alias iniuſte aliquid quærant ſine calumnia alicui facta, ſacerdos iniungere, vt in bonos vſus ſic acquiſita expendant, puta erogãdo pauperibus, vel Eccleſijs, vel alijs *arg. 24. q. 3 ſi quis c. de vot. redemp. c. magna. c. quod ſuper his*, ſequitur *Hoſtien. & alij vbi Abb. col. antepen. verſ. tertia concluſio* ibi dicit; quod exerces illicitas negociationes, vel alias iniuſte acquirens aliquid ſine calumnia alieni facta; tenetur in foro animæ quicquid fuerit inde lucratus in
79 pauperes, vel alios pios vſus erogare *arg. 17. q. 4. ſi quis contumax*, & in *cap. magna.* Et in *cap. quod ſuper his de vot. fac. cap. eli Tu. in fin, de vſur.* de hoc querit *Mathe. in Clem. prima de vit. & honeſt. cler.* vbi tenet quod acquiſita, & lucrata ex illicitis, & prohibitis negociationibus, tenentur acquirentes in foro animæ dare pauperibus *cap. qui habetur* præallegato *Abb. in cap. cum ſit de Iudæis*, tenet quod illud ſit de conſilio, & non de neceſſitate, quod reſtituatur taliter acquiſitum idem tenet *Archid. in d. c. qui habentis* 14. q. 5. dicas ergo; quod vbicunque aliquod male quæritur, vel de negociatione, vel extorſione, ex qua inde tamen reſtituere, quis nõ tenetur, prout de acquiſitis ex contractibus per eum celebratis illicite negociando, ex quorum forma ſibi acquirit, & illi cũ quo contrahat, tenetur reſtituere, prudenter facit, ſi omnia det in eleemoſynam *cap. pœnale c. non ſane* 14. q. 5. non tamen ſunt damnandi ſi hæredibus relinquant, per *Innocen. d. cap. quia plerique* vnde cũ nullo iure probetur, licet ſit bonum conſilium, vt in pauperes erogetur, vt ſic ſatisfiat in quo fuit delictum, & peccatum, tamen non eſt de neceſſitate ſalutis. Et hoc tenet *Cardinalis d. cap. quia plerique, & glo. & Ray. in tit. de rapto. §. ſed quid de iocarijs*; & iudicio meo idem tenet *Innocen. d. cap. quia plerique*, licet communiter Doctores, qui tenent contrarium pro ſe adducant, & male, quia, ſi intelligeretur, quod dicit ipſe *Innocen.* foret neceſſariũ quod ipſe ſacerdos debeat ei iniungere, vt in pios vſus expendat, quod acquiſiuit faciendo illicitas negociationes, aut quod alias iniuſte acquiſiuit ſine calumnia alicui facta, certe ſibi contradiceret, quia ſuperius ibidem præmiſit quod vbicunque aliquid male quæritur, vel ex negociatione, vel extorſione, ex qua tamen reſtituere non tenetur, nec damnat eum ſi hæredibus relinquat; ſed ideo oportet intelligatur, quod ſacerdos debet ei iniungere, vt reſtituat pauperibus de bono, & æquo, non tamen de neceſſitate, & ſic tene quod tali fauet Ius naturale in retentione, propter conſensũ domini tradentis, nam nihil, tam naturale, vt acquiſitio fiat ſecundum voluntatem domini tradentis, *l. nihil tam naturale, de reg. iur. §. per traditionem inſtit. de rer. di-*
80 *uiſio*; fac. quod habetur in *cap. fin. de ſim. & glo. in ſumma* 14. q. 5. & 1. q. 1. non eſt putanda, & in *c. ex tranſmiſſa de decim.* dicunt enim illæ *glo.* quod poteſt eleemoſyna fieri de illicitè acquiſitis; vbi non datur reſtitutio, per quæ videtur dicere *Abb. in cap. relatum, de teſtam.* quod illicitè acquiſita per artificium inhoneſtum, & illicitum, quod ſi poſitis clamoribus apparent repetentes; quod eis debet fieri reſtitutio, alias fieret diſtributio per Epiſcopum inter pauperes, *arg. in l. nulli, C. de Epiſcopis, & clericis*; quod tamen di-
ctum

Digitized by Google

ctum limits, inquit, procedere, vbi talia illicita acquiſita ſubiacent reſtitutioni, ſed vbi non ſubiacent reſtitutioni, licet illicite eſſent acquiſita, cum poſſit aliaa clericus pænitere de peccato ſine reſtitutione, non impeditur, quo minus de his clericus faciat volnntatem ſuam; Sequitur *Nicol de Vbal. in tracta. de ſucceſ. cle. ab inteſta. verſ. de acquiſitis vere per artifiſium.* Et ad *tex. in cap. cum ſit de iudæis*, vbi dicitur quod aſſumptus ad officium contra iuris diſpoſitionẽ, tenetur dimittere officium cum pudore, & acquiſita reſtituere, ad id quod adducit *Hoſtien.* dici poteſt, quod illud eſt ſtatutum in pænam, quia aſſumpſit iure prohibente: & non excedit caſum ſuum, nec obſtat ſimiliter *tex. in cap. non bane* 14. *q.* 5. quia loquitur conſultiue, ſecundum *Abb. d. c. quia plerique*, nec eſt obligatiuum ad peccatum mortale, vel veniale per *Abb. in cap primo de conſtitut. numero* 4. vbi vide, quando conſtitutio quæ continet conſilium, non preceptũ liget contrauenientes, nec facit cõtra *tex. in capit. contumax* 17. *q* 4. loquitur enim de eo qui ex contumacia, vel ſuperbia Eccleſiæ immunitatem violauerit, extrahendo ſeruum ſuum ab ea, qui tenetur ſoluere Epiſcopo 90. ſolidos: nec pari modo obſtare videntur *tex. in cap. magnæ & cap ſuper his de vot.* quæ iura allegat *Innocen* quia non videtur probare dictũ ſuum. Et ſic intelligatur, vt teneatur de neceſſitate, quia loquuntur de illis, qui vouent: quod ſi adimplere nequeunt, cõmutantur vota: adde, quæ adducit *Archiep. Floren. ſecunda parte ſecundi tit. cap. primo. §. 19.* dicit *Angel. in ſumma in ver. clericus 9. verſ. vtrum clerici, & in ver. reſtitutio primo verſ. turpe lucrum*; ſuper quo cogita: proeo quod dixi de peccato mortali, in quo exiſtit clericus negociator, & quia etiam clerico eſt prohibita negociatio ſub interminatione Anathematis. *cap. ſecundum ne cler. vel monach* quamuis *Silueſter in ver. clericus quarto.* teneat cõtrarium ſecundum *ſummam Roſel.* quia inquit iſta forte etiam poſſent non habere locum in fornicatore notorio, qui indubitanter eſt ſuſpenſus *arg.* eius quod nor. *glo. in cap. paſtoralis de appella.* vbi habetur, quod excommunicato non ſubtrahitur redditus, niſi hoc ſit expreſſum in ſẽtentia, vbi ſubiungit, quod non reſidens, non reſidens, non tenetur reſtituere fructus: niſi condemnetur: quia licet clericus non reſidens priuetur beneficio, non tamen reperitur arctari, vt fructus reſtituere teneatur *cap. ex parte de cler. non reſid.* patet de eo, qui per annum non reſedit, &
S1 occaſione tituli quem habet, donec priuetur percipit fructua, & ſi non ſeruiuit iſte, dicendo officiũ tamen ſeruiuit Eccleſiæ vniuerſali in ordine clericatus, vbi etiam ponit, in euentum quod clericus ſit obnoxius reſtitutioni, quomodo, & de quibus bonis habeat fieri reſtitutio.

Verba bullæ ſunt prægnantia, & generaliſſima, & comprehendunt, non ſolum caſum, quando clericus acquirit illicite negociãdo, verum etiam, quãdo turpiter, iniuſte, & male, aliter, & alio modo, quam ex negociatione; id quod aperte demonſtrant verba in bulla, ex illicita negociatione, aut alias contra ſacros Canones, quomodolibet acquiſita, quæ comprehẽdunt caſum acquiſitorum ex illicita negociatione, & quemcumque alium factum præter, & contra Canonum diſpoſitionem, nam verbum alias, licet habeat diuerſa ſignificata, tamẽ in caſu bullæ, ſtat aduerbium qualitatis, & ponitur alias, ideſt aliter, vel alio modo. *l. denique §. vtr. ff. de pec. et ff. de acq quoti. e Hiu. l. 1. §. illud:* vel ponitur alias, ideſt alio caſu, vt *l. qui in teſtamento §.*
28 *mulier ff. de teſta.* per magiſtralem doctrinam *Bar. in l. prima ff de cond. & demonſtra.* vbi dicit, quod ſignificatio talis dictionis, alias, deprehenditur facile ex natura orationis, in qua hæc dictio ponitur. Id importat etiam dictio alternatina, aut, poſita ante dictionem alias, quæ cum de ſui natura tribuit actum cuilibet inſolidum, quòd importet etiam acquiſita quomodolibet, pari modo, vel vt ex negociatione acquiſita dicit *Iaſ. in l. ſi ex toto §. ſi ita ſcriptum de leg. primo num.* 1. Et intellige contra Canones ideſt contra mentẽ, & verba Canonis, vt per *Iaſ. in l. non dubium. C. de leg.* vbi dicit, quod facere contra Canonem, & contra leges, eſt contra mentem, & verba legis facere exemplo poſito per eum ibi numero primo: vbi etiam dicit quod facere fraudem legi, eſt, quando quis non venit contra verba legis; ſed contra mentem, exemplo poſito per eum *ibidem numero* 2. vbi ſubiungit, quod committere in legem, vel Canones eſt quando quis facit de directo contra legem, vel Canones, ſiue quando facit contra mentẽ ſolum Canonis, vel legis, vtroque caſu eſt committere in Canonem vel legem, exemplo per eum *numero* 3. & per *Doctor. in cap. quæ contra de reg. iur. in 6. tex. & Doctor. in l. contra legis ff. de leg.* Et illud dicitur fieri contra Canones, vel leges,

Digitized by Google

leges, quod non ſit ſecundum formam le-
gis, vel Canonis exemplo, quod minor
contrahit ſine conſenſu tutoris, vel filius
ſine conſenſu patris, dicuntur facere con-
tra leges, vel Canones, *glo. not. in leg. non
intelligitur. §. diuus Hadrianus*, & ibi
*Doctor. ff. de iur. fiſ. Paul. de Caſtro. in d. l.
non dubium numero 8. tex. in l. contra. ff.
de pact.* quia contra illud, quod lex iubet,
aut prohibet, nihil eſt faciendum, late per
83 *glo in l. paciſci. ff. de pactis*, vbi ponit de
dictione contra. Nec intellige verbum
Canones, ſtricto modo, pro conſtitutione
quæ ſit in vniuerſali concilio, per *glo. cap.
Canon. diſt.* 3. quaſi conſtitutio videatur
pœnalis: quia aufert acquiſita, ab hæredi-
bus acquirentium, vnde tanquam odioſa
ſit reſtringenda: qui iudicio meo videtur
large ſumendum, vt appellatione Cano-
84 nis, hic veniat omnis conſtitutio eccle-
ſiaſtica, vt per *Abb. in cap. primo de conſti-
tut.* vt videlicet contineat, etiam ſub ſe
quatuor ſpecies, videlicet decretũ, decre-
talem Epiſtolam, dogmata, ſanctionem,
interdictum, & mandatum, contra quorũ
formam, & tenorem aliquid male acqui-
ſitum fuerit, quæ enumerantur 25. *q.* 2. ſi
quis dogmata, vt ſic comprehendantur,
non ſolum acquiſita contra formam con-
ſtitutionis conciliaris, quæ Canon pro-
prie dicitur, ſed etiã acquiſita contra for-
mam cuiuſcunque eccleſiaſticæ conſtitu-
tionis, id quod patet ex eo; quia præſens
conſtitutio eſt iuris antiqui declaratoria;
patet ex inſcriptione bullæ, per illa verba,
nos omnem deſuper hæſitationis mate-
riam ſubmouere &c. decernimus, & decla-
ramus, quod verbum declaramus vide-
tur iuris antiqui declaratiuum, non noui
editiuum, *arg. ff. de acqui. rer. do. l. ſicut. §.
ſed ſi quæratur glo. extrauag. Io. 22. cum
85 inter de verb ſig. in ver. Deinceps*, & dein-
de per illa verba ſpectaſſe, & ſpectare, ac
ſub nomine ſpoliorum venire &c. Et per
illa verba principij, ne prætextu incerti-
tudinis illa ab aliquibus vſurpari, aut ſu-
per eis dubia aliqua oriri contingat, &c.
quæ verba demonſtrant Papam velle tol-
lere dubia, & hæſitationes, ac materiam
ſpoliorum, quomodo intelligatur declara-
re; vnde non videtur inductiua alicuius
pœnæ de nouo, & ſic nec vt odioſa re-
ſtringibilis, quam vis etiam lex pœnalis
recipiat aliquando interpretationem ex-
tenſiuam, vt per *Abb. cap. tranſlato. de cõ-
ſtit. extra eo*: quod magis dicendum vide-
tur, quia negociationes ſunt interdictæ
clericis omni iure in decreto. 88. *diſt. &*
*91. 14. q. 4. 21. q. 3. capit. primo, & ſecundo
capit. mollicijs cap. hi qui: & in decretal.
86 eſt factus titulus ne cler. vel Mona. tex. in
cap. ſi. de vit. & honeſt. cler.* & titulus iſte
eſt repetitus in 6.

Vnde bulla, quouis modo illicite, & contra
Canones acquiſita comprehendit, & illi-
cite acquiſitum dicitur tripliciter, per *Sã-
ctum Thomam q. 32. articulo 7. §. ad ſepti-
mum*; vno modo id quod illicite ab aliquo
acquiritur; quod debetur ei, à quo eſt ac-
quiſitum, nec poteſt ab eo retineri, qui
87 acquiſiuit, veluti eſt rapina, furtum, &
vſuræ, de quibus homo tenetur ad reſti-
tutionem. Et propterea de eis inquit
eleemoſyna fieri non poteſt.

Alio modo illicite acquiſitum dicitur, quod
ille, qui accquiſiuit retinere non poteſt,
quod tamen non debetur ei; à quo fuit ac-
quiſitum, quia accipiens contra iuſtitiam
accepit, & dans contra iuſtitiam dedit;
Sicut contingit in ſimonia, quod non de-
bet reſtitui danti, ſed in eleemoſynas ero-
gari poteſt. Et eadẽ ratio eſt in ſimilibus,
88 in quibus datio, & acceptatio eſt contra
legem. Tertio modo eſt illicite acquiſitũ,
non quidem, quod ipſa acquiſitio ſit illi-
cita, ſed quia id, ex quo acquiritur eſt illi-
citum, ſicut patet de eo, quod mulier ac-
quirit per meretricium, lenocinium. & hu-
iuſmodi, vt per *Gaetan. ibidem*. Et hoc
proprie vocatur turpe lucrum; quia licet
mulier agendo meretriciũ turpiter agat,
& contra legem Dei, in eo tamen quod
89 accipit non iniuſte agit, nec contra legẽ,
vnde ſic acquiſitum poteſt retinere, nec
de eo eleemoſyna fieri debet, iuxta illud.
*Deute. 23. non offeres mercedem proſtibuli
in domo Dei tui.* Ludo etiam illicite acqui-
ritur, & per aleas aliqua acquiruntur illi-
cite de iure diuino; puta quando aliquid
lucraris ab his, qui rem ſuam alienare nõ
poſſunt; veluti ſunt minores, furioſi, & hu-
iuſmodi, & quando aliquis trahit aliũ ad
ludendum ex cupiditate lucrandi, & frau-
90 dulenter ab eo lucretur, in quibus caſibus
tenetur ad reſtitutionem lucrans, & de eo
inquit non poteſt eleemoſynam facere, &
dicit *Io. de Imol in cap. primo de pecul.
cler. in fin.* quod quis acquiſita ex indu-
ſtria in barat erijs, tenetur ad reſtituẽdum
illis, à quibus extorſit, vt ibi per eum.

Aliud videtur eſſe illicite acquiſitum ex iu-
re poſitiuo ciuili; quod prohibet vniuer-
ſaliter tale lucrum. de quo lucro ſic facto,
tenentur ad reſtitutionem illi, qui ſunt tali
iure obſtricti; niſi forte contraria conſue-
tudo præualeat, aut niſi tractus ad ludum

lucra,

Digitized by Google

lucratus ſit aliquid ab eo; qui traxit, quo
caſu non tenetur ad reſtitutionem, quia
ille, qui amiſit, non eſt dignus recipere.
Item turpiſſime etiam acquiritur illud
91 quod acquiritur per Symoniam, per quã
acquirens Spiritui ſancto iniuriam facit,
de quo inquit, poteſt fieri eleemoſyna
pauperibus, vel Eccleſiæ, quia non eſt de-
bitum ei, qui dedit, quia ex quo dedit con-
tra iuſtitiam, meretur illud amittere, &
cui, & quomodo debeat tale acceptum
reſtitui, vide per eundem *ſanctum Docto-
rem q. cap. eadem* 2 2. *artic. vltimo verſ.
ad quartum*; ſed de hoc vide quod dixi-
mus in *tracta. noſtro de Simonia in tit. de
da. & accept. ſimoniace reſtitutione. Gae-
tan. in ſuis Commentarijs ſuper d. q.* 32. *d.
loco*, facit aliquas diſtintiones, quomodo
intelligi debeat quando aliquid illicite
acquiritur, vbi pro intelligentia, & perce-
92 ptione materiæ dat regulas. Sed vide ma-
teriam tractari per *Innoc. Abb. & alios in
cap. quia plerique, de immunitat. Eccleſ.*
vbi ponunt, quomodo, quando, & quibus
perſonis debeat de illicite, & turpiter ac-
quiſitis fieri reſtitutio.

Item ſciendum eſt, quod clericis in ſacris, &
in minoribus ordinibus competenter be-
93 neficiatis eſt interdictum medicari; niſi
gratis, & pro miſerabilibus perſonis, vel
conſanguineis, in phiſica medicina, nec
tunc vbi poſſet eſſe periculũ, id quod etiã
in clauſtralibus eſt diſtricte obſeruandũ
cap. multa ne cler. vel mona. officium verò
chirurgi eſt interdictum omnibus clericis,
quia id officium inciſionem, & aduſtionẽ
requirit. *cap. ſententiam d. titulo. & cap. tua
nos. de homici.* in quibus locis, licet non
videatur dici, niſi de exiſtentibus in ſa-
cris, tamen idem poteſt intelligi de exi-
ſtentibus in minoribus ſufficienter bene-
ficiatis, per *Abb. d. cap. ſententiam. arg. cap.*
1. *de poſtul.* & contrahit talis clericus *ir*-
regularitatem; vbi eam laicus non con-
traheret, quia dat operam rei illicitæ, vt
per ſummiſtas in ver. medicus. Vnde ex
medicina acquiſita per clericum, illicite
acquiſita cenſeri poterunt.

Sed eſt videndum; an comprehendantur in
bulla acquiſita turpiter, vel illicite de qui-
bus parti leſæ, vel damnificatæ competat
repetitio, vel per viam actionis, vel offi-
cium iudicis, quod non videtur pro nunc
dicendum, quia de hoc nihil apparet ex-
preſſum in bulla, & in dubio numquã Pa-
pa cenſetur tollere ius partis, per ſuam
quamcumq. commiſſionem, niſi id expreſ-
ſe manifeſtet, late per *Abb. in c. quæ in ec-
cleſiarum de conſt. poſt. Inno. in cap. quòd
ſuper his de voto &c.* id quod eſt adeo ve-
rum inquit *Abb. ibidem*, quòd procedit e-
tiam, ſi ille, de cuius iure agitur eſſet infi-
delis, vel Iudæus, & hinc euenit, quod ſi
aliquo caſu contingeret Papam ius tolle-
re, præſumitur hoc per circumuẽtionem,
& importunitatem potius, quam per vo-
luntatem feciſſe, late per *Fel. in cap. cum
olim.* 3. *&* 4. *col. de re. iud.* adeo quòd tali
caſu, verba reſcripti ſunt impropriãda po-
tius, quàm proprie intelligenda, vt alteri
94 præiudicent tradit *Roman. conſ.* 334. *circa
primum Decius conſ. xi. col.* 5. *Iaſ. in l. ex
facto* 4. *not. ff. de vulg. & pupil.* immò po-
tius debent interpretari quod nihil ope-
rentur, quam quod indebite quis damnũ
patiatur, vt *Iaſ. not. in l. fin. poſt glo. Bar.
& alios. §. in cõputatione col. fin. C. de iur.
deliberan.* id quod procedit etiã ſi reſcrip-
tum emanaret in fauorem piæ cauſæ, pro-
bat *Iaſ. in l. fi. col.* 7. *ff. de conſtit. princip.
poſt. Alex. in l. pactum quod dotali col.* 2. *C.
de pact.* nam licet viduis, pupillis, ac alijs
pijs cauſis multum debeamus, non tamẽ
adeo debemus, vt alijs præiudicium infe-
ramus, dicit *tex. in cap. ex tenore de for cõ-
pet. & cap. nuper de donat. inter vir. &*
95 *vxor.* & in reſcriptis Papę licet non ap-
ponatur, vel exprimatur, tamen ſemper
cenſetur appoſita, vel expreſſa clauſula,
dummodo nõ ſit alteri ius quæſitum, tra-
dit *Fel. in cap. Capitulum col.* 17. *verſ. de
duabus. de reſcrip. fac. tex. in cap. ex tuariſ
de auctorit. & vſu pal. cap. ex parte el ter-
tio*, & ibi *Abb. in ſecundo nota. de decim.*
vnde licet ſit ommiſſa illa clauſula in no-
ſtra conſtitutione, vt poſſet opponi, ta-
men nihil refert, quia expreſſio eorum,
quæ tacitæ inſunt, nihil operatur. *l. condi-
tiones. ff. de cond. & demonſtra.*

Quamuis poſſit dici contrarium per verba
illa generalia, alias contra ſacros Cano-
nes quomodolibet acquiſita &c. & per
illa; quæ hactenus remanſerunt, remanẽt,
& remanebunt, ad eandem Cameram, &
non ad alios ſpectare, & pertinere. &c.
quæ importare videntur omnem acqui-
ſitionem quomodolibet factam contra
Canones; eſſe Cameræ Apoſtolicæ, & om-
nem alium excludere, ita, vt legis antiquæ
diſpoſitio, tollatur per hanc conſtitutionẽ
cõtrariã, id quod poteſt per ea; quæ dicit
Abb. in cap. cum acceſſiſſent, 2. *col. verſ. vl-
timo adduco, de conſtit. Bart.* 10. *col. verſic.
circa ſecundum*, poſt *Cin. in l. omnes po-
puli, ff. de iuſtit. & iur.* etiam abſque facta
mentione de prima lege, niſi tamen pri-
ma

Digitized by Google

ma lex haberet clauſulam derogatoriam,
ad ſecundam, quia tunc eſſet opus facere
mentionem de prima *arg. l. ſi quia in prin-
cipio ff. de leg. tertio, & in cap. nonnulli de
reſcrip.* aliqui tamen in *d l. ſi quis*, dicunt,
quod ſi loquamur de priuilegio, vel re-
ſcripto, vel teſtamento, quæ ſunt priuata
lex, ſic oportet, quod fiat mentio quando
habent clauſulam derogatoriam ad ſecũ-
dam, ſi autem loquamur de legibus, vel
ſtatutis, vti eſt in caſu noſtro, non oppor-
tet, quod fiat mẽtio, etiam ſi habent clau-
ſulam derogatoriam ad ſecundam, per
96 *Clem. dudum de ſepult.* quia cum Papa,
vel princeps præſumatur omnia ſcire, vi-
detur ſcienter velle reuocare ſtatuẽdo in
contrarium. Nec eſt propterea mirabilis
hæc conſtitutio, cum ſecundum varietatẽ
97 temporum debeant ſtatuta humana mu-
tari; quia lex debet conuenire tempori 4.
diſt. erit. nec pari modo eſſet mirabile, ſi
98 etiam in iſtis fiſcus Apoſtolicus ſucce-
deret, cum omnia lucra turpia, & illi-
cita fiſcus auferat, & recipiat, quia fi-
ſcus eſt ſaccus male ablatorum, & quod
99 Chriſtus non capit, fiſcus rapit, per
*Abb. in cap. cum ſit de iud. per text. in l. la-
tius ff. de iure fiſci.* Et Papa ita ſtatuendo
100 videtur Clericos delinquentes in eo pu-
niſſe, in quo deliquerunt, quod agere de-
bet.

Sed poſt hæc ſcripta, legens Bullam Pij 4.
ſuper confirmatione priuilegiorum inco-
larum vrbis, necnon declarationis lite-
rarum, ſuper bonis ex illicita negociatio-
ne acquiſitis, vidi quod illa verba contra
101 Sacros Canones in Bulla poſita remo-
uentur, & per eundem Pium declarando
ſtatuitur, quod Bulla ſuper illicite acqui-
ſitis facta ſit, & intelligatur ſine dictis
verbis, ac ſi non eſſent in Bulla poſita,
vnde in illis nulla vis fieri habet quoad
Curiales, & incolas, in quorum fauorem
Bullam reformat. Sed pro nunc non re-
cedo à prima opinione, vt per hanc con-
ſtitutionem Papa non voluerit tollere iu-
ra, & actiones tertio competentia, quia
primo Papa nihil videtur dicere in Bulla,
vnde intentio eius non præſumitur de eo,
quod verba non important. *l. quod conſti-
102 tutum ff. de teſta. milit.* tradunt moder-
ni *Papien. in l prima in 3. col. verſ. tertio
fac. ff. ſi quis in ius voc. non Hier. Gomes
in reg. de infir. reſig. q. 13 num. 3.* quia Im-
perator, & Papa non aufert rem ſuam ali-
cui ſine cauſa; quia Imperator licet habe-
at iuriſdictionem in vniuerſo, non tamen
habet dominium rerum priuatarum, quæ
ab olim fuerunt conceſſæ occupantibus,
inſtit. de rer. diuiſio. quaſi per totum; id
quod etiam procedit, reſpectu bonorum
infidelium, & Iudæorum], nam ſine cauſa
Papa, nec Imperator aufert bona eis: de
quo plene, per *Innocen. in cap. quod ſuper
his de vot.* licet poſſit princeps modicam
læſionem afferre, vt puta dare debitori
dilationem, vt non poſſit interim conue-
niri à creditoribus. *l. quoties. C. de preci.
imper. offer.* ſecus ſi in totum vellet con-
cedere, vt non poſſit conueniri aliquo tẽ-
pore: quia ſine cauſa hoc non poteſt, vt
not. ibi *glo. & Innocen. in cap. qua in Ec-
cleſiarum, de conſtitut.* licet enim ſecundũ
Innocen. ibidem, poſſit Imperator mihi
tollere actionem, quæ eſt de iure Ciuili
per *l. 2. ff. de orig iur.* non tamen poteſt fa-
cere, quod iuſtitia mihi non reddatur ad
primeuum ius, in quo non erant actio-
nes, ſed manu regia adminiſtrabant iuſti-
tiam. Et dicit *Bal. in rubrica extra de iu-
dic. in 4. col. & in l. prima. ff. de conſtit.
princip.* quod ſi princeps excedit iuſtitiã,
nunquam præſumitur velle excedere, niſi
in modico, non in totum. Et dicit *Rom.
in ſing. ſuis quod in cap. iudicas humanum.
13. q 9.* eſt caſus ſingularis, quod Papa,
vel Imperator non diſponit, quod ſtetur
dicto vnius teſtis in præiudicium partis,
vide per *Abb. d. cap. qua in Eccleſiarum
103 de conſtit. col. 4.* facit in hoc caſu, quia il-
le, cui eſt facienda reſtitutio, poteſt eſſe
de alieno territorio, & iuriſdictione, &
non ſubditus Papæ, quo caſu non debet
eſſe comprehenſus, vel ligatus conſtitu-
tione Papæ: qui non eſt ei Dominus, *In-
nocen. in cap. inquiſitioni de ſent. excom.*
vbi vide illum refert etiam *Abb. d. cap.
qua in Eccleſiarum col 4* Item poteſt eſſe
pauper pari modo cui auferre non eſt de
mente Papæ: qui eſt pater pauperum,
quorum cauſa ſpiritualiter ſpectat ad il-
lum extra de prec. cap. nihil.

Item videtur: quod iſto caſu conſtitutio
eſſet contra ius naturale: quia transfer-
ret dominia rerum de vno in alium: quæ
non eſt ſeruanda ſecundum *Innocen.* quẽ
ſequitur *Abb. ibi col. pen. cap. plerique de
immunit. eccleſ. verſ. tertia decima.*

Item ſi ſit verum, quod acquiſita reſtitu-
enda comprehenduntur in bulla, & ſint
104 debita Cameræ apoſtolicæ, naſcitur
vnum abſurdum, quod ille erit obligatus
pro eadem re duobus, illi videlicet cui
abſtulit, cui ius auferre non poteſt per
reg. quod meum eſt ſine facto meo &c.
Et Cameræ apoſtolicæ, cui per conſtitu-

Digitized by Google

nem applicatur, quod eſſe non debet,
quia ex verbis bullæ non apparet, quod
debitor ſit à prima obligatione libera-
tus. Et peccatum violentiæ, & furti
non purgatur, per quaſcunque manus
res furtiua ambulauerit, niſi reſtituatur
domino, cui fuerit ſubtracta, *l. ſequitur.*
§ quod autem. ff. de vſuca. nec eſt pur-
gatum vicium, niſi facta reſtitutione, la-
te *glo. in reg. peccatum de reg. iur. in*
vj. Et iuſtitiæ partes ſunt, alterum
non lædere, ius ſuum cuique tribue-
re, *§. iuris inſtitut. de iuſtitia, & iur.*
& iuſtitia eſt ius ſuum vnicuique tri-
buens eo. vbi *glo.* dicit, quod ne dum
non lædere; ſed aliter proficere debe-
mus,

Et pro cognitione iſtorum reſtituendorum
vide, quæ dicit *Innocentius in capit. quia*
plerique, de immunitat. Eccleſ vbi magi-
ſtraliter dicit; quod reſtitutio, tunc eſt
ſemper facienda, vbicumque ſit commiſ-
ſum furtum, rapina, oppreſſio, dolus, vel
calumnia, *14. quæſtion. 5. capit fin.* Et per
hæc inquit, comprehenduntur omnes ca-
105 ſus, in quibus competit repetitio, ſiue
per viam actionis puta metus cauſa, vel
de dolo, vel conſimiles, ſiue Iudicijs offi-
cio. Idem dicimus, quod tenetur reſti-
tuere, ſiue iure naturali tantum, quale eſt
illud, quod debetur ſeruo. Et ideo in-
quit de eo non faciat eleemoſynam, ſed
illud reſtituat obligatus. Item tenetur
reſtituere illi, qui eſt tutus præſcriptio-
ne odioſa bona fide, vel etiam exceptio-
ne tantum; vbi tamen non fuerit cri-
men. Item habens exceptionem odio-
ſam, puta Macedoniani tenetur reſtitue-
re; quia illa exceptio, & illud ius, non
eſt tantum factum in odium creditoris,
ſed etiam propter bonum publicum, vt
vitentur mortes parentum, *l. 1. in prin-*
cip. ff. ad Macedon. Item tenetur reſti-
tuere habens aliquid ex donatione mi-
noris, vel ex alio contractu inito, qui
non tenet ipſo iure; puta, ſi in aliena-
tione minoris abſit auctoritas Tutoris,
vel decretum iudicijs, ad hoc enim, in-
quit, vt quis reſtituere non teneatur,
oportet, quod adſit bona fides, & iuſtus
titulus. Item videtur reſtituendum eſſe,
quando aliquid eſt vltra debitum exa-
ctum, in tantum quod Iudex ex officio
ſuo deberet cogere ad reſtituendum, &
tunc etiam in foro pœnitentiali reſtitue-
re præcipitur. Item maiores officiales
reſtituere tenentur, ſi quid indebitum re-
cipiunt, *decimaquarta quæſtione, capitul.*
vltim. Item tenetur reſtituere, qui ali-
quid eſt lucratus in ludo, ſi trahens lu-
cratus eſt, non ſi tractus, quia nihil tunc
dolo feciſſe videtur, & de quæſitis in
bello remittit ſe idem *Innocent.* ad dicta
per eum in *capitul ſicut extra, de homi-*
cid. Item hypocrita acquiſita per hypo-
criſim tenetur reſtituere, quia ſub nomi-
ne boni Chriſtiani, & per fraudem ac-
quiſiuit, quamuis fortè non debeat reſti-
tuere illi, qui dedit, *dict. capitul. fin. deci-*
maquarta quæſtione quinta; quia conſe-
cutus fuit mercedem ſuam; ſubdens ibi-
dem *Innocent.* quod ſi Princeps facit ali-
quam conſtitutionem contra ius natura-
le, ſine cauſa; puta quod dominia rerum
de vno in alium transferantur, quod non
eſt ſeruanda, nec in foro animæ, nec in
foro iudiciali; vbi etiam dicit, quod con-
ſtitutiones, quæ ſunt contra ſalutem ani-
mæ, vt de vſuris, & de iuramento non
ſeruandis, ſeruari non debent, &c. pro
quo vide *Abb. ibidem,* qui pulchrè *In-*
nocentium interpretando materiam de-
clarat in *verſic. decima quæſtio, & vnde-*
cima quæſtio, duodecima, ac tertio deci-
ma, & per totum, vſque ad finem, me-
ritò iſta indebitè acquiſita, quæ ſunt re-
ſtituenda, non debent in Bulla intelligi
comprehenſa, nec Cameræ debentur,
quia dicit *Abb. in capitul. relatum, ſecun-*
da lection. de teſtamen in fine, quod ſi cle-
106 ricus aliqua acquiſiuit ex illicita aduo-
catione, negociatione inhoneſta, vel ex
ludo ſecundum *Hoſtien.* quod primo ſedā-
di ſunt clamores ſi qui apparent, quaſi
velit dicere, quod ſi apparent repetentes,
eis primo eſt indulgendum, alias autem
fieret diſtributio per Epiſcopum inter
pauperes, ſed hæc inquit conſideratio eſt
indiſtincte vera, vbi illicitæ acquiſitum
ſubiacet reſtitutioni, &c. vt ibi per eum,
& refert *Bernard. Diaz in pract crimin.*
Canon. cap. 50. quòd quæſita per Cleri-
cum ex illicita negociatione danda ſunt
pauperibus, vt notat *Mattha.* quem re-
fert *Cardinal. in Clem prima in fin. de*
vita, & honeſtat. Clericor & alij, quos
refert *Imol. ibi.* 2. *col.* & per eos ibi, ſi
totum non reddiderint, non ſunt in ſta-
tu damnationis. Et per *Archi. Floren.*
in ſumma in tertia parte titul. 13. *cap.* 2.
§. fin. habetur, quod hoc ſit in foro pœni-
tentiali, vbi dicit, quod in foro pœniten-
tiali debet clericis iniungi, vel ſaltim con-
ſuli, quod ea, quæ taliter lucrati ſunt, ſtu-
deant pauperibus erogare, *cap. qui habe-*
tis, 14. *q.* 5.

Et

Et ex ſui generalitate bulla videtur etiam
comprehendere Clericos cuiuſuis ordi-
nis, etiam Clericos ſæculares, in mi-
noribus tantum conſtitutos, etiam non
beneficiatos, quibus dicebat *Abbas*
minime prohibentur negocia ſæcula-
107 ria allas licitas, vt per *eund. c. 1. in fi.*
ne cler. vel monach. maxime per verba
illa Bullæ, primo, per clericos, etiam in
ſacris ordinibus conſtitutos, & paulo
poſt per illa verba per quoſuis Clericos,
tam ſæculares, quam quorumuis ordinũ
etiam mendicantium &c. etiam in ſacris
ordinibus conſtitutos cuiuſcunque ſtatus
ordinis &c. vbi verbum, etiam in ſacris
videtur additum, quod etiam clerici non
exiſtentes in ſacris ſunt comprehenſi, per
naturam ſuam copulandi, & coniungendi,
& dictio quoſuis, & dictio cuiuſcunq; ſta-
tus, ordinis, ſunt dictiones generales, ſiue
vniuerſales, quæ generaliter intelligi de-
bent *l. de precio de publician. in rem actio.*
quæ, vt generaliter intelligantur, debent
comprehendere quamcunq; perſonam
clericali caractere inſignitam, ac demum
quemcumque clericum, quia alias nihil
operarentur, facit, quia ab huiuſmodi ne-
gocijs videntur prohibiti de iure omnes
Epiſcopi omnes ſacerdotes, omnes Dia-
coni, *c. Epiſcopus* 88. *diſt. fac. rubrica de-*
cretorum ne cler. vel monac. vbi *Abb.* di-
cit, quod appellatione clericorum, veniũt
omnes in quacunque dignitate ſint poſi-
ti, ex quo ſunt electi ad ſeruitium Dei. Vn-
de inquit, omnes qui non ſunt laici dicun-
tur clerici, cum duo ſint genera Chriſtia-
108 norum vnum clericorum, aliud laicorũ.
12. *q.* 1. duo ſunt genera, eo quod magis
debent intelligi comprehendi à conſtitu-
tione, quia eſt male vitæ, & malorum
morum correctiua, & reformatiua, boni
109 inductiua, & excitatiua virtutis, & ma-
los mores prohibens, à quibus magis cle-
rici deprehenſi in crimine plus peccant,
quam laici, late per *Archid. in cap. Arria-*
nos, 1. q. 1. quia religioſi, qui nomen ſancti-
tatis habent, peruerſe agẽdo, plus nocent
in Eccleſia Dei, quam alij 83. *diſtinct.* ne-
mo.

Et videtur etiam comprehendere acquiſita
cuiuſuis temporis, quamuis regulariter
noua conſtitutio nouiter edita recipiatur,
& operetur circa futura tempora tãtum,
ne afficiat aliquos ſine culpa not. *Abb.*
110 per illum *tex. cap. cognoſcentes de cõſtit.*
glo. eſt extrauag. cum inter col. 4. ver. dein-
ceps extrauag. fo. 22. de verb. ſig. quia in
ea ſunt expreſſa tempora per illa verba.
videlicet remanent, remanſerunt, & re-
manebunt, quod tollit dubietatem quia il-
lud: quod conſtitutio nouiter edita com-
prehendat, & concernat tempora futura
tantum, intelligitur, niſi aliter caueatur
expreſſe in lege vt extendatur ad præte-
rita, vt per *Abb. d. loc. Fel. c. fin. de conſtit.*
Bar. & Bal in l. de vsuris, C. de vsur.

Et taliter acquiſita applicat, & incorporat
Cameræ, quod etiam per teſtamentariũ,
aut alium modum impedit clerico diſpo-
ſitionem, per illa verba in Bulla: quæ etiã
111 ex facultate, quam habuerint teſtandi
condito teſtamento, aut quibus illos
etiam eis viuentibus priuari, & etiam eis
deſtitui cõtigeret &c. Idque ex vſu com-
probari videtur, quia in facultatibus te-
ſtandi à Romana Curia venientibus, vel
per viam breuis ſub Anulo Piſcatoris ex-
penditis, vel per Bullam in forma Cancel-
lariæ ſub plumbo, vel per uiam literarum
ſacræ pænitentiariæ expeditis, de quacũ-
que ſumma pecuniæ, rerum, vel bonorum
112 ſemper ineſt, & apponitur clauſula, lici-
te tamen acquiſitis, nec hactenus vidi fa-
cultatem ſine dicta clauſula: & quod ac-
quiſita maxime ex induſtria, mercatura,
& commercio clericorum, ſpectent ad
Cameram, ſeu fiſcum Apoſtolicum, ante
videtur declaraſſe Paulus quartus, in ſua
quam dedit conſtitutione contra apoſta-
tas, vbi vt facilius apoſtatæ reciperentur
à Monaſterijs, vnde exierant, acquiſita
per eos etiam ex mercatura, induſtria, vel
commercio, amouet à Camera Apoſto-
lica, vel fiſco Apoſtolico, & illa eiſdem
monaſterijs applicat, quæ conſtitutio fuit
reformata à Pio quarto: vt in *Bulla refor-*
mationis, Sub Datum Romæ 1560. *tertio*
Non. Aprilis Pontificatus ſui Anno pri-
mo, & ab iſtius conſtitutionis generali-
tate, Pius quartus confirmando, & inno-
uando priuilegia curialibus, & incolis vr-
bis, eoſdem incolas, & Curiales, ac Sanctę
Romanæ Eccleſiæ Cardinales, Prælatos,
officiales, ac alios clericos, tam ſæculares
quam regulares, ac omnes alios teſtandi
facultatem, vel codicillandi à S. Apoſt ha-
113 bentes exemit, ac non comprehẽdi, aut
cõprehẽſos eſſe declarauit, per ſuã, quã de
ſuper factam conſtitutionem edidit, No-
nis Februarij Anni 1561. quæ eſt inſerta
in calce tractatus quæ eſt cum rubrica
ſeu intitulatione, Bulla Confirmationis,
& Innouationis priuilegiorum incola-
rum, & Curialium Vrbis, ſuper libera
facultate diſponendi de bonis ſuis, nec-
non declarationis literarum, ſuper bonis

ex illicita negociatione acquiſitis editarũ
114 ex quibus ſit abſolutum pro nunc, quod dicere volumus ſuper iſta quæſtione.

S V M M A R I V M.

1 *Prælatus poteſt alienare mobilia Eccleſiæ: quæ ſeruando ſeruari non poſſunt.*
2 *Quod in vno eſt prohibitum, in cæteris videtur eſſe permiſſum.*
3 *Prælatus habet liberam diſpenſationem in fructibus.*
4 *Hæres licet ſit Dominus rei fideicommiſſæ, non poteſt alienare.*
5 *Clericus de fructibus ſuæ præbendæ, poteſt dare cui vult.*
6 *Clericus de fructibus remunerat ſeruitia.*
7 *Abbas ſtante conſuetudine, poteſt dare etiam puellæ maritandæ.*
8 *Prælatus in diſponendo de rebus Eccleſiæ debet habere Deum ante oculos.*
9 *Eleemoſynam debet facere Prælatus de rebus Eccleſiæ.*
10 *Prælatus tenetur de redditibus Eccleſiæ alere conſanguineos.*
11 *Frater de iure ciuili tenetur dare dotem ſorori non habenti.*
Item, & alere.
12 *Frater clericus poteſt dotare ſororem, vel aliam conſanguineam de fructibus Eccleſiæ.*
13 *Clericus poteſt paſcere filios de fructibus Eccleſiæ.*
14 *Minus eſt peccatum dare conſanguineis, quam extraneis.*
15 *Quantitas rei facit donatum licitum, & illicitum.*
16 *Rex poteſt donare de rebus Regni moderate.*
17 *Quid ſit beneficium habens adminiſtrationem.*
18 *Qui ſint perſonaliter, & ſimpliciter beneficiati.*
19 *Practica quam debet ſeruare dans aliquid de rebus Eccleſiæ.*
20 *Si decedat clericus poſt menſem Augusti, & ante Cal. Martij fructus Anni ſequentis ſunt Eccleſiæ.*
21 *Item ſi decedit poſt Cal. Martij ante menſem Auguſti ſunt clerici.*
Fructus pendentes ſunt Eccleſiæ, ſeparati verò à ſolo ſunt clerici.
22 *Fructus ſeparati, & reconditi ſunt clerici.*
Qui non ſunt ſeparati, aut reconditi ſpectant ad Eccleſiam.
23 *Non reperitur in iure, quod clericus ſatisdet.*
24 *Clericus ita acquirit diſtributiones quotidianas, quod de illis diſponit, vti Ruſticus de diurni operis denario.*
25 *Fructus recollecti mortuo vſufructuario, vadunt ad illius hæredes, non ad proprietarium.*
26 *Diſtributiones quotidianæ dantur propter ſeruitium Altaris.*
27 *Fructus penſionum exacti, vel decurſi acquiruntur taliter Clerico, quod illos in teſtamento, vel ab inteſtato tranſmittit ad hæredes.*
28 *Fructus penſionum lucrati dicuntur proprij, & poſſunt donari.*
29 *Curia ſeruat, quòd Clericus cedit fructus beneficij creditoribus, deductis ſibi neceſſarijs.*
30 *Camera Apoſtolica ſuccedens in ſpolijs Clerici defuncti, tenetur ſoluere illius debita.*
31 *Fructus beneficij poſſunt dari creditoribus in cauſam iudicati.*
32 *Clericus, quæ acquiſiuit in ſeruiendo pro Capellano, ſibi acquirit.*
33 *Fructus Eccleſiæ poſſunt locari, vendi, et obligari.*
34 *Vendere fructus, & locare idem eſt.*
35 *Res, quæ proueniunt de fructibus Eccleſiæ, vendi non poſſunt.*
36 *Non eſt prohibitum vendere fructus decimarum, & oblationum.*
37 *Clericus poteſt vendere, & obligare fructus præbendæ ad modicum tempus ſine conſenſu Epiſcopi.*
38 *Vide quando, & in quibus caſibus Prælatus diſponat de fructibus Eccleſiæ.*
39 *Fructuum Eccleſiæ male, & voluptuoſe conſumptorum reſtitutio non eſt neceſſaria.*

§. Verum quia.

1 *Clericus non debet habere de fructibus beneficij vltra neceſſaria.*
2 *Nihil debet ab Eccleſia accipere, qui habet aliunde, vt viuat.*
3 *De redditibus Eccleſiæ, illud tantum eſt Clericorum, quod probabili ratione conſumunt.*
4 *Equus emptus de pecunia Eccleſiæ, Eccleſiæ eſt.*
5 *Clericus de fructibus Eccleſiæ non poteſt vendere, nec teſtare, nec donare.*
6 *Nullus Clericus dicitur habere dominium ſui beneficij.*
7 *Clericus poteſt facere donationem de re-*
bus

bus Eccleſiæ in remunerationem accepti ſeruitij.

8 *Vana, & delicata expenſa facta per clericum, non deducuntur de fructibus Eccleſiæ.*

9 *Quæ expenſæ deducantur de fructibus Eccleſiæ.*

10 *Clericus capiens de bonis Eccleſiæ vltra neceſſaria, aliena capit.*

11 *Clericus tenetur ad reſtitutionem fructuum Eccleſiæ voluptuoſe conſumptorum.*

12 *Clericus expendens de rebus Eccleſiæ vltra debitum, tenetur reſtituere.*

13 *De fructibus Eccleſiæ habet viuere prælatus; & qui illi ſeruiunt.*

14 *Victus melior. vel peior datur ſecundum qualitatem perſonæ.*

15 *Nomine cibariorum non veniunt veſtimenta*

16 *Nomine alimentorum veniunt veſtes, & habitatio.*

17 *De fructibus Eccleſiæ, datur victus clerico commode.*

18 *Clericus debet habere beneficium, quod ſufficiat ſibi, & ſuis.*

19 *Ecce, quòd in victu clerico ſubminiſtrando, attenditur nobilitas, dignitas, ſcientia, &c.*

20 *Clerico Doctori conuenit habere famulum.*

21 *Hodie clerici non debent viuere ita ſtricte ſicut olim:*
Et dos hodie magis ampla aſſignatur clericis, quam olim.

22 *Hodie eſt difficile dicere, quot fructus ſufficiant beneficiato; quia plus vni, & minus alteri ſufficit.*

23 *Clericus non facit fructus beneficij ſuos.*

24 *Clericus de fructibus Eccleſiæ ſibi non acquirit.*

25 *Clericus in fructibus beneficij, habet ſolum ius Canonice diſpenſandi.*

26 *Clericus poteſt diſpenſare ad libitum de fructibus, ſibi pro victu debitis.*

27 *Clericus diſponens de fructibus contra ius, punitur.*

28 *Clericus non poteſt vſurpare ſibi fructus eccleſiæ quamuis eoſdem in alios, diſpẽſare poſſit, alioqui committeret furtum, & ſacrilegium.*

29 *Quæſita de rebus Eccleſiæ, ipſa eccleſia vendicat.*

30 *Si ædificas de rebus Eccleſiæ in ſolo tuo, ſolum cadit ædificio.*

31 *Si Prælatus res eccleſiæ conferat in conſanguineos, fur eſt, & latro.*

32 *Longa interpretatio DD. nõ eſt mutanda.*

33 *Clericus non benè adminiſtrans res Eccleſiæ habetur loco prædonis.*

34 *Acquiſita per Clericum ex iniunctione pœnitentiarum, ſunt Eccleſiæ.*

35 *Clericus de meliorationibus factis per eum in rebus Eccleſiæ, non poteſt pro libito diſponere.*

36 *Nullus eſt proximior Clerico, quam Eccleſia.*

37 *Melioramenta facta in rebus Eccleſiæ de ſuo patrimonio, clericus repetit.*

§. Sed in contrarium.

1 *Quæ interuenire debeant in alienatione rerum eccleſiæ.*

2 *Ratio quare in rebus Eccleſiæ alienandis non requiritur ſubſcriptio, niſi in caſibus expreſſis.*

3 *Vide, vbi requiratur ſubſcriptio.*

4 *Cauſæ legitimæ alienationum rerum Eccleſiæ.*

5 *Quæ ſint illa, quæ ſeruando ſeruari non poſſunt.*

6 *Conſuetudo loci dat iuriſdictionem.*

7 *Quæ dicatur minima, vel modica quantitas.*

8 *Quatuor caſus, in quibus Clericus diſponit de rebuc Eccleſiæ.*

9 *Verbum aliquid, importat modicitatem.*

10 *Clerici legantes nepotibus, & conſanguineis committunt ſæpè fraudes.*

11 *Oportet fieri traditionem à viuente illarum rerum, quas donat Clericus.*

12 *Caſus, in quo donatio facta de fructibus Eccleſiæ reuocatur.*

13 *Fructus Clerico pro victu debiti ſunt ſui ſi in vſum ſuum conuertet.*

14 *Fructus pro victu debentur Clerico, licet aliunde victum habeat.*

15 *Multis modis, quid poteſt dici ſuum, & proprium*

16 *Si Clericus diſtrahit fructus beneficij, & donat pecuniam amico, valet donatio.*

17 *Beneficiorum genus multiplex.*

18 *Clericus non poteſt ſibi fructus conſeruare, nec ex eis ſibi acquirere.*

19 *Vide tres opiniones diuerſas Doctorum, de poteſtate clericorum circa fructus, & res eccleſiæ.*

20 *Ad quem peruenit res eccleſiæ, ille tenetur reſtituere.*

11 *Rei vendicatio competit eccleſiæ contra quemcumque.*

22 *Ad recuperandum bona eccleſiæ, competunt plures actiones.*

§. Quid

§. Quid dicendum.

1 *Fructuum Eccleſiæ plura genera.*
2 *Pro eccleſia ſemper benigna ſit interpretatio.*
3 *Communis vſus inualuit, quod hodie clerici approprient ſibi omnes redditus.*
4 *Bulla Pij IV. contra facientes legata in fraudem Cameræ.*
5 *Diſtributiones quotidianæ, non computantur in valore beneficij, nec ſunt de corpore beneficij.*
6 *Capellanus ad nutum amouibilis, poteſt diſponere de fructibus Capellaniæ.*
7 *De fructibus penſionum clericus videtur pro libito poſſe diſponere.*
8 *Penſio eſt quid prophanum.*
9 *Penſionis, etiam laico aſſignari poſſunt.*
10 *Penſio aſſignatur in cauſa alimentorum.*
11 *Alimenta in vita non ſoluta ſoluuntur hæredibus.*
12 *Penſiones decurſæ, non ſolutæ in vita, tranſmittuntur ad hæredes, etiam ab inteſtato.*
13 *Clerici ſunt domini fructuum perceptorum, quoad diſpenſationem debitam.*
14 *Meliorationes facta per Prælatum in rebus eccleſiæ, ſunt eccleſiæ.*
15 *Emptum de pecunia aliena acquiritur ementi.*
16 *Caſus, in quibus res empta efficitur non ementis ſed illius, cuius fuit pecunia.*
17 *Non eſt aliquod dominium, vel poſſeſſio clericorum in rebus eccleſiæ.*
18 *Oblata eccleſiæ Deo oblata dicuntur.*
19 *Res eccleſiæ ſunt Prælatorum quoad gubernationem, pauperum quoad ſuſtentationem.*
20 *Bona ſunt diuiſa Eccleſijs diuerſorum locorum, pro communi vtilitate.*
21 *Bonorum Eccleſiæ adminiſtratio auctoritate Papæ conceſſa Prælatis.*
22 *Xiſtus, & alij Pontifices concedunt Curialibus poſſe diſponere de acquiſitis ex fructibus eccleſiæ.*
23 *Caſus enumerati, in quibus Clericus prohibetur diſponere de rebus Eccleſiæ.*
24 *Prælatus tenetur de culpa per eum in rebus Eccleſiæ commiſſa.*
25 *Clericus de iure antiquo non poterat habere bona particularia.*
26 *Clerici poſſunt aliqua in eleemoſynam erogare, non ratione teſtamenti.*
27 *Clerici poſſunt pro ſeruitio recepto moderatè donare.*
28 *Clericus poteſt tantundem de bonis Eccleſiæ relinquere: quantum de ſuo contulit Eccleſiæ.*
29 *Clericus poteſt teſtari de expenſis factis per eum cauſa Eccleſiæ.*
30 *Clericus poteſt teſtari de bonis Eccleſiæ, ſi hoc habet conſuetudo.*
31 *Vide, an condemnato Clerico poſſit fieri executio in fructibus pro victu debitis.*
32 *Quando permiſtim eſt facta acquiſitio per Clericum, iudicis eſt arbitrium; quantum de patrimonialibus, de artificio, vel doctrina, & de Eccleſiaſticis ſit acquiſitum.*
33 *Præſumitur eſſe Eccleſiæ illud, quod poſſidet Prælatus poſt adeptam Prælaturam.*
34 *Conſuetudo attenditur in diſpoſitione fructuum Eccleſiæ.*
35 *Intellectus ad glo. in cap. præſenti de off. ordin. in 6.*
Clericus teſtari poteſt de diſtributionibus quotidianis.
36 *Clericus teſtari poteſt de ſtipendio Capellaniæ ad nutum amouibilis.*

§. Et in hac materia.

1 *De quibus fructibus Eccleſiæ poſſit teſtari Clericus.*
2 *Clericus fructus Eccleſiæ, quos potuit, & noluit conſumere, non poteſt legare, etiã terræ ſanctæ.*
3 *Vſuarius tantum facit ſuum, quantum conſumit.*
4 *In adminiſtratoribus quales ſunt Clerici, potentius eſt ius in vita, quam in morte.*
5 *Ratio, quare Clericus magis poſſit donare, quam legare.*
6 *Penſionarius tranſmittit terminos penſionis non exactos ad hæredes ex teſtamento, necnon ab inteſtato.*
7 *Clerici de acquiſitis ex litteratura, vel alias licite, libere diſponunt in teſtamento, & ab inteſtato.*
8 *De illicitè quæſitis non diſponet Clericus, quia ſunt ſpolia.*
9 *Clericus ex ſua induſtria acquirit ſibi, non ſuæ Eccleſiæ.*
10 *Datum Sacerdoti pro miſſis dicendis acquiritur Eccleſiæ, ſi intuitu Eccleſiæ datum fuerit.*
11 *Cardinales Reges appellantur, quia cum Papa regunt totum orbem.*
12 *Epiſcopi poſſunt teſtari de illis, quæ ſibi offeruntur pro ordinationibus.*
13 *Acquiſitum ex cauſa ſimoniæ, turpiſſime acquiſitum.*

14 Epi-

Digitized by Google

14 *Epiſcopus regularis non poteſt diſponere de rebus poſt Epiſcopatum acquiſitis, etiam intuitu perſonæ.*

15 *Prælatus regularis non poteſt teſtari, etiam ſi ſit Cardinalis.*

16 *Diſpenſatio de rebus Eccleſiæ eſt conceſſa magis lata Clericis ſæcularibus, quam regularibus.*

17 *Prælatus ſæcularis intuitu perſonæ acquirens ſibi acquirit. Regularis vero acquirit Eccleſiæ.*

18 *Religioſus profitens tria ſubſtantialia prohibetur teſtari; ſecus ſi non profitetur.*

19 *Licentia Teſtandi ſolet impetrari ab epiſcopis, non à clericis, quia clerici ſecundum aliquos libere diſponunt de fructibus eccleſiæ, ſine licentia.*

§. Et ex his.

De Poteſtate circa Fructus, & res Eccleſiæ Clerici, vel Prælatis conceſſa.

QVAESTIO III.

§. VERVM quia ſæpè occurrit, quod mortuo Clerico, Collectori Cameræ ſpolia recuperare procuranti offerentur eidem teſtamenta, donationes, ac aliæ diſpoſitiones factæ per defunctum, quibus hæres nititur iura Cameræ occupare, & impedire, vndè dubium naſci ſolet, numquid potuerit facere talem diſpoſitionem. Ideò hanc de facultate Clerici, vel Prælati quæſtionem facere, iudicaui ad propoſitum, vt conſtito quid poſſit, vel non poſſit ſuper his Clericus, conſtet etiam, quid efficaciter, vel effectualiter Camera Apoſtolica, quid hæres, vel donatarius, ſeù alius ſuper ſic diſpoſitis prætendere, vel obtinere poſſit.

Et videtur, quòd Clericus, vel Prælatus de fructibus beneficiorum, ac de alijs acquiſitis, quæ faciunt ſpolia, poſſit liberè pro libito ſuæ voluntatis, tam inter viuos diſponere donando, & contractando, quam in vltima voluntate teſtando, & codicillando. In hac materia ſcribunt Doctores variè, & diuerſis modis laborant. Conabor ego hinc inde collecta ordinare, & quæſtionem clarius, quam potero diſputare, vt facilius, quam fieri poſſit, materia pro ſui difficultate legentibus exponatur.

Et primo (inquam) videtur, quòd Clericus, ſeù Prælatus in redditibus, ac fructibus beneficiorum, & Eccleſiæ habeat omnimodam facultatem, ac de illis poſſit pro ſuæ vluntatis libito diſponere, quia in huiuſmodi æquiparantur Clericus, vel Prælatus vſufructuario, quia vſumfructum in illis habet, vt dicit *glo in c. ex literis. extra de probat.* vbi inquit, licet prædia Eccleſiæ non ſint propriè Clericorum, agere tamē poſſunt Clerici finium regundorum cum habeant in illis, ſcilicet vſumfructum. *ff. fin. reg. l. 3. §. finium.* Item *glo. in c. fin. de peculi. cler. in verbo obitus.* ibi, quod beneficiati in Eccleſijs, vſufructuarijs comparantur &c. videtur dicere *tex.* ibi, vſq; ad diem obitus ſui poſſideat. Item in *tex. in c. relatum il 2. de teſta.* ibi per Eccleſiam acquiſita ad eam in Clericorum obitum deuoluantur.

Item *glo. in cap. nulli de reb. eccleſ. non alien. in ver. immobilem.* ibi, mobilia vero, quæ ſeruando ſeruari non poſſunt, poteſt Prælatus alienare inſtar Tutoris. *l. lex. C. de adminiſt. tuto. & l. vltima C. quan. Decreto*
1 *op. non eſt*, & vſufructuarius fructus perceptos, immo ſeparatos à ſolo, & reconditos facit ſuos: taliter quod illos etiam ad hæredes tranſmittit. *tex.* videtur notabilis in *l. defuncta. ff de vſufruc. Bar. in l. ſi. §. frui. ff. de iur. fiſci, & Doctor. in l. Iulianus, §. fructibus. ff de actio. empt. Salic in l. fructus. C. de actio empt. l. arboribus. §. Iulianus, alias, ſi fur. ff. de vſufr.* & quibus modis vſufr. amit. ſi vſufructuarius, & dicit *Zabarella in cap. Cæterum. extra de donatio. verſ. tertio nota*, quod Prælatus poteſt de fructibus libere conferre, etiam ceſſante conſuetudine, per *tex. iuncta glo. in cap. nulli, de rebus eccleſ. non alien.* vbi fit prohibitio, quod per clericum nō alienentur res immobiles ſuæ Eccleſiæ, & per *glo.* ibi dicitur, quòd mobilia, quæ nō poſſunt ſeruari, poſſunt alienari; quia ſi ſunt prohibita alienari, immobilia tantū,
2 poteſt dici, quod mobilium ſit permiſſa alienatio, quia quod in vno eſt prohibitum, in cęteris eſſe videtur permiſſum, & e contra. *l. cum prætor.* & ibi *Bar. ff de iud.* Et per eundem *Cardinalem Zabarellam ibidem verſ. & dic.* quòd aut loquimur de fructibus eccleſiæ, aut de alijs. Et primo caſu videtur tenere donatio in
3 quantacunque quantitate facta, quia Prælatus habet liberam diſpenſationem in iſtis. Et paulo poſt, dic vt prædixi, quia tenet donatio etiam immodica, quoniam præiudicatur ſoli donanti, qui omnes fructus poterat in ſuos vſus conuertere, idē in *cap. inquirendum de pecul. cler.* ibi Sed

ſi Præ:

Digitized by Google

ſi Prælatus vendit fructus, quos libere
poteſt diſtrahere &c. Idem refert in *cap.
fin.eo* quod *Io.& Laur.12.q.1.*duo:dicũt
credendum, videlicet quod clericus ſit do-
minus fructuum collectorum, & de eis
pro libito diſponere poſſit, ita quod pro-
prietas ſit ipſius, vbi *glo. in ver. proprie-
tatem* dicit, tamen bene concedendum
eſt, quod clericus ſit dominus fructuum
collectorum: Sed licet proprietas fru-
ctuum ſua ſit, tamen non poteſt eam, cum
moritur, alicui largiri, ratione teſtamenti.
Sed intuitu eleemoſynæ ſic quemadmo-
dum hæres: qui licet ſit dominus rerum,
quas tenetur reſtituere alij per fideicom-
4 miſſum, tamen nihil poteſt alienare, *l. de-
ducta, §. vltimo, ff. ad Trebel.& l.quidam,
§ ſi quis.* Item dicit etiam *Bar.in l.ſacro-
ſancta, C.de Epiſcopis, & cler.* quod cleri-
cus de fructibus ſuæ præbendæ, poteſt
dare cui vult, modo ſit clericus ſæcularis.
Item poteſt clericus donare de fructibus,
vel rebus eccleſiæ in remunerationem,
ſeu compenſationem recepti ſeruitij, *cap.
5 relatum 2.§.licet, de teſtam.* item de fru-
ctibus poteſt erogare in pauperes, *1.qu.
2.paſtor, & cap.clericos, 16.q.1.* quoniam
*32.q.4.*ſicut non ſunt, *Archid cap.ſtatutũ
6 de reſcrip.§.aſſeſſorem, lib.6.*per *Abb.in
cap.ad hæc, de teſtam in principio, & in
fin.* Et tales erogationes facere conſide-
rata conſuetudine, & facultate eccleſiæ.
Daturque exemplum, vt ſi eſt conſuetu-
do in terra; vbi eſt Abbatia, quòd Abbas
det viginti, vel centum ſolidos, aut rem
7 mobilem de bonis eccleſiæ pauperi, vel
egenti nobili, vel puellæ maritandæ. Imo
dicit *Io. And.in c cæterum, de donat.* quòd
ſi eſſet conſuetudo loci, quòd Epiſcopus
cauſa pietatis, faceret vnum, vel duos mi-
lites, & pro eis militandis expenderet, ta-
lis conſuetudo minimè improbaretur,
dummodo non grauetur eccleſia, quia
nec militare eſt peccatum, *23.q.1. milita-
re.* Et cum prædicta (inquit) liceant ſine
conſuetudine ſpeciali, putat *Hoſtien.* quòd
ratione conſuetudinis valebit, donatio
ſimpliciter facta, ſi forſan donatarius nõ
nimis egeat. Conſulit verò *Hoſtien.* quod
Prælatus in iſtis faciendis, ſemper habeat
Deum ante oculos, & quòd Donatarius
8 caueat à vitio ingratitudinis. Et quod li-
cet Prælatus hoc poſſit facere de fructi-
bus ſuperfluentibus, non tamen cauſa
iſtorum habet obligare eccleſiam, vel ha-
bet parentes ditare, vt ibi per eundem *Io.
Andr.*
Et hæc erogatio, ſiue donatio valet; ſiue in
vita ſit facta, *cap.ad hoc, de teſtam.* ſiue in
morte, *c.relatum, 2.eo.* vbi dicit *tex.* quod
licet de iure, clericus mobilia, eccleſiæ ac-
quiſita, non poſſit pro libito voluntatis in
alium transferre, conſuetudinis tamen
non eſt improbandæ, vt pauperibus, &
religioſis locis, & illis qui viuenti ſeruie-
rant, vel fuerint conſanguinei, vel extra-
nei, iuxta ſeruitij meritum, aliquid de his
conferatur, per *Card.Zabarellam d. c. cæ-
terum.* Et *Abb.ibidem*, dicit; quod non
eſt neceſſaria conſuetudo, quia eleemoſy-
nam debet facere Prælatus de rebus Ec-
cleſiæ, *16.q.1.cap.quoniam*, & ideò datur
9 inquit illi *tex.* ſecundus intellectus, vt in-
telligatur de vera donatione, quam facit
Prælatus alicui non pauperi, puta amico,
vel conſanguineo, tunc etiam valet dona-
tio, ſi concurrit conſuetudo, &c. ſubiun-
gens ibidem; quod Prælatus poteſt dona-
re fructus beneficij, quos facit ſuos, & rẽ
mobilem eccleſiæ minimam, etiam ſine
conſuetudine, & conſenſu Capituli.
Item clericus non ſolum debet, ſed & tene-
tur de redditibus Eccleſiæ alere ſuos cõ-
ſanguineos, per *tex.in cap.primo, de coha-
bit. cler. & mulier.* per *tex. in cap.omni*,
iuncta gloſſ.31.diſtinct. bonus *tex.in capit.
non ſatis, 86. diſtinct.* vbi habetur; quod
quis prius tenetur ſuis conſanguineis ſub
uenire, quam extraneis, voluit *Ancharan.
10 conſil.437.* vbi dicit, quod ſunt laudandi
exequutores teſtamenti, qui in propin-
quos pauperes teſtatoris, vel defuncti
bona diſtribuunt. Et dicit *Abb.in cap.per-
uenit.extra de arbitr.* quod quemadmo-
dum iure ciuili, frater laicus tenetur dota-
11 re ſororem, quæ dotem non habeant, quę
ſit ei coniuncta ex parte patris. vt per
glo.in l.cum plures, & ibi *Doctor §.penul.
ff.de adminiſtrat.Tut.& in l.non omni, C.
eod. tit.* & ſicut eam tenetur alere in caſu
neceſſitatis; ita & dotare, cum longè ſit
fauorabilior cauſa dotis, quam cauſa ali-
mentorum. Ita ſimiliter eſt dicendũ, quod
frater clericus teneatur ad ſororem dotã-
dam, cum clericus teneatur magis actum
12 humanitatis exercere, & charitatis, quam
laicus, *cap 1.* & quod ibi *not. de empt. &
vend.* ſubdens ibidem, & credo; quòd cum
bona conſcientia; ſi clericus non habet
bona patrimonialia, poterit dotare ſoro-
rem, vel aliam conſanguineam de fructi-
bus eccleſiaſticis, ac redditibus benefi-
ciorum. Et dicit *glo. in capitulo omninò*,
31.diſtinct. quod clericus habens vxorẽ,
& filios poteſt eos paſcere de redditibus
eccleſiæ; ergo à fortiori, etiam dotare,

quia

quia dicit *gloſſ. in cap. peruenit 1. quæ-
ſtion. 3.* quòd minus eſt peccatum dare
13 conſanguineis, quam extraneis. 86.
diſt. non ſatis; & hæc eſt ordinata
14 charitas, quamuis grauius puniatur, quia propter affectionem magis
læditur eccleſia. Quia dicit *Abb. in
cap. inquirendum de pecul. cler.* quòd
Prælatus debet, immo tenetur de redditibus eccleſiæ, competens ſubſidium conferre ſuis conſanguineis, immo potius tenetur ſuis, & amicis, quam
alienis.

Item eſt *tex.* apertus in *cap. vnico de cler.
non reſid. in 6.* vbi clericus fructus beneficij facit ſuos, & in eis dominium acquirit, per verba *tex.* qui ſic dicit ad
literam.

Item dicit *Hoſtien. in cap. fin. de pecul. cler.*
quòd ſi clericus, vel Prælatus habet adminiſtrationem: quam diu viuit, & eſt
ſanus, æquiparatur in fructibus beneficij vſufructuario; Vnde poteſt de fructibus donare, moderate tamen, notatur extra de *donat. cap. cæterum*, *vbi gl.
Bernar.* dicit, nota, quod quantitas rei
facit donatum licitum, & illicitum. Et
glo. in ver. ratum d. cap. cæterum, dando intellectus ad *tex.* dicit, quòd Præ-
15 latus poteſt facere erogationem in pauperes de rebus eccleſiæ, dummodo non
protoget illam ad nimiam quantitatem,
conſiderata conſuetudine, & facultate
eccleſiæ, facit, quid dicit *Petr. de Ancharan. not. in cap. intellecto de iureiur.*
vbi dicit, quod rex poteſt donare de rebus regni moderate, non obſtante iuramento de non alienando præſtito,
quia iuramentum intelligitur de graui
donatione, non de modica. Et poteſt
facere donationem, ſi ſit ita loci conſuetudo, cum conſuetudo loci tribuat iuriſdictionem, & liberiorem adminiſtra-
16 tionem. Ita tamen, vt eccleſia non
enormiter grauetur, vt ibi per eam *glo.*
Quando vero non eſt ſanus, ſed ægrotari incipit, tunc non eſt amplius vſufructuarius. Sed ex vſufructuario ſit vſuarius, & vſum tantum habet, & aliquantulum etiam plus, quia poteſt aliquid in
eleemoſynam erogare *cap. ad hæc de teſtam.* Et ita intelligi debet *tex. in cap.
cum in officijs*, & omnia ſimilia iura ſecundum *Hoſtien.*

Si vero clericus non habet adminiſtrationẽ,
ſed habet tantum ſimplex, vel perſonale
beneficium, veluti Canonicatum, quantũ
ad fructus faciendos ſuos, æquiparatur
vſufructuario: quia ſemper facit fructus
ſuos vſque ad diem mortis, & de ipſis
etiam teſtari poteſt, *arg. capit. requiſiſti, §. illud de teſtam.* extat *deciſ. Rotæ* 330. *in
antiquis. incip. Nota cum quod clericus.*
Alia *deciſ.* ſimiliter *in antiq* 855. *incip cur
camera.* Et hoc, inquit, *Hoſtien.* ſeruat cõſuetudo generaliter vbique: ſubdens ibidem, quòd Canonici, etiam fructus lucratos ex præbendis faciunt ſuos, & de eis
teſtantur, ſi tamen decedunt ſine teſtamẽto, in eis ſuccedit eccleſia de æquitate *ca.
relatum. §. nomine, & §. fin.* & hæc eſt cõmunis opinio ſecundum *Nicol. de Vbal.
in ſuo tract. de ſucceſſ. ab inteſt. cler. ſecunda ſpecie. §. non obſtan.* Et pro intelligentia: non habere adminiſtrationem dicitur
17 clericus: quando non habet beneficium,
cui ſit aſſignata dos, vt per *Gemin. in cap.
præſenti de off. ord. in 6.* Et dicit *Innocen.
in cap requiſiſti de teſtam.* quod qui poteſt
abſoluere, dicitur habere adminiſtrationem, & adminiſtratio verificatur in eo,
qui habet aliquam dignitatem, ſeu miniſterium in eccleſia ſeparatum à congregatione; & Vicarius temporalis alicuius
eccleſiæ, vel commendatarius dicitur habere adminiſtrationem temporalem per
Abb. in cap. 2. de iud.

Simpliciter vero, & perſonaliter beneficiati
ſunt, & intelliguntur, veluti ſunt Canonici,
18 & ſimiles, quibus id, quod habẽt, obuenit
intuitu, ac ratione perſonæ, non quòd habeant præbendam in eccleſia diſtinctam,
quia ſic haberent adminiſtrationem. hanc
diſtinctionem, & opinionem *Hoſtien.* videtur approbare *Io. Andr.* qui nihil dicendo tranſit, & eam ſequitur *glo. in cap.
præſenti in ver. reſeruari de off. ordin. in 6.*

Et epiſcopus: dum viuit, poteſt dare centeſimam, vel quinquageſimã eccleſiæ per eũ
conſtructæ, vel conſtituendæ. *cap. quia 12.
q. 5. not. Doct. in cap. apoſtolica de donat.*
extra quod tamẽ, non poteſt in morte, vt
per *Abb. in cap. ad hæc de teſtam.* vbi rationẽ diuerſitatis aſſignat, & dat practicam,
19 quam debet ſeruare clericus, ſi de rebus
eccleſiæ vult aliquid dare intuitu eleemoſynæ, vel per remunerationẽ ſeruitij, vt videlicet, actualiter donet, dum viuit, non
autem relinquat poſt mortem dandum.

Item pro declaratione, ac pro cognitione
materiæ idem *Hoſtien. in d. cap. fin. de
pecul. cler.* quærit; qui nam ſint fructus,
qui pertinent ad eccleſiam; & de quibus
non poteſt teſtari clericus, & reſpondet; quod eſt aduertendum ad tempus,
quo moritur clericus; quia ſi moritur

20 poſt finitum menſem Auguſti,& ante ca-
lendas Martij, omnes fructus anni pro-
xime ſequentis pertinent ad eccleſiam, ſi
vero decedat poſt calendas menſis Mar-
tij,& ante menſem Auguſti, ideſt,inquit,
ante meſſes,fructus pertinēt ad clericum,
vel dic alio modo, quod fructus penden-
21 tes pertinent ad Eccleſiam, ſeparati ve-
ro à ſolo ad clericum,vel dic, quod inter
exequutores clerici defuncti, & eccleſiā
fructus habent diuidi, ſicut fit inter viru,
& vxorem facto diuortio. Sed eſt verius,
vt intelligamus illos fructus tantum per-
tinere ad clericum, qui ſunt ſeparati à ſo-
22 lo, & reconditi, quos clericus vti vſufru-
ctuarius facit ſuos, cui clericum compa-
rari debere diximus, alij autem, qui non
ſunt ſeparati,aut reconditi, non ſunt cle-
rici, nec clericus facit illos ſuos, immo
ſpectant ad eccleſiam: & hæc procedunt,
niſi obſtet aliqua ſpecialis conſuetudo in
contrarium,cui eſt ſtandum, niſi eccleſia
ob eam nimis grauetur, Et dicit *Zabarel-
la in cap.fin.de pecul cler.* quòd in iſto ca-
23 ſu, clericus eſt potius comparandus bo-
næ fidei poſſeſſori, quam vſufructuario,
quia poſſeſſor bonæ fidei facit fructus
ſuos ſtatim,cum ſunt ſeparati, etiam non
reconditi,& fiunt illius, à quocunq; ſint à
ſolo ſeparati, per ipſum; vel alium eius
nomine. Vnde congruentius videtur cō-
parari clericus bonæ fidei poſſeſſori, quia
licet in aliquo poſſit æquiparari vſufru-
ctuario (facit enim fructus ſuos, vti vſu-
fructuarius,& ſicut ius illius finitur mor-
te, ita ius clerici defuncti finitur in bene-
ficio) tamen in plurimis differt ab eo,
quia dicit *glo.ibidem in ver. obitus*, quia
clericus de terra aratoria poteſt facere
vineam,quod non poteſt vſufructuarius.
Item vſufructuarius,poteſt facere fructus
ſuos taliter, quòd poteſt de illis teſtari;
quod non poteſt clericus; niſi cum mode-
ramine,de quo habetur in *cap. relatum.§.
licet extra de teſtam.*& vſufructuarius ſa-
tiſdat, ſatiſdatione de qua habetur in *cap.
fin.de pignor.* de vtendo, & fruendo im-
mobilibus ſalua rerum ſubſtantia, de pe-
cunia vero, ac mobilibus, de reſtituen-
do tempore mortis. Cæterum Prælatus
ad hoc non cogitur, quia iure expreſſum
non reperitur, vt per *Cardinalem Zaba-
rellam ibidem.*Item clericus diſtributio-
nes quotidianas,acquirit taliter; quod fa-
cit illas ſuas,& quod de eis pro libito ſuo
teſtari poteſt, videtur *tex.in cap. vnico de
cler.non reſid.in 6.* ibi rerum ſic recepta-
rum dominium non acquirat, nec fa-
ciat eas ſuas,videtur tenere *Laur.in clem.
fin.de præben.*dicens, quod talis ſeruiens
fideliter diuino officio facit fructus ſuos.
Et poteſt ſicut laborator de denario di-
urno diſponere, prout *Dom. & Florian.*
24 *ibi.* faciunt ea, quæ adducit *Oldrad. conſ.
118.quod incip. ex virtute gratia*, & fac.
& quod voluit *Dominic. in cap. vnico*,
vbi dixit, quòd clericus poteſt teſtari
de quotidianis diſtributionibus, Et hoc
dicit tenere *Guliel.in extrauag.Ioan.22.*
vltra prædicta ad hoc faciunt omnia iu-
ra, quæ dicunt clericum, maxime non
habentem dignitatem, adminiſtratio-
nem, vel curam, prout præbendatus cle-
ricus, vel ille, qui habet diſtributiones
æquiparari fructuario: qui eſt clarum,
quod efficitur dominus fructuum, iam
recollectorum. Et eo mortuo non ſpe-
ctant ad proprietarium, ſed ad hæredes
fructuarij. Ergo idem eſt dicendum de
25 fructibus præbendarum. Et multo ma-
gis de fructibus ipſarum diſtributionum
quotidianarum, in quibus præbendatus
habet maius ius, vt per prædicta patet,
& maxime per adducta per *Oldrad. d. ſuo
conſil* ſequitur *Franc.d.c.vnico*, *& Bar-
batia*, dicens illum *tex.* eſſe ſingularem
in *c. fin. de pecul. cler.* notat *gl. in extra-
uag.Ioan.ne ſed. vacan. inter communes,
in ver. conſueuerit. Decius conſ. 280.col.
1.* quorum opinio communis eſt, & eam
ſequitur *Pariſ conſ. 33.vol. 4. col. 2.* quia
conſtat, quod iſtæ diſtributiones con-
26 ceduntur ex *Canon.* diſpoſitione mini-
ſtris eccleſiæ ob ſeruitium, ſeu miniſte-
rium quod impendunt: vel exhibent al-
tari, aut diuino cultui. Idem notat *Bo-
lognin. ad Anan. conſ.87.*
Item fructus penſionum eccleſiaſticarum
ſunt, & fiunt ipſorum penſionariorum,
& taliter eis acquiruntur, quod eos exa-
ctos, & non exactos, tranſmittunt cle-
rici ad hæredes eorum, ſiue teſtamen-
tum condant, ſiue ab inteſtato dece-
dant, per ea, quæ adducit late *Gig. in
ſua quæſtione 52. de penſio*. vbi dicit:
quod ius exigendi penſiones decurſas,
27 & penſionario eius vita durante non ſo-
lutas; competit hæredibus clerici de-
functi, cui dicta penſio erat reſeruata,
per multa quæ ibidem adducit, vnde
inquit, clericus de penſionibus decur-
ſis teſtari poterit,allegat *Alex.conſ.quar-
to incip perſpectis bis in fin in tertio volū.*
vbi cōcludit. quod pēſiones decurſæ per-
ceptis fructibus in vita vſufructuarij ſpe-
ctent ad illius hæredes. Subdens ibidem
Gig.

Gig. erit ergo firmata concluſio, quod
penſiones decurſæ in vita penſionarij nõ
exactæ tranſeunt in eius hæredes, ſiue
ab inteſtato deceſſerit, ſiue teſtamentum
condiderit, vndè tales fructus exacti, &
non exacti efficiuntur penſionarii omni-
nò, & in eis acquirere videtur dominium,
quando de eis poteſt teſtari, & ab inteſta-
to decedens ad hæredes, & conſangui-
neos eos tranſmittere. Et ita inquit ſæpè
conſului, & Rotam iudicaſſe intellexi, ita
etiam dixit ſenſiſſe *Paulum de Roma in
ſuo tract. de penſionibus qu. 8. verſ. primo
eccleſiaſtica penſio*, vbi dixit; quod fructus
lucrari per penſionarium, dicuntur pro-
prij, & in illius dominium tranſeunt, & ab
eo donari poſſunt, per *tex. in l. ædibus, §.
vlt. ff. de donat.* idem *Gig. in q. 53.* vbi te-
28 net, quod penſio debetur hæredibus pen
ſionarij, ſi tempore, quo moritur, fructus
ſunt percepti. Et paulo poſt ibidem te-
net. quod penſio erit hæredum pro rata
fructuum perceptorum, & ante illum te-
nuit *Io. Bapt. Caccial* qui id refert in *trac.
penſio.*
Item de fructibus ſuorum beneficiorum cle-
ricus debet, imo tenetur ſatisfacere ſuis
creditoribus, etiam ſi ſint creditores il-
lius de debito ſuo, etiam priuato, nec in-
tuitu eccleſiæ facto, vt in *cap. peruenit, de
fideiuſſor* & ibi *Abb & Card* & ibi quo-
que *Io. de Imola col 7.* per hoc dicit poſſe
colligi, quod clerici faciunt fructus ſuos,
ſed redditus beneficiorum, &c & *Butr.
in cap. cum olim. de reſtit. ſpoliat. 2. & col-
lect. & Doctor. in cap. Odoardus de ſolut.*
dicit, quod vidit in Curia ſeruari, quòd
Clericus nil habens in bonis, admittitur
cedens creditoribus ſuis fructus benefi-
ciorum, deducto eo, quod ſufficiat pro ad-
29 miniſtratione diuinorum, de quo per
Cald in conſ. 111. id quod ego quoque
poſſum teſtari vidiſſe ſeruari in curia, co-
ram multis iudicibus, pro tempore 12. an-
norum, quo in ea ve ſor. Et quamuis *Abb.
in rep. cap. cum eſſes. de teſtam. & in ſua
diſputatione, quæ incip. clericus. & Archid.
in cap. ſtatutum, §. aſſeſſorem de reſcrip. in
6.* teneant contrarium, quia volunt, quod
clericus de redditibus beneficij non poſ-
ſit ſoluere debita propria; ſed tantum ra-
tione, ac intuitu eccleſiæ facta, tamen di-
cit *Gig tract. de penſio. in quaeſt. 39. num. 3.*
quod illi, qui contrariam opinionem te-
nent, ſunt plures quorum opinio vel plu-
rium voto vallata, magis eſt attendenda,
facit *Rota deciſio* 855. *incipien. cum Ca-
mera, in antiquis*, vbi Camera Apoſto-
lica ſuccedens in ſpolijs, ac bonis reli-
ctis per Clericum defunctum, tenetur
30 ſoluere illius debita, vt latè ibidem.
Item videtur, quod fructus beneficiorum
poſſint aſſignari, & dari creditoribus cle-
rici in cauſam iudicati, per d. *Antonium in
cap. peruenit de fideiuſſor 2. col.* & per eun-
dem in *cap. reprehenſibilis in prima col. de
appellat. glo. & Bar. in l. ſtipendia, C. de
exequutio. rei iud.* quem ſequitur *Imol. in*
31 *cap. primo in fin. quarta colum. de cler.
egro.*
Item facit, quia quicquid acquirit clericus
cauſa, & ratione ſui officij, vel ſuæ digni-
tatis clericalis, puta quia fuit cappella-
nus, & in ſeruitio Cappellani inſeruiuit
alicui Principi, qui ei multa donauit, illud
omne ſibi acquirit. Et taliter, quod de il-
32 lo, etiam poteſt pro libito ſuæ voluntatis
teſtari, & diſponere, dicit *Innocen. in cap.
quia nos, de teſtam.* quem ſequitur *Hoſtien.*
in illis verbis; idem dicimus, ſi ratione
officij, vel ſeruitij aliqua acquiſiuit, puta
Capellanus fuit alicuius Principis, qui ei
multa donauit, ſequitur *Ioan Andr. &
Abb. in capit. cum in officijs*, eo. qui decla-
rando materiam dicit, quod licet Petrus,
vt refert *Cynus in authent. licentiam, C.
de Epiſcopis & cler.* dicat. quod ſi cleri-
cus lucratur eſt multa in miſſis dicendis,
puta, ſint ei relicta centum pro miſſis di-
cendis poſſit de eis teſtari libere, tamen
non videtur ſimpliciter id tenendum; quia
ſi relinquens habuit in relinquendo re-
ſpectum ad Eccleſiam, quia forte legauit
centum ſuo parochiali præſbitero pro
miſſis dicendis, quæ non reliquiſſet, ſi nõ
fuiſſet relinquenti proprius ſacerdos Pa-
rochialis, cum iſta videantur relicta po-
tius intuitu, & contemplatione Eccleſiæ,
quam perſonæ, de ſic acquiſitis non di-
ſponet, nec teſtabitur. Secus vbi nulla
qualitas ſuggerit Eccleſiæ rationem ha-
bitam fuiſſe, ſed perſonæ tantum; vnde
ad coniecturas eſt recurrendum ſecun-
dum eum, & in dubio, ſi ſint relicta cen-
tum clerico non habenti adminiſtratio-
nem, curam, vel prælationem, intuitu
perſonæ relicta præſumentur, ſecus ſi
habeat adminiſtrationem, curam, præla-
tionem, vel dignitatem, vt per eundem
*Abb. in cap. requiſiiti, de teſtamen ſecunda
colum. verſ. ſi aliqua, verſ. primo nota, &
verſ. nota, ver. & colum. fin. verſ. in glo.
in ver. nec, numero 23.* Idem *Abb. in ca-
pit. cum eſſes. in ſecunda lectione 11. col.
de teſtamen.* negat *Innocent.* hoc dicere:
ex quo facit gloſellam ſuam ſuper ver.

conſiderationem. Hoſtien.& Io. Andr. id
dicunt ex mente *Innocentij*,& refert *Car.*
Zabarella in d.cap.quia nos, quod *Abb.*
dicit,quod per illum *tex.* precedens Ma-
giſter ſuus conſuluit cuidam Epiſcopo,
quod concederit clericis,vt poſſint diſpo-
nere de rebus,& fructibus eccleſiæ,ſi ſta-
tim in vita vellent dare, vſque ad certam
ſummam,dimiſſa tamen in ea eccleſia, ea
quantitate,quæ ſufficiat vſque ad nouos
redditus.

Et quid vlterius in hoc laborandum,& ſicut
dicitur,eundum per mendicata ſuffragia,
teſtes habemus omni exceptione maio-
res:imò teſtibus non egemus:non ne fru-
ctus Eccleſiæ,& beneficiorũ poſſunt per
33 prælatum locari, vendi, & obligari?
certe negari non poteſt, quia id dicunt
tex.in cap.fin.ne Præla: vices ſuas,tex. in
cap.veſtra.ex loca, qui ad hoc ſemper alle-
gatur, vendere enim fructus,& locare idẽ
eſt.*Clem prima §.fin.*& ibi *Io.de Imol.de*
reb eccleſ. non alien.& hoc caſu venditio
æquiparatur locationi,per *Cardinal.* ibi,
34 dicit *glo.in d.cap.veſtra*,quòd poſſunt lo-
cari,vendi, & obligari, licet res,ex qui-
bus prouentus tales veniunt, alienari nõ
poſſint,dicit *glo.in extrauag.Io.22. ſuſce-*
pti.in ver.nulla ſubhaſtatione,quæ dicit,
quod id eſt intelligendum eſſe permiſsũ,
ex quo non reperitur prohibitum, nonne
Prælatus vendens transfert talium fru-
ctuum venditorum dominium, & poſſeſ-
ſionem. ſequuta traditione,certe ſic,quia
id eſt de natura contractus venditionis,
cuius diffinitio eſt quædam alienatio,qua
dominium, & poſſeſſio rei venditæ tran-
sfertur per traditionem ipſius domini,&
dicit *glo.in cap. hac huius* 12. q. 2. quod
vendere fructus decimarum, & oblatio-
num,licet non ſit honeſtum, non reperi-
tur tamen prohibitum,& tenet,quod cle-
ricus poteſt vendere fructus præbendæ,
& illos etiam obligare, maxime ad modi-
cum tempus,etiam ſine conſenſu Epiſco-
pi,vel eius auctoritate. Et quod decima,
ideſt, decimarum fructus vendi poſſint,
pignorari,& obligari, eſt *tex.in c. veſtra.*
loca per Specul.in tit. de pignor. §. primo
col.2 iti vo verſ. quid de decima. per *Al-*
ber.poſt Iacob: Are.in l.in ædibus. §. pri.
*mo.ff.de dona.*per eundem *Alber.in l.mo-*
numenta.C.de leg. & quod fructus eccle-
ſiarum, poſſint alienari per Prælatum in
præiudicium ſui ipſius,non autem ſucceſ-
ſoris, tenet *Card.in Clem. prima de reb.*
Eccleſ non alien.q.27. et *tex.in cap.fi. ne*
præla. notat *glo.in c.2.de his,quæ fi.a præ-*
la.Innocen cap.vnico, vt eccleſ.benef. Fe-
der.de ſen.conſ.52.incip.quidam Prælatus.
35 Quid plus? nonne Prælatus taliter facit
fructus eccleſiæ ſuos, & taliter acquirit
in eis dominium,& poſſeſſionem, quod
poteſt illos, ſi velit, etiam porciis, quod
aiunt,dare? certe ſic,quia id dicit *glo. in*
ſumma 1.q.1. ait enim, de fructibus nulla
eſt quæſtio, quia etiam porcis dari poſ-
ſunt,& vendi,extra ne Prælat.vic. ſuas *ca.*
fin. hoc ſequitur *Florentinus*,ſecundum
quod dicit *Imol.in cap. fin. de peeul. cler.*
col.antepenult. vbi dicit,quod ſi clericus,
vel prælatus vult diſponere de fructibus
eccleſiæ. poteſt indiſtinctè id facere, etiã
donando,quia clericus beneficiatus effi-
citur dominus fructuum,quos percipit,vt
cap.vn.de cler.non reſiden. nam compara-
tur vſufructuario,quia facit fructus ſuos,
quando percepti,& reconditi ſunt in hor-
reo, ſeù granario,non prius, *l.vſufructua-*
rius.ff. quibus mod.vſufr.amit. immo com-
par atur bonæ fidei poſſeſſori,qui facit fru
ctus ſuos ſtatim quod ſunt,nedum recon-
diti,ſed ſeparati à ſolo. Item facit ſuos, ſi
per quemcunque ſeparati ſint. Vſufru-
ctuarius verò ita demum, ſi per ſeipſum,
vel eius nomine ſint ſeparati, cum ergo
36 habeat talem, & tantam auctoritatem
Prælatus, vel clericus in fructibus eccle-
ſiæ ſuæ,vel beneficij,quare non eſt intre-
pide dicendum,quòd de eis poſſit,tam in
morte, quam in vitam per modum teſta-
menti,& quemcunque alium contractum
ſibi benè viſum diſponere, & contracta-
re,& quod acquiſita ex eis ſibi, ſuiſque
hæredibus acquirat per dominium poſſeſ-
ſionem,& quemcunque alium modũ, qui
37 de iure melior,& firmior reperiatur. De
hoc certè dubitari nihil poteſt,eo potiſſi-
mum funda;quia,licet clericus, vel Præla-
tus fructus,redditus,vel prouentus eccle-
ſiæ vltra ſibi neceſſaria in prophanos vſus
38 malè,& voluptuosè expendens,mortale
committat peccatum,non tamen tenetur
ad reſtitutionam illorum, ſecundum *Di-*
dacum Couaruuias Doctorem Hiſpan. in
cap.cum in officijs,verſ.quantum, de teſta-
men. vbi dicit, quod adducta per *Abb.*
Sanctum Thomam, Archid.& Dominic.
quos ibi in ſuis locis allegat, qui contra-
riam opinionem tenent,eo potius tendũt
vt ſit illicita hæc eccleſiaſticorum reddi-
tuum conſumptio, quam, vt ſit reſtitutio
conſumptorum neceſſario facienda, quia
redditus tales victui prælati ſuperfluen-
tes,non dicuntur alieni propriè, ſed per
39 quandam metaphoram, quaſi ſint pau-
peri-

pẽribus erogandi, id quod probatur au-
ctoritate *Hieronymi* dicentis;bona eccle-
ſiarum dici bona pauperum, quoad de-
bitum;quia eis debentur, non quoad do-
minium,nec quoad proprietatem, *Cardi-*
nalis à Turrecremata in cap. videntes,
12. q. 1. qui licet,inquit,dicunt talem con-
ſumptionem fieri cum peccato mortali,
negant tamen reſtituendi obligationem,
Thom. & Caietan. ſecunda ſecundæ q. 185.
art. 7 Præpoſitus in ſumma 44. diſt. col. 5.
S. Thom quolibet. 7. art. 12. Syluester ver.
clericus quarto q. 20. & in ver. reſtitutio,
3. quæſt. 5. & alij,qui latè ab eo allegan-
tur.

§. SED in contrarium faciunt multa,quia
1 de redditibus eccleſiæ videtur, quod cle-
ricus,vel prælatus habeat tantum ſumere
neceſſaria ad victum,& veſtitum, & de
neceſſarijs contentus eſſe,per dictum *Apo*
ſtoli Sancti: Victu, & tegumento his con-
tenti ſumus, cap. Epiſcopus 10. q. 2. vbi dici-
tur, habeat Epiſcopus poteſtatem in re-
bus eccleſiæ,vt diſpenſet in neceſſitatem
habentibus cum omni reuerentia, & ti-
more Dei; participare cum etiam opor-
tet,quæ neceſſaria ſunt,ſubdens *tex.* quod
ſi Epiſcopus res eccleſiæ in ſuas proprias
voluntates vſurpare voluerit, vel fratri-
bus,filijs,vel quibuſcũque propinquis po-
teſtatem dederit, vt per eos lædantur res
eccleſiaſticæ, epiſcopus ſit concilio ob-
noxius,& ſi epiſcopus,uel presbyteri,aut
Diaconi cum eo exiſtentes in ſuos uſus
colligunt ea, quæ ex reddítu, vel ex
quolibet actu Eccleſiæ obueniunt, &
pauperes fraudant, ac famæ conficiunt,
oportet eos corripi,ſecundum quod fuit à
Sancto Concilio ordinatum,ex quo textu
colligo etiam vnum, quod ſi Epiſcopus
habeat aliunde neceſſaria victui, quod nõ
habet illa habere, vel percipere ab
Eccleſiæ redditibus, per illa verba, quæ
id clarè dicunt, ſi tamen ipſe,aut,qui cum
eo ſunt fratres, indiguerint aliquo, vt ne-
ceſſitatem nullo modo patiantur, &c. id,
quod concordat cum eo, quod habetur
in *cap. clericos 1. q. 2.* vbi habetur:quòd
clerici, qui habent aliunde, vnde viuant,
nihil debent ab Eccleſia accipere, imo ſi
accipiunt, tanquam de rebus, quæ ſunt
pauperum,accipientes committant ſacri-
2 legium,& per *tex. in cap. ſeq.* vbi illi, qui-
bus ſua ſufficiunt, non debent Eccleſiæ
alimentis ſuſtineri,nec redditus Eccleſia-
ſtici,vel res Eccleſiæ ſunt Epiſcoporum,
ſeu prælatorum,aut clericorum propriæ
ſed communes, *cap. expedit. in primo 12. q.*
2. quia cum antea bona,hæreditates,præ-
dia, & poſſeſſiones, quæ offerebantur à
confluentibus ad Chriſti fidem, & ſanctã
fidem Catholicam, venderentur pro ſu-
ſtentandis Chriſti fidelibus ad fidem cõ-
fluentibus,& in communione viuentibus,
iudicarunt ſummi ſacerdotes,leuitę,atque
alij fideles,eſſe melius,quod prędia, poſ-
ſeſſiones, & alia oblata non venderentur
amplius,ſed matricibus Eccleſijs applica-
rentur, vt ex eorum ſumptibus neceſſaria
victui præſentibus, & futuris tempori-
bus, fidelibus communem vitam ducen-
tibus, elegantius ſubminiſtrarentur, *cap.*
videntes ead. cauſa. & q. vbi legitur, quòd
ipſę rẽs erant,& ſunt vſque adhuc, & fu-
turis ſemper debent eſſe temporibus in
ditione Epiſcoporum ſingularum parro-
chiarum;E quibus Epiſcopi, & fideles di-
ſpenſatores eorum, omnibus communẽ
vitã degere volentibus,miniſtrare cuncta
neceſſaria debent, prout melius potue-
rint,vt nemo in eis egens inueniatur, fa-
cit *tex. in cap res eccleſia,* vbi res Eccleſiæ
non ſunt propriæ,ſed communes, & do-
mino oblatæ debent fideliter diſpenſari,
per quæ iura apparet, quod bona eccle-
ſiarum ſunt oblationes diſpoſitione ad
ſubuentionem fidelium,ne egeant inſtitu-
tę,& ordinatę,non ad proprios vſus Prę-
latorum tantum, quia dicit *glo. d. c. res*
Eccleſiæ: quod de redditibus, ac rebus
Eccleſię illud ſolum eſt clericorum,quod
probabili ratione conſumunt, per iura,
3 quæ allegat,quis inquit,ſi emiſti equum,
vel aliud de rebus Eccleſiæ, illud non eſt
tuum, quicquid enim habes ſupra illud
quod ſufficit tibi, illud violenter detines,
4 *cap. ſicut diſt. 47.* Quis nõ videtur verum
eſſe:quod Prælatus,vel clericus in rebus,
ac fructibus beneficij ſit vſufructuarius,
vel vſufructuario cõparetur. Quia immo
eſt vſuarius,& vſuario comparatur,cui ad
vſum quotidianum tantum vti licet *inſtit.*
de vſu, & habit. §. primo. quod dicit *glo. in*
cap fin. de pig. in ver. fruatur, quod clerici
poſſunt dici vſuarij,quia,nec poſſunt ven-
5 dere,nec donare,ſed victu tantum, & ve-
ſtitu contenti eſſe debent, prælleg. *cap.*
Epiſcopus x. q. 2. Item *gloſ. in c. cum olim*
de rerum permut. in ver. diffinitum, quod
nullus dominium dicitur habere ſui bene-
ficij, cum quaſi vſuario clerici compa-
6 rantur. Item *gl. in cap. quia vos. de teſta. in*
ver. teſtamentum, quod clerici de rebus
Eccleſiæ nullum poſſunt facere teſtamẽ-
tum, cum eorum proprietas non ſit ſua,
ſed ſolum vſum habeant,& tantum victũ,

& ve-

& veſtitu debeant eſſe contenti, & 12.
*quaeſt.1.cap.clericus qui,cap.duo,& d. ca.
Epiſcopus*,& totum ſuperfluum, deducto
victu, & veſtitu eſt erogandum pauperi-
bus *cap.vltimo 12.q.1.*elegans *tex.in cap.
ſine exceptione.12 q.2.* vbi Epiſcopus re-
bus Eccleſiæ, tanquam commendatis,nō
tanquam proprijs vtatur, moderate tamē
cauſarem onerationis ſeruitij recepti do-
nationem facere poſſunt.*cap.relatum, de
teſta.*cum quaſi filio Famil.comparētur,
non poteſt facere teſtamentum: niſi de
Caſtrenſi pecul.*C.de aduocat.diuerſ.iud.l.
Fori.glo.in cap fin.de pecul.cler. Imol. in
Clem.gratia de rer. permut.in 4.col.in fi.*
idem in *Clem.gratia de reſcrip. Bal. in
authen licentiam.C. de Epiſcopis, & cler.
tex. in cap. cum M. Ferrarien. de conſtit.*
faciunt late adducta,& diſputata per *Ga-
ſparem Calder. filium Ioannis Calder. in
conſil.2.de pecul. cler.* vbi poſita quæſtio-
ne,quis ſuccedere debeat in fructibus pre-
bendæ Canonici defuncti, videtur indi-
ſtincte tenere,quod Eccleſia nō alius ſuc-
cedere debeat, & addit; quòd ſi clericus
decedat ante fructus recollectos, in his
7 ſuccedit Eccleſia, non autem hæredes ex
teſtamento,vel ab inteſtato: ſiue æquipa-
remus cleri cum vſufructuario: ſiue vſua-
rio. Si decedit poſt fructus ſeparatos à ſo-
lo, diſtinguit,quinque caſus:primus eſt:ſi
decedit fructibus à ſolo ſeparatis, ſed in
area,vel in campo iacentibus. Secundus,
ſi recondit ſint à Colono, ſed nondum
Clerico traditis. Tertius, ſi aſſignati ſint
fructus Canonico, nondum tamen con-
ſumpti. Quartus,quando certi fructus,vel
pretium debentur Canonico poſt ſepara-
tionem,per vnum,duos, vel tres menſes,
& interim Canonicus moritur. Quintus,
quando Canonicus moritur poſt dictum
terminum, tamen nondum dicta ſpecies,
vel pecunia erat ſoluta, vbi dicit, quod
in primo, & ſecundo caſu ſpectant ad
Eccleſiam. Tertio caſu de fructibus aſſi-
gnatis non conſumptis,teſtari non poteſt
Canonicus, niſi adſit conſuetudo, quæ
hoc caſu,inquit ſeruanda eſt,in alijs duo-
bus caſibus ſuccedit Eccleſia,non hæres.
Item per *Innocen. in cap. cum in officijs* vbi
videtur dicere:quod clericus de fructibus
beneficij poteſt tantum expendere ne-
ceſſaria, & neceſſarias expenſas facere,
quia aliæ vltra neceſſarias, habent deduci
de bonis ipſius clerici,& eccleſiæ,vel ſuc-
ceſſori reſtitui; ibi item omnes vanas de-
8 licatas expenſas, prius deducere de bonis
clerici, ſolas autem expenſas approbabit
iudex de bonis, quæ factæ fuerint in ali-
moniam ſuam,& pauperum, aut in redē-
ptionem captiuorum, hoſpitalitatemue,
ſeù alias pias cauſas. & ſacerdoti viuere
9 licet de altari,ſed non luxuriari. *44. diſt.
in principio,vbi glo.* dicit; ſufficere debet
ergo clerico,quod viuat, ideſt ſola neceſ-
ſaria habeat,& arctatur,inquit,illa neceſ-
ſitas ad victum, & veſtitum; quia cleri-
cus qui vltra neceſſaria de redditibus ec-
cleſiaſticis capit,aliena capit, & reſtitue-
re tenetur; dicente *Hieronymo: Aliena
rapere conuincitur,qui vltra neceſſaria
10 ſibi retinere probatur, § ordinandus, 44.
diſtinct.* huius opinionis eſt *Sanct. Tho-
mas ſecunda ſecundæ.q 43.art.8. Alex. de
Aleſ. 3.par q.36.membro quinto. Ricar. in
quarto ſententiarum,diſt* 45 *Io maior. in
diſt.24.q* 17 dicens hanc opinionem eſſe
communem,quam probat *Palud.in quar
to diſt.24.q.3.artic.vltimo*; quibus ſuffra-
gatur *tex.in cap.1.12.q 3.*& pulchre *Ber-
nardus in Epiſtola 42.col.3. Clamant*, in-
quit,*pauperes,noſtrum eſt, quod effundi-
tis,nobis crudeliter ſubtrahitur,quod ina-
niter expenditis*; in quibus locis tenent
Doctores,quod quæcunque Clericus de
fructibus eccleſiæ vltra neceſſaria capit,
voluptuoſæque,ſeù malè,& inaniter ex-
pendit,aut conſumpſit, ex quo pauperi-
bus abſtuliſſe videtur, vltra quod pecca-
uit,teneatur reſtituere idem tenet *Abb.in
c.cum ſecundum,de praeben.Dominic in
ſumma.44.diſt. Felin. in capit.poſtulaſti*
11 *num 6 de reſcrip.*idem in *cap de quarta,
numer.33.de praeſcrip.Anton. Butr. cap.1.
num. 28. de emption.* Idem dicit *Archid.
diſt 44.in principio*, quem ſequitur *Io. de
Ligna.in Clem.gratia de reſcrip.* quòd ſi
clericus vltra debitum aliquid expendit
de rebus eccleſiæ,tenetur ad reſtitutionē,
& pro prædictis optimè videtur facere
tex.in cap.Epiſcopi 12. qu. 1. vbi dicitur,
12 quod quicquid de prouiſione fuerit, ſiue
de agris,ſiue de fructibus,ſiue de oblatio-
nibus,quod omnia debent conſeruari ec-
cleſiæ,ſi Epiſcopus aliter præſumpſerit,
poterit deponi,facit *tex.in cap.duo.12.qu.
1.*vbi loquendo de clericis dicit; illi enim
victu,& veſtitu contenti nullam inter ſe
proprietatem habentes, debent habere
omnia communia.
Item dicit *Abb.in cap fin.de pecul.cleric.per
tex.*quem dicit expreſſum in *§.fin. cum
cap.ſeq.12.q 1.* quòd præbendæ non dan-
tur Canonicis ſimpliciter, vt de redditi-
bus illarum faciant,quicquid velint, ſed
vt primo neceſſaria accipiant pro ſe,& ſi
quid

quid ſupereſt,eo deducto, expendant in
vtilitatem eccleſiæ,quia res eccleſiæ ſunt
diuiſæ per prębendas,vt commodius per-
cipiantur neceſſaria.Idem dicit *Abb. in*
*cap.cum eſſes in repet.col.*8.*circa finem*,
de teſtam.Innocen.in cap.indecorum, de
*etat.& qualitat.*vbi dicit;quod Prælatus,
vel clericus de fructibus beneficij, habet
diſpenſare in ſuas neceſſitates,& illorum
qui ſibi inſeruiunt, idem habetur deciſum
in *Canon.Apoſtolorum Canon.*40.vbi præ-
cipimus (inquit *tex.*) vt Epiſcopus res
Eccleſiæ habeat in poteſtate,nam ſi præ-
tioſæ homini animæ fidei eius commit-
tendæ ſunt,multò magis oportet, & de
pecunijs mandatum dare,vt illius arbitra
tu diſpenſentur,necnon cum timore Dei,
ſummaque ſollicitudine per presbyteros,
ac diaconos erogentur in pauperes,per-
cipiat autem, & ipſe (ſi modo indiget)
quantum ad neceſſarios vſus ſuos,& ho-
ſpitio exceptorum fratruum vſus opos eſt
ne quomodo ipſe poſteriori loco habea-
tur,quam cæteri,ordinauit enim lex Dei;
vt qui altari ſeruit, de altari nutriatur,
quando nec milites vnquam ſuis anno-
nis arma hoſtibus inferunt.

Per quæ deducta;apparet,quod clericus po-
13 teſt tantum ſumere neceſſaria de fructi-
bus eccleſiæ, pro ſe,& ſuis; quia reliqua,
quæ ſuper fluunt; ſunt iuris Canonici di-
ſpoſitione deſtinata,& ordinata pauperi-
bus,& in vtilitatem eccleſiæ. Et iſta ne-
ceſſaria ſunt arctata ad victum, & veſtitũ
tantum,per *glo.*44.*diſt in princip.glo.in*
cap.Epiſcopus 10.*q.*2.*in ver. indiguerint*,
& vide *glo.ſeq.*quæ dicit,quòd victus me-
lior,vel peior dandus eſt ſecundum qua-
litatem perſonæ, & nomine cibariorum
14 non intelliguntur veſtimenta,ſed nomi-
15 ne alimentorum intelliguntur veſtes, &
habitatio,per *Soccin.conſ.*32.*col.*2.*num.*4.
1.*vol.*

Imò videtur, quod Clerici habere debeant
16 plus quam neceſſaria ad victum,& veſti-
tum,& vltra quam neceſſitas exigat,quia
imò tantum habent percipere de redditi-
bus eccleſiæ,quantum eis ſufficiat ad vi-
ctum eorum commode,& illorum,qui ſi-
bi inſeruiunt,iuxta qualitatem,& dignita-
tem perſonæ,per *tex.in cap.*1.*de ſtat. reg.*
§.ſanè,vbi *glo.in ver. ſine penuria*, dicit;
quod multa non poſſum facere commo-
dè,quæ facere poſſum ſine penuria, facit
tex.in cap.poſtulaſti,ibi, valeat commo-
dè ſuſtentari, vbi *Abb.* declarat uerbum
17 commode,& *tex.in c.cum adeò,de reſcri.*
extra,ibi ſufficientem,per quem *tex.*& ibi
*glo.*videtur,quod clericus debeat habere
eccleſiam, aut beneficium,quod ſibi, &
ſuis ſufficiat. 50. *diſt.* ſtudeat. *in fin.* &
quòd aduenienter poſſit recipere, & iura
Epiſcopalia perſoluere, *cap.de monachis*,
18 *de praben.*& *cap.ſicut de ſupplen.neglig.*
prælat.& dicit *gloſ.Bernardi in d.capit.de*
monachis, quòd Clericus debet compe-
tenter beneficiari, ita quòd poſſit com-
modius ſuſtentari, & dicit *tex.* cum ibi
gloſ. in capit. primo de inſtitut. quod tot
ſunt ponendi, & inſtituendi in Monaſte-
rio, quot poſſint in eo commode ſuſten-
tari,& quod poſſint iura Epiſcopalia, &
hoſpitalitatis perſoluere: per quæ mani-
feſte apparet: quod de fructibus benefi-
cij,& redditibus Eccleſiæ, Clericus debet
tantum habere, quòd commode viuere
poſſit,nec ſufficit, quòd viuat ſine penu-
ria,puta habendo neceſſaria, quia multũ
inter ſe differunt viuere commode, & vi-
uere ſine penuria, quia ſæpe poteſt quis
ſine penuria viuere cum quadraginta flo-
renis;Sed non cõmode,quia dicit *gloſ. in*
cap.primo §.ſane.in ver.abſque penuria de
ſtat.reg.in 6. quod Canonicus Bononiẽ-
ſis non poſſeſſet de centum florenis com
mode ſuſtentari, qui tamen de 25. ſoſten-
taretur abſque penuria. Sequitur *Decius*
*conſ.*555.*numero*.14 *Cardin.in Clem.pri-*
ma.§.ſane.de iure patron. vbi exponit illũ
text.in ver.ſatisfactione,ſufficienti, & cõ-
grua in victu, non de tali per quam non
periret fame.*Fel.in cap.poſtulaſti.*3.*col.de*
reſcrip. nam in illa commoditate, inquit
gloſ.in d.§.ſane,inſpicitur conſuetudo re-
gionis,& qualitas perſonæ: quam *gloſ.*vi-
de quia docet actum in practica, & mo-
dum articulandi.

Atque in tali ſuſtentatione, vel victu com-
mode ſubminiſtrando Clericis de reddi-
tibus Eccleſiæ, eſt habenda ratio nobili-
tatis perſonæ,41.*diſt.*non cogantur. Item
ſcientiæ.*cap.de multa,de praben.*Item di-
gnitatis *ff.de varijs,& extraordin.cogn. l.*
prima.§.in honorarijs, & l.ſed, & ſi quid.
19 *§.*1.*ff.de vſufr.*quia alijs cibis veſcuntur
nobiles, alijs viles, & pauperes, & alio
modo viuunt nobiles,alio pauperes. *In-*
nocen.in cap. dudum 2. *ad fin. de electio*,
gloſ.in cap.conſtitutus,in ver.impotentia.
de appell.Philip.poſt alios in cap.de multa
*in fin.de praben.*5.*col.verſ.ſublimes,& li-*
teratas,S.Thom.in 6. *quolibet.* 6. *art.* 10.
tex. in capit. de multa in fin. de prabend.
& alias, vt latius dicturi ſumus in quæ-
ſtione,ex quibus præſumatur cler.aeq. Et
quatenus dicit *gloſ.* quòd debet ſufficere

ſibi

ſibi, & ſuis, intellige de ſuis, quos ſecum neceſſario debet habere, nam ſi Doctor, vel nobilis, vel habens dignitatem Eccleſiaſticam, non debet eſſe ſolus, nec ſine
20 miniſtro. Sed illud dic procedere ſecundum iura moderna; quia ſecundum antiqua ſufficiebat dare tantum, quod eſſet ſatis ad neceſſaria, hodie verò cum auxerit Deus Eccleſias, atque ipſum decus Eccleſiarum, non ſatis eſt dare Clerico, quantum ſit ſatis ad neceſſaria, ſed quantum ſit ſatis ad viuendum commode, iuxta perſonæ qualitatem, gradum, & conditionẽ, per *gloſ in cap. primo, 21. q. 1. in ver. neceſſit at om in fin per tex. cap. vaſa de conſecr. diſt. 1. per glo. in cap. cum adeò, de reſcript.* aliquod enim ſufficit vni, quod non ſufficit alij, & minus ſufficit manenti extra vias communes; quam in vijs, &c. Et melior victus; vel peior dandus eſt ſecundũ qualitatem perſonarum, & nomine cibariorum, non intelliguntur veſtimenta, nomine vero alimentorum veniunt veſtes, & habitatio, per *glo. in ver. victu, cap. Epiſcopus 10. q. 2. ſupra allegat.* quia hodie Clerici non debent viuere ita ſtricte, ſicut olim, & dos eſt aſſignanda magis ampla beneficiatis hodie, quam alio tempore fiebat, per *glo. in cap. Epiſcopat. 41. diſt.*
21 Et non debent hodie Epiſcopi habere vitam ita ſtrictam in viſitationibus, & procurationibus, quia hodie creuit decus Eccleſiæ, *cap. vaſa præallig per Io. de Sylua in tractat. de beneſi io. 1. par q. 1 num. 28. & ſeq.* vbi vide pro eo etiam quod hodie eſt difficile dicere, quot fructus ſufficiant beneficiato, quia plus vni, & minus alteri ſufficit ſecundum qualitates, & cõditiones illorum. Et per hæc ſatis appa-
22 ret, quòd Clerici ſecundum iura antiqua, debent e fructibus Eccleſiæ habere tantum neceſſaria; hodie verò aucto decore Eccleſiæ, debent habere quantum ſufficiat eis ad viuendum commode, & ſic de neceſſitate res videtur extenſa ad commoditatem, & non vlterius, meritò eſt dicendum, quòd non ſit verum illud, quòd dicunt aliqui, quod Clericus habeat vſufructum in bonis Eccleſiæ, & quod illud ſit veriſſimum, quòd ſit vſuarius tantum, eis ad vſum quotidianum vti liceat, & quòd nullo modo faciat fructus ſuos, dicit *Abb. in rubrica de pecul. cler. in ſin.* verbis ibi, & hoc eſſet verum tenendo opinionem, quòd Clericus faciat fructus ſuos. Sed tenendo contrariam opinionem, quæ mihi plus placet &c. Idem in *cap. Inquirendũ, eod.* ibi nota primo, quòd Rector Eccleſiæ nec redditus, nec oblationes, nec data prætextu voti facit ſua. Sed cedunt vtilitatibus Eccleſiæ, & *cap. presbyter.* vbi
23 *Abb.* not. quòd Prælatus non eſt Dominus fructuum beneficij ſui; nam ſi efficeretur Dominus, poſſet acquirere ſibi ex redditibus ſecundum libitum, cuius contrarium hic deciditur. Idem *Abb. in c. cum eſſet, in ſecunda lect. 8. col.* ibi; nam ſi Cle-
24 ricus faceret fructus ſuos, non video, quare de illis fructibus non poſſet ſibi emere prædia. Et paulo poſt ibidem; quod non eſſet, ſi Canonicus faceret fructus ſuos. Et ibidem paulo poſt, reſpondeo, quod Clericus recipiendo fructus ſui beneficij, dicitur illos facere ſuos, quoad hoc, vt ſibi prouideat, primo quaſi innuens, quòd illos tantum faciat ſuos, qui de omni maſſa fructuum beneficij obueniũt ei pro victu; Idem *ibid. col. antepen. verſ. quarto principaliter, in fin* per illa verba; ex quo infertur, quod beneficiatus fructus non facit ſuos, ſed tantum in eis ius obtinet canonicè diſpenſando. Sequitur *Gig. in tract. de penſio. qu. 12.* paulo poſt
25 principium. Idem dicit *Cardinalis Zabarella cap. fin. col fin. de pecul. cler. circa fin.* per illa verba, ſecundo caſu indiſtinctè poteſt etiam donando, quia dominus eſt fructuum, *d. Clem. de cler. non reſid. capit. 1.* ſubiungens; & æquum eſſet ſtatuere, quòd de omnibus fructibus quaſi pariter innuat, quod pro parte ſibi tangente tantum pro victu; non autem totos fructus faciat ſuos; quinimo dicit *Archid. in cap. ſtatutum, §. aſſeſſorem, de reſcript. lib. 6.* quem refert *Zabarella in cap. fin. de pecul. cler.* quòd hæreticum eſt de iure Canonico dicere, quòd clericus faciat fructus beneficij ſuos; ſed ſecundum eum eſt dominus eorum, quoad diſpenſationem, *31. diſt.* omninò; ſubiungens ibidem *Zabarella*, quòd fructus beneficij quos conſumeret clericus in victu, & veſtitu, facit illos ſuos, qui habent eſſe plus, & minus, iuxta clerici, vel prælati conditionem, & qualitatem.
Didacus Couarruuias Doctor Hiſpanus in cap. cum in officijs, de teſtam. col. tertio. dicit, quòd clericus beneficiatus poteſt libere diſponere de illis fructibus, qui ſunt neceſſarij ad eius honeſtum ſumptum, in-
26 ſpecta qualitate, ſi eos præcipuos is habeat, qui aliunde victum ubi miniſtrauit, hæc etenim pars bonorum eccleſiaſticorum miniſtris per Canones antiquos conſtituitur, *cap. eccleſiar. 12. q. 1.* text. & ibi *Abb. in cap. de his, de eccleſ. ædificand.*

vel

vel reparand. Thomas ſecunda ſecunda,
q.185.art.7.reſpon.ad ſecundum, & quic-
quid ſupereſt illis deductis, debet eroga-
ri pauperibus, vt per eundem *Zabarellam*
paulo ante, quia fructus, qui ſuperſunt
clericis, non ſunt ipſorum, ſed ſunt eſu-
rientium, vt habetur in *cap. ſicut hi*, 47.
diſt. immo ſi quid vltra victum, & veſti-
tum capit clericus, tenetur reſtituere, vti
non ſuum, vt diximus ſupra; quia Cano-
nes diſtribuerunt redditus beneficiorum
in quartas, aliam partem fabricæ, aliam
Epiſcopo, aliam pauperibus, aliam ſacer-
doti aſſignando, *cap. quatuor, cap. cogno-*
uimus conſequen. 12.*q.*1. quamuis ſecun-
dum *Abb. in cap. primo de eccleſijs ædifi-*
cand. quoad quartam Epiſcopi, & quar-
tam fabricæ ſit ſtandum conſuetudini,
quæ in huiuſmodi valet derogari iuribus,
&c.
Vndè deducta portione ſibi debita, clericus
fructus eccleſiæ, nec pro ſe, nec pro alio
ſubtrahere debet, immo in vſus ordina-
tos, & deſtinatos debet diſpenſare; quia
ſi extra modos licitos diſpenſat, peccat,
& poteſt puniri, adeò quod poteſt quan-
doque ab eccleſia remoueri, *cap. ſecundo,*
de pecul. cler. Zabarella cap. fin. col. ante-
pen. vbi ſubiungit per *tex. in cap. inqui-*
rendum, quod licet clericus poſſit diſpen-
ſare fructus eccleſiæ in alios, non tamen
27 poteſt diſpenſare in ſeipſum, quia iſta nõ
erit diſpenſatio, ſed ſubtractio, & ſubtra-
hendo ſic fructus, committit clericus non
ſolum furtum, ſed & ſacrilegium, per *tex.*
28 *in cap. qui oblationes*, 13.*quæſt.*2. nota. in
d. cap. inquirendum; in tertio nota. vbi
etiam dicit, quod empta per Prælatum ex
emolumentis eccleſiæ, efficiuntur, & ce-
dunt eccleſiæ, licet Prælatus emerit no-
mine alieno, immo per *tex.* vbi *Abb. in*
cap. presbyter, de pecul. cler. Prælatus ali-
quid emens de bonis eccleſiæ, debet face-
re cantare inſtrumentum nomine eccle-
ſiæ, & ſi faciat aliter, adminiſtratione ec-
cleſiaſticarum rerum priuatur. Et paulo
poſt ibidem, nota, inquit, quòd Prælatus
non eſt dominus fructuum beneficij ſui,
nam ſi efficeretur dominus poſſet acqui-
rere ſibi ex redditibus ſecundum libitum
cuius contrarium hic deciditur; dicit op-
tima *glo in capit. Apoſtolicos*, 12.*quæſt.*2.
in ver. conſtruxiſſe, quod ad acquiſita de
rebus eccleſiæ, poteſt eccleſia vendica-
29 tionem habere. Et ſi clericus de peculio
eccleſiæ, in proprio ſolo ædificat, ædificio
cedit ſolum in fauorem eccleſiæ, quod eſt
30 ſpeciale in eccleſia, vt res empta de ſua
pecunia ſtatim fiat eccleſiæ, optimus *tex.*
in capit. fixum, 12. *quæſtion.* 5. Et dicit
Angel. in ſumma, in ver. emptio. numero
12. *§. vtrum emptum*; quòd ſi clericus
habens pecuniam de præbenda, emerit
prædium de ea pecunia, amplius non po-
terit illud prædium alicui dare, etiam in-
tuitu Pietatis, licet pecuniam potuiſſet
dare, quia ſtatim prædium ita emptum fit
eccleſiæ, ſiue emerit nomine eccleſiæ, ſi-
ue ſuo, ſiue alieno, quia Prælatus acqui-
rendo alijs, puta conſanguineis, vel ami-
cis de rebus eccleſiæ, committit furtum,
& ſacrilegium. Vndè ſi conſtitutio re-
mitteret pœnam furti, non videtur remit-
31 tere pœnam tali clerico, vel prælato, eo
quia tale eſt furtum qualificatum, faciunt
notata per *Petr. de Ancharan. in capitul.*
cum ab homine, de iud. idem dicit *Abb. in*
cap. inquirendum. in quarto nota. vbi
Prælatus committit ſacrilegium, & gra-
uiſſimum crimen acquirendo conſangui-
neis, vel ſibi de redditibus Eccleſiæ, quia
fratribus, filijs, & amicis non ſunt danda
bona eccleſiaſtica, per *tex in cap. Epiſco-*
pus, 10.*quæſt.*2. & inquit *glo. ibidem*, quod
dando talibus, præſumitur, quod carnali
amore faciat, & legitur in *Concilio Tri-*
dentin. ſeſſion. 25.*cap. primo, ſub rubrica*
de reformation. omninò verò Prælatis
Synodus interdicit, ne ex redditibus ec-
cleſiæ conſanguineos, familiareſue ſuos
augere ſtudeant, cum & Apoſtolorum
Canones prohibeant, ne res eccleſiaſti-
cas, quæ Dei ſunt, conſanguineis donent;
ſed ſi pauperes ſint; his tanquam paupe-
ribus diſtribuant; eas autem non diſtra-
hant, nec diſſipent illorum cauſa. Immo
quam maxime poteſt, Sancta Synodus
monet, vt omnem humanum hunc erga
fratres, nepotes, propinquoſque carnis
affectum, quæ plurium malorum in Ec-
cleſia Dei ſunt ſeminarium, prorſus de-
ponant, vt etiam legere eſt in *Canone*
Apoſtolorum Canon. 37. *incip. omnium*
rerum Eccleſiaſticarum curam Epiſcopo
gerito. Per hoc tamen non intelligas in-
quit *glo.* prælatum non poſſe competens
ſubſidium de rebus eccleſiæ conferre ſuis,
imo potius tenetur ſuis, & amicis, quam
exteris, & alienis, *capit. non ſatis*, 85. *diſt.*
capit. primo, de cohabit. cleric. & mulier.
ſed non debet eis tradere tantum, vt fa-
ciat eos diuites, ſed vt ſubueniat indigen-
tibus, 12. *quæſtion.* 2. monemus. Imo ſi
Clericus, vel Prælatus in aliquem tranſ-
fert, vel alicui det bona eccleſiæ, compe-
tit eccleſiæ contra illum rei vendicatio,

quia acquiſita de bonis eccleſiæ, poteſt
eccleſia vendicare, 12. *quæſt. 4. Sacerdos,*
& quæſt. vltim fixum, arg ca. tuuſ. quæſt.
2. Apoſtolicos, in fin. vbi de hoc, facit, quod
legitur, & notatur in *tex. in d. cap. inqui-*
rendum, de pecul. cler. vbi *glo. in ver. com-*
parauit quod clericus taliter emens, pu-
niendus eſt, & competit eccleſiæ rei ven-
dicatio, licet ſuæ res non ſint, & eſt ſpe-
ciale in eccleſia, vbi dicit *Hoſtien.* quod
hoc non probatur per illum *tex.* tamen
pro hoc facit longa interpretatio magi-
ſtrorum, quæ non eſt mutanda, *l. minime,*
ff de legi. & caſus in *glo.* notati, cum in ec-
32 cleſia ſit maior ratio, aut ſaltem eadem.
Item quis ſi aliquid de meo peruenit ad
te, bonum, & æquum eſt, vt illud mihi red
das, vt not. *in cap. vt vnus. de pecul. cleric.*
vt per *Io. Andr. in dict. cap. inquirendum*,
& facit, quod idem *Io. Andr.* dicit in *cap.*
primo, de voto. & cap. primo de off. delegat.
& facit *cap. clericus. cap. duo ſunt genera.*
12. quæſt. 1. & cap quia tua, in fin. eandem
opinionem tenet *Archid. in cap. ſtatutum*
§. aſſeſſorem, de reſcrip. in lib. 6. Ioan. de
Lignan. in Clem. gratia, eo. tit. quia dicit
glo. in cap. res Eccleſiæ, 12. qu. 1. quod ſi
emiſti equum de rebus eccleſiæ, ille non
eſt tuus, quia illud ſolum eſt clericorum;
quod probabili ratione conſumunt, quic-
quid enim habes vltra illud, quod ſufficit
tibi, violenter detines, & in *tex. in cap. pri-*
mo, 12. q. 3. habetur indiſtinctè de quolibet
clerico, quòd quæcunque acquiſiuerit de
bonis eccleſiæ, debet conferre eccleſiæ,
alias punitur, vt ibi not. idem in *cap. Pon-*
tifices, ibidem faciunt adducta per *Inno-*
cen. in cap indecorum, de ætat. & qualitat.
vbi dicit, quod clericus in rebus eccleſia-
ſticis nec per ſucceſſionem, nec alio mo-
do commercium habebit, quia non poteſt
de eis teſtari, ſed omnia debent eccleſiæ
remanere, & dicit *Abb. in præallegat. cap.*
cum eſſes. in ſecunda lec. de teſta. col. 8. pro-
pe fin. quod pro prædictis facit *tex. in §.*
fin. cum cap ſeq. 12. quæſt. 1. vbi dicitur,
quod præbenda aſſignatur Canonico, vt
ipſe ſibi ex illa neceſſaria percipiat, & ſi
quæ ſuis neceſſitatibus ſuperſunt, in com-
munes vſus eccleſię expendat, ſimilis *tex.*
habetur in *§. his ita reſpondetur, 14. quæ-*
ſtion prima, vbi dicitur apertè, quod Ca-
nonicus vtitur rebus eccleſiæ, non tan-
quam ſuis, ſed tanquam ad diſpenſandum
ſibi creditis, quoniam ipſe in rebus ec-
cleſiæ eſt procurator, & alia per eundem
Abbatem ibi adducta, vbi concludendo
dicit, quod, ſiue clericus habens benefi-
cium, cum adminiſtratione, vel ſine, non
poteſt vllo modo res eccleſiæ vendere,
ſed ex ſumptibus earum communem
vitam cum fidelibus ducere, nec debet ad
alium vſum, vel ad alium modum, niſi ad
quem ſunt inſtitutæ, res eccleſiæ diſpen-
ſare, vel diſtribuere. Et ſi contrarium fa-
cit, talis diſpenſatio reuocatur. *capit. ſi*
quis de ſeruis. 12. quæſtion. 2. capit. ne-
nemus capit. diaconi, 12. quæſtion. 1.
& clericus non bene adminiſtrans res
eccleſiæ, habetur loco prædonis, &
non dicitur diſpenſator, ſed diſſipator,
33 per *tex. in leg. qui fundum. §. ſed tutor.*
ff. pro emptor. notatur per *gloſ. in capit.*
fin. 12. quæſtion. 1. vbi dicit etiam, quod
Prælati aliquando dicuntur procurato-
res rerum eccleſiaſticarum, vt ibi, &
14. *quæſtion. 1. §. 1* Quandoque dicun-
tur domini. 16. *quæſtion. 1.* & tempo-
ris, Quandoque appellantur defenſo-
res. 16. *queſtion. 1.* Canonicus, quan-
doque patres 88. *diſt.* quorum vices
non tamen habent liberam, & genera-
lem adminiſtrationem, ſicut procura-
tor Cæſaris, vt *ff. de off. proc. Cæſar.*
leg. prima modicum tamen donare poſ-
ſunt, *capit. cæterum extra de donat.* &
loco quidem domini habentur, cum be-
ne adminiſtrant, ſed loco prædonis cum
male; id quod puto procedere, & in-
telligi, tam in fructibus, & redditibus
eccleſiæ, nec non in acquiſitis ex eis,
quam in quibuſcunque alijs emolumen-
tis occaſione eccleſiæ obuenientibus,
& illius occaſione acquiſitis, puta ex
iniunctione pœnitentiæ: aut alias quo-
uiſmodo, vt per *Innocen. in capit. cum*
inter. de verb. ſign. vbi dicit: quod ea,
quæ acquirit ſacerdos iniungendo pœni-
34 nitentias per parrochiam, debent eſſe ec-
cleſiæ, ſubdens, quod arg. eſt, quod
quæcunque acquiruntur intuitu eccleſiæ,
ſunt eccleſiæ. 12. *quæſtion. 3. Pontifices:*
cap. requiſiſti de teſta. & alias, vt ibi per
illum faciunt verba *tex. in capit. Epi-*
ſcopis, 10. q. 3. ibi ſin autem Epiſcopus,
vel qui cum eo ſunt, presbyteri, aut
diaconi accuſentur, quia ea, quæ, vel ex
redditu, vel quolibet actu ab Eccleſia ve-
niunt, in vſus ſuos colligunt, &c. Nec
id propterea mirabile videtur, quia do-
minium rerum eccleſiæ nō eſt penes Præ-
latum, vel clericum: ſed eſt penes Ec-
cleſiam, dicit *glo. in cap. hoc conſultiſ-*
ſimo, de reb. eccl. alien. in 6. in ver. ipſarum
vbi *Io. And* dic. quod eccleſia eſt congre-
gatio fidelium, cuius caput eſt Chriſtus,
qui

Digitized by Google

qui habet dominium bonorum. Sed bona
pauperum ſunt quoad ſuſtẽtationem clericorum
quoad adminiſtrationem. Et ita
dicit concordari contraria; quinimo clericus
ſi ex induſtria ſua fecit aliquas me-
35 liorationes in rebus eccleſiæ, non poteſt
de talibus melioramentis, ſicut de re ſua
diſponere, quia cedunt Eccleſiæ, ſecundũ
Abb in cap. fin. de pecu. cler. ſecundum not.
vbi *Zabarella* dicit, quod eſt ſecus in extraneo,
quia factam meliorationem extraneus,
vel eius heres repetit, & dicit, quod
ratio eſt propter coniunctionem, quam
habet Clericus cum Eccleſia, quia alibi
36 dicitur; quod nullus eſt proximior clerico,
quam Eccleſia, vt ibi per eum. Si verò
melioratio ſit facta per clericum de patri
monio ſuo, non contemplatione ſua, ſed
37 Eccleſiæ; poteſt ille Clericus, vel hæres
eius repetere illud, quod in tali melioratione
de ſuis patrimonialibus impendit,
per *tex. cum glo. in capit. ſecundo, 12. quaeſtion. 4.*

9. STANTIBVS iſtis repugnantijs, & tot
in contrarium; pro concordatione contrariorum,
& repugnantium credo, quod
erit bonum dicere, quòd aut quærimus
de poteſtate Clerici in rebus Eccleſiæ aut
in illius fructibus, aut in acquiſitis extructibus,
item quam poteſtatem habet inter
viuos, vt quam in vltima voluntate,
vel quam poteſtatem Epiſcopus habeat,
quam inferior regularis, ſiue ſæcularis.

Et quoad primum videtur, quòd Clericus,
ſiue Prælatus in rebus Eccleſiæ, maxime
in immobilibus nullam habeat diſpoſitionem,
vel poteſtatem, niſi in caſibus à iure
expreſſis, ac niſi ſeruatis ſolemnitatibus,
& modis à iure traditis, de quibus per
Abb. in cap. cum Apoſtolica, de his, quæ
fiunt à præla. videlicet, vt primo tractetur,
an expediat, vel non, ſecundo interue-
1 niat conſenſus capituli, tertio fiat diſpoſitio,
vel alienatio pro vtilitate, vel beneficio
Eccleſiæ, vel alia cauſa; quarto interueniat
auctoritas ſuperioris; quinto ſubſcriptio,
per *Abb. in cap. primo, tua, c. de his, quæ fiunt à præl. & c. primo eo, & cap. nulli, de reb. eccleſ. alien.* de qua ſubſcriptione
idem *Abb.* dicit in *cap. primo, de his quæ*, quod *Innoc* dat vnam regulam, quòd
2 nunquam requiratur ſubſcriptio, niſi in
caſibus à iure expreſſis; ratio eſt, quia
regulariter in qualibet diſpoſitione ſufficit
conſenſus, nec requiritur ſcriptura, *l. pactum, C. de pactis glo in capit. primo de cenſib. lib. 6* & ideo venditionem, permutationem,
& donationem Prælatus non
poteſt facere, niſi de conſenſu capituli, &
ſubſcriptione Canonicorum. *Alber.* verò
in *authen. hoc ius porrectum, de Sac. San. Eccleſ.* tenet, quòd ſubſcriptio in alienatione
rei Eccleſiaſticæ regulariter non ſit
neceſſaria, niſi in tribus caſibus prædictis
ſcilicet venditione, permutatione, & donatione,
vt *d. cap. tua*, & in caſibus not.
per *Archid. in capit. ſine exceptione, 12. q. 2.* & cauſæ legitimæ alienationis rei ec-
3 cleſiaſticæ, numerantur quatuor, per *Abb. in d. capit. nulli*; prima eſt neceſſitas, ſi
debita vrgent, & Eccleſia non poteſt ſa-
4 tisfacere de fructibus. Secunda vtilitas,
ſcilicet, vt habeat rem meliorem, *dict. authen. hoc ius de Sacroſanct. Eccleſ. & 10. quæſtion. 2. capit. hoc ius*. Tertia pietas,
12. quæſtion. 2. aurum, & *capitul. Sacrorum*. Quarta, incommoditas, vt quia
res ſit magis damnoſa, quam vtilis Eccleſiæ,
capit. terrulas, 12. quaeſtion. 2. &
per *glo in ſumma*, hodie ex quo Prælati
iurant non alienare res Eccleſiæ ſine
conſenſu Papæ, videtur quod Papæ auctoritas
in alienationibus, & diſpoſitionibus
requiratur, de quo iuramento, quomodo
intelligatur, & de multis ſpeciebus
dicti iuramenti, vide per *Abb in capit. vt ſuper, de rebus Eccleſiæ non alienand.* vbi
Abb. ponit. & diſputat quæſtionem, an
poſſit Prælatus alienare, ſeu concedere
conſanguineis rem Eccleſiæ, concludens
ibidem; quòd Prælatus poteſt concedere
rem Eccleſiæ, etiam ſine vtilitate Eccleſiæ,
propter priuilegium quod habet, ſatis
eſt enim, quòd Eccleſia non deterioretur.
Id quod poteſt etiam Prælatus
in fauorem conſanguineorum facere; pro
qua materia, vide etiam *Archidiac. in capit ſine exceptione. 12. quaeſtion. 2.* Hodie
prouiſum eſt per *extrauagant. Pauli Secundi in extrauagan. com. de rebus Eccleſiæ non alienand.* vbi excommunicantur
alienantes res eccleſiaſticas, ſiue facientes
pactum, per quod ipſarum dominium
transferatur, ac omnes concedentes
hypothecantes, infeudantes, aut in
emphyteoſim dantes, ſiue locantes, niſi
in caſibus à iure conceſſis, exceptis fructibus,
& bonis, quæ ſeruando ſeruari
non poſſunt. & hodie habemus *extrauagan Pauli Quarti*, editam temporibus
meis, in confirmationem conſtitutionum
d. Pauli II. & etiam Papæ Simmachi, cuius
vigore fuit reſciſſa locatio dohanarũ
pecudum, & paſcuorum vrbis, facta Dominis
de Saulis, propter quam fuerunt
damnificati vltra centum milia ſcuta. Idẽ

dicit *glo.in d.cap.nulli,in ver* immobiliũ, Ibi,mobilia vero, quæ ſeruando ſeruari non poſſunt, poteſt prælatus alienare inſtar tutoris. *l lex quæ C. de adminiſt. tutor. Abb.* verò dicit *in d.capit.nulli*, quòd mobilia, quæ commode ſeruari non poſſunt, etiam alienantur ſine ſolemnitate, veluti veſtes, quæ quotidie magis veteraſcunt. Itẽ fructus. & ſimilia, & dicit *Ang. in §.& quia parum.in authen.de nuptijs*, quod omne illud, quod corrũpitur triennio, computatur inter illa: quæ ſeruando
5 ſeruari non poſſunt, eſt *glo ſing in l. vnic. C ſi,adverſ vſu*, & ſic quæ vſu conſumuntur, non ſunt de illis; quæ ſeruando ſeruari poſſunt; pro qua materia vide *glo. ſi. in cap.Cæterum de don.* quæ dicit, quod Prælatus poteſt donationem facere de reb. eccleſiæ adſit conſuetudo loci; quia conſuetudo loci dat iuriſdictionem, & libe-
6 riorem tribuit adminiſtrationem. *ff quod vi,aut clam. l. prohibere. §. non tantum* Ita tamen, vt Eccleſia enormiter non grauetur *cap.Fraternitatem. §.accepimus extra de donatio.* vbi dicit *Io Andr.* quem etiam ibi refert *Imola*, quod ſi in loco, vbi eſt ſita Abbatia, adſit conſuetudo, quod Abb. poſſit dare 20. ſolid. vel centum, vel rem mobilem, quæ ſuperſit ipſi eccleſiæ, alicui pauperi, vel nobili indigenti, vel puellæ maritandæ, vel ſi ſit conſuetudo, quod Epiſcopus faciat aliquos milites, & eis aliquid donetur, in iſtis caſibus valebit datio, & donatio: ſiue in vita ſit facta; ſiue in morte; & ibi dicit *Hoſtien.* quod forte valebit donatio facta in conſuetudinatijs, ſi fiat egenti, licet non nimis, non tamen poterit obligare eccleſiam, & ſic inquit, *Imola* reſidet *Ioan. And.* Sed addit, quod per prædicta non habetur plena veritas. Ideo dicit quod ſi Prælatus vult immobilia donare, vel mobilia precioſa, non poterit: ſiue ſit conſuetudo, ſiue non, niſi interueniant ſolemnitates requiſitę in alienatione rerum eccleſ. At *Flor.* inquit tenet contrarium; quia *tex.* loquitur indiſtinctæ. & ideo videtur intelligi poſſe de immobilibus, & per hoc dicit, quod licet non valeat donatio, quæ fiat per prę latum, de bonis immobilibus ſine debita ſolemnitate; tamen non videtur verum, niſi hoc habeat conſuetudo, quia tunc valebit, dum tamen ſit moderata, & idem dicit de mobilibus precioſis; quia de illis iudicatur idem, quod de immobilibus *l lex, quæ tutores, C. de admin. tut.* & pro iſta opinione inquit *Imola*, poſſet adduci, quod habetur in *cap.terrulas.12.q.2.*

per quem *tex.* videtur, quod hæc opinio poſſit ſatis ſuſtentari, ſi eſſet res modici valoris, tamen tutius eſſet abſtinere propter opiniones vitandas;

De fructibus, & in fructibus Eccleſiæ, dicit *Hoſtien.in cap ſin.de pecul.cler* quod clericus, vel prælatus poteſt in vita, pro ſuo libito diſponere, & diſtinguit ibidem inter clericum habentem Eccleſiam, vel beneficium cum adminiſtratione, vel quia ſi habet cum adminiſtratione, quandiù viuit, & ſanus eſt, æquiparatur vſufructuario, qui facit fructus ſuos; vnde donare poteſt, ſed tamen moderatè, *cap.Cæterum de donatio.* quòd ſi ægrotet, tunc non eſt amplius vſufructuarius, ſed æquiparatur vſuario, aliquid tamen plus habet, quam vſuarius; quia eleemoſynas facere poteſt; *cap.ad hæc de teſtam.*

Si abſque adminiſtratione ſimpliciter, & perſonaliter ſit beneficiatus, habet omnimodam in fructibus poteſtatem, & diſpoſitionem; quia quantum ad fructus ſuos faciendum, æquiparatur vſufructuario, & facit illos ſuos, vſque ad obitum, ac de eis etiam teſtari poteſt, *cap.Requiſiſti, §. illud de teſtam.* & ita dicit *Hoſtien.* ſeruari de conſuetudine, quæ quaſi vbique viget generalis, hanc opinionem ſequitur, & approbat *glo.in cap.præſenti, in ver. Reſeruari, de off.ordin.in 6.* quæ *glo.* multum inualuit apud omnes, vt dicit *Abb.in cap. ſin.de pecul.cler verſ.in glo.2.* & idem in *cap cum in officijs, de teſtam.* ibi. ſed aliæ opinio multum inualuit de conſuetudine, & illam approbare videtur *Rota in antiquis deciſ.855.incip.cum Camera Apoſtolica*, & eadem *Rota in antiquis in rubrica de oblig.& ſolut deciſion.330. incip.nota, quod clericus*, & ita communiter teneri dicit *Butr. in cap. peruenit, de fideiuſſor. Corne.conſil 314 Butr cap.primo de cauſa poſſeſ.& propr.Imola.cap.ſin.de pecul cleric.* vbi *Calder. Imol.cap.relatum 2. de teſtam.& cap.requiſiſti,& cap.quia nos*, vbi dicit, quod eſt communis opinio, idem dicit in *d cap peruenit, Bellon.conſil.3.num. 2.* & dicit *Boer.conſil 48.* quod illam *glo.* ſequuntur omnes ſcribentes; ſed *Abbas* ſubijcit, illa *glo.* mihi nunquam placuit; quia per Capitulum requiſiſti, quod allegat, & in quo ſe fundat, in nihilo probatur in iure eius intentio, quinimo potius ille *tex.* facit contra, quia in *tex.* ſolum dicitur; quòd relictum clerico non habenti adminiſtrationem, ſed tantum ſimplex beneficium præſumitur relictum, non intuitu eccleſiæ, ſed perſonæ, & ſic acquiritur

tur

tur perſonæ,non eccleſiæ, &c. vt ibi per eum, facit optimus *tex.in cap.Epiſcopus, 14.q.1.*vbi probatur; quod Canonici,qui ſimplex habere dicuntur beneficium, nõ habent bona ſui Canonicatus,& eccleſiæ vti propria, ſed vti ad diſpenſandum, & præbendæ cum procedant de rebus eccleſiæ,non dantur Canonicis ſimpliciter, vt de eis faciant quicquid velint ex redditibus. Sed vt primo neceſſaria percipiant pro ſe,& ſi quid ſupereſt,expendant in vtilitatem eccleſiæ,quia inquit *Abb. in cap.relatum*, 2. bona præbendarum ſunt Eccleſiæ,quamquam ſint diuiſa per præbendas; vndè per hanc diuiſionem non perdunt bona naturam ſuam,quia bona Eccleſiæ cedunt pijs vſibus, non autem, vt Canonicus de eis poſſit teſtari ad libitum. Vndè bona iſtorum ſimpliciter beneficiatorum,ita ſunt, & debent dici res eccleſiæ,ſicut bona habentia adminiſtrationem,ſunt autem diuiſa per præbendas vt commodius percipiantur neceſſaria. Etiam in acquiſitis de ſimplicibus beneficijs,ſtatuit Pius Quartus, quod Clerici non poſſint diſponere, niſi habeant ad hoc ſpeciale Apoſtolicum priuilegium, vel adſit conſuetudo in loco legitimè pręſcripta, vt par *Breue ſuum Franciſco Odeſcalco ſub die ſexto Martij* 1560.*Pontificatus Anno primo*,per ea verba:*quoad beneficia ſimplicia,niſi ex priuilegio Apoſtolico, ſeù ex conſuetudine legitimè præſcripta*, *&c.* Idem, & in *Breui Donato Matthæo Minali Theſ.ſub die* 30. *Iulij eiuſdem anni* 1560.fac *glo.in cap.res,quæ, 12.q.1.* quæ dicit,quòd ſi clericus emit equum de redditibus Eccleſiæ,eſt Eccleſiæ,non proprius, & redditus poteſt eſſe tam beneficij adminiſtrationem habentis quam ſimplicis,ex quo eſt verbum generaliter prolatum,non ſpecialiter, & generaliter; idcircò dicit intelligi, *l.de pretio.de public.in rem actio.*faciunt, quæ leguntur,& notantur *44.diſt.in princ.* vbi dicit *glo.*quod de rebus eccleſiæ ſufficere debet clerico,quod habeat neceſſaria tantum,& illa neceſſaria arctantur ad victum & veſtitum,& *tex.*ibidem habet,quod ſacerdos viuere debet de altari, non luxuriari; nec ibidem ſit diſtinctio qualitatis beneficij, an habeat adminiſtrationem, nec ne,& in terminis dicit *Angel in ſumma in ver.emptio.verſ.vtrum emptum, de aliena.* quòd ſi clericus habens pecuniam de præbenda,de illa emat prædium, non poterit illud dare,etiam intuitu pietatis, licet pecuniam potuiſſet dare, quia ſtatim prædium ſit emptum, ſit Eccleſiæ; eandem *glo.* reprobat *Abb. in cap. cum eſſet. numero* 23. idem in *cap. cum in officijs,de teſtam.*idem in *cap ſecunda.de deci.*nec illa *glo.* placet *Archid. in cap ſtatutum.§. aſſeſſorem de reſcrip in 6.* idem tenet *Innocen.in cap.indecorum, de ætat. & qualitat.*qui dicit indiſtinctè,quòd clericus non debet diſpenſare res eccleſiæ, niſi in ſua neceſſitate, & illorum qui ſibi inſeruiunt,& poteſt donare pro remuneratione ſeruitij, vbi *Innocen* nullam facit differentiam, an bona, & res ſint beneficiati ſimplicis,vel alterius generis. Idem tenet *Dominic.de ſancto Gemi. & Franc. in d.capit.præſenti.de off.ordin.col.*3.*Burba.in tract.de præſtan.Card.prima quæſt.* 3. *numero* 80. Idem in *cap. requiſiſti, de teſtam.numero* 34. Idem in *cap. fin. num.* 14. *de pecul. cler.* vbi *Imol. Bertrand. in conſ.* 258.2 *volum. Iaſ.conſ.*75.*vol.*3.

Quia clericus de rebus eccleſiaſticis mobilibus, ac fructibus eccleſiæ poteſt in ægritudine conſtitutus, ſi ſit compos mẽtis, dare, & diſponere pauperibus locis religioſis, & his, qui ſibi honeſta exhibuerint ſeruitia;etiam ſi tales fuerint ſibi ſanguine, vel affinitate coniuncti, *cap. ad hæc,cap.relatum.de teſtam.*& idem poteſt donare,dum ſanus eſt,ex iuſta cauſa, dũmodo moderate donet, *cap. cæterum. de donat.& cap ad apoſtolicæ*:ſed dicit *Io.de Imola d.Cap. Cæterum* ſecundum d. *Ant.* quod ſi Prælatus velit rem mobilem pretioſam alienare,aut vult facere donationẽ de redditibus quos facit ſuos, quod quãdo ſit,notatur per *glo. in cap. præſenti de off.ordin.lib.6.§.porro.* & tunc poteſt donationem facere, in quantacunque quantitate voluerit, etiam ſine conſenſu capituli,vel ſuperioris; ex quo ſunt ſui; nec obſtat (inquit) quod habetur in *cap.cum olim 2. de priuileg.* quia ibi non loquitur de fructibus; ſed de mobilibus acquiſitis eccleſiæ,nempe de pecunia;quam epiſcopus,qui erat religioſus,acquiſierat, nam illa cedit epiſcopatui,*cap.*1. 18. *q.* 1. ideo non poterat de illa diſponere in quantitate immoderata,ſed quando eſſet moderata ſic,in fructibus autem agitur tunc de præiudicio ſolius prælati, ideo poteſt donare in quantacunque vult,cum prælatus de illis poſſit libere diſponere. Si verò vult donare de redditibus,quos non facit ſuos,tunc ſi vult donare aliquid minimum benemerenti, poteſt, etiam ſine conſenſu capituli,etiam non ſubſiſtente aliqua con-
7 ſuetudine; & quid dicatur minimum, vel

non, ſtabitur determinationi conſuetudi-
nis, ſi de illa apparet, alias videtur, quod
arbitrio ſuperioris hoc poterit determi-
nari, *arg. cap. de cauſis, de off. deleg.* qui ha-
bet conſiderare quantitatem, ſeu valorē
rei, vide per *D. Imol. in d. cap.* Caterum
quæ dicatur minima ſeu modica quātitas.
Si autem vult donare aliquid, quod non ſit
minimum, non tamen læderet Eccleſiam
enormiter, & tunc ſine conſenſu capituli
non poterit, niſi hoc habeat conſuetudo,
ſed cum conſenſu capituli hoc poſſet; ſi
autem vellet immoderate donare, tunc
non poſſet etiam cum conſenſu capituli,
etiam ſi conſuetudo hoc haberet, quia ta-
lis conſuetudo, veluti onerosa Eccleſijs,
non valeret; Subdens idem *Imola*, tamen
Floren hic dicit, quod ſi Prælatus donet
rem mobilem, non præcioſam, ſi mode-
rate donat, valebit donatio, etiam ceſsāte
conſuetudine, quod, inquit, tene menti, ta-
men propter vitandas opiniones tutius
videtur, quod fiat cum conſenſu capituli,
niſi conſuetudo aliud haberet, ſed inquit
Bald. in conſ. 298. primo volum. quod ſecū-
dum quoſdam Prælatus poteſt donare
conſanguineis ex generali conſuetudine,
quam Papa ſcit, & tolerat, *arg. l. filius ff.
de donation.* alij dicunt, quod iſta conſue-
tudo eſt abuſiua, & inualida; per quam
Papa dicitur pati, non facere; alij dicunt,
quod cauſa pietatis, vel meritorum po-
teſt vſque ad competentem modum, non
enim intelligitur iactari, quod propter
benemerita Eccleſiæ, vel prælati eroga-
tur: alij dicunt, quod donare nullo modo
poteſt: niſi forte, quod potuiſſet nugatori
expendere, puta in equis, domicellis, &
conuiuijs, nam ſi ab ijs abſtinuit, vt poſſet
prouidere conſanguineis, Eccleſia nō eſt
facta pauperior ex tali donatione: De
redditibus ergo appropriandis ipſi præ-
lato poteſt facere, quicquid vult, dum vi-
uit, in morte autem non, *not. in cap. de off.
ordin.* vt ibi per eum, quia eſt Dominus,
ſed hoc *Abb.* intelligit, ſi vtatur, ſ natur,
vel quod idem eſt, ſi in vita de illo legiti-
me diſponat, per eum in *cap. reprehenſibi-
lis, de appella. &* dicit *Abb. in cap. cum in
officijs. de teſtam.* quod Clericus de bonis
intuitu Eccleſiæ, vel de facultatibus Ec-
cleſiæ acquiſitis, non poteſt teſtari, vel
aliter de ipſis bonis in alios diſponere
regulariter, niſi in quattuor caſibus: pri-
8 mo ſi Clericus tantundem de ſuo Eccle-
ſiæ contulerit, quantum vult relinquere;
vel diſponere. 12. q. 2. ſi quia quilibet, *ead.
cauſ. quaſt. 5. cap. ſi Epiſcopus.* ſecundo de
rebus mobilius, & modicis ſi adſit còn-
ſuetudo; tertio poteſt donare intuitu elee-
moſynæ, quam Clericus poteſt facere in
infirmitate conſtitutus: quatto quando
clericus vult remunerare ſeruitia hone-
ſta recepta, tam à conſanguineis, quam ab
extraneis. *§. licet d. cap. relatum*, & per
eundem *Abb. in cap. relatum. 2. verſ. nota
in verbo.* vbi dicit, quod Clericus in ægri-
tudine, de qua poſt modum deceſſit, po-
teſt aliqua mobilia Eccleſiæ, conferre re-
ligioſis locis, & pauperibus item his, qui
ſibi ſeruiunt, ſiue conſanguinei ſint, ſiue
extranei, ſecundum ſeruitij meritum: ex
quibus verbis infertur, quod in pauperi-
bus, & locis Religioſis, ſufficit ad eroga-
tionem faciendam ſola charitas, ſed in
alijs qui non ſunt pauperes, vel non ſunt
loco religioſa, requiritur quod præcedat
aliquod ſeruitium. Et ex hoc infero ſe-
cundo, quod conſanguineo diuiti, qui non
ſeruiuit Eccleſiæ, vel prælato, non poteſt
prælatus aliquid conferre, etiam de mo-
bilibus Eccleſiæ, & pondera ibi verbum
aliquid, quod denotat quandam modera-
9 tionem, non enim debet omnia mobilia
Eccleſiæ diſpenſare in ægritudine, quia
dicit *Specul. in tit. de ſtat. Monach. verſ.*
57. quæritur, quod Epiſcopus, & presby-
ter, non tamen Religioſus, de fructibus
Eccleſiæ, & mobilibus ſibi ratione Ec-
cleſiæ acquiſitis, poterit ſeruitoribus
mercedes relinquere, & donare, & remu-
nerare: *l. iubemus. C. de Sac. San. Eccleſ.*
dum tamen non fiat in fraudem, prout
quidam faciunt, legantes nepotibus, &
10 conſanguineis ſuis maximas, & diuerſas
pecuniæ quantitates ſub nomine remu-
nerationis receptorum ab illis ſeruitiorū
contra iura vt. 65. *diſt* non ſatis. prope
princ. melius eſt quod dicit *Did. Couar-
ruuias in cap. cum in off. de teſtam. verſ.
& his;* quod per *tex. in cap. ad hæc de te-
ſtam.* probatur, videlicet quòd clericus in
ægritudine conſtitutus, cauſa donationis
inter viuos, poteſt redditus Eccleſiæ in
piam erogare cauſam, modo in donatio-
ne moderamine vtatur, ſi ex ea ægritudi-
ne decedat, ſed ſi in bona exiſtens vale-
tudine velit in pios vſus erogare aliquid
de bonis mobilibus, id agere poterit li-
bere nulla præfinita quantitate; id quod
probatur etiam in *c. quia Ioannes, iuncta
glo. 12. q. 5. notat. Abb.* & maxime per fi-
nalia verba, *Anchar. Imol. Barba. in d. ca.
ad hæc.* vnde oportet à viuente fieri tra-
ditionem horum bonorum, quæ ſic do-
11 nantur *Barba. in dicto loco 2. col.* & iſti
ſunt

ſunt modi,vel caſus per *Abb*.enumerati, in quibus videtur licita, & permiſſa clerico diſpoſitio in fructibus, & rebus eccleſiæ,nec vltra hos,a hos enumerat; nec in eis iura allegata diſtinguunt magis in fructibus, ac rebus eccleſiæ habentis adminiſtrationem, quam ſimplex beneficium;quia inquit *Abb.in cap.cum eſſes,in repet.de teſt.col.* 8. *ante nu.* 22 quod indiſtinctæ quilibet clericus quęcunque acquirit de bonis eccleſiæ, debet conferre; eccleſiæ,alias punitur,per *tex.in cap. primo* 12. *queſt*. 3. & in hac materia eſt in terminis (inquit) *tex. §. fin. cum capit. ſeq.* 12. *quæſt*. 1. vbi expreſſe habetur de clerico non habente adminiſtrationem, & dicitur ibi, quod præbenda pro neceſſitatibus datur canonico; & ſi quid deductis neceſſitatibus ſupereſt, illud in cōmunes vſus eccleſiæ expendat, eundem *tex*. allegat idem *Abb. in capit. fin de pecul. cler.* in confutatione dictæ *glo.* & ſimilis,*tex*.habetur,vt diximus,in *§.his ita reſpondetur. capit. epiſcopus* 14. *quæſt*. 1. vbi habetur expreſſum, quod canonicus non vtitur rebus eccleſiæ tanquam rebus ſuis: ſed tanquam ad diſpenſandum ſibi creditis,& commiſſis:quia ipſe in rebus eccleſiæ eſt procurator,pro hac parte eſt *tex.in capit.videntes* 12.*quæſt*.1.vbi habetur,quod ideo fuit ordinatum, quod bona, quæ offerebātur eccleſiæ per Chriſti fideles ad fidem confluentes,reſeruarentur eccleſiæ, & non amplius venderentur, prout, à principio fiebat: vt ex ſumptibus eorum neceſſaria tribuerentur egentibus, & communem vitam ducentibus: quia non eſt vera ſecundum *Abb. in d.cap. cum eſſes, in repetit. eadem col. octaua,& nona*; & per eundem in *rubrica de pecul.cler.in fi.*eorum opinio,qui dicunt,quod clericus ſiue prælatus faciat fructus beneficij ſuos,niſi ad hoc, vt de illis ſibi prouideat primo,& de ſuperfluis deducta ſua prouiſione, diſpenſet in vſus pios,non vt de illis poſſit,vel teſtari,vel pro libito ſuæ voluntatis facere; quia eſt de hoc bonus *tex. in cap. ſi quos deſeruis*
12 *12.q.2.*vbi donatio facta de fructibus reuocatur,& pro non facta habetur; & per eundem *Abb. in cap.cæterum, de donatio. verſ.ſed dubium,*vbi dicit, quod clericus de redditibus eccleſiæ poteſt dare illos redditus, & fructus, quos facit ſuos puta quales ſunt quotidianæ diſtributiones,& huiuſmodi, vt habetur in *cap. vnico, de cler. non reſid.in 6.* item de fructibus beneficii illam partem,quæ eſt ſibi pro neceſſitatibus ſuis, & ſuorum ex canonis diſpoſitione aſſignata,ſed illam clericum facere ſuam, tamen intelligit *Abb*. ſi in vſum, & alimoniam ſuam conuertat, vt
13 per eundem in *cap.reprehenſibilis,extra de appella.* & dico infra in ſeq. quæſtione,fac.*tex.in cap. iudicatum. 89. diſt.* vbi dicitur,quod epiſcopatus eſt patrimoniū epiſcopi, & debet intelligi quantum ad diſpenſationem, quia clerici ſunt diſpenſatores,& habent poteſtatem diſpenſandi res eccleſiæ; & per præfata, ac per alia, quæ ibi adducit *Abb*. nulla eſt differentia inter habentem adminiſtrationem,& nō habentem;innuens, quod tam ſunt eccleſiæ bona ex ſimplici beneficio prouenta; quam ex beneficio adminiſtrationis acquiſita,quia talis diſtinctio iure non probatur.Id quod ſentit *Cardinalis Zabarella in cap.fin.de pecul.cler.col.fin. circa finem*,per illa verba,ſecundo caſu, licet vt prædixi, quidam diſtinguant inter beneficia ſimplicia. Item alij diſtinguant inter Clericos ſæculares,& regulares;tamē tales diſtinctiones iure non probantur;& per illa verba paulo inferius,ſecundo caſu indiſtinctæ poteſt, etiam donando, quia Dominus eſt fructuum, & æquum eſſet ſtatuere,quòd de omnibus fructibus &c.per quæ,concludit *Abb*,id, quod etiā videtur tenere *Zabarella*, quòd clericus, vel Prælatus non habet in fructibus, ac prouentibus Eccleſiæ,niſi victum pro ſe, & ſuis:& illo deducto,ius in Eccleſia, & in pauperes illos fructus Canonicæ diſpenſandi;& iura decentia,quod Clericus facit fructus ſuos, ac quod in illis acquirit dominium, loqui, & intelligi in illam partem fructuum,quæ ſibi pro neceſſitatibus eſt aſſignata, quæ eſt omnino ſua, quia Clerico omnino debetur, licet alliūde habeat victum,alimenta, vel ſuſtentationem, per *Didacum Couarruuias in cap.cum in officijs de teſtam.verſ.tertio*,vbi
14 dicit, quòd Clericus habens beneficium Eccleſiaſticum,poteſt libere diſponere de illis redditibus,qui ſunt neceſſarii ad eius honeſtum ſumptum, inſpecta cuiuſque qualitate,ſi eos præcipuos ia habet, qui aliunde victum, & neceſſaria ſibi miniſtrauit,hæc etenim pars bonorum Eccleſiaſticorum miniſtris Eccleſiæ,per Canones antiquos conſtituitur *cap. Eccleſias 13.quæſt.1.tex.*& ibi *Abb.in cap.de his,de Eccleſ.ædific.vel repar. S.Thom ſecunda ſecundæ quæſt. 185. art. 7. reſpon. ad 2.* quod intelligit *Abb*. ſi vtatur vt dico ſupra, & hoc intellige de quocunque bene-

ficio

ficio Eccleſiaſtico nulla habita di inctio
ne ſimplicis; curati, vel habentis,aūt non
habentia adminiſtrationem. Super qua
materiavide,quæ dicit *Gemin.in cap.præ-
ſēti de officio ordin ſuper illa glo.*vbi dicit,
quod quidam intelligunt *glo.* illam,vt lo-
quatur de ſimplici beneficio, vt quilibet
habens beneficiū ſimplex teſtari poſſit,
quod dicunt falſum,& contra *tex. in cap.
relatū*, quod loquitur in Canonico,& ſic
conſequenter in habenti ſimplex benefi-
cium, qui tamē non poteſt teſtari, atque
hoc(inquit) etiam ego fateor.At *glo.*re-
ctè intellecta eſt veriſſima,& id non di-
xit,ſed bene dixit, quod ad hoc,vt benefi-
ciatus poſſit teſtari,tria requiruntur;Pri-
mum quod nō habeat adminiſtrationē;
Secundum quòd beneficium ſit ſimplex:
Tertium quod illud obueniat ſibi perſo-
naliter tantum,& conſequenter tales fru-
ctus conceſſi ratione ſtipēdij perſonalis;
quibus concurrētibus poterit diſponere,
& teſtari,& alias, vt ibi per eum:quia ſic
intelligendo bene procedit id, quod dicit
glo.& ea,quæ dicūtur per *Abb.*qui intel-
ligit,quod *glo.*loquatur in ſimplici bene-
ficio tantum,non autem in fructibus, qui
obueniūt ratione ſeruitij perſonalis,quia
diſtributionea quotidianæ, & alia huiuſ-
modi, quæ dantur,& diſtribuūtur Cleri-
cis ratione laboris,&exercitij perſonalis,
acquiruntur Clericis, quoad liberā eorū
diſpoſitionem, per *Didacum Couarru-
uias in d.c.cū in officijs,de teſtam.num.4.
tex.in cap vnico de cler non reſiden.in 6.*
Id, quod etiam procedit in commenda-
tario, ſecundum *Nicol.de Vbald. in tra-
ctat. de ſucceſſ. Cleric. ab inteſtat. verſ.
ſecundo quæro*, vbi propoſita quæſtione;
An fructus commendatarij reſeruentur
futuro ſucceſſori,an verò commēdatarius
faciat eos ſuos, ita quod veniant poſt
mortem commēdatarij ad eius hæredes;
dicit,quòd *Lud.Pontan in conſ.352.incip.
omnipotētis Dei poſtulato ſuffragio*, in ca-
ſu propoſitæ cōſultationis,diſtinguit,quòd
aut commenda eſt facta ad vtilitatem Ec-
cleſiæ,& tunc fructus reſeruantur ſucceſ-
ſori, quia in tali caſu commēdatarius non
facit illos ſuos.61.*diſt* quoniam feſtus;ſed
bene verum eſt, quòd ex redditibus tan-
tum poteſt detrahere, quantum ſibi, ac
ſuorum victui ſufficiat.12.*quæſt.2.charita
tem.cap. vnico de clerico ægrotante.§.pri-
mo, libro ſexto*,de quo nihil mirum, quia
commenda in tali caſu, nihil aliud eſt,
quam depoſitum,quod poteſt ad libitum
deponentis reuocari, etiam ſi dictum fu-
iſſet, quod depoſitum vſque ad obitum
depoſitarij duraret *l.prima.§ ſi.depoſ.ue-
ro.ff.depoſiti.cap.primo extra eo* Et tali ca-
ſu poteſt commendatarius ad libitum re-
moueri. Et beneficium commendatum,
tanquam vacans conferri, per *Lud. Go-
mez.reg.de publican. reſign. quæſt. 4.* vbi
vide,eo quod commenda fit duobus mo-
dis,& quando commendatarius æquipa-
ratur titulari, aut commenda fit non in
fauorem, vel vtilitatem Eccleſiæ,ſed cō-
mendatarij tantum, & eo caſu commen-
datarius facit fructus ſuos,& eos lucri fa-
cit, inſtar depoſitarij, ad cuius gratiam
factum eſt depoſitum. quoniam illos red-
ditus ex re depoſita perceptos,ſibi depo-
ſitarius acquirit,& lucratur ſemper, niſi
eos percipiat poſt morā, quia perceptos
poſt moram, & à die moræ debet reſti-
tuere deponenti, cuius fuit res poſita *l.
dies ſpoliorum.§.pecuniam.ff.de poſ.*& ita
debet (inquit) intelligi *glo. in cap. nemo
deinceps,de elect.in 6.* ſed inquit idem *D.
Nicol.* quicquid ipſe *D. Pontan.* dicat,
mihi videtur,quòd non ſit magis priuile-
giatus, commendatarius in aliqua com-
menda, quam intitulatus in aliqua Eccle-
ſia, vel beneficio, qui vt ſupra dicit, in
morte potius cenſetur vſuarius, quam
Dominus,&c. Et *Card.Zabarella in præ-
allegato loco col. antepen.* declarando ma-
teriam dicit, quòd multis modis quid
poteſt dici ſuum,& proprium; ſed ſecū-
15 do modo poteſt dici propriam id de quo
quis habet liberam diſpenſationem, ta-
men ſi male diſpenſet poteſt puniri, non
tamen reuocabitur diſpenſatio, & hoc
modo dico (inquit) habere clericos pro-
prietatem in fructibus beneficiorum, &
ſic loquuntur omnia iura quæ dicunt cle-
ricos debere eſſe contentos victu, & ve-
ſtitu,ſi enim extra modos licitos diſpen-
ſant,peccant, vt in allegatis iuribus per
eum,& poſſunt puniri,adeo, quod quan-
doque poſſunt ab eccleſia remoueri; ſu-
biungit idem, quòd ſi clericus diſtraxit
fructus beneficij, & donauit pecuniam
amico,non valet donatio,nec id quod ac-
16 quiret ille ex illa pecunia, ſed erit eccle-
ſiæ,idem dicit in *cap peruenit,de fideiuſſ.*
idem dicit *gloſſ fin.cap. fin.in fin.duodeci-
ma quæſtione prima,gloſſ.& Archidiac.
cap fin.quinta quæſt.3* ſubiungens *Cardi-
nal.Zabarell.dict.cap.final de pecul.cler.*
licet autem ſecundum prædicta teneat di-
ſpenſatio qualitercumque facta per cle-
ricum in vita,ſecus videtur in vltima vo-
luntate,per quæ verba videtur innuere,
quod

[illegible]) poteſt clericus qualitercunque diſpenſare fructus ſuæ eccleſiæ, & idem circa finem, per illa verba, dic ergo, quòd aut loquimur in adminiſtrationibus, quæ non ſunt propriæ beneficia, aut in illis, quæ ſunt beneficia, vel in beneficijs ſimplicibus; primo caſu exemplum poni po-
17 teſt in hoſpitalibus, quæ non ſunt beneficia. *Clem. per litteras de præbend. & Clem. quia contingit, de religio. dom.* & inſtitutus in talibus non facit fructus ſuos: ſecundo caſu, licet quidam diſtinguant inter ſimplicia beneficia, & non ſimplicia, & inter Clericos regulares, vel ſæculares, tamen hæc diſtinctio iure non probatur. Vel quæritur, an beneficiatus faciat fructus ſuos, ita quòd libere diſponere poſſit, ſicut dominus; adeò, quod etiam ſi male diſpenſet, non poſſit puniri, & dic, quòd non poteſt, vt *cap. ſecundo, de pecul. cler.* aut an faciat ſuos in tantum, quod poſſit ſibi conſeruare; vel ex eis aliquid acquirere, quod ſuum ſit. & adhuc idem, quod non poteſt, *capitul. tertio eo.* aut an faciat ſuos, adeò quod de eis poſſit diſponere, ita quod non reuocetur, quod fecerit. & hoc, aut in vltima voluntate, aut inter viuos, & primo caſu non poteſt, *cap. ad hæc, cap. relatum, de teſtam.* ſecundo caſu indiſtinctè poteſt, etiam donando, quia Dominus eſt fructuum, *cap. vnico de cler. non reſid. in 6.* & æquum eſſet ſtatuere, quod de omnibus fructibus, idem dicit *Imola ibidem*, per eadem verba, Subdens idem *Zabarella*, item eſſe æquum, quod clericus poſſet libere diſponere in vita, & in morte de omnibus acquiſitis eccleſiæ mobilibus, ſiue immobilibus, & hoc, ſi ſint acquiſita tempore ſuo, niſi conſtaret manifeſtè, quod eſſent acquiſita intuitu Eccleſiæ, per hoc enim Clerici eſſent promptiores ad benè agendum, & bene acquirendum, & multi magni viri, qui abſtinẽt à clericatu, non abſtinerent, nec facerent clerici fraudes, quas faciunt, in faciendo cantare inſtrumenta emptionum, & aliorum contractuum in alterius perſona, prout quotidie faciunt; & ibidem paulo ante, valdè abſurdum eſt ita reſtringere poteſtatem clericorum, vt videantur nudi miniſtri; nam per hoc ſurgerent lites, & multi retraherentur à beneficijs, & à clero, ſi putarent non poſſe aliquid in amicos, vel propinquos ex fructibus beneficij erogare; qui tamen alias ſunt viles beneficiis, & beneficia magnificant; & ita inquit ſeruatur; vndè etiam in foro conſcientiæ videtur beneficiatus tuto poſſe largiri de fructibus beneficii, dummodo per hoc non omittat hoſpitalitatem eleemoſynas condecentes, & alia, ad quæ de iure tenetur; *Domin.* verò *Florent.* ſecundum quod refert *Imol. in capitul. fin. de pecul. cleric.* tenet indiſtinctè, quod clericus ſit dominus fructuum beneficii perceptorum, & quod de illis poſſit quoquomodo, & pro quantacunque quantitate inuita diſponere libere, & ſine aliqua difficultate, vt per eun-
18 dem *Imolam dict. loco, colum. antepenult.*

Et ex prædictis habes tres principales opiniones: vnam, quæ multum reſtringit poteſtatem clericorum circa fructus beneficii, quæ fuit opinio *Innocen. cap. Indecorum, de ætat. & qualit. Archid. in capit. Statutum, §. aſſeſſorem*, præallegato *Ioan. Calder. cap. fin. de pecul. cler. Abb. in cap. cum eſſes, in repet.* & aliis locis ſupra adductis, & quam etiam de iure ſequitur *Dom. Ant. c. fin. 3. cauſa, de cauſ. poſſeſſ. & propri.* Secunda opinio principalis eſt *D. Flo.* de qua vltimo dixi, quæ dat magnam, & largam poteſtatem clericis circa fructus, & redditus beneficiorum; qui voluit, quod clericus beneficiatus non diſtinguendo, an habeat adminiſtrationem, vel non, faciat fructus ſuos, & de illis habeat in vita plenam adminiſtrationem, & poteſtatem; adeò quod poſſit etiam alteri donare, ſi velit: & non reuocetur donatio.

Tertia eſt opinio *Hoſtien. in cap. fin. de pecul. cler. & in c. præſenti de off. ord.* quæ mediam viam eligendo, diſtinguit inter clericum ſimpliciter, & perſonaliter beneficiatum, & habentem adminiſtrationem; quia in primo caſu eſt dominus fructuum beneficii. & de illis habet plenam diſpoſitionem in vita, & in morte; ſecundo caſu in vita dicitur facere fructus ſuos, & poteſt de eis diſponere, etiam donando aliquid de eis, dummodo moderate hoc faciat; & in hac materia ſtantibus iſtis opinionibus reſoluit *Io. de Imol. in d. cap. fin. de pecul. clericorum*, quod opinio *Innocen. Abb. Archid.* & ſequentium ſit vera de iure, & quod clericus poſſet moderatè aliquid donare de fructibus ſaltim ſi adeſſet conſuetudo; & quod dicitur, quod dicit *Hoſtien.* quod ſeruatur de conſuetudine, & vbique obtinet conſuetudo, videtur quod conſuetudo illa poſſit tolerari, per illud, quod habetur in *cap. ſi propter tua debita, de reſcrip. in 6.* & in *extrauag. Io. 22. ſuſcepti*; quod fructus beneficii vltimi

anni, in quo clericus decedit, etiam ſi nõdum ſint percepti, ſpectant ad hæredem ipſius clerici; vndè videtur, quod valeat conſuetudo, quod clericus perſonaliter, & ſimpliciter beneficiatus faciat fructus ſuos; ſi verò habeat adminiſtrationem, quod non poſſit donare in magna quantitate alteri, ſed moderatè; id quod inquit *Imol* puto verius de iure.

Et in hac materia pro declaratione veritatis, eſt meo iudicio bonum ſubdiſtinguere, inter qualitates fructuum, reddituum, & prouentuum, qui percipiuntur ab ecclesia, & inter eos qui percipiuntur occaſione eccleſiæ; quia iudico, quod de omnibus indiſtinctè non ſit habenda eadem ratio; vt videlicet aliqui fructus ſunt qui obueniunt beneficiato regulariter ratione tituli tantum, non ratione alicuius, vel reſidentiæ, vel ſeruitij, vel perſonalis intereſſentiæ, vel ſit beneficium habens, vel non habens adminiſtrationem, quia nihil refert, per *Abb. in repetit. cap. cum eſſet, de teſtam. & cap. fin. de pecul. cleric.* puta redditus, qui veniunt ex prædijs, domibus cenſibus, terris, locis, aut alias ex rebus eccleſiæ; quia ei debentur ex eo; quia eſt in beneficio inſtitutus, aut intitulatus; & de iſtis eſt ſatis dictum ſupra, vbi deduxi, quod ſunt tres opiniones, vna *Innocent. & ſequac.* alia *Floren.* alia *Hoſtien.* quæ mediam viam elegit, &c. pro qua eſt *deciſion. Rot. 855. in antiquis, incip. cum Camera Apoſtolica*: item alia *deciſion. eiuſdem Rot. deciſion. 37. in vltim. incip. pariter cum Camera Apoſtolica.* fac. pro ea vſus communis, & communis cõſuetudo, quæ illa approbat, vt per *Abbas capit. peruenit, de fideiuſſor. numero 12. circa finem*, & per *eundem in capit. reprehenſibilis, de appellation in addition. numero* 20. vbi dicit, eſſe conſuetudinem generalem apud omnes, quod perſonaliter beneficiati faciunt fructus ſuos. Et per eundem in *cap. nouum genus, 3. col in fin. extra de decim.* quod vtrum canonici, & ſic perſonaliter beneficiati, faciant fructus ſuos, nec ne, ſtandum eſt (inquit) conſuetudini.

Alij verò fructus ſunt, qui obueniunt beneficiato, non ratione tituli tantum, neque ex eo; quia eſt in beneficio inſtitutus tãtum, vel intitulatus; ſed quia in eccleſia, in diuinis horis, & laudibus Dei deſeruit, veluti ſunt illi fructus, vel prouentus, qui debentur tantum ſeruienti, & qui non ſeruit, illos non percipit; veluti ſunt diſtributiones quotidianæ, quæ dantur pro ſeruitio in diuinis perſonaliter impenſo, & huiuſmodi; de quibus habetur *capitul. vnic. de cler non reſid. in 6. & in c. licet, de præb.*

Alij demum fructus ſunt, qui non debentur habenti titulum, nec deſeruienti in eccleſia in diuinis, ſed quia ſunt tertio auctoritate apoſtolica, vel alia, ex fructibus, vel emolumentis alicuius Eccleſiæ Canonicè reſeruati, ex aliqua cauſa, vel arbitrio ſuperioris regulariter, vel conceſſi, prout ſunt fructus in aliqua Eccleſia alicui ſpecialiter reſeruati, & prout ſunt fructus penſionum, & penſiones, quæ non debentur nec ratione tituli, nec ſeruitij, ſed ſola Papæ, aut alterius ſuperioris ordinatione, aut conceſſione, obligantes in id, habentem beneficium, ſiue Eccleſiam, de quibus habetur per *Caccialup. Gig. Paulum de Roma, in eorum tractat. de penſio. in principio, & per totum*: Et de his duobus videtur res aliter ſeſe habere; quia in huiuſmodi multo maiorem poteſtatem clericus, vel prælatus habere videtur; & primo videntur vera eſſe, quæ diximus ſupra de diſtributionibus quotidianis, videlicet quod acquiruntur etiam ratione dominij recipienti, & canonicus, ſiue clericus, facit illas ſuas adeò, quod pro libito ſuę voluntatis poteſt de illis receptis diſponere, *dict. capitul. vnico, de cleric. non reſiden.* quia diſtributiones quotidianæ dantur pro labore impenſo, & in multis locis, vt diximus ſupra, dantur in pane, vino, & huiuſmodi, nec augent corpus præbendæ, ſeù beneficij fructus, nec inter fructus beneficij numerantur, nec veniunt appellatione fructuum beneficij, per probum qui multos enumerat in *capitul. primo, colum. fin. de cleric. reſiden. eſt deciſion. Rot. deciſio. Achil. incipien. penſionem, titul. de penſion. in manuſcript.* & dicit *ſumma Tabiena in ver. reſtitutio, §. 19.* quod de bonis ſibi deputatis, & de diſtributionibus ſimplicis beneficij non habentis adminiſtrationem idem eſt iudiciũ, quod de bonis propriis, pro quo etiam pondera, quod aliud eſſet in diſtributionibus beneficij curati, dignitatis, & adminiſtrationem habentis, aliud in ſimplicibus diſtributionibus, quę debentur propter operam perſonæ, *arg. l. prima ſecundo reſpond. ff. ſi menſ. Fal. mod. dixit, ff. pro Soc. l. ſi duobus, §. ſi in coeunda, & in capitul. licet vobis, de præbend.* optimus *tex. in extrauagant. communi poſtulaſti, de præbend.* vbi diſtributiones, quæ dantur illis, qui horis in-

ter

Digitized by Google

ter ſunt oiuinis, ſunt excluſæ ab impoſi-
tione collectæ fructuum primi anni, & ſi
impetratur beneficium certi valoris, di-
ſtributiones non ſunt computandæ in va-
lorem fructuum, qnia illæ dantur ratione
4 certi miniſterij, puta clericis intereſſen-
tibus diuinis, & non ſunt de corpore be-
neficij, nec ſub illo comprehenduntur,
prout legitur, & notatur in *cap. licet, de*
praben. & per *Ioan. And. in cap. unico de*
cler. non reſid. in 6. in nouella, & per eun-
dem in *additione ad Speculator. titulo de*
conceſſ. praben. §. in illis, fac. cap. fin. de
conceſſ. prabend. §. in illis verò, in 6. vbi di-
ſtributiones quotidianæ ſunt aliud, quam
illud, quod datur ratione prebendæ, *Rota*
deciſ. 134. in nouis. Eadem *Rota deciſion.*
406. in antiquis eſt deciſion. Boer. deciſio.
340. incip. Chriſti benedicti; vbi condem-
natus reſtituere fructus, non reſtituit di-
ſtributiones quotidianas diſtributas pro
intereſſentia in diuinis horis, ſequitur
Nicol. de Vbald. in ſuo tractatu de ſucceſ-
ſor. cleric. ab inteſtat. §. ſexto quaro; vbi
multa adducit in contrarium, ſed id dicit
facere diſputationis gratia, de quibus cle-
ricus videtur poſſe ad libitum donare,
diſponere, diſpenſare, & contractare, cum
ei obueniant in præmium, & ſolutionem
laboris, & miniſterij ſui perſonalis, vt per
Didac. Couarruuias capit. cum in officijs, de
teſtam. §. tertio ex eadem, & §. quinto ex
principali; qnia licitè Clericus poteſt lo-
care operas ſuas, quamuis ſpirituales, ac
etiam eas vendere, per *Innocen. cap. quo-*
niam de Pralat vic. ſuas.

Subdens idem de *Vbaldis ibidem, verſi. qua-*
ro primo, de fructibus prabenda: ſi præ-
benda non eſt diſtincta, vel ſeparata; ſed
canonicatui, aut beneficio annexa, dicen-
dum eſſe, quòd vadunt ad ſucceſſorem; ſi
verò eſt diſtincta, aut ſeparata, ſine dubio
in locum defuncti alius eſt ordinandus,
ex notat. in *cap. dilecto, de prabend. in cap.*
cum M. de conſtit. tamen dicendum eſt,
quod dicti fructus prouenientes, etiam ex
præbenda diſtincta, reſeruentur capitulo;
nec eſt verum, quod canonicus proprie
habeat ſucceſſorem, niſi tantum, quoad
corpus antiquæ præbendæ, ad hoc *gla.* &
quod ibi not. in *cap. quod ſicut, de electio.*
quapropter de fructibus præbendæ, idem
eſt cenſendum quod de fructibus benefi-
cij, nec præbendæ in hoc aliquid habere
videntur commune cum diſtributioni-
bus; in quibus præbendatus non vide-
tur habere tantum iuris, quantum in di-
ſtributionibus, vt per dictum *D. de Vbal.*
verſic. 6. quaro ibi, & multò magis de
quotidianis diſtributionibus, in quibus
præbendatus habet maius ius, &c. de qui-
bus Clericus poteſt diſponere, ſicut mer-
cenarius, & ruſticus de lucro operis diur-
nis; quia Canonicus habens præbendam
diſtinctam, non poteſt de illis fructibus
nec teſtari, nec diſponere, ex quo dicitur
habere adminiſtrationem, per *Innocent.*
in capitul. nouum genus, de decimis; & eſt
caſus in *capitul. relatum, de teſtament.* ſe-
cus ſi præbendæ non ſint diſtinctæ, ſed
quia omnia veniunt in communi, & po-
ſtea diſtribuuntur, ſingulariter tantum pro
quolibet, quia de iſtis benè poteſt diſpo-
nere, & teſtari. Idem videtur dicendum
de eis, qui habent capellanias in eccleſija
5 ad nutum amouibiles, quæ non dantur eis
in titulum, ſed datur eis certum ſtipen-
dium in anno in pecunia, de tali ſtipendio
poſſunt diſponere; quia datur eius intuitu
perſonæ, & pro labore. Si verò diſtribu-
tiones quotidianæ ſint, quæ non dentur,
vel ſoluantur illis, qui horis interſunt,
ſed & illis qui ſunt præſentes in Ciuitate,
vel loco, licet non interſint horis, crede-
rem quod iſtæ non ſunt naturæ, & quali-
tatis; prout ſunt quæ dantur pro ſeruitio;
quia videntur valdè ab iſtis differre, quia
illæ ſunt exemptæ ab impoſitione colle-
ctæ, iſtæ verò non, per *extrauagan. poſtu-*
laſti, & extrauagant. cum nonnulla, de
praben. extra. comm. vbi etiam vide de
capellanis, quę ſunt inſtitutæ pro miſſis
pro anima decedentium celebrandis, quæ
gaudent priuilegio diſtributionum ſi non
excedant ſummam 20. librarum; vndè in-
tellige hic de diſtributionibus quotidia-
nis propriis, & propriè ſumptis, quæ actu
diſtribuuntur; de quibus per *glo. in extra-*
uagant. ſuſcepti, ne Sed. V acan. in glo. pri-
uilegio, inquit enim, diſtributiones enim
propriè dicuntur, quæ actu diſtribuun-
tur; ita intelligit *Decius conſil.* 280. in
caſu propoſito, vbi tenet, quod diſtribu-
tiones quotidianæ ſunt, quæ ipſo actu di-
ſtribuuntur, & quod ab actu diſtribuendi
ſunt denominatæ, per not. per *Domin.*
cap. primo de cleric. non reſiden. in 6. vbi
dicit, quod in talibus diſtributionibus
quotidianis, plus habent iuris clerici,
quam in aliis fructibus, & bonis eccleſiæ,
quia in illis conſequuntur dominium, &
de illis poſſunt teſtari, de quo latè per
Didac. Couarruuias variar. reſolut. lib. 3.
cap. 13. per *Pariſ. conſil 33. lib 4. & conſ.*
32. optime *Boer. deciſ. 340. ad fin.* vbi dicit
quod diſtributiones pro intereſſentia in

diurnis horis ſunt priuilegiatæ ab alijs
diſtributionibus; & in materia diſtribu-
tionum quotidianarum, an clericus poſſit
de illis teſtari, videtur quod variæ ſint
opiniones doct. ſecundum Iul. Clar. lib. 3.
§. teſtamentum verſ. quinto dixi; & quod
diſtributiones efficiãtur clericorum pro-
priæ, tenet Gulielm. de monte Lau. & hãc
eſſe communem affirmat Pariſ. conſ. 33.
num. 8. lib. 4. & hæc in via iudicij obti-
net, licet enim videãtur acquiſitæ intuitu
eccleſiæ, tamẽ principaliter dantur intui-
tu perſonæ propter diurnam operam,
merito clerici eas faciunt proprias, & de
eis ad libitum poſſunt diſponere, & ita
obſeruatur in practica, maxime in exa-
ctis, ſecundum Iul. Clar. lib. 3. §. teſtam.
d. loco.

Idem venit dicendum, etiam de penſioni-
bus, ac penſionum fructibus, de quibus
6 clericus, vel penſionarius videtur poſſe
pro libito diſponere, adeo quod penſio-
nes decurſas, & non exactas per penſio-
narium, eius hæredes exigere, & recupe-
rare poſſunt, quia penſio non eſt eccleſia-
ſticum beneficium propriæ, ſed eſt aliud
prophanum, in mæra temporalitate con-
7 ſiſtẽs, vt per Fel. & alios Doct. in c. ad au-
dientia. 2. de reſcript. & in Cle. prima, vbi
Card. Imola, & alij, de ſupplen. negl. Prel.
8 intelligendo; non de penſione, quæ con-
ſueuit aſſignari pro beneficio eccleſiaſti-
co, quæ reputatur vti beneficium eccle-
ſiaſticum: ſed de penſione quæ eſt certa
portio ex aliqua menſa, vel beneficio, ex
cauſa ad tempus non perpetuo ſeparata,
per Lauren. in clem. præallegata, & Gig.
in principio ſui tractatus de penſio. quales
ſunt hodie regulariter penſiones, quæ
etiam laico aſſignari poſſunt, vt per do-
9 ctor. cap. quamuis vbi Archid. & Franc.
2 nos. de prabend. in 6. per Imol. dicta
clemen. prima, columna ſexta, verſiculo
quarit Gulielmus, de reb. eccleſ. non alie-
nan. Bald. & poſt eum Fel. in dict. capitu-
lo ad audientiam. Item quia penſionarius
videtur æquiparari vſufructuario, quia
penſio extinguitur morte, ſicut vſufru-
ctus morte vſufructuarij. §. finitur autem.
inſtit. de vſufruct. & vſufructuarius facit
fructus ſuos, adeò quòd illos etiam tran-
ſmittit ad hæredes, per tex. in l. defuncta,
ff de vſufruct. per Ioan. de Imol. in clem.
prima, § primo, columna tertia, de ſup-
plen. negligen. prælat. Gig. in tractat. pen-
ſion. quæſt. prima, num 2. q. 25 nu. 4. Paul.
de Roma. in tractat. penſ. q. 8 & Gig. q.
52. Item quia penſio aſſignatur penſio-
nario, vt commodius ſuſtentari valeat: &
10 ſic videtur aſſignari in cauſam alimen-
torum, vt per Gig. in tract. de penſion. q.
51. num. 12. per Roma. conſ. 388. incip. in
caſu propoſiti thematis. Et ille, qui habet
legatum pro alimentis, taliter ius habet
in eo, quod decedent tranſmittit ius exi-
gendi præterita alimenta non ſoluta ad
ſuos hæredes, l. vti frui, §. fin ff. ſi vſufru.
pet. l. fructus, in fi. cum l. ſeq. ff de rei ven-
11 dicat. l. qui vſufructum, § fin. & l. quaſi-
tum, l. defuncta ff. de vſufr. faciunt adducta
per Alex. conſ. 4. in fin. incip perſpectis bis,
12 tertio volum. per Gig. in ſuo tract. penſion
quæſt. 52. Accedit ad prædicta, quod in
iſta opinione inclinant domini de Rota,
ſicut poſt meum in vrbem reditum, inue-
ni concluſum in vna Turritana penſionis,
31. Ianuarij 1567 coram R. P. de Gratis
Rota Auditore, & domino meo, in hęc ver-
ba concluſionis, videlicet, ſtricte ad du-
bium, ſecluſis conſtitutionibus, & bullis
Pauli 3. & Iulij 3. ac etiam vſu cameræ,
fuit concluſum quod penſiones decurſæ, &
non ſolutæ, non computentur inter ſpolia,
ſed magis tranſeant ad hæredes, quia pen-
ſio non eſt beneficium eccleſiaſticum; ſed
conſiſtit in mæra temporalitate, cap. quã-
uis vbi doct. de preb. 6. Fel c. ad audien-
tiam, 2. 1. col. de reſcrip. &c. vt in d. concl.

Sed in contrarium vidi Breue Pauli III.
ſub dat Romæ apud Sanctum Petrum die
3. Martij 1544 anno 10. cuius tenor ſe-
quitur videlicet: Venerabili fratri Hie-
ronymo Epiſcopo Caſtren. Prælato dome-
ſtico, & dilecto filio Tyberio Palello phy-
ſico noſtris.

Venerabilis frater, & dilecte fili ſalutem, &c.
Cum ſicut accepimus Venerabilis frater
Saluator Alleputius Archiepiſcopus Tur-
ritan bon. mem. Franciſci olim Archiepi-
ſcopi Turritan. & Epiſcopi Aretin. in
ſumma octingentorum ducat. auri de Ca-
mera ratione annuæ penſionis eidem Frã-
ciſco Archiepiſcopo, & Epiſcopo ſuper fru-
ctibus menſæ Archiepiſcopalis Turritan.
Apoſtolica auctoritate reſeruata, debitor
remanſerit, & dicta ſumma octingentorũ
ducatis, tamquam eiuſdem Franciſci Ar-
chiepiſcopi, & Epiſcopi ſpolia, ad Came-
ram noſtram Apoſtolicam deuoluta ſit; &
ad ipſam Cameram pertineat. Nos ſingu-
laribus meritis, & antiquis, & recentibus
ſeruitijs erga nos veſtris attentis, ſummam
octingentorum ducatorum prædictam
vobis æquis portionibus inter vos diuiden-
dam, auctoritate Apoſtolica gratioſe do-
namus, & liberaliter elargimur per præ-
ſentes.

ſentes. mandantes dilecto filio Curiæ cauſarum Cameræ Apoſtolicæ generali Auditori, vt ſummam prædictam vobis, per ipſum Saluatorem Archiepiſcopum, iuxta tenorem præſentium tradi, & conſignari faciat, eum per cenſuras eccleſiaſticas, & alia opportuna iuris remedia, appellatione poſtpoſita ad id cogendo, & compellendo inuocato etiam ſi opus fuerit auxilio brachij ſæcularis, non obſtan. conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis contrarijs quibuſcunque, ſeu ſi eidem Saluatori Archiepiſcopo ab Apoſtolica ſit Sede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſit per literas Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi mentionem. Datum Romæ apud S. Petrum, &c. die 3. Martij 1544. Anno decimo.

Per quod Breue videtur declarari penſiones, & penſionum terminos eſſe ſpolia, ac venire appellatione ſpoliorum, & illas, vel illos, vti ſpolia per collectorem colligi, tanquam ad Cameram Apoſtolicam ſpectantia. Vndè tenore talis declarationis, ſeù breuis attento, & attento, quod Deciſio Rotæ eſt facta, dicto breui, & vſu Cameræ ſecluſis, & attentis, quod Pius Quartus in Breui Matthæo Minali Theſaurario declarat fructus redditus, & prouentus eccleſiarum ſpolia, & illos vti ſpolia colligi, & non ſolum fructus, ſed & omnia, quæ ex fructibus empta, reædificata, refecta, reſtaurata, ſeù, quæ ex fructibus quomodolibet prouenerint, attento etiam quod penſio eſt de fructibus eccleſiæ, quia penſio eſt portio, &c. per *Gig. Caſſialup & Paul de Roma in eorum tractatibus in princip* necnon attento, quod pēſio, quam tibi ſoluo de fructibus meis beneficij, ita videt eſſe fructus eccleſiæ, vti ſunt fructus, qui mihi remanent ea ſoluta, attento inſuper, quod penſio regulariter reſeruatur, & reſeruari ſolet clerico, non laico; quia in ſupplica reſeruationis penſionis factę ſcholari poni ſolet clauſula, ſi & poſtquam clericali charactere fuerit inſignitus, pręterea attento, quod penſio aliquando datur in titulum beneficij, & conſiderato, quod penſio non confertur, niſi à Papa, vel ab ordinario in caſibus ei permiſſis, non ab alijs perſonis, per *d. Doctor. d. locis*, atque itē attento, quod penſio non exigitur à pēſionario regulariter, niſi bullis expeditis, aut ſaltim ſupplicatione cum obligatione in forma Camerę Apoſtolicę, vt per *Hieronymum Paul. in pract. Cancellariæ*, vbi dicit, quod aliter exigens incidit in excommunicationem, & tenetur ad reſtitutionem, videtur (inquam) his attentis, quod penſio ſit ius eccleſiaſticum, non autem quicquam męre temporale. Et attento, quod adducta per *Gig.* & alios, vt ſupra non præſeferunt caſum ſucceſſionis, vel quod in fructibus penſionum ſuccedatur per hęredes, niſi à ſimili, ſimilitudinario, vel illatiuo modo, ſine caſu canonis, vel legis expreſſo faciendas illationem penſio eſt quid meræ prophanum nihil eccleſiaſtici, vel ſpiritualia in ſe habens, ergo in ea, vel eius terminis non ſolutis per hæredes ſucceditur, &c. Et attento, quod iura adducta per eos, loquuntur in penſionibus, ac vſufructibus męri prophani, non Eccleſiaſticis, inter quæ, vti diuerſa, non benè infertur, & attento etiam, quod *Pius Quartus in bulla ſua ſuper reſidentia prælati, edita 7. Calendis Decembris* 1564. decreuit, quod non reſidentes non gaudeant priuilegio teſtandi de fructibus, ac de penſionibus, per quod infertur, quod de penſionibus non diſponitur ſine obtenta licentia, iſtis dico attentis putarem quod ſi quis inclinaret, quod penſiones, & penſionum termini comprehendantur inter ſpolia, & quod tam in penſionibus exactis, & non exactis, quam in acquiſitis ex penſionibus Camera Apoſtolica ſuccederet, & ſuccedere haberet, vt in ſpolijs forſan quod inclinatio poſſet eſſe non ſine aliquot fundamento, veruntamen cōmunia vſus, & ſtylus Curiæ eſt (vt dico) in contrarium, à quo non eſt recedendū ſed poſt hæc ſcripta vidi *Bullam Sanctiſſimi D.N. Pij Papæ quinti*, per quam declarauit, quod bona relicta per beneficiatum 30 ducati auri de camera valorem annum in beneficijs, aut penſionem ſimilis valoris non habentem, non comprehendantur, nec appellatione ſpoliorū venire poſſint, per quod aperto ore (vti mihi videtur) eſt declaratum penſionum fructus facere ſpolia, iuxta quam Bullam regulabitur quicquid per me in toto hoc labore in qualibet parte fuit dictum de penſionum, fructibus ac de quæſitis ex penſionibus, vt, per eundem *Bullam*, quæ eſt in calce deſcripta *edita Anno* 1567. *3. Kalen. Septembris incipi Romani &c.*

In acquiſitis vero de fructibus beneficiorū, vel Eccleſiæ: vt aliud caput diſtinctionis veniamus, parimodo videtur, quod non poſſit diſponi pro libito voluntatis in vita, ſeu inter viuos: quia ſtante, quod clericus,

Digitized by Google

ricos, vel Prelatus non facit fructus eccleſiæ ſuos, qui ſuperſunt, deductis expenſis, vt per *Archid. in capitulo ſtatutum de reſcript. libro. 6.* vt refert *Dominic. a Sancto Geminiano in capitul. præſenti de off. ordin. eod. libro 6 per text. in capitul. primo. 12. quæſt. 3.* & ita intellexit *Bartolus Brixien illum tex.* patet quòd res acquiſitæ de bonis eccleſiæ non ſunt clericorum: quia clerici debent ea quæ ſuperſũt deductis neceſſarijs, pauperibus erogare,
13 alias inique agunt. Vnde empta, vel acquiſita ex fructibus eccleſiæ, ſunt eccleſiæ, *c. Epiſcopi duodecimo quæſtione prima,* & conſequenter ſolus vſus competit clerico, licet *Archid. eo loco* fateatur, quòd clerici ſunt perceptorum fructuum domini, & habent eorum proprietatẽ; quantum ad fidem, & debitam diſpenſationẽ faciendam: & iſtam partem *Archidiac.* veram credit *Gemin. in dict. loco,* quia illam optime probant iura, quæ allegantur, quia clericus non dicitur dominus, ſed procurator: fac. optime *tex. in capitulo clericus duodecima quæſtione prima per totum illum tex.* & maxime in illis verbis, *ſi autem ego pars domini ſum, & funiculus hæreditatis eius, non accipio partes inter cæteras tribus, ſed quaſi leuita & ſacerdos viuo de decimis, & altari ſeruiẽs altaris oblatione ſubſtentor, habens victũ, & veſtitum his contentus ero, & nudã crucẽ, nudus ſequor;* & per illa verba paulo ante, *pars mea dominus, nihil extra dominum habere poteſt, quod ſi quippiam habuerit, puta aurum, argentum, poſſeſſiones, ſeu variam ſuppellectilem, pars eius non erit dominus,* optima *gloſſ. in capitulo quia nos. de teſtamen. in gloſſ. prima, ibid.* Itẽ nota, quod de bonis ratione eccleſiæ acquiſitis, teſtari non poſſunt, optimus *tex. in capitulo placuit* 12. q. 3. vbi *glo. in verbo ſuo.* dicit quod ſpeciale eſt pro eccleſia; quod licet ſacerdos aliquid ſuo emat nomine, de pecunia eccleſiæ, quod res illa ſtatim facta eſt eccleſiæ *Abb. in capitulo primo. verſ nota ibi de pecul. cler.* quod res empta ex fructibus, aut pecunia eccleſiæ, licet emptio ſit nomine emẽtis, efficitur eccleſiæ, & acquiſitum eccleſiæ, debet remanere eccleſiæ, nec de eo poteſt clericus diſponere. *Abb. in capitulo final. in principio, de pecul. cleric. Lud. Roma. conſil.* 159. *incip. ſuper eo quod,* quia vt dicit idem *Abb. in capitulo presbyter eo. verſ. Item nota.* Prælatus non eſt dominus fructuum beneficij ſui: nam ſi efficeretur dominus, poſſet acquirere ſibi de redditibus ſecundum libitum; cuius contrarium, inquit, hic deciditur, Subdens ibidem, quod quemadmodum prælatus alienans rem acquiſitam per eccleſiam, debet à gubernio amoueri, & adminiſtratione priuari, ita pari modo ſi fraudant eccleſiam in acquirendo, vti quia acquiſita ex redditibus eccleſiæ appropriat ſibi, vel alteri, eſt conſilium *Bald. in conſ.* 298. *cum conſ. ſeq. 1. vol.* vbi dicit, quod vbi duo concurrunt, quod ſcilicet ſit adminiſtrator eccleſiæ, & quod emat de pecunia eccleſiæ, quocunque nomine emat, efficitur eccleſiæ. Vbi ſubdit, cõclude ergo quatuor caſus, nam, aut quis adminiſtrat negocia eccleſiæ tantum, & acquirit eccleſiæ, aut gerit negotia propria tantum, & acquirit ſibi, aut ſimul, & ſemel gerit negocia ſua: & Eccleſiæ, & acquirit cõmuniter, aut ſeorſum negociatur quandoque ſibi, & Eccleſiæ: & tunc, ſi cõſtat, quod ipſa pecunia ſit Eccleſiæ, in dubio pro ipſa Eccleſia negociari præſumitur: quia realiter negocium pertinet ad Eccleſiam propter precium, Sed ſi hoc non conſtat, acquirit ſibi, quia licite potuit negociari Sed ſi negociator ſit Clericus, ego hodie aliter puto, per ea quæ dico ſup. in 2. *conſ* & paulo poſt idem *Bald. d. conſ.* 299. *in additio.* vbi dicit in emptis de pecunia, vel re Eccleſiæ: quod Eccleſiæ acquiritur aliquãdo directum dominiũ, ſi prælatus ſe nominat in contractu, ſi verò nominet amicũ, aut conſanguineum, vtilẽ rei vendicationem, & eſt in electione Eccleſiæ vtrum velit rem, vel pretium; & ſi Eccleſiæ contractus non placet, poteſt repudiare rem, & pecuniam ſuam repetere. & alias, vt ibi per eundem *Bal.* Item *Abb. in cap. inquirendum. eo. optima glo. in cap. res Eccleſiæ* 12. *quæſt.* 1. quod ſi Clericus emit equum de redditibus eccleſiæ, equus eſt eccleſiæ, bona *glo. in cap. cum in officijs,* quæ multa allegat de teſta. dicit, quod quicquid acquirit ſacerdos, vel quilibet alius Clericus, intuitu Eccleſiæ ad eccleſiam pertinet, idem tenet *Floren.* ſecundum quod refert *Io. de Imol. cap. fin. de pec. cler. col. antepen. verſ. quia reſpondet,* vbi dicit, quod allegata capitula probant ſolum, quod ſi emitur res de redditibus Eccleſiæ, debet inſtrumentum confici nomine Eccleſiæ. Si tamen aliquid acquirit ex eis, debet acquirere Eccleſiæ, vti in dictis iuribus, & dicit *Angel. in ſumma in ver. emptio verſ. vtrum emptum,* quod ſi Clericus habens pecuniam de præbẽda, & de illa emat predium, non

po-

poterit clericus illud predium dare, etiã
intuitu pietatis, licet pecuniam præbendæ
potuiſſet dare; quia ſtatim predium ſic
emptum fit Eccleſiæ. Imo dicit *glo. in cap.*
Apoſtolicos in ver. contraxiſſe 12. *qu.* 2.
quod ſi clericus de pecunia eccleſiæ in
proprio ſolo ædificet, quod tunc non ędi-
ficium ſolo cedit, ſed in fauorem eccleſiæ
ſolum ipſum cedit ædificio, per *tex.* quem
allegat 17. *q.* 3. *cap. conqueſt.* & hoc eſt in-
quit ſpeciale in Eccleſia, quod ſi res cõ-
paratur de bonis eccleſiæ, ſtatim eſt facta
eccleſiæ &c. & paulo ante, eadem *gl.* quod
acquiſita de rebus eccleſiæ poteſt eccle-
ſia vendicare. Idem *glo. in ver. acquiſiſſe*
cap. 1. *de teſt.* Imo quod videtur plus me-
liorationes factæ per prælatum, ſeu cle-
ricum in eccleſia vel rebus eccleſiæ, ſunt
acquiſitæ eccleſiæ; adeo, quod clericus
non poteſt diſponere in eius morte, & ſi
ex ſua induſtria rem eccleſiæ fecerit me-
liorem, repetere non poteſt, per *Abb. in*
cap. ſi quis de pecul. cler. vbi dicit, quod
14 meliorationes, ſiue expēſæ factæ in me-
liorationibus eccleſię de patrimonio prę-
lati, vel clerici, repetit ipſe vel ſuus hæres,
ſecus ſi ſint factæ ex induſtria, & in hæ-
rede fortius hoc procedit, ſi clericus ſpe-
cifice decreuit illas eſſe repetendas, ad
not. per eundem in *cap. de multa.* 4. *col.*
verſ. ſecundo fallit, de præben. Immo be-
neficiatus, qui in primo beneficio de ſuo
patrimonio fecit expenſas, non cogitur
dimittere illud accipiendo incompatibi-
le, niſi ſibi ſatis fiat de dictis expenſis,
arg. 12. *quæſt.* 2. *cap quicunque,* ex quo
nota, quod retentio pro expenſis habet
locum in beneficijs, *Corſetus in Reperto-*
rio in ver. beneficiatus, & dicit *Abb. in ca.*
cum eſſes col. 8. *in repet. de teſtam.* quod
dici cõſueuit; quod acquiſita de bonis Ec-
15 cleſiæ, poteſt eccleſia vendicare. 12. *quæ.*
4. *ſacerdos & quæſt. vltima fixum arg. ea.*
cauſ. quæſt. 2. *Apoſtolicos. in fi.* vbi etiam di-
cit quod in *tex. in cap.* 1. 12. *quæſt.* 3. dici-
tur quolibet Clerico indiſtincte, quod
quæcũque acquiſierit de bonis Eccleſiæ,
debet conferre Eccleſiæ, alias punitur, vt
ibi, nam ſi faceret fructus ſuos non video;
quare de illis fructibus non poſſent Cle-
rici ſibi emere prædia, eſt *tex. in cap. re-*
latum de teſtam. vbi dicitur; quod acqui-
ſita per eccleſiam, debens remanere pe-
nes ipſam Eccleſiam; ſiue clerici decedãt
teſtati, ſiue ab inteſtato, vbi idem. *Abb. ſe-*
cundo notat. dicit, quod ſi clericus de red-
ditibus Eccleſiæ emat equum, vel præ-
dium, hęc poſſunt dici acquiſita per Ec-
cleſiam, vnde ſunt Eccleſiæ, non clerici,
bona glo. cap. res 12. *queſt.* 1. *tex. in cap. fi-*
xum. eadem cauſ. q. 5. immo dicit *Couar-*
ruuias in cap. primo de teſta. verſ. 3. *ex vl-*
timis, quod res emptæ à prælato de pecu-
nia Eccleſiæ dominio Eccleſiæ, acquirun-
tur à die emptionis, etiam ſi proprio prę-
lati nomine fiat emptio, & hæc eſt com-
munis opinio, & id colligitur optime in
autem licentiã, *C. de Epiſc. & Cle.* nec ob-
ſtat regula in contrarium, quod emptum
de pecunia aliena, ementi acquiritur, non
16 illi cuius eſt pecunia *lex ea. C. de rei ven-*
dic. quia in rebus eccleſiæ eſt ſpeciale, vt
emptum de rebus eccleſiæ, dominio ac-
quiratur eccleſiæ, non ementi, *glo.* quam
omnes ſequuntur in *cap. inquirendum. de*
pecul. cler. & maxime *Card. & Barba ibi*
col. prima. glo. in cap. Apoſtolicos 12. *quæſt.*
2. *Corſetus in ſingul. in ver. emptio. Roma.*
in authen. ſimiliter. C. ad l. Falc. col. 6. *Bal.*
in l. ſi quis presbyter, C. de Epiſcopis, &
Clericis, Aretinus in l. cum hæredes in
principio. ff. de acquiren. poſſeſſ. glo. in l.
vxor marito. ff. de. dona. inter vir. & vxor.
& in l. 2. *ff. quando ex facto. & in l. vt pro-*
prius. C. de rei vendic. vbi dicitur in re
empta ex pecunia militis, ſicut in re em-
pta ex pecunia populi, aut minoris. *l.* 2.
quan. ex facto tut. l 3 *C. arbit. tutel. eſt, &*
in Eccleſia. glo. in l. 1. *C. ſi quis alteri, vel*
ſibi, cuius opinionem aſſerit communem
Rip. in l. ſenatus conſulto, num. 16. *ff. in*
quibus caſibus pig. vel hypothec. contrah.
vbi etiam quærit an idem ſit dicendum,
quando res pecunia Eccleſiæ emitur ex-
preſſo nomine eccleſiæ, ab eo, qui non
eſt prælatus eccleſiæ, nec eccleſiæ
adminiſtrationem habet; & eſt ex ar-
gumento minoris ad eccleſiam *capit. pri-*
mo. cap. auditis. de in. integ. reſti. l. orphano-
trophos. C. de epiſcopis. & cler. & C. in Bar.
Alber. Bal. Saly. & Paul. de Caſtro aſſe-
runt non eſſe idem: nec valere argumen-
tum imo rem ex pecunia eccleſiæ, ab eo
qui rerum eccleſiæ, adminiſtrationem nõ
gerit, effici ementis, non eccleſiæ, nec
vindicari ab eccleſia poſſe, niſi in ſubſi-
dium, ſicuti in re empta pecunia mino-
ris, idem eſt in *l.* 3. *ff. de rebus eorum. in*
principio. l. filia. & ibi Bar. ff. de ſolut. Pa-
riſ. conſ. 80. *lib. primo, num.* 19. licet in pe-
cunia militis abſque vlla diſtinctione ſit
ſecus, quia res ex ea empta, etiam ab eo,
qui res militis non adminiſtrauit, ipſius
militis efficitur, idque *Cin. Bar. & alij,* ex-
ceptis *Bal. & Guliel. de Cuneo ad not. in*
d. l. ſicut vt proponis, C. de rei vendic. vbi
te-

Digitized by Google

tenent,quod res empta ex pecunia eccleſię, ſi eſt empta per clericum rectorem expreſſe,vel tacite,ſcilicet per interpoſitã perſonam, poteſt vendicari ab eccleſia, ſed ſi per alium eſt empta habet rem obligatam pro precio, per eundem *Bald. in l.3.C.ſi quis alteri,vel ſibi*, & idem in *l.cum ipſe*, *C. de contrahen.emption.* per *Bal.in conſ.299. primo volum.* & quamuis in prædictis locis *Bernar.& Accurſ. Amilite*, ad eccleſiam faciant argumentum,id tamen argumentum ita recipiendum eſt:vt nimium à regulis iuris non recedamus, vt ibi per eundem *Didacum Couarruuias*:& hæc opinio,vt res acquiſita de fructibus eccleſię ſit eccleſię, eſt adeò vera,quod eccleſia ędificata de fructibus eccleſiaſticis, eſt ſubijcienda per epiſcopum illi eccleſiæ, de cuius fructibus eſt conſtructa, 12.*q.2.apoſtolicos*, *& ibi glo.*ſed in hoc omne dubium ſi quod eſſet, an res emptę de prouentibus eccleſiæ,ſint eccleſię,& per conſequens hodie Camerę Apoſtolicę in locum eccleſię ſuffectę,vel ſucceſſoris potius eſt penitus ſublatũ per *breue Pij quarti Matthæo minali, collectori generali deputato, ſub Datum 30. Iulij* 1560. In illis verbis:*Et etiã illa, quæ ex fructibus, redditibus, & prouentibus eccleſiaſticis empta, reædificata, refecta,& reſtaurata fuerint, ſeu alias ex eiſdem fructibus, redditibus, & prouentibus quomodolibet prouenerunt*, *&c.* & quod dicitur res empta de pecunia eccleſię eſt in eccleſia,id non intelligitur,ſi pecunia eccleſię ſit alicui mutuata, & de illa quis prędium emit,quia taliter emens, ſibi, non eccleſię emit, quia ſecus eſt, ſi emit de pecunia eccleſię non mutuata, per *Bal in l.etiam. C.de fideicom.* quia ſi Cardinalis mutuat pecuniam nepoti ad emendum poſſeſſiones,emens ex tali pecunia ſibi acquirit, *Bal.in cap.eccleſia. vt lit.penden.* refert *Io.Bertachin.in tract.de epiſcopis 4 parte 44. quæro*,quod dicit,niſi conſtet de fraude,*l.fraus.de leg.* facit pro hoc,quod dicit *Bal.in conſ.298. volum.*1. vbi dicit, quod ſi pręlatus pecuniam mutuat conſanguineo, quod res empta ex tali pecunia non eſt eccleſię, quia dominium pecuniæ tranſiuit in accipientem mutuum; vndè pecunia non erit eccleſię ſed, ſibi debita,actione perſonali, & quia pretium non erat eccleſię, ideo non acquiritur eccleſię, quia ſic eccleſia haberet rem,& pretium; immo pręlatus poteſt ſibi ipſi mutuare pecuniam, & ſe dominum pecunię facere, vt ibi per eum pulchrè *Bal.d.capit.eccleſia.*quod naturę mutui eſt,quod proprietas pecunię acquiritur ipſi debitori,*l.2.§.appellata ff.ſi.cer.pet.* & contrahitur obligatio non ad eoſdem nummos in ſpecie, ſed in genere; igitur dictę res ſunt emptę pecunia debitoris,non eccleſiæ, nec etiam eidem eccleſiæ hipothecatæ; ideò non ſunt eccleſiæ,quia nullibi cauetur, quod contractu mutui pupillus, aut ciuitas habeat tacitã hipothecam; ergo nec eccleſia,quia iſte tres perſonæ equiparantur, *l.ſi.C.de ſacr. ſan. eccleſ.* ſequitur ergo quod eccleſia habet ſolum certi conditionem ex mutuo & quod nepos Cardinalis prædictus poteſt pro libito has res alienare; porro ſicut tutor pupilli ita prælatus eccleſiæ pecuniam mutuat,vbi etiam *Bal.*dicit quod ſiquis de pecunia eccleſiæ facit mercantiam nomine proprio, quod commodum eſt ſuum, non eccleſiæ ſubdens idem *Bal.* quod ſi prælatus iſtam pecuniam donauit nepoti, ſicut de conſuetudine generali faciunt prælati dicit inquit *Frat.Io.in ſũ. confeſſ.* ſi ponis donationem valere quia eſt moderata, dominium rerum ex tali pecunia emptarum,acquiritur ipſi nepoti, quia ſi eccleſia abundat, & quotidie etiam extraneis largitur,poterit etiam, & ſuis, vnde ſequitur quod,id, quod ex pecunia poſſibiliter donata emitur, poteſt alteri libere vendere. Subdens pariter, quod ſi non apparet, an fuerit mutuata, vel donata ſi eſt magnæ quãtitatis præſumitur mutuata,ſi paruæ,aut mediocris ex affectione perſonarum præſumitur donũ, *l.verum.ff.de dona.inter vir.& vxo.glo. l. cum quid.ff.ſi cer.pet.Bal.ibidem.* pro quo vide *Abb.in c.& ſi quæſtiones.de ſimo.*quãdo præſumatur donatio,mutuum, aut depoſitum, quod debet attendi ad circumſtantias qualitatem dantis, & recipientis quantitatem rei,tempus, quia ſi ſit dictũ alicui tolle hanc pecuniam, ex coniecturis poteſt aliquando donatio, aliquando depoſitum præſumi, ceſſantibus illis in dubio debet præſumi mutuum, vel depoſitum:quia nemo præſumitur iactare ſuũ, vt ibi per eum:& ſolet in Romana curia, cuius ſtilus attendi debet, quia fundatur in iure,per *Specul.in tit.de reſcrip.præſentatione. §. ratione forma. Fel in cap. ex parte de reſcrip.*in licentia teſtandi, quæ expenditur per viam ſacræ pænitentiarię, poni clauſula quod de immobilibus ex fructibus eccleſiæ acquiſitis,& acquirendis,parce vtendo, per clericum poſſit in remunerationem ſeruitiorum, & funeris

igi-

Digitized by Google

impenſas diſponi; pro quo non eſſet neceſſe obtinere diſponendi licentiam, ſi taliter acquiſita eſſent effecta clericorum, non eccleſiæ.

Per quæ videtur conſtare, quod acquiſita de
redditibns, & fructibus eccleſiæ sũt ipſius
eccleſiæ, & ipſius eccleſiæ effecta, & ſunt
ad libitum clericorum, vel prælatorum, vt
de illis prout ſibi placet canonice diſpo-
17 nant, & diſpenſent, quoad canonicam di-
ſpenſationem, quia dicit *Innocen. in capit.
cum ſuper. de cauſ. poſſeſ. & propriet.* quod
quæcunque homines eccleſijs offerunt,
18 oblata Deo dicuntur 12. *quæſtion.* 2. nulli.
& ſecundum aliam opinionem dicit, quod
eccleſia, ideſt fidelium congregatio, habet
huiuſmodi rerum poſſeſſionem, & pro-
prietatem. Vndè per eundem *Innocen.* ſi
inueniantur aliquando hæc bona Deo
oblata, eſſe Epiſcoporum, vel prælatorum,
vel capellanorum, debet intelligi, quod
ſunt eornm, quoad gubernationem, dicun-
tur etiam eſſe illa pauperum quoad ſuſten-
19 tationem, quia de eis ſuſtentari habent
pauperes. vt 16. *quæſtion.* 1. *capit. quo-
niam.* ſubdens idem *Innocen.* quod hæc
20 bona propter vtilitatem communem, di-
uiſa ſunt in eccleſijs diuerſorum locorũ,
authoritate Pontificum, & epiſcopis, &
alijs prælatis conceſſa extitit adminiſtra-
21 tio eorum. 12. *quæſtio.* 1. videntes, & *cap.
præcipimus.* ſequitur *Abb. d. capit. cum eſ-
ſes col.* 13. vbi dicit, quod illa opinio eſt
præſtantior, quod dominium rerum ec-
cleſiæ eſt penes Deum, pro quo inquit eſt
*optimus text. in capitul. cum ex eo de elec-
tio. lib. 6.* ibi de Chriſti patrimonio ſu-
blimatis. Item, quia homines offerentes
eccleſiæ, habent reſpectum ad Deum, &c.
& de huiuſmodi acquiſitis idem dicen-
dum puto, quod dicimus ſup. de rebus ec-
cleſiæ, & iſta procedunt in acquiſitis ex
fructibus beneficiorum, in quibus clerici,
vel prælati habent limitatam poteſtatem,
quia ſecus eſt in acquiſitis ex fructibus
penſionum, vel diſtributionum quotidia-
narum, quæ acquiruntur etiam per domi-
nium clericis, & in quibus diximus ſupra
clericos habere omnimodam, & ad libi-
tum ſuæ voluntatis poteſtatem, ac poſſe
diſponere de illis veluti ruſticus poteſt de
lucco diurni operis, vel laboris, pro hoc
22 facit, quia Sixtus Papa quartus, & Ale-
xander Papa ſextus vt in *bul. d. Alexandri
ſub Datum Romæ.* 1494. *pridie Nonis
Octobris. ſui pontificatus anno tertio.* per
ſuam, quam edidit conſtitutionem deter-
minauit quod curiales, & perſonæ degen-
tes in vrbe, & ab vrbe ad 10. miliaria,
poſſent diſponere pro libito in vita ipſo-
rum, & mortis articulo, & etiam ab inte-
ſtato relinquere de palatijs, ædificijs, ac
bonis immobilibus quibuſcunque cenſi-
bus, bonis emphitheoticis, & alijs quibu-
ſcunque iuribus de officiorum, ac benefi-
ciorum eccleſiaſticorum fructibus acqui-
ſitis, & acquirendis, dummodo non per-
tineant ad eccleſiam alia via, quam ex fru-
ctibus, & quam, vt ex fructibus acquiſita;
quam conſtitutionem confirmat, & inno-
uat *Iulius Papa ſec. anno* 1507 13 *Kalen.
Ianuarij. anno quinto;* propter quod dico,
quod ſi de acquiſitis ex fructibus, conce-
ditur curialibus per ſpecialem conceſſio-
nem, & gratiam poſſe diſponere, quod re-
gula videtur eſſe in contrarium, quod ſint
de iure diſponi prohibita; quia limitatio,
& exceptio firmat regulam incõtrarium,
quia limitatio præſupponit regulam.

Idem firmat Pius quartus in fauorem curia-
lium, & incolarum vrbis, per ſuam *conſti-
tutionem*, quæ incipit *bulla confirmatio-
nis. Nonis Februarij.* 1560. *anno ſecundo.*
Et quamuis clericus poſſit de aliquibus
23 diſponere ad libitum, hoc tamen non po-
teſt in multis caſibus in quibus, tenetur,
& eſt obligatus eccleſiæ: puta ſi dolo, vel
culpa eccleſiam læſit, intelligendo tamen,
vt per *Innocent. in capitul. cum in officijs.
de teſtament.* de culpa non leui; quamuis
ipſum teneri etiam de culpa leui ſit *text.
apertus in leg. quicquid C. arbit. tutel.* fac.
*text. in leg. ſi res ff. de adminiſtra. tutor.
& gloſ. in cap. ea. quæſtion. de off. ordin.*
24 tamen eadem *gloſ.* dicit quod non tene-
tur de negligentia: niſi craſſa, ideſt lata,
quæ tamen negligentia eſt culpa: vnde vi-
detur, quod teneatur de leui culpa, ſi
deliquit ſcienter, & ſolum de non le-
ui, ſi ignoranter, ſiue ex negligentia.
Item videtur non poſſe diſponere, ſi
de bonis eccleſiæ alicui fecit gratiam,
per *Innocent. dicto loco*, vbi allegat. *l.
oſtendimus. ff. de fideiuſſor. tutor. &
C. eadem. l.* 2. *& vltima*, Tertio ſi
paſſus eſt rem eccleſiæ propter negli-
gentiam ſuam præſcribi, ſecundum *Abb.
in capitul. ex præſentium de pignor. per
text.* quem allegat in *capitul. placuit el.*
2. 16. *quæſtion.* 3. Quarto ſi fructus,
& redditus eccl. conuertit in vſus in-
honeſtos, *quæſtion.* 4. *capitul. primo.*
Quinto in caſibus, in quibus dicitur,
quod clericus tenetur ad reſtitutionem,
in iſtis enim caſibus primo tenetur ad
ſatisfaciendum San. eccleſiæ, antequam,

ſuorum beneficiorum,& ſpolio. ibi: ſæc vera ſunt in ſimplici clerico; vel ſedote adminiſtrationem, vel curam aiarum non habente, epiſcopus verò, Abbas, vel alius habens curam anima teſtari non poſſunt, niſi de his, quæ eis obuenerunt iure conſanguinitatis authen. licentiam, C. de Epiſcopis, & c. Ita dicit in deciſio. Grationopolitan. ſeo,& ita eſſe de conſuetudine commune obſeruata dicit Butrius in cap. peruenit. de fideiuſſor. Corne. conſ. 314. lib. 3. Iol. cap. fin. de pecul. cler. vbi etiam Cald. Imola cap. relatum. el ſecundo in fin. de teſtam. & capit. requiſiſti. num. 45. in fi. & capit. quia nos. vbi dicit, quod ita communiter ſeruatum, & tenetur hanc ꝑ communem opinionem idem Imola. cap. peruenit, de fideiuſſor. & Boer. conſ. 4. dicit quod illam glo. ſequuntur communiter omnes ſcribentes.

Iſta diſtinctio gloſſ. & Hoſtien. non placet Ab. in cap. fin. de pecul. cler. & in cap. cum eſſes, in repet. de teſtam. verſ. ſecundo principaliter. vbi nullam facit differentiam, an fructus, vel acquiſita ſint intuitu beneficij habentis adminiſtrationem, vel beneficij ſimplicis adminiſtrationem non habentis; quia talis diſtinctio non probatur iure; quia Canonicus, qui eſt ſimpliciter beneficiatus, habet præbendam; vt ex illa primò neceſſaria victui percipiat, & quæ ſuperſunt ſuis neceſſitatibus deductis, in communi vſu eccleſiæ expendat, nec iura in quibus (inquit) fundatur iſta diſtinctio maxime in cap. requiſiuiſti. probant illam, cum loquantur de Canonico, & ſic de ſimplici beneficiato; per multa, quæ adducit in d. cap. fin. de pecul. cler. & d. cap. cum eſſes, vbi examinat iſtam quæſtionem latè per multa contraria; eandem reprobrat idem in d. cap. cum in officijs, de teſtam. & in cap. ſuando, de decimis. eandem reprobat Arebid. in cap. ſtatutum, §. aſſeſſorem, de reſcript. in ſexto. Innocent. in cap. indecorum, de ætat. & qualit. Domin. & Fran. in d. cap. præſenti, Barba. in tractat. de præſtan. Cardin. 2. part. q. 3. num. 80. idem in cap. requiſiſti, de teſtam. idem in cap. fin. de pecul. cler. Card. Zabarel. in d. cap. fin. circa finem, ibi, tamen tales diſtinctiones iure non probantur; eandem opinionem dicſit eſſe veriorem Imol. d. cap. fin. & Bertran. in conſil 258. vol. 2. Iaſ. conſ. 75. volum. 3. quos refert Didac Couarruuias in capit. cum in officijs, de teſtam. & quod clericus non poſſit de fructibus ſuis beneficijs teſtari; tenet ſimpliciter glo. in cap. fin. de pecul. cler. in ver. obitus, & hanc opinionẽ dicit communiter teneri Cardin. ibidem refert Bolognin. in additio ad conſ. Io. de Anan. 87. Nicol. de Vbal. de ſucceſſ. ab inteſt. vltima particula, poſt num. 19. verſic. non obſtant, quod in quibuſcunque redditibus beneficiorum, clerici in morte æquiparantur vſuario potius, quam vſufructuario, & quod hæc videtur magis communis ſententia Doctorum, Et Iaſ. dict. conſ 75. quod eſt magis communis opinio quod clericus ſiue habet adminiſtrationem, ſiue non, indiſtinctè prohibetur teſtari, ſiue illi ſuccedat eccleſia, vel ſucceſſor. Et dicit Gemin. in cap. præſenti, de off. ordin. lib. 6. quod Arebid. in cap. ſtatutum, de reſcrip. eo. lib. tenet, quod clerici non faciunt fructus ſuos, qui ſuperſunt, deductis expenſis, per tex. in cap. primo, 12. quæſt. 3. & ita intellexit Bartol. Brixie. illum canonem, & ſic patet, quod res acquiſitæ de bonis eccleſiæ non ſunt clericorum; quia Clerici debent, ea quæ ſuperſunt deductis neceſſarijs, in pauperes erogare, alias iniquè agunt, & quod acquiſita ſint in prouiſione eccleſiæ, patet per tex. 12. q. 1. Epiſcopi. & conſequenter de acquiſitis ſolus vſus competit eis, licet fateatur quod Clerici ſint domini fructuum perceptorum, & habent eorum proprietatem, quantum ad fidem, & debitam diſpenſationem, ſibi, & ſuis faciendam, id quod verum credit Gemin. quia Clerici non dicuntur domini, ſed procuratores, pro quo optimus tex. 12. q. 1. cap. clericus. tenet glo. in cap. quia nos, de teſtam. & dicit, quod Clericus non habens adminiſtrationem, ſed ſimpliciter, & perſonaliter beneficiatus, in vita, & in morte comparatur vſufructuariò, quantum ad faciẽdum fructus ſuos, & de ipſis perceptis teſtari poteſt, & ei eccleſia ſuccedit quantum ad hus ab inteſtato, ſecundum glo. d. cap. præſenti, de off. ordin. in 6. gloſam (inquit idem Gem.)
35 quidam ſic intelligunt, quòd quilibet habens beneficium ſimplex teſtari poſſit, quod dicunt falſum eſſe, & contra tex. in cap. relatum, qui loquitur in canonico, & conſequenter in habente ſimplex beneficium, qui tamen, vt ibi patet, teſtari non poteſt, ſed hoc (inquit idem) & ego fateor; ſed glo. rectè intellecta eſt veriſſima, & id non dixit; ſed dicit, ad hoc, quòd beneficiatus poſſit teſtari, tria requiruntur; primo quod non habeat adminiſtrationẽ; ſecundo quod beneficium, quod habet ſit ſimplex; tertio quod illud, quod obuenit, obueniat ſibi perſonaliter tantum, & cõ-

ſequen-

Digitized by Google

ſequenter, quòd fructus, quos ex beneficio, vel occaſione beneficij percipit, ſint ei conceſſi ratione ſtipendij perſonalis tantum. quibus tribus concurrentibus poterit teſtari. Et ex his infertur. Primo, quòd canonicus habens præbendam diſtinctam in eccleſia, de fructibus eius teſtari non poteſt, cum habeat adminiſtrationem, id, quòd voluit expreſsè *Innocen. in cap. nouum genus, de decim.* & eſt caſus in *d. cap. relatum.* Secundo, quòd Canonicus teſtari poteſt de quotidianis diſtributionibus; quia dantur propter ſtipendiũ perſonale, & pro diurno labore, vt in *cap. primo, de cler. non reſid. lib. 6.* vndè de hoc teſtari poteſt; ſicut mercenarius, & ruſticus de lucro operis diurni, & ita intelligi poterit iſta *glo.* quia talis quoad iſtas diſtributiones, eſt beneficiatus ſimpliciter, & perſonaliter; quia dantur pro ſtipendio perſonali tantum, nec habet rerum adminiſtrationem. Vndè tales diſtributiones ſoluuntur per capitulum ſingulis, & hanc partem videtur tenere *Abb.* dicens, quod ea, quæ recipiet Clericus intuitu ſeruitij perſonalis tantum, transmittit ad ſucceſſores. Et tertiò quòd ſi præbendæ non ſunt diſtinctæ in eccleſia quia omnia veniunt in communi, & poſtea diſtribuuntur ſingulariter tantum pro quolibet, quod etiã de iſtis poſſit de iure teſtari. Et 4. quòd habens capellanias in eccleſia ad nutum amouibiles, quæ non dantur in titulũ, ſed datur certum ſtipẽdium in anno in pecunia, de tali ſtipẽdio teſtari poſſunt, *c. quia nos, c. relatum, de teſtam.* quia datur eis intuitu perſonæ pro ſuo labore, & ſic alio modo intelligi poteſt *d. glo.* quia tales ſunt ſimpliciter, & perſonaliter beneficiati, abſque alia adminiſtratione. Et quinto infertur, quod ſacerdotes, qui ſunt in conſortijs ciuitatum, ſicut Bononiæ; vbi habentes beneficium in ciuitate, ponuntur in quibuſdam conſortijs, & vniuerſitatibus, & conueniunt in certis Eccleſijs, ad certam miſſam celebrandam, habentes poſſeſſiones illi conſortio deputatas, de quarum fructibus datur tantum venienti ad illam miſſam, de talibus poſſunt teſtari, quia dantur ratione ſeruitij perſonalis, & non principaliter intuitu eccleſiæ, vt per eundem *Gemin. in d. cap. præſenti:* & diximus nos ſupra per totam præſentem quæſtionem, vbi dicimus, quod diſtributiones quotidianæ acquiruntur recipienti, etiam quoad dominium, & recipiens taliter acquirit, quod eas facit ſuas, qualiter vſufructuarius, qui fructus perceptos donat, ac ad hæredes, tam per teſtamenti, quam ab inteſtato tranſmit[illegible] merito etiam poterit dici idem de iſtis diſtributionibus, quod illas perceptas, & [illegible] cratas licet non perceptas, ac ex illis a[c]quiſita, ad hæredes tranſmittere poſſit [illegible] teſtamento; ſed vt dico per *Breue Pau[li] IV. Epiſcopo Toxcellano Theſaurario [illegible] Februarij 1556. & Pij IV. Matthæo M[illegible] nali die 30. Iulij 1560.* bona quæcunque ex beneficijs cum adminiſtrationem habentibus peruenta, & ex ſimplicibus beneficijs non diſpoſita ob facultatem teſtandi, [illegible] priuilegio apoſtolico, vel conſuetudine [illegible] loco vigente habente, colliguntur, & colligi mandantur, vt ſpolia; & eſt eiuſdem *Pij Quarti conſtitutio anno 1560. 2[illegible] Maij,* quod teſtamenta, & donationes, ſe[u] aliæ diſpoſitiones per perſonas eccleſiaſticas, etiam in fauorem piorum locorum factæ, non valeant.

Et ex his cum alijs ſupra adductis videtu[r] 1
quomodo clericus, ſiue prælatus poteſt, vel non poteſt de fructibus ſuæ eccleſiæ teſtari, aut alia voluntate diſponere, & quod poſſit omninò de illis, quæ ſibi dantur ratione ſeruitij, ac eius operæ perſonalis ac de illis, quæ ex redditibus eccleſiæ ſibi obueniunt pro ſuo, & ſuorum victu, quam partem, facit ſuam taliter, quod
1 poteſt diſponere liberè ſecundũ *D. Didac. Couarruuias in ſæpe d. cap. cum in officijs, de teſtam.* ſed intelligit *Abb.* quòd poſſit diſponere de illa parte pro libito, vtendo tamen, & fruendo, & ſi vtatur, vel fruatur; quia ſi non vtatur, & fruatur, videtur ſecus, per *d. Abb. in cap. reprehenſibilis col. 3. num. 18. de appellat.* per eundem in *cap. cum eſſet. 2. lectura. 9. col. verſ. ad adducta ibi. ad cap. Vnicum, &c.* per *Ioan. Andr. in cap. peruenit. de fideiuſſor.* ibi redditus beneficiorum ſcilicet, & præbendarum, quos ſuos faciunt, de alijs enim non fieret ſolutio, cum nec illos obligare potuiſſet, &c. pro qua etiam materia vide *Bal. in authen. licentiam, C. de Epiſcopis, & cler. in fin.* vbi
2 ponit quæſtionem, ſi rector eccleſiæ percepit fructus, & potuit conſumere plus quam conſumpſit, donec viuit, an poteſt diſponere illos fructus ad pias cauſas: & nunquid moriens poſſit relinquere de eis in teſtamento pauperibus, vel in ſubſidiũ terræ ſanctæ, dicunt Canoniſtæ, quòd non quia viuens æquiparatur vſufructuario, & ideò habet liberam adminiſtrationem
3 fructuum; ſed in morte aſſimilatur vſuario, qui ſuum facit, quantum conſumit, non vltra; & ideò de talibus non poteſt teſta-

ri,

conſ.313.incip.præmittendum. vol. ſecundo. vbi dicit; quod bona acquiſita per clericum intuitu Eccleſiæ non tranſeunt ad conſanguineos, nec ex teſtamento, nec ab inteſtato eſt *tex. in cap. relatum el ſecundo de teſta.* vbi bona mobilia, & immobilia per Eccleſiam acquiſita, poſt Clerici defuncti obitum, ad Eccleſiam deuolui
26 debent, & in *§. licet,* habetur; quod licet Clericus de mobilibus de iure diſponere
27 non poſſit, tamen de his poteſt aliquid conferre pauperibus, locis religioſis, & illis; qui honeſta ſeruitia Clerico viuenti impenderint, vel fuerint conſanguinei, vel extranei, iuxta ſeruitij meritum, eſt *tex. in capit. 2. q. 12. q. vltima.* vide *Abb. in cap. cum in officijs* vbi dicit quod de bonis intuitu Eccleſiæ, vel de illius facultatibus acquiſitis, non poteſt teſtari Clericus, nec aliter de ipſis bonis diſponere, niſi in caſibus per eum ibidem enumeratis, puta ſi
28 clericus, vel prælatus tantundem de ſuo eccleſiæ contulerit, quantum ipſe velit relinquere de eccleſiæ facultatibus, & etiam
29 in ſimili dicitur per *Soci. conſ. 23 primo vol. num. 39.* quod rector eccleſiæ poteſt teſtari de expenſis factis per eum cauſa eccleſiæ; & quod dicitur, quod clericus poſſit teſtari de rebus eccleſiæ, ſi tantundem de ſuo confert eccleſiæ. Intellige, ſi confert tantundem ante alienationem, non ſi poſt, quia tunc videtur facere ad euitandam pœnam depoſitionis, & talis damni reſtauratio, vel compenſatio ſibi non proderit, per *Abb. in cap. cum eſſes, verſ. principaliter circa fi. col. antepen. de teſta. in repet.* ſecundo loco per eundem *Abb.* poteſt teſtari ſi hoc habet conſuetudo; tertio in donatione intuitu elee-
30 moſynæ, quando clericus vult remunerare ſeruitia, vt ibi per eum. quia dicit *Abb. in capit. relatum. el ſecondo. 4. colum.* quod bona præbendarum ſunt eccleſiæ, & quanquam ſint diuiſa per præbendas, per hanc diuiſionem non perdunt naturam ſuam, quia bona eccleſiæ cedunt pijs vſibus, non autem, vt canonicus poſſit de eis teſtari ad libitum: pro quo vide *Imol. in capit. fin. de preben. 4. colum. verſic. an Canonicus & Archidiac. 12. quaſtion. 5. in ſumma.* vbi diſputat an valeat conſuetudo, quod clericus poſſit teſtari de fructibus perceptis, & quid de percipiendis, *Specul. de ſtatu monа. verſic. 63.* & de alia conſuetudine, quæ dicat dominus *Anto. in capit. relatum, tertia col. eod. tit. de teſtam.* & per *Cardinalem quaſtion. 79.* & ibi quid ſi clericus habeat patrem &c.

Curiales verò, & incolæ Romanæ Curiæ, & vrbis Romæ, poſſunt de quibuſcunque bonis per eos acquiſitis, etiam ex prouentibus beneficiorum, & officiorum eccleſiaſticorum, ac etiam ex illicite acquiſitis in vrbe, & diſtrictu exiſtentibus, tam in teſtamento, quam ab inteſtato diſponere, & relinquere reſpectiue, conceſſione generali per præallegatam *bullam Alex. 6. ſub Dat. anno 1644. Non. Octobris. & per bullam Pij Quarti ſub titulatione Bullæ confirmationis, & innouationis priuilegiorum incolarum; & curialium vrbis Non. Februarij 1560. & Iulij 3. 1549. ſexto idus Martij, quarum tenor videlicet Iulij, & Pij ſt infra deſcriptus;* ſed iſtud priuilegium diſponendi de huiuſmodi, & relinquendi, hodie non habent incolæ, & diſtrictuales vrbis; ſi fuerint beneficiati beneficijs perſonalem reſidentiam requirentibus, ſi extra reſidentiam decedunt; per *conſtitutionem* eiuſdē *Pij Quarti ſub Dat. Romæ anno 1564 ſeptimo Kalend. Decembris,* contra non reſidentes editam, quorum bona ex eccleſiaſticis fructibus acquiſita, applicat Cameræ apoſtolicæ, reſciſſa, & ſublata eiſdem licentia generali eis conceſſa, & ſpeciali ſi quam obtinuerint, quam eis ſaluam reſeruat, ſi reſideant; prout in bulla prædicta in qua etiam irritat, & annullat teſtamenta, & alias diſpoſitiones, quæ iam factæ fuerint, cuius tenor eſt infra deſcriptus in quæſt. de licentia teſtandi; de acquiſitis verò ex iniunctione pœnitentiarum per ſacerdotem iniunctarum; ex quo eccleſiæ acquiruntur per *Inno. in cap. cum inter. de verb. ſig.* non poteſt clericus teſtari, vel alias diſponere, pulchre *Abb. in cap. reprabenſibilis col. 3. numero. 18 de appellat.* vbi dicit quod ipſe ſemper tenuit illam opinionem, quod clerici non faciunt fructus beneficiorum ſuos, ita quod poſſint de illis teſtari; vbi vide pro eo; an condemnato clerico pro aliquo debito, poſſit fieri executio in illa parte fructuum beneficij, quæ ſiat pro victu, & veſtitu illius: & vide *Bal. conſ. 374. ſecundo vol.* quod intellige tamen, quando ſacerdos eſſet principalis curatus, qui intuitu eccleſiæ, ex pœnitentijs iniunctis acquireret; ſed vbi eſſet capellanus, vel canonicus, tunc bene poteſt de taliter quæſitis diſponere, & teſtari ſecundum *Dominum Antonium de Butrio* ſecundum quod refert *in capitul. requiſiſti de teſtamento,* refert *Dominus Nicolaus de*

ri,ſecundum Canoniſtas,qui (inquit) be-
nè dicunt; quia in adminiſtratoribus,qua
4 les ſunt clerici in rebus eccleſiæ, potétius
eſt ius in vita,quam in morte; quia,quòd
clericus aliqua donare poſſit, non legare,
eſt ratio ſecundum *Abb. in cap. ad hac, de*
teſtam. quia teſtamentum morte confir-
matur, *cap. cum morte, de celebr. miſſ.* &
5 conſequenter effectus confertur in tem-
pus,quo clericus non eſt futurus prælatus
ideò non poteſt de aliquo diſponere in
teſtamento,ex facultatibus eccleſiæ,quã-
do autem vult diſponere,dum viuit,modo
faciat ſecundum canones, nõ prohibetur,
quia hoc facit,tanquam adminiſtrator ec-
cleſiæ; pro quo vide infra quæſtionem,an
Clericus de fructibus,&c.Et quod dictum
fuit de diſtributionibus.illud idem poteſt
dici de penſionibus,vel de acquiſitis de
pecunijs penſionum,vt penſionarius poſ-
ſit proprio teſtamento diſponere,de red-
ditibus ex penſione eccleſiaſtica percep-
6 tis, ac de penſionum terminis maturatis
decurſis,licet non exactis, ac etiam ab in-
teſtato ad legitimos hæredes, vel ſucceſ-
ſores trãſmittere,per *Gig.in q.52.ſuo tra-*
ctat.de penſion. Couarruuias in cap.cum
in officijs,de teſtam verſ.octauo poteſt in
*fin.*Faciunt adducta per eundem in *capit.*
*primo, §.caterum, eod tit.*ſed vide,quæ ad
duxi contra ſupra ſuo loco hac eadem
quæſt.

Idem venit dicendum de acquiſitis per cle-
ricum,vel prælatum ex propria induſtria
aut labore etiam ſi presbyter, vel præla-
tus ea bona fuerit conſequutus ratione
ordinis ſacri, nullo tamen prætextu be-
neficij,vel bonorum eccleſiæ,nempè pro
celebrandis miſſarum ſolemnibus,aut ex
ſtipendio alicuius prælati, vel alicuius
principis,cum presbyter vti cappellanus
ſeruierit: Item etiam,ſi ſeruierit, vti can-
tor,magiſter domus,vel à ſecretis ſeruiẽs
ſcribendo,vel lector, diſcipulorum magi-
7 ſter,& huiuſmodi,honeſte ſeruiendo; de
quibus dicimus in quæſtione,quæ negoc.
ſint permiſſa & interdic.cler. quia de ac-
quiſitis ex huiuſmodi,vt licite acquiſitis,
liberè clericus poteſt teſtari, & ſuam vl-
timam voluntatem condere pro libito,
quia ſunt ei non ab eccleſia acquiſita, per
Cyn.& Doctor.in authen.licentiam, C.de
Epiſcopis,& cler. vbi *Bal.* dicit, ex hoc
etiam apparet,quòd ſimplices clerici,qui
lucrantur ex proprijs laboribus, & nullã
habent adminiſtrationem eccleſiarum,nõ
pertinent ad iſtam authenticam,ſed ad *au*
thenticam presbyteros,C.eo. vbi habetur,

quod clerici poſſunt libere diſponere de
acquiſitis per eos eorum induſtria, vel
labore,vel alias, vt ibi,etiam donando, &
teſtando,& per *Hoſtien.Anton.Cardinal.*
& Imol.in cap.quia nos.Abb.in cap cum
in officijs,verſ.nota quòd clerici; vbi dicit,
quod clerici de bonis acquiſitis intuitu
perſonæ,puta ex ſucceſſione cognatorum
donatione amicorum, induſtria clerico-
rum,de his poſſunt (inquit) clerici liberè
teſtari; & intellige de induſtria licita,qua
liter diximus ſupra; quia ſi ſit acquiſitum
8 de illicita induſtria prohibita,& non per-
miſſa clerico, vltra diſpoſitionem iuris
communis,non poteſt hodie clericus de
illo diſponere,quia facit ſpolium, & vti
ſpolium eſt applicatum Reuerendæ Ca-
meræ,per *extrauag. Pij Quarti,*ſuper hoc
expreſsè,& particulariter factam, de qua
diximus in quæſtione, Quæ negocia ſint
permiſſa,& interdic.cler. vbi eſt tenor ex
9 trauagantis inſertus. Et ſubdit *Abb. ibid.*
Nota,quòd clericus etiam habens eccle-
ſiam,ſibi,& non eccleſiæ ſuæ,ex ſua indu-
ſtria lucratur. Et in hoc differt à coniuge
carnali,quæ operatur,& acquirit ad vtili-
tatem mariti, *l.ſicut,de oper.liber.* & quòd
de acquiſitis ratione clericalis dignitatis,
poſſit teſtari clericus,dicit, & tenet idem
Abb.in cap.cum eſſ s,de teſtam.colum. 11.
verſ.quid autem, qui (inquit) hoc dona-
tur ſibi,vt ſit ſuum, & non contemplatio-
ne eccleſiæ, item hoc videtur ſibi datum
in recompenſationem damnorum, quæ
ſubſtinuit in trahendo ibi moram,nam in
terim ex aliquo artificio potuiſſet tantũ-
dem acquirere,per ea,quæ ponit *Innocen.*
in cap.quoniam.ne prala.vic.ſuds. Barba.
in d.cap.cum in officijs col 4.Boer.deciſion.
ſecunda Domin.in cap.præſenti, de off.or-
din.in 6. Bolognin. in addition.ad Anan.
conſ.87.Barba. fatetur hanc eſſe commu-
nem opinionem in *cap.quia nos,col fin.de*
teſtam Corne.conſ.314 col 3.vol tert. Soc.
conſil.91.3.vol. pro quo vidé *glo. ordin. in*
cap.præſenti de off ord.in 6. glo.in l.vxor
marito,ff.de donat.inter vir.& vxor. quã
ponderat *Bart.in l.mancipia.C.ſi quis al-*
teri,vel ſibi; illud tamen,quod clericus,ſi-
ue ſacerdos acquirit pro miſſis celebran-
dis,limitat,& intelligit *Abb.in cap cum in*
officijs,de teſtam niſi,qui dedit, tanquam
parrochiali ſacerdoti dedit,quo caſu cum
eſſet datum intuitu eccleſiæ eſſet acquiſi-
tum,vndè diſponere non poteſt; per quæ
videtur,quod clericus in illis, quæ ſua in-
duſtria,vel labore,aut alias intuitu perſo-
næ ſuæ comparauit,habeat liberam teſta-
men

Digitized by Google

menti ſactionem, & hæc in clericis inſe-
rioribus; ſed quid in epiſcopis, vt ad alia
capita diſtinctione deueniamus. Et in
10 epiſcopis videtur eſſe ſecus, quia quæſita
per epiſcopum poſt epiſcopatum adeptū,
ex propria induſtria non videntur ſibi,
ſed eccleſiæ ſuæ acquiſita; adeò quod nō
poteſt de illis nec diſponere, nec teſtari,
ſecundum *Petrum*, quem refert *Cyn. in*
authen, licentiam, C. de Epiſcopis, & Cler.
per quem *tex.* ſolum conceditur, quod
poſſint diſponere de acquiſitis ante epi-
ſcopatum, vel prælationem, & de acquiſi-
tis per ſucceſſionem tantum cognatorū,
vſque ad quartum gradum; de reliquis
verò qualitercunque acquiſitis, non poſ-
ſunt diſponere, ſed acquirunt eccleſiæ, idē
videtur tenere *Iacob. Butrigar. in l. ſacro-*
ſanctæ, C. de Epiſcopis, & Cleric. vbi dicit,
quod epiſcopi teſtari non poſſunt de bo-
nis poſt epiſcopatum, etiam ex propria
induſtria perſonæ vtcunque acquiſitis,
cui opinioni videtur ſuffragari *tex. in dic.*
authen licentiam, vbi omnia bona acqui-
ſita epiſcopo poſt epiſcopatum ſunt ac-
quiſita eccleſiæ præter bona, quæ ſibi ob-
ueniunt à cognatorum ſucceſſione, quæ
ſibi non eccleſiæ acquiruntur; facit pro
hac opinione etiam *tex. in cap. primo, de*
teſtamen. & in cap. primo 12. quaſtion. 11.
vbi permittitur epiſcopis teſtari de bonis
ſolum, quæ habuerunt ante dignitatem
epiſcopalem, non de acquiſitis poſt; niſi
taliter acquiſita obuenerint ex cauſa, vel
iure ſanguinis. Eandem opinionem ſequi-
tur *Barbat.* & illam defendit ab oppugna
tionibus in *cap. primo de teſtam.* & latius
idem in ſuo *tractat. de praeſtan. Cardin. par*
te 1. q 3. contra eum tenet *Abb. in cap. cum*
in officijs, ibi *Petrus* tamen, vt refert *Cyn.*
dixit hoc procedere in clericis inferiori-
bus, epiſcopus autem ſecundum eum lu-
cratur eccleſiæ ex induſtria perſonæ; ſed
inquit mihi placet primum dictum indi-
ſtincte in clericis ſecularibus cuiuſcunq.
gradus; quia eadem ratio videtur in Epi-
ſcopo; quę in alijs tenet *glo. in cap. primo*
de teſtam. in 6. acquiſiuiſſe, vbi dicit, quòd
quicquid acquirit Epiſcopus de rebus ec-
cleſiæ, eccleſię acquirit, ſecus eſt de alijs
rebus, ideſt aliunde; quam ab eccleſia ac-
quiſitis, & *Abb. ibidem*, in finalibus ver-
bis, vbi nota quòd etiam epiſcopus acqui
rit ſibi quicquid adipiſcitur intuitu perſo-
næ, ſicut dicimus in ſimplicibus clericis,
& dicit hoc notandum; quia iura apertè
hoc non dicunt de Epiſcopo, ſed potius
contrarium innuere videntur *auth. licen-*
tiam, &c. Sed tene (inquit) primum di-
ctum tenet *Cornel. in conſ. 314. col. 3. vol. 3.*
vbi dicit, quòd talis opinio *Butr.* eſt com-
muniter reprobata, idem dicit *Socin. conſ.*
91. 3. vol. ex qua opinione infert *Socin.*
quod Cardinalis teſtari poteſt de illo ſti-
pendio; quod à Romano Pontifice datur
cuilibet Cardinali ratione Cardinalitij ga
ler, quod vulgo à Romana Curia appella-
tur: *Le diſtributioni del capello*, quia id
non datur Cardinali, reſpectu alicuius ec-
cleſiæ, ſed reſpectu perſonę ipſius Cardi-
nalis, qui ipſum Romanum Pontificem in
regimine Eccleſię conſilio, & induſtria
coadiuuat, quia Cardinales, ideò Reges
appellantur, quia cum Papa regunt totum
mundum, vt per *Hoſtienſ. in cap. dilecti, el*
primo. de praeben. & quia Cardinales Sa-
croſanctę Romanę Eccleſiæ pręſunt curę
Eccleſiæ vniuerſalis, *cap. bona, de poſtula.*
prælat. & illius caput ſunt, *Fab. de Monte*
in tract, de emption quarta parte principa-
li num 28. Martin. Lauden. in tractat. de
Cardin. q. 31. Et ex hoc etiam aliqui infe-
11 runt; quod Epiſcopi poſſunt teſtari de
illis, quæ acquirunt, ex illis, quæ offerun-
tur ipſis, & dantur ab his, qui ſacris ordi-
nibus initiantur, & inſigniuntur; ſed cum
Epiſcopus pro ordinando nihil licitè reci
piat, *cap. primo de ſimonia*; videtur quod
de taliter oblatis, & receptis non poſſit
teſtari, ſi ſunt illicitè acquiſita, quia ſimo-
niace datum, & receptum, turpiter, & illi-
cite acquiritur, per *Sanctum Thomam. 4.*
cap. art. vltimo, verſ. ad quartum ſup quar-
to cogita. Et hæc opinio videtur eſſe me-
lior, & pręualere opinioni *Petri, & Iacob.*
Butr. quia ad *tex. in authen. licentiam*, &
tex. & in cap primo de teſtam. qui in con-
trarium, & pro *Butrigario* adducitur, re-
ſpondetur, quia ſi rationem dictorū Ca-
nonum conſideremus, & perpendamus,
idem eſt dicendum in Epiſcopis, quod in
cæteris Clericis, ea etenim, quæ poſt di-
gnitatem Epiſcopalem acquiruntur à Pręla-
tis; ideò per illa iura adiudicantur Ec-
cleſiæ, & Eccleſiæ eſſe cenſentur, quia de
bonis eccleſiæ, & de redditibus eccleſiæ
acquiſita cenſentur per *tex iuncta gloſ. in*
cap. primo de peccul. cler. quę ratio proba-
tur efficaciter in *cap. fixum, 12 q. 5.* vbi ſta
tuitur, quòd Epiſcopus res de facultatibus
Eccleſię comparatas, ſiue ſuo, ſiue alieno
nomine non tranſmittat ad propinquos,
ſed ad eccleſiam deueniant, de cęteris ve-
rò pro libito ſuę voluntatis diſponat, ſiue
ante epiſcopatum eius fuerint, ſiue per
eum in Epiſcopatu acquiſitę; vndè *tex. in*
d. au-

Digitized by Google

d. *authen.licentiam,& in capitul. 1.de te-*
ſtam. ita eſt intelligendus, vt idem dicatur
de rebus quas epiſcopus propria indu-
ſtria acquiſiuit, quod dicitur de rebus,
quæ maniſeſte ei iure ſanguinis obuene-
runt, vt per *Abb. & alios in d.locis*. Nec
ideſt intelligendum in omni Epiſcopo,
nec de omni Epiſcopo: quia ſecus vide-
tur ſi Epiſcopus ſit regularis, qui non po-
teſt diſponere, nec teſtari modo aliquo de
rebus, per eum poſt Epiſcopatum acqui-
ſitis, cum talis acquiſitio in Epiſcopo re-
gulari cædat Epiſcopatui, dicit *gloſ. in ca-*
pitul. primo. de teſtam. in 6. quam ſequi-
tur *Ioan. Andr.* licet contra *Hoſtien. ibi-*
dem. dicit enim quicquid dicat *Hoſtien.*
etiam, quod acquirit intuitu perſonæ epi-
ſcopus regularis acquirit epiſcopatui &c.
quem ſequitur *Abb.* vbi dicit *Ioan. Andr.*
tamẽ tenet cum *gloſ.* & melius, quia quic-
13 quid religioſus promotus ad prælatu am
acquirit, prælaturæ acquiritur, vt eſt *text.*
in capitul. vnico 18.quæſtion. 1. vbi habe-
tur, quòd acquiſita per Monachum ſiue
religioſum ante illius promotionem ad
Epiſcopatum, cædunt acquiſita Monaſte-
rio per *Abb. in capitul. reprehenſibilis, ex.*
14 *de appell. num.* 19 quæ verò ei obuene-
runt poſt adeptam Epiſcopalem dignita-
tem, cædunt in acquiſitione illius Eccle-
ſiæ, & altaris, ad quod intitulatur, & ſan-
ctificatur: idem voluit *Feder. de Senis in*
conſ. ſiue quæſtion. 20 & *Calder. in con-*
ſil. primo de pecul. cler. ſequitur *Bald.*
authen. licentiam C. de Epiſcopis, & cler.
ibi concluſiue autem loquendo de teſta-
mento coram clericorum, vel prælato-
rum ſic diſtingue, aut eſt prælatus regula-
ris, & non poteſt teſtari, & ſi eſſet Cardi-
nalis, nam nulla dignitas liberat Mona-
chum à ſubſtantialibus regulæ, & eſt ra-
tio, quia dignitas facit quem aſcendere,
ſed liberari à ſubſtantialibus regulæ eſſet
deſcendere in deteriorem ſtatum, vt hic
aperte probatur &c. Idem ſentit *Barb. ad*
Bal ibi nota quòd prælatus regularis
15 non poteſt teſtari, etiam ſi eſſet Cardi-
nalis, vide *text. in capitul. quia ingre-*
dientibus te teſtam. & ibi *Dom. Anto.* li-
mitat, niſi de licentia Papæ, & quid ope-
ratur illa licentia vide *Bal. in leg. ſi quan-*
do. C. mand. Bald. in capitul primo in ſi.
de cler. qui inueſt. fac. & dicit *Zabarella*
in capitul. fin. de pecul. cler. col. antepen.
quòd non eſt ita lata conceſſa diſpenſatio
16 religioſis de rebus Eccleſię ſicuti cleri-
cis ſæcularibus, tamen non eis puto, quòd
valeat ſi ſint prælati, quia de fructibus
habent liberam diſpenſationem, *capitulo*
cæterum de donat. quia Clericus ſæcula-
ris, & religioſus habens adminiſtrationẽ
æquiparatur, quoad diſpenſandi poteſta-
tem, *capitulo fin. verſ. ſed, & talis, de vit.*
& honeſtat. cleric. vbi optime probat.
Idem *Zabarella in capitul. peruenit, de ſi-*
deiuſſor. dixit illud *cap.* procedere in regu-
lari, ſed in alio differunt; quia prælatus
ſæcularis quicquid acquirit intuitu per-
ſonæ, acquirit ſibi, & ei ſuccedunt in hoc
17 propinqui, *dict. capitul. cum in officijs.*
prælatus verò regularis acquirit eccleſię,
capitul ſecundo de teſtam. 18. quæſtione 1.
cap. primo, & not. *capit primo de inſtit. in*
glo pen capitul. olim, de priuileg el ſecun-
do, & alijs, vti ibi per eundem *Zabarel. d.*
cap. fin. vbi multa pro, & contra adducit:
& intellige de religioſo, qui profitetur tria
ſubſtantialia regulæ, qui teſtamentum fa-
cere prohibetur. *capit. ſecundo de teſtam.*
12 *quæſt. prima,* non dicatis, ſecus eſt de
18 religioſo largo modo, qui iſta tria non
profiteatur, vt per *Abb. in rub. de teſtam.*
num. 6. idem dicit *Zabarella in d capitul.*
cum in officijs. ibi, procedunt hæc in Cle-
rico ſæculari ſecus eſt in regulari. qui de
nullis teſtari poteſt: & in materia dicit
Didac. Couarruuias in cap. cum in officijs,
de teſtam. §. vltimo. hinc poteſt; quod mo-
ribus receptum eſt, vt licentia quoad fa-
cultatem teſtandi de fructibus eccleſiæ
19 ſit tantum neceſſaria Epiſcopis, non alijs
Eccleſiaſticis, vndè Epiſcopi magis aſtri-
cti videntur ad res Eccleſię cuſtodiendũ,
& conſeruandum. ex quo alij clerici, etiam
ſine licentia poſſunt diſponere, & teſtari
pro ſuo libito, vt dixit eſſe conſuetudinem
in Francia, & in Regnis Hiſpaniarum, ac
fere in toto orbe terrarum ab immemo-
rabili tempore introductam; immo talem
conſuetudinem vti bonam, & laudabilem
eſſe pragmaticis ſanctionibus Caroli Cę-
ſaris Hiſpaniarum Regis confirmatam,
ac illam ſeruari iuſſam anno 1523. co-
mitijs totius Regni habitis Pintiæ *capit.*
47. idem atteſtare videtur *Petrus Due-*
na in ſuis Regulis Regula 366. verſicul.
porro circa; vbi etiam dicit, quod hodie
per *extrauagant. Iulij Tertij* eſt deciſum,
quod omnes clericis poſſint de quibuſ-
cunque bonis, etiam intuitu eccleſiæ ac-
quiſitis in teſtamento diſponere; quam
extrauagantem ego nunquam vidi, nec in
cauſis ſpoliorum ab aliquo vnquam vidi
illam adduci, aut allegari; immo contra-
rium ſemper ſeruari. Sed credo, quod
dicat, & intelligat de motu proprio,

eiuſdem Iulij facto in fauorem incolarum, & curialium vrbis, cuius tenor eſt inſertus in *bulla confirmationis innouationis priuilegiorum incolarum, & Curialium Vrbis a Pio 4. edita Anno* 1561. quæ eſt in fine præſentis noſtri laboris edita, vel quod intelligat de conſtitutione aliqua, quam ego non vidi: ſed vide eum dict. loco; vbi facit quæſtionem, an Clericus poſſit donare nurui, iam quod non poteſt inſtituere, vel donare filio. Sed quod dicunt iſti docti viri de iſta cõſuetudine ego valde dubito, quia contrarium vidi ſeruari in Vrbe Roma in cauſis ſpoliorum Clericorum extra Vrbem decedentium, pro tempore quo ego fui in Vrbe in huiuſmodi cauſis Aud. Reuer. Theſaur. & in Ciuitate, ac Regno Neapolis Auditor Illuſtriſſ. Domini Nicolai Fliſci Epiſcopi Sauonẽſis Sedis Apoſtolicæ in dicto Regno Neapolis Nuntij, & iurium Cameræ Apoſtolicæ collectoris à Pio 4 deputati, pro quo tempore ſemper collegimus iura Cameræ nec talis conſuetudo, nedum ab aliquo vnquam fuit deducta, ſed nec allegata quidem; nec fuit vnquam aliqua habita differentia, vel conſideratio, quo ad huiuſmodi ſpolia inter Epiſcopos, ac alios Clericos: quia omnium ſpolia paſſim, & indiſtinctæ Camera colligit niſi decedens, vel fuit Epiſcopus, vel Clericus, obtinuerit licentiam à Sede Apoſtolica de bonis diſponendi, id, quod ego, & audio ſeruari in Regnis Hiſpaniarum, vt mihi fuit dictum à Reuerendiſſimo D. domino meo Leonardo de Marinis nobili Ianuen. Archiepiſcopo Lancien. qui fuit in Hiſpaniarum Regnis Sedis Apoſtolicæ Nuntius, ac Cameræ Apoſtolicæ iurium collector à prælibato ſanctæ memoriæ Iulio Tertio deputatus, ſed bene audiui; quod in Regnis Hiſpaniarum per collectores, & commiſſarios Apoſtolicos colliguntur tantummodo ſpolia Epiſcoporum, & Archiepiſcoporum magnorumque Prælatorum, non aliorum inferiorum Clericorum aut presbyterorum. Sed id etiam poteſt bene euenire conniuentia etiam collectoris, & commiſſarij, aut illorum tolerantia; ſuper quo me remitto veritati. Sed de hac conſuetudine, ac conſuetudine, teſtandi vel diſponendi de fructibus beneficiorum aliqua dicemus infra ſuo loco.

Credo quod per hæc ſit dictum aliquid, quomodo Epiſcopus, vel Clericus ſęcularis, vel regularis debeat, vel poſſit inter viuos, vel in teſtamento diſponere de fructibus beneficij, de diſtributionibus quotidianis, de fructibus penſionum, de acquiſitis opera, vel intuitu ſuæ perſonæ, ac de alijs obuenire poſſint Eccleſiaſticis perſonis ab Eccleſia, vel aliunde: aut ſaltim quòd ſit demonſtratum vbi, & in quibus locis materia per Doctores pertractetur, ad quos pro caſus contingentia recurri poterit, & quod etiam materiam ſic intelligendo, & ſic diſtinguendo, multa repugnantia ſint concordata.

Vnde pro reconciliandis contrarijs pauca erunt dicenda: quia per eas quæ late dicit *Abb. in capitul. cum eſſes. verſ* 2. principaliter, & per ea quæ diximus ſupra Clericus non eſt vſufructuarius, ſed vſuarius: quia de fructibus non habet niſi pro ſuo victu, vnde illud quod dicitur: quod habet vſufructum, vel dominium intelligitur, quoad Canonicam diſpenſationem, quia cæteros fructus ſuperfluentes, deducto victu, habet Canonicæ diſpenſare; quia quando malæ, & non Canonicæ clerici diſpenſant ſunt prædones, *gloſ. in capitul. fin.* 12. *quæſtion.* 1. *in gloſ. fi.* de quibus etiam poteſt Clericus alere filios, parentes, conſanguineos, ſi egeant, & ſorores, ac filias maritare, non poteſt tamen eos diteſcere per *Abb. in capitu. inquirendum. de pecul. cler.* & quòd dicitur quod Clericus de redditibus poteſt donare, intellige vt dictum fuit moderate, & in caſibus à iure expreſſis, & iura loquentia quod beneficiatus habens adminiſtrationem ſit vſufructuarius, & vſufructuario æquiparetur, intelligũtur quoad hoc quòd finiatur morte, & quoad fidelem adminiſtrationem per *Rebuff. in praxi ſub verbo ſæculare quotuplex.*

De diſtributionibus quotidianis, ac de illis quæ Clericus ſuo labore acquirit, etiam ratione ſui officij, dummodo ei non detur vti Parochiali, dictum fuit quod vti de ſibi acquiſitis habet liberam adminiſtrationem. Quod verò dicitur; quòd de fructibus Eccleſiæ poteſt Clericus ſoluere debita particularia, licet *Abb.* teneat contrarium, tamen *Gig. in tract. de penſio. quæ.* 39. dicit quod illi, qui hanc opinionem tenent ſunt plures; quorum habet opinio præualere. Sed de hoc dicimus in Quæſtione de debitis ſoluendis de fructibus Eccleſiæ, & ſpolio. Et quod dicimus quod prælatus poteſt Eccleſiæ fructus locare, vendere, & hypothecare credimus verum ſi faciat, tanquam adminiſtrator, ſed non ſequitur propterea; quin pecunias ex tali venditione redactas, deductis pro ſe neceſſarijs; non habeat

Ca-

Canonicæ, vt tenetur diſpenſare; & pro recuperandis rebus eccleſiæ poteſt agere finium reg omnemque aliam actionem intentare, per *Abb in capitul. cum ſuper de cauſ. poſſeſ. & proprietat.* & quod dicit *gloſ. in ſumma, 1. quæſtion 1.* quod Clericus poteſt fructus Eccleſię dare etiã porcis, non intelligas fructus illos, qui habent in pauperes, & in vtilitatem Eccleſię erogari, aut in alios pios, & legitimos vſus à iure expreſſos diſpenſari. Sed hos intellige; quos clericus ſibi acquirit, & quos facit ſuos vere, vt diximus de his, quos de diſtributionibus quotidianis, & de his, quos ſuo labore ratione ſui officij Clericus acquirit, & quos pro ſuæ voluntatis arbitrio poteſt etiam proijcere, vt rem ſuam in qua poteſt eſſe moderator, & arbiter; niſi forte *glo.* intelligat de fructibus putrefactis, vel marcidis, qui bene porcis, & alijs beſtijs dari, & proijci poſſunt. Et ad illud quod dicimus quod Clericus de fructibus beneficij ſoluit ſua debita, dici pariter poſt, de illis fructibus, quos facit ſuos, quis ſecus eſt in fructibus, qui ſunt conuertendi in vtilitatem Eccleſiæ, vt per *Abb. d. cap. peruenit. de fideiuſſor. verſicul. in gloſ. in verbo.* vbi dicit: quod hoc dictum, quotidie allegatur in practica, vbi concludit: quòd ex quo cõmunis opinio inoaluit, quod Clerici hodie appropriare ſibi omnes redditus; viſum fuit Curiæ & iudicibus melius eſſe, vt Clerici darent fructus ſuos creditoribus, quam, vt diſpergant in aliam cauſam. Et ad illud: quod dicit *Couarruuias*, quòd Clericus voluptuoſe expendens redditus Eccleſiaſticos, non tenetur ad reſtitutionem reſpondeo, quod opinio Abbatis eſt in contrarium, quod immo tenetur reſtituere de ſuo patrimonio, ſi habet, vt per eundem *in capitulo cum ſecundum. de praben. & in cap fin. de pecul. cler. in fi.* vbi dicit; quòd vt clericus non teneatur, fuit opinio *Archid.* quæ eſt opinio periculoſa: ex quibus fit abſolutum pro nunc quod volumus dicere in præſenti quæſtione de poteſtate clerici circa fructus beneficiorum, & circa acquiſita de fructibus;

Circa verò alia ex quibus hodie fiunt ſpolia, qualia ſunt acquiſita ex illicita negociatione per clericos, idem erit dicendum, quod diximus de fructibus eccleſiaſticis data paritate terminorum quia per *extrauag. Pij 4 ſuper declaratione ſpoliorum anno 1560. ſui Pontificatus anno 1. Nonis Nouemb.* fuit declaratum taliter acquiſita, fuiſſe, & eſſe ſpolia, & vt ſpolia ſpectaſſe, ac ſpectare ad Reuer. Cameram, vnde cum ſit de eis eadem ratio; quæ, & de acquiſitis ab eccleſia, in eis debet eadem eſſe iuris diſpoſitio. *l. ſi ſocer. ff. ſolut. mat.* immo in illis arctius; & magis ſtricta procedendum eſſe quam in eccleſiaſticis, in quibus clerici habent liberam adminiſtrationem, & diſpenſationem fructuum in bene diſpenſando; quia ex forma Bullæ, non ſolum non videtur aliqua clericis diſpenſandi de eis, & diſponendi relicta facultas ſed omnino eis, tam in vita, quam in morte diſponere interdictum expreſſe, & penitus prohibitum; ſuper quo vide, quæ dicimus in quæſtione: quæ negocia ſint permiſſa; & interdicta clericis: vbi tenor bullæ eſt deſcriptus, ac ſuper illius intelligentia aliqua dicimus, ex quibus ad laudem Omnipotentis Dei, & illius Beatæ Matris, ſit impoſitus finis præſenti quæſtioni.

SVMMARIVM.

1 *Eſt ſtandum conſuetudini in diſpoſitione fructuum eccleſiaſticorum.*

2 *Tenere non debent quæ fiunt contra ius habens perpetuam prohibitionis cauſam.*

3 *Conſuetudo irrationabilis non eſt attendenda.*

4 *Improbatur conſuetudo; per quam diſtributiones quotidianæ dantur non intereſſantibus diuinis.*

5 *Non valet ſtatutum; per quod minuitur cultus diuinus.*

6 *Fructus eccleſiarum debent diſtribui in ſtipendia miniſtrorum.*

7 *Clerici fructus eccleſiæ, vltra neceſſarios, non poſſunt in ſeipſos conuertere.*

8 *Conſuetudo ſacris obuians canonibus non debet attendi.*

9 *Valet conſuetudo, quod clericus diſponat de fructibus eccleſiæ, & de acquiſitis de fructibus.*

10 *Valet conſuetudo; quod propinqui ſuccedant clerico ab inteſtato in rebus per eccleſiam acquiſitis.*

11 *Canonicus abſens percipiens, percipit contra ius.*

12 *Conſuetudo dat iuriſdictionem non habenti.*

13 *De conſuetudine clerici diſponere de acquiſitis per eccleſiam ſine licentia.*

14 *Prohibitio teſtandi eſt de iure poſitiuo.*

15 *Conſuetudinem clericorum diſponendi de rebus eccleſiæ approbat rex Carolus.*

16 *Valet conſuetudo; quod fructus pertineant ad defunctum per aliquod tempus.*
17 *Conſuetudo immemorabilis idem efficit, quod Principis licentia.*
18 *Conſuetudo diſponendi de rebus eccleſiæ intelligitur ad modica, nec ſe extendit ad magna.*
19 *Conſuetudo diſponendi de rebus eccleſiæ non ſe extendit ad immobilia.*
20 *Valet conſuetudo, quod canonicus poſſit teſtari de fructibus percipiendis anno ſequenti.*
21 *Conſuetudo non debet afferre grauamen eccleſiæ.*
22 *Conſuetudo de fructibus percipiendis videtur approbata per extrauagan. ſuſcepti.*
23 *Conſuetudo in aliquibus eccleſijs Regni Neapolis.*
24 *In redditibus eccleſiaſticis tantum habet iuris clerici, quantum ſibi à canone permittitur.*
25 *Principes ſeculares non poſſunt conſtituere legem in rebus eccleſiæ.*

De conſuetudine teſtandi; vel diſponendi de fructibus, & rebus eccleſiaſticis.

QVAESTIO IV.

VERVM quia in materia teſtandi de fructibus eccleſiæ perceptis, & percipiendis, dicunt quidam quòd debet maxime attendi illud, quod eſt in conſuetudine, cui quoties de ipſa appareat eſt ſtandum, vt per *Hoſtien. in c. fi. de pecul. cler.*
1 duxi eſſe ad propoſitum hic annectere quæ ſparſim ex dictis doctorum in hac materia colligere potui. Quæ conſuetudo videtur primo, quod in huiuſmodi non ſit aliquo modo attendenda; quia cum ſit prohibitum expræſſe à iure, quòd clerici de rebus eccleſiæ non teſtentur *12 q. 5 §.*
2 *1. c. 1. 2. & 3 c. cum in officijs, & c. ad hæc de teſtam.* & illa quæ fiunt contra ius habens perpetuam prohibitionis cauſam tenere non debent, *10. diſt. iudex. c ſi diligenti de for. comp. & l. non C. de leg.* ergo teſtamentum prætextu illius conſuetudinis quæ eſt contra iuris formam expreſſam valere non poteſt, quia talis conſuetudo grauamen inducit eccleſiæ *c. 1. de cõſuet.* quæ cum ſit irrationalis, & ſic impræſcriptibilia *eod. titul. capitulo fin.* non eſt attendenda, ſecundo loco talis conſue-
3 tudo eſt omni iuri contraria, ideo valere non debet, per *tex. in capit. clerici de iud. & capit. noſtram de probat. cum ſimilibus.* Facit pro hac opinione, quòd clerici non poſſunt dare in morte, ſeu relinquere ſuis parentibus omnia mobilia, licet de hoc ſit, & obtineat generalis conſuetudo, quæ illos propterea non excuſat, facit illud: quod dicitur clericos in rebus eccleſiæ non habere niſi vſum, & vſuario cõparari, not. in *capit. fi. de pecul. cler & 12. quæſt. 1. epiſcopi de rebus.* Facit illud quod habetur in *tex. in capit. vnico de cleric. non reſid. in 6.* vbi improbatur conſuetudo; per quam fuerat inductum, vt quotidianæ diſtributiones, quæ dantur tantum diuinis officijs intereſſentibus, darentur etiam non intereſſentibus: facit quia, ſi abſit conſuetudo; quod clerici de rebus
4 eccleſiæ poſſint teſtari, per hoc videtur aperta via ad minuendum Chriſti patrimonium, & ad minuendum cultum diuinum, & cum in iure non valeat ſtatutum, per quod minuitur cultus diuinus, per
5 *tex in cap. pen. de conſtit.* ita pari modo non debet valere conſuetudo, quia iſtorum duorum de vno ad aliud, valet argumentum, imo ambo æquiparantur, *capit. primo. de conſtit. & capit. primo. de iure iur.* Facit *tex. in c. paſtoralis. in principio de ijs quæ fi. à præla.* vbi dicitur; quòd prouentus eccleſiarum habent conuerti,
6 & diſtribui in ſtipendia miniſtrorum, quòd non erit vigore conſuetudinis, ſi clerici ad heredes illos teſtati, vel ab inteſtato tranſmittant, quia miniſtri non ſunt, qui non ſeruiunt, prout poſſunt eſſe hæredes clerici defuncti, *cap. propoſuit de fil. presbyt.* facit quod diximus ſupra, quòd clerici fructus eccleſiæ non poſſunt pro ſe ipſis vltra victus ſui neceſſaria percipere, nec in ſuos vſus conuertere, vel ap-
7 propriare, quia iſtud eſſet ſubtrahere per *Zabarel. cap. fin col. pen de pecul. cler.* ergo multo minus in heredes tranſmittere per *tex. in reg. nemo plus iuris, de regul. iuris.* facit, quod conſuetudo, quæ ſacris canonibus obuiat, & aduerſatur, non eſt attendenda per *tex, in cap. cæterum. extra de*
8 *donatio.* facit, quod quicquid acquirit ſacerdos, ſiue clericus acquirit eccleſiæ, & eccleſiæ efficitur, ac ſtatim illius dominio aggregatur, dicit *glo. in cap. cum in officijs de teſta.* ergo de eo clericus diſponere non poteſt, per aliquam conſuetudinẽ; imo ſi in alium transfert, competit ad illud repetendum eccleſiæ remedium rei vendicationis; & alia quæ late diximus

ſupra in multis locis in præcedenti quæ-
ſtione, per totam &c.
In contrarium multa facere videntur, quòd
imo valeat,& admittatur conſuetudo, quę
permittat clericis teſtari de fructibus ec-
cleſiæ;tam perceptis, quam percipiendis
poſt mortem, per aliquod tempus,quia,
id videtur apparere per ea,quæ dicit *Ho-
ſtien.in cap.cum in officijs. de teſtam.* vbi
dicit,nemo prælatus,ſiue clericus, ſiue
laicus de rebus eccleſiæ,etiam mobilibus
teſtari poteſt,& pari modo de rebus,quas
de redditibus eccleſiæ emerunt; niſi in
compenſationem relicti tantumdem da-
rent,vel aliud obtineat de conſuetudine:
9 idem dicunt, & tenent per eadem verba
ibi *Innocen.Io.Andr.& Zabarella* allegã-
tes,quod talis opinio fuit *Hugo. per tex.
in cap.ſi Epiſcopus,12.queſt.5* dicit In ter-
minis *Abb in cap.cum tibi,de verb.ſigni.*
ibi nota ex *tex.*pręcedentem intellectum,
quod valet conſuetudo,quod Clerici poſ-
ſint diſponere de bonis acquiſitis intuitu
eccleſiæ,& quod propinqui ſuccedant eis
ab inteſtato in huiuſmodi rebus,& tene
inquit hoc menti. Idem dicit, & tenet
Gaſpar.Calderin.conſ.2.de pecul.cler.circ.
10 *fin.*ibi puto concludendum, quod ſi loci
cõſuetudo ſpecialis,vel eccleſiæ ſit,quod
conſanguinei ſuccedant in fructibus per-
ceptis, & ſeparatis à ſolo; illa ſeruetur
alias dico, quod de iure eccleſia ſuccedit
ab inteſtato,& ex teſtamento, &c. nam
conſuetudo poteſt diſponere, quod con-
ſanguinei ſuccedant ab inteſtato clericis,
non ſolum in bonis intuitu perſonæ ac-
quiſitis,ſed etiam ſi ſint acquiſita intuitu
eccleſię,vt not.in *cap.cum tibi,de verb ſi-
gnif.in cap.ſi propter ſua,de reſcrip. libro
6.in cap.præſenti,de off.ordin.eod.libro.* in
extrauag ſuſcepti Io.22.de elect. ſequitur
*Nicol.de Vbal in ſuo tract.de ſucceſſ.cler.
ab inteſt,*in finalibus verbis fac.*tex. in
cap præſenti.de offic.ordin.in 6.* vbi Epi-
ſcopi,vel eorum ſuperiores,vel quiuis alij
prælati prohibentur occupare,vel in ſuos
vſus conuertere, vel auferre bona inuen-
ta in eccleſijs vacantibus earum rectori-
bus morientibus,ſiue vacationis tempo-
ris obuenientibus, niſi hoc ſit de ſpeciali
priuilegio, vel de conſuetudine legitime
præſcripta, &c. facit quia canonicus ab-
ſens poteſt percipere fructus præbendæ
11 ſuæ ſi de hoc adſit conſuetudo,vt not. in
*cap.dudum,el ſecundo,de electio.in gl.pen.
& glo.in cap.conquerenti.extra de cler non
reſid.in ver.deſeruiat,*quod tamen eſt con
tra ius; quia ſi vult percipere, de iure de-
bet eſſe præſens,& deſeruire, non autem
abeſſe,d *cap.conquerente,& cap.inter.de
appell.cap.peruenerit.* facit,quia conſue-
tudo dat iuriſdictionem non habenti, &
liberiorem adminiſtrationem, *cap. cum
contingat de for.compet.* fac.quod dicunt
quidam,quod cum clerici perſonis priui-
legiatis comparentur,tollerari debet in
eis conſuetudo ad inſtar aduocati fiſci,
qui reſiduum ſalarij non exactum, & nõ
maturum tranſmittit ad hæredes, *l. poſt
duo,C.de aduoc diuerſ.iud.* fac. *tex. in ca-
pitul. ſi propter, de reſcript.* vbi patet,
quod fructus primi anni poſſunt debe-
re, etiam ſingolari perſonæ, & quod
eccleſiarum conſuetudo,etiam in eccleſijs
ſit ſeruanda,habetur in *tex.12 dist* illa. &
cap.ex parte,de conceſſ.præb.in fin. imo di-
cit *Did. Couarruuias in capit. cum in offi-
cijs.de teſtam.* quod moribus receptum
eſt,quòd epiſcopis tantum eſt neceſſarium
obtinere à ſummo pontifice, vel à ſede
apoſtolica licentiam teſtandi: ſiquidem
omnes alij clerici ſine licentia, & libere
teſtantur, & teſtari poſſunt, & in vltima
voluntate pro libito ſuæ volũtatis diſpo-
nunt de omnibus bonis, quæ ex redditi-
bus eccleſiarum ſunt adepti, & in eiſdem
inteſtati decedẽtes ſucceſſores habent pa-
rentes,cæteroſque ab inteſtato venientes:
& hæc conſuetudo à pleriſque damnatur,
12 ex eo,quia per *tex.in capit.relatum el ſe-
cundo.* probatur conſuetudo tantum, quæ
permittit clericis teſtari in pios vſus, in
præmium ſeruitij exhibiti clerico viuen-
ti; generaliter autem conſuetudo non re-
cipitur, id quòd videtur approbari com-
13 muniter per ſcribentes in *capit.cũ in offi-
cijs.& dicto capit. relatum.* & licet inquit
hæc ſit magis communis opinio, tamen
quando animaduerto, quòd iſti redditus
eccleſiaſtici,de quibus agitur, aſſignantur
ex diſpoſitione canon. miniſtris eccleſia-
rum ſeparatim ab alijs bonis, quæ in ec-
cleſijs conceduntur ad veſtes,paramenta,
ædificia,aliaque neceſſaria,quotidie video,
quod hæc prohibitio eſt inducta non de
iure diuino,ſed humano,ego (inquit) non
14 poſſum conſuetudinem prælatam damna-
re; quippe qui certo ſciam, quod Roma-
nus Pontifex eccleſiæ Principis totiuſque
orbis chriſtiani conſenſus eam applauſu
ſaltim tacite probant, & Carolus Cæſar
Hiſpaniarum Rex anno 1523. comitijs
totius Regni Pyntie habitis cap. 27. e an-
dem conſuetudinem vti bonam, laudabi-
lem,ac legitime inductam ſeruari manda
uit; idem apud Gallos communi vſu re-
cep-

ceptum,& obſeruatum eſſe præter alios
teſtatur *glo.in prag.ſanctio.tit de annatis,*
*§.item quod,in ver.acquiſitos,*id quod pla-
cet *Io.Fabro inſtitut.de rer.diuiſio. §.his*
*vero.Guido Papæ deciſion.*115.*Guliel. Be-*
nedic.in cap.Rainutius de teſtam.in ver.&
vxorem.Io.Andr.in reg.nemo plus, de reg.
iur.& alij qui allegantur per *Philip.Prob.*
in cap. præſenti,de offic. ordin. in 6. facit
pulcherrimum *tex.in extrauag.ſuſcepti.de*
*electio.extrauag.Io.*22.vbi habetur,quod
valet cõſuetudo,qua inducitur,vt fructus
15 beneficij vacantis per aliquod tempus
pertineant ad defunctum,ergo (inquit)de
illis clericus de conſuetudine potuit te-
ſtari,ac illos conſanguineis, alijſque hæ-
redibus relinquere; ſubdens, quòd hæc
conſuetudo,cuius initij memoria hominũ
16 non eſt,idem efficit,quod principis licen
tia,& priuilegium,*l* 3.*§.ductus aquæ. ff.*
de aqua quot.& æſt.& alias,vt ibi per eũ;
vbi multa allegat.
Sed hoc videtur meo iudicio ſatis magnum
dictu,& auditu,quia ſtat communis opi-
nio ſcribentium in contrarium, vt ipſe
Couarruuias aſſerit,*Abb.in cap. cum in*
officijs, quem omnes ſequuntur hoc ita
indiſtincte non intelligit; nam,inquit,no-
ta,quod valet conſuetudo, quòd Clericus
poſſit teſtari de bonis per eccleſiam ac-
quiſitis,quòd ego non admitto indiſtin-
ctè,ſed reſtringo ad bona mobilia,& mo-
dica; qualiter etiam valet conſuetudo, vt
modica poſſit donare, *cap.cæterum; de*
17 *donat.*ita dicendum eſt reſpectu facultatis
teſtandi; nam ſi conſuetudo haberet de
magnis illa eſſet oneroſa eccleſiæ, & per
conſequens non valeret, *c. primo,*ſi de
conſuetudine reſpectu verò bonorum im
18 mobilium, puto non ſufficere conſuetu-
dinem: quia illa non poſſunt alienari,niſi
cum ſolemnitate,de qua in *cap.ſine excep*
tione, 12.*q.*2. nec illam ſolemnitatem re-
mouere poteſt irrationabilis conſuetudo,
vt communiter per *Doctor.in capit.nulli,*
*de rebus eccleſiæ non alienan.*valet tamen
conſuetudo,vt canonicus teſtari poſſit de
fructibus eccleſiæ percipiendis anno ſeq.
poſt mortem; quia potius præiudicat ca-
nonico ſucceſſori; quam eccleſiæ, vt per
Ioan.Andr.in reg.nemo plus,in mercuria.
vbi ponit de hoc quæſtionem de canoni-
cis Mutinen.an de fructibus præbendarũ
ſuarum poſt mortem ad annum percipiẽ-
dia de conſuetudine illius eccleſiæ teſtari
poſſint,vbi in vtramque partem materia
diſputata concludit pro affirmatiua, ſcili-
19 cet,quod valeat conſuetudo,quod poſſint
canonici de fructibus ſuarum præbenda-
rum percipiendis teſtari,potiſſimum ra-
tione; quia per hanc conſuetudinem in
his fructibus percipiendis principaliter
non præiudicatur eccleſiæ,ſed ſucceſſori
qui habet de fructibus viuere, qui habet
ſibi imputare, & quod talem canoniam
cum tali onere aſſumpſit, vndè (inquit)
viuat; quo reſpectu videtur facilius con-
ſuetudinem permittere de percipiendis;
quam de perceptis de illis,inquit, dico in
quibus ſuccederet eccleſia, cui grauamen
20 conſuetudo afferre non debet, *cap.primo,*
*de conſuet.*nec talis conſuetudo canonico
ſucceſſori propterea luctum afferre debet
quia eadem lege ſibi ſucceſſorem ligat,
quia eoſdem fructus ipſe ſucceſſori aufert
quos ei abſtulit ſuus anteceſſor, & talis
conſuetudo de percipiendis videtur ap-
probata hodie per dictam *extrauag.ſuſce-*
pti.Ioannis 22. de electio. ſed melius per
tex.in cap.præſenti,de off ordin. ibi, ſine
vacationis tempore obuenientia, & pau-
lo poſt,niſi de ſpeciali priuilegio,aut cõ-
ſuetudine iam præſcripta legitime,&c.vbi
*Pet.de Anchar.3.not.*dicit,quod valet cõ-
ſuetudo præſcripta ſuper iſtis bonis ob-
uenientibus,aut dimiſſis,alteri quam fu-
turo prælato applicandis:& dicit *Bellon.*
*conſil 4.num.*10.quod eſt communis opi-
nio,quod valeat conſuetudo, quod hære-
des beneficiati habeant fructus illius an-
ni,quo beneficiatus moritur,ſequitur *Za-*
barell.in cap.fin.de pecul.cler.2.colum. ibi
modicam erogationem poteſt facere cle-
ricus,vbi hoc habet conſuetudo,quæ va-
let etiam in morte, etiam quoad fructus
21 percipiendos,vt *extrauag.ſuſcepti*, vbi
approbatur conſuetudo,per quam fructus
applicantur defuncto,quod non probabi-
liter intelligitur,vbi relinquit pro anima,
tunc,inquit,enim,propriè applicatur de-
functo; ſequitur *Io.de Imola in d.cap. fin.*
de pecul.cler.circa fin vbi tenet,quod cle-
ricus poſſet de redditibus eccleſię aliquid
moderate donare, ſaltim, ſi adſit conſue-
tudo,& videt quod illa conſuetudo poſſit
tollerari,per *tex.in cap. ſi propter tua de-*
bita,de reſcrip.in 6.& d extrauag.ſuſcepti,
in quibus patet,quod valet conſuetudo,
quod fructus beneficij vltimi anni,in quo
clericus decedit; etiam ſi nondum ſint
percepti,ſpectent ad hæredem ipſius cle-
ric. & ſic breuiter conſuetudo in talibus
multũ poſſet operari,& ſic videtur,quod
valeat conſuetudo,quod cler. & ſimplici-
ter perſonaliter beneficiatus faciat fru-
ctus ſuos,& alias,vt ibi per eundem *Imo-*

lam

lum: Idem *Imola in cap.peruenit.de fide-
iuſſor.col.8.verſ.quæ autem*, vbi dicit ſe-
cundum aliquos, quos allegat; quod illud
quod dicit *glo.in cap.præſenti,de offic.ord.
in 6.*& per *Hoſtien.in cap.fin.de pecul.cle-
ric.* quod Clerici ſunt vſuarij, & vſufru-
ctuarij in fructibus beneficiorum, poteſt
tolerari propter conſuetudinem, per *tex.
in cap.dilectus,de conſuet.* vbi conſuetudo
habet poteſtatem interpretandi ius, vt ibi
per eum,& vide *Abb.in cap.nouum genus
ex.de decimis col.3.*quod hodie eſt ſtandũ
conſuetudini,an clericus faciat fructus be
neficij ſuos,id quod etiam dicit *Io.Andr.
in præallegata reg.nemo plus*, tenet *Tan-
cred.* per illud quod in ſimile dicitur de
Vaſſallo, qui decedit poſt calend. martij
ante Cal.Octobris; in *tit.lex Regni,cap.ſi
Vaſſallus*,& per *tex.* & quod ibi notatur
in *l.defuncta,ff.de vſufr.*& audiui poſtquã
ſum Neapoli hanc conſuetudinem vigere
in aliquibus eccleſijs Apuliæ,quod cleri-
ci decedentes, etiam ab inteſtato tranſ-
mittunt ad hæredes fructus ex præben-
dis per aliquod tempus poſt eorum obi-
tum recolligendos id quod etiam atteſta-
tur *Io. Andr.in reg.nemo poteſt,in fin.*vbi
dicit, quod in multis eccleſijs viget hæc
conſuetudo, in quibus minime eſt immu-
tandum,& dicit *Andr.de Iſernia in vſib.
Feud.lib.3.conſuetudines,&c.§.bis conſe-
quenter*, quod Neapoli circa fructus de-
cedentis clerici habent conſuetudinem
cæteram præſcriptionem,&c.vti vidi ego
in Codice dicti Andreæ apud Magnificũ
D. Fabritium Sanmarcum, aduocatum
primatium in Ciuitate Neapolis mihi a-
miciſſimum: cum quo alloquutus ſum ſu-
22 per iſta quæſtione, quem reperi apoſtil-
latum man.d.Magnifici viri, de iſta con-
ſuetudine Neapolitana vide *Innoc.cap.re-
latum de teſtam.& cap.fin.de pecul.Cler.
Gemin. in cap.præſenti,de offic.ordin.in 6.*
& pro iſta conſuetudine eſt bulla,quæ re-
ſeruatur per canonicos de capitulo eccle-
ſiæ cathedralis Neapolitanæ, & reperies
illam præſentatam in quodam proceſſu
inter Carolum della Gatta, & Dominum
Marcum Salernum in Sacro Conſilio, &
*Lofre.d.conſ.*40.prout eſt videre in codice
dicti excellentis aduocati.
Et quod dicitur de conſuetudine, ſecundum
eundem *Io. Andr.* eſt intelligendum de
conſuetudine legitime præſcripta, *cap.* 3.
*de conſuet.& offic.ordin.cap præſenti.*nam
verbum conſuetudo ſimpliciter prolatũ
intelligitur,de præſcripta,*cap.cumana, de
electiõ.*& multo fortius,ſi tanto tempore
ſeruata eſſet, quod ipſius contrarij non
eſſet memoria de verb. ſig. ſuper quibuſ-
dam,& *cap.primo,de præſcrip.* cum con-
cordantijs facit etiam, quia Pius Papa
Quartus in ſuis breuibus deputationis
Franciſci Odeſcalci, & Matthæi Minalis
videtur velle,quod de bonis peruentis ex
beneficio ſimplici,poſſit Clericus diſpo-
nere in locis vbi vigeat conſuetudo teſtã-
di legitime præſcripta,in illis verbis, *&
quoad beneficia ſimplicia, niſi ex priuile-
gio,&c.* vt in dictis breuibus in fine de-
ſcriptis: ego quoad fructus perceptos nõ
diſcedo ab opinione *Abbatis*,quod reſtrin
gatur conſuetudo ad modica,quæ mihi vi
detur magis ratione ſuffulta, per ea,quæ
latè ſunt dicta ſupra per totam præcedẽ-
tem quæſtionem,vbi dixi pro quot à par
te,& de quibus clericus de redditibus ec-
cleſiæ poſſit pro libito diſponere,& quo-
modo reliquos habeat diſpenſare,& quod
eius opinio magis amica eccleſiæ vide-
tur; quia ſi ad magna conſuetudo eſſet,o-
neroſa eſſet eccleſiæ, & per conſequens
admitti non habere,*cap.primo de conſuet.*
& immobilia non alienantur ſine ſolem-
nitate,& quod ſolemnitas remoueri non
poſſit prætextu forſan irrationabilis cõ-
ſuetudinis,ſequitur *Silueſt.in ver.clericus
quarto*,vbi dicit,quod clerici alicubi de
conſuetudine teſtantur de fructibus,ac re-
bus mobilibus eccleſiæ acquiſitis, & ſe-
cundum aliquos valet conſuetud. quia de
his teſtari non eſt illicitum, niſi quia in
fauorem eccleſiæ prohibitum, & hæc in-
quit ſi ſint modica, quia alioquin eſſet
oneroſa,ſubdens,limita ſi pie in foro ani-
mæ diſponat,non ſe extendat ad vaſa ſa-
cra diuino cultui deputata,niſi vaſa eſſent
ſuperflua,& tranſirent ad aliam eccleſiã,
&c.pro quo facit, quod dixi ſupra, quod
ſi de pecunia præbendæ ematur prædiũ,
vel fundus, non poteſt amplius clericus
de illo diſponere,nec etiam intuitu pie-
tatis dare, licet ante potuiſſet de pecunia
diſponere;quia ſtatim ſic emptum fit ec-
cleſiæ,vt per *Doctor.in cap.primo, de pe-
cul.cler.& cap.inquirendum*, refert etiam
Angel.in ver.emptio,ver.vtrum emptum,
& per illud etiam,quod ipſe *Couarruuias*
dicit in *d.cap.cum in officijs,in fin.*vbi di-
cit,quod in redditibus Eccleſiaſticis tan-
23 tum ius habet Clerici, quantum expreſſe
ſibi à Canonibus conceditur; quia Cano-
nes expreſſe tantum concedunt clerico ne
ceſſaria victui,& reliqua diſponere in ca-
ſibus prænarratis tantum.Item quod *ipſe*
dixit *in fi.verſ.prædicti*,denique quicquid
præ-

Digitized by Google

præter neceſſarium victum, ac ſimplicem veſtitum de altari retiues, tuum non eſt, rapina eſt, ſacrilegium eſt: & quod ipſe in *verſ.ſecundo*, vbi Clericus permiſſum eſt redditus, qui ad eorum congruam ſubſtẽtationem neceſſarij nou ſiut, in pioa erogare vſu, iuxta illud quod ſupereſt date pauperibus; & quod dicit in *verſ. 3.* vbi dicit, clericum poſſe diſponere de illis fructi bus pro ſuo libito, qui ſunt neceſſarij ad eiua honeſtum ſumptum, iuxta ſui qualitatem, & quod dicit in *cap.7.* vbi Clericus non poteſt diſponere in teſtamento de rebus occaſione eccleſiæ acquiſitis, uec de rebus emptis de pecunia de redditibus eccleſiæ collecta; per quæ deducta optimè apparet, quod non poteſt eſſe locus allegatæ conſuetudini. Facit quia per hanc conſuetudinem videretur quodammodo introduci ſucceſſio in rebus eccleſiæ, quod non eſt à Canone permiſſum; imò expreſſe prohibitum, *cap. Michael, de fil. presbyterorum*. Nec video, quod hæc ſit cõſuetudo totius orbia, vt ipſe *Couarruuias* aſſerit, quia in Vrbe Roma pro tẽpore, quo fui Auditor Reuerendiſſ. Theſaurarij in cauſis ſpoliorum Cameræ, & in Regno Neapolis pro tempore, quo iã per triennium eaſdem cauſaa audio apud Illuſtriſſ. & Reuerendiſſ. D. Nicolaum Fliſcum Epiſcopum Sauonen. Sedis Apoſtolicæ Nuncium in eodem Regno à Pio IV. deputatum, contrarium ſeruari vidi, nec de tali quidem conſuetudine, verbum audiui; facit in contrarium vſus quotidianus, qui videtur oculis ab immemorabili tempore citra inductus, quia quotidie pro Cardinalibus, Patriarchia, Archiepiſcopis, Epiſcopis, ac cuiuſuis gradus, & dignitatia Prælatis, & Clericia quibuſcũque à Sede Apoſtolica, & Romano Pontifice pro tempore exiſtenti, procurantur conceduntur, & expediuntur licentiæ, & facultates teſtandi pro ſumma, quæ petitur, per litteras Apoſtolicas ſub plumbo, vel per Breue ſub anulo Piſcatoria, vel per litteraa Sacræ Pœnitentiariæ, quod non accideret, ſi allegata conſuetudine ſe tutoa fore Clerici putarent; facit in contrarium illud, quod habetur in *extrauag. Pauli III edita ſuper ſpolijs, in principio*, vbi atteſtator rea, & bona ſpolia nuncupata Prælatorum, etiam Pontificali, vel alia maiori dignitate fulgentium, cæterarumque perſonarum Eccleſiaſticarum ſæcularium, & regularium tempore obitua ipſorum remanentia, ſemper vti ſpolia ad Cameram Apoſtolicam pertinuiſſe, & ſpectaſſe, prędeceſſores, quę ſuos, ac ſeipſum in varijs mundi prouincijs pro illis recolligendis collectores, & exactores conſtituiſſe, & deputaſſe, ac ab antiquiſſimo tempore citra nomine Cameræ Apoſtolicæ exacta, ac inter iura ipſius Cameræ sunotata, & annumerata fuiſſe; nec valet dicere, quod conſuetudinem hanc atteſtatur Carolus Cæſar, & quod illam mandauerit ſeruari, & quod etiam dicat ita obſeruatum *glò. in pragm. ſanctionibus*, quia Paulus Tertius (vt vidimus) atteſtatur de contrario, cui maior venit adhibenda fides, vt dico in prima quæſt.

Nec refert, quod Carolus Cęſar prędictus ita ſeruari mandauerit, quia eius conſtitutio, & lex ciuilis de ſe non erit regulariter ſeruanda tanquam Eccleſiæ prçiudicialis, & oneroſa. Neque enim Principes ſęculares habent diſponere ſuper rebua Eccleſię, vel in rebus Eccleſiaſticis ſe intromittere, & ſi ſecus ſaxint, illorum conſtitutio, & ordinatio, nullius eſt auctoritatis, *96. diſt. in principio*. Et ibi *glo.*
24 *cap. bene quidem. cap. vbi nam, cum ſimilibus*. Eadem *diſt. dicit glo. cap. ſicut epiſcopum, 1. quæſtion. 2 in glo. magna in fin.*

SVMMARIVM.

1 *In fructibus maturatis à die mortis, vſq. ad apprahenſam poſſeſſionem beneficiorum reſeruatorum ſuccedit Camera.*

2 *Diſtinctio, ad quem ſpectent fructus eccleſia.*

3 *Seruatur conſuetudo, qua non eſt grauis Camera.*

4 *Fructus ſolo cobarentes ſunt pars fundi.*

5 *Conſuetudo in Regno Neapolis, quòd fructus inexacti pertinent ad Capitulum, &c.*

6 *Conſtitutio Iulij III. applicat fructus inexactos Camera.*

7 *Priuilegio dubio inſpicitur intentio concedentis.*

8 *Intentio apparet ex coniecturis.*

9 *Contrariorum incluſio vnius, eſt excluſio alterius.*

10 *Quando ſit ſumendum argumentum à contrario ſenſu.*

11 *Illa, praſumitur cauſa finalis, qua eſt poſita in lege.*

12 *Vbi ratio legis reddi poteſt unica habetur pro expreſſa.*

13 *Verba dubia interpratantur ſecundum*

quod

quod expedit proferenti.
14 *Inſpicimus ſemper illud, quod eſt magis veriſimile.*
15 *Digniora ſemper ſunt præferenda.*
16 *Vide quid importet dictio, &c.*
17 *Verba debent aliquid operari.*
18 *Lex non debet habere ſuperfluam ſillabam.*

An in fructibus inexactis relictis per Clericum defunctum ſuccedat Camera Apoſtolica ſucceſſor in beneficio, vel hæres defuncti.

QVAESTIO V.

NIHIL dicemus hic de fructibus inexactis penſionum, vel alias reſeruatis, vel diſtributionum quotidianarum quæ dantur inſeruienti horis diuinis, quia illos diximus peruenire ad hæredes ex teſtamento, vel ab inteſtato ſecundum aliquorum opinionem pro quanto tempore decurrerint vſque ad mortem Clerici; prout in quæſtione, quam fecimus de ſucceſſio Clerici ſæcularis ab inteſt. & etiam in quæſtion. de poteſtate Clerici circa fructus &c. quia non ſunt præſentis quæſtionis, vnde dicemus tantum de illis fructibus, qui obueniunt prælaturæ, vel Clerico beneficiato, ratione tituli ſui beneficij, ex eo, quia eſt in beneficio intitulatus, vel inſtitutus, qui decurrerunt, & maturarunt in vita prælati, vel Clerici, & remanſerunt inexacti, vt puta quia per ſuperuenientiam obitus illos exigere Clericus, vel exactionem inchoatam ad finem perducere aliquo caſu non potuit.

Quia de illis, qui decurrunt, obueniunt, & maturant à die obitus, vſque ad diem appræhenſæ poſſeſſionis beneficij reſeruati, vel prælaturæ, per nouum ſucceſſorem nihil attinet dicere; de illis nihil eſt dubitãdum, vel diſputandum cum per *extrauagantem Pij. 4. ſub Dat. Romæ apud Sanctum Petrum die. Septimo. Decemb.*
1 1560. ſit clare prouiſum, quod in illis ſuccedat Camera Apoſtolica, ſi beneficium dico ſit reſeruatum, quia ſi non reſeruatum ſit, dico ſecus. Vnde per contraria procedendo, quia iſto modo magis habetur, & magis apparet veritas, non videtur, quod fructus, prouentus, redditus, obuentiones, & emolumenta, quæ obuenerunt ante obitum, vel tempore obitus, & quæ per mortem Clerici, vel prælati, qui illa exigere non potuit, remanſerunt inexacta, perueniant, aut peruenire poſſint, aut debeant, ad Cameram Apoſtolicam, capitulum, conuentum, collegia, aut ad ſingulares perſonas, ſed potius ad ſucceſſorem in prælatura, vel beneficio, vel quòd potius conuerti debent in vtilitatem Eccleſiæ ſui paſtoris obitu deſolatæ: quia id videtur per ius nouũ hodie aperte deciſum per *text. in capitul. quia ſæpe, de electione. in 6.* vbi determinatur, quòd tam bona dimiſſa per prælatum, quam obuenientia tempore vacationis Eccleſiæ, & mortis prælati, non vſurpentur modo aliquo per capitula, conuentus, collegia, vel ſingulares perſonas earundem, ſed reſeruentur fideliter futuris ſucceſſoribus: item per *text. in capitul. præſenti. de offic. ordin. eod. libro,* ibi ſiue vacationis tempore obuenientia, quæ in vtilitatem earundem, vel futuris ſucceſſoribus fideliter reſeruari. &c.

Nec hoc habet locum tantum in fructibus, ſed in omni alio emolumento, quod peruenit ex iuriſdictione, & ſigillo curię eccleſiaſticæ vel ſecularis, aut alias vndecũque *iux. text. in clement. ſtatutum. de electio.* Et hec etiam fuerat ante prouiſum per ius antiquum. per *text. in capitul. illud. & capitul. non liceat. 12. quæſtion. 2.* cum ibi *glo.* vbi habetur quod bona epiſcoporum, & prælatorum decedentium debent ſub cuſtodia fideli, futuro ſucceſſori conſeruari: & quamuis dicta iura videantur loqui de bonis dimiſſis per defunctum tempore obitus illius, intelliguntur etiam de bonis obuenientibus tempore vacationis, & poſt per generalitatem, quæ habetur ibi, quod bona decedentium epiſcoporum res ſuæ, aut eccleſiæ ſuæ debent conſeruari, & illibata futuro ſucceſſori qui epiſcopus ordinabitur reddi. vbi *glo.* tradit quis debeat deputari ad illarum cuſtodiam, & conſeruationem, & perceptionem. Clarius id videtur dicere *gloſ. in capitul. hæc huius. eiſdem cauſ. & quæſtion.* vbi dicit, quod omnia à morte prædeceſſoris ſunt ſeruanda ſucceſſori, in *glo. conſeruari.* Idem tenet *Hoſtien. in capitul. final. de pecul. clericor.* vbi poſita quæſtione qui nam ſint fructus qui pertineant ad eccleſiam, de quibus non poteſt teſtari clericus, reſpondet, quòd eſt aduertendum ad tempus quo moritur clericus, quia ſi moritur poſt finitum menſem Augusti, & ante Kalẽd. Martij omnes fructus anni pro-

ximi ſequentis pertinent ad eccleſiam,
vel die inquit alio modo, quod fructus
pendentes pertinent ad eccleſiam, ſepa-
rati verò à ſolo ad clericum; vel dic alio
2 modo, quod inter executores clerici
defuncti, & eccleſiam fructus habent di-
uidi, ſicut fit inter virum, & vxorem,
facto diuortio: ſubdens, ſed eſt verius,
vt intelligamus illos fructus tantum per-
tinere ad clericum, qui ſunt ſeparati à
ſolo, & reconditi, quos clericus, vti vſu-
fructuarius facit ſuos, cui clericum (in-
quit) comparari debere diximus, alij
autem; qui non ſunt ſeparati à ſolo, nec
reconditi, prout eſt in caſu noſtræ præ-
ſentis quæſtionis, non ſunt clerici, nec
clericus facit illos ſuos, quia ſpectant ad
eccleſiam; & hæc procedunt: niſi obſtet
aliqua ſpecialis conſuetudo in contrari-
3 um. cui ſtandum erit, niſi eccleſia, ob
illam nimis grauetur.

Idem dicit, & tenet *Gaſpar. Calder. conſil.
2, de pecul. cler.* vbi poſita quæſtione,
quis ſuccedere habeat in fructibus præ-
bendæ canonico defuncto, dicit indiſtin-
cte, quod eccleſia, maxime, ſi decedat
clericus ante fructus recollectos: quia in
illis ſuccedit eccleſia non hæredes ex te-
ſtamento, vel ab inteſtato; ſiue æquipa-
remus clericum vſufructuario, ſiue vſua-
rio; ſi verò decedit poſt fructus à ſolo ſe-
paratos, tunc diſtinguit quinque caſus,
vt ibi late per eum videri poteſt. Et dicit
*Io. Copus in tract. de fructibus libr. 4 tit.
3. capitul.* 2. quod tam fructus à prælato
percepti, qui in bonis eius eſſe cœpe-
runt, & mortis tempore extant, quam
etiam 2. qui tempore vacationis obuene-
runt, debent futuro ſucceſſori reſeruari.
Idem videtur tenere *Specul. in tit. de fru-
ctibus, et intereſſe. ver. ſed pone Prælatus.*
vbi dicit, quod quidam decedens talem
fecit ordinationem, & quod de omni mo-
bili meo, quod nunc habeo fiant tres par-
tes, ſic diſtribuendæ: quæritur, qui fru-
ctus pertineant ad defunctum, & reſpon-
det, quod omnes, fructus à ſolo ſeparati
tempore mortis ſuæ, quia quamdiu ſolo
4 cohærent ſunt pars fundi. *l. fructus, ff. de
rei vend.* Vnde in caſu noſtro fructus ine-
xacti cum non ſint, & cum non poſſint
dici à fundo ſeparati ſunt eccleſiæ, cuius
eſt fundus, & per conſequens ſucceſſoris
in beneficio. Itẽ eſt bulla ſiue motus pro-
prius ſuper hoc factus per Iulium 3. qui
incipit *Motu proprio*, &c. Cum ſicut no-
bis nuper innotuit. &c: de qua fit men-
tio in alia regula, vel bulla eiuſdem ædi-
ta pari modo ſuper fructibus inexactis
relictis, quæ eſt deſcripta in fine, in qua
expreſſe huic caſui prouidetur, & deter-
minatur, quod tales fructus inexacti, non
vadant modo aliquo ad hæredes defuncti,
ſed ad ſucceſſores in beneficio, vt in di-
cta conſtitutione.

In contrarium videtur opinio *Bar. in leg. di-
uortio. §. e contrario; ff. ſolut. mat.* vbi
dicit, canonicus decedens tranſmittit ad
hæredes ſuos fructus perceptos, & per-
cipiẽdos pro rata temporis, etiam pro ra-
ta anni, quo ſtetit in canonicatu.

Item facit in contrarium pari modo illud;
quod tenet *Ioan. Andr. in regula nemo
plus de reg. Iur.* vbi diſputando quæſtio-
nem de canonicis Mutinenſibus, tenet,
quod canonicus, ſtante conſuetudine, po-
teſt diſponere in teſtamento de fructibus
ſui canonicatus, etiam percipiendis pro
tempore poſt mortem, & quod valeat
diſpoſitio.

Item audiui eſſe multas eccleſias in regno
Neapolitano: in quibus ineſt conſuetu-
5 do quòd fructus inexacti per clericum,
ſeu beneficiatum defunctum, & illi etiam
qui obueniunt, & decurrunt poſt eius
obitum, vſque ad nouam prouiſionem
accreſcunt capitulo, collegio, vel canoni-
cis, ſeu conclericis dictæ eccleſiæ.

Quid tenendum ergo in caſu iſto? ego pu-
to in iſtis fructibus inexactis, quod non
ſuccedant nec hæres defuncti, nec ſucceſ-
ſor in beneficio, nec alius, qui alias de
iure communi poſſet ſuccedere, quando
quidem fuit expreſſe determinatum per
prælibatum Iulium 3. quod iſto caſu ſuc-
cedat camera apoſtolica, in locis, vbi
ſunt collectores cameræ apoſtolicæ:
prout per ipſius Iulij conſtitutionem
æditam, vel publicatam ſub anno Do-
mini. 1551. die decima octaua men-
ſis Iunij, in qua Papa declarat, quod
conſtitutio, quam alias fecit, quod in
fructibus inexactis, relictis per defun-
ctum clericum, non haberent ſuccedere
hæredes defuncti, ſed ſucceſſores in be-
neficio, comprehendebat tantum lo-
ca, vbi non ſunt collectores ſpoliorum,
& iurium cameræ apoſtolicæ: & quod in
dictis locis ſuum effectum ſortiri haberet
tantum, non autem in locis vbi eſſent, &
eſſe conſueuerunt collectores, & in locis,
vbi eſſent collectores, voluit quod circa
iſtos fructus inexactos, haberẽt locũ con-
ſuetudo, priuilegia, & iura particularia,
quę iubet ſeruari: per quã cõſtit. Iul. 3. adi-
mendo illos fructus inexactos à ſucceſſorib.
in

Digitized by Google

in beneficijs, in locis, in quibus adſunt collectores ſpoliorum, & iurium reuerendæ cameræ, vt de ſe patet, voluit, & intellexit illos applicare iuribus cameræ, ac vt bona camrræ per collectores colligi in dictis locis.

Verum quia ego ita dictam conſtitutionem
intelligo, & ſimul audiui, quendam ma-
6 gnum doctorem in ciuitate Neapolis ali-
ter intelligere, & aliter ſentire, in cuius
opinionem, & ſententiam licet pro eius
auctoritate, quæ apud omnes magna, &
apud me maxima ego iuuenis deſcendere
deberem, tamen hic adducam rationes,
& fundamenta, quibus moueor ad dictam
conſtitutionem, ita interpretãdam, & eam
ita intelligendam, prout aliter intelligi re-
cte non poſſe puto.

Et pro euidentia præmitto, quod ſenſus bullæ talis eſt videlicet conſtitutio, quam fecimus, quod fructus inexacti relicti per clericum defunctum, non vadant ad illius hæredes, ſed ad ſucceſſores in beneficio, quos ſolutis primo certis debitis, & legatis defuncti, in ſuos vſus conuerterent, habet locum in locis tantum, vbi non ſunt collectores iurium cameræ apoſtolicæ, circa quæ loca ſeruari habet ius commune, nec comprehendit loca, vbi ſunt, vel eſſe conſueuerunt collectores, & in locis collectorum, valeant conſuetudo, priuilegia, & iura particularia quæ vigeant. Credo quod iſte ſit germanus eius intellectus, & verus ſenſus bullæ.

Præmitto ſecundo, & aliud quod cum per conſtitutiones, de nouo factas, per Romanos Pontifices, hodie camera apoſtolica ſit ſubrogata, & ſuffecta in bonis acquiſitis de fructibus beneficiorum, ac in acquiſitis, occaſione eccleſiæ, & in fructibus relictis per clericum defunctum in locum, ac in vicem ſucceſſoris, prout per bullas, & conſtitutiones extrauag. in materia ſpoliorum editas de quibus in prima quæſtione. per *deciſ. Rotæ* 855. *in antiquis.* Camera Apoſtolica, ſucceſſor in beneficio habent ſe, vti contraria, & incompatibila.

Et vbi ſit vnum de illis, ibi aliud eſſe non poſſit de iure, quia, vbi colligit Camera ibi colligere non poſſit ſucceſſor, & vti contraria, alterum excludatur ab altero. Item præmitto etiam, quod de iure intentio legem condentis eſt conſideranda *Clemen. ſecunda. §. final. vbi Cardinal. de religion dom.* quia cum priuilegium eſt dubium, concedentis intentio inſpicitur, per *text. in leg. neratius. ff. de regul. iur. capitulo cum veniſſent. ex. de iudic. per Specul. in titulo de inſtrumen. editio. §. vndecimo incip. nunc autem verſiculo ſi autem dubium eſt.* & intentio apparet ex coniecturis. *leg. ſi quis intentione. ff. de iudic. per Specul. in titulo de libelli conceptio. §. iam nunc verſiculo ſed cum ex his.*

Iſtis ita præſuppoſitis, ego indico, quod principale intentum Papæ in hac conſtitutione fuit prouidere de iſtis fructibus, ac rebus inexactis Cameræ Apoſtolicæ, in locis, vbi ſunt collectores, ſi nulla adſit conſuetudo, priuilegium, aut ius particulare in contrarium, & quod cauſa finalis, quæ illum ad ſic ſtatuendum induxit, fuit ipſa Camera, & ita intelligi debet, licet per verba expreſſa non appareat, id quod ego deduco hoc modo.

Et primo, quia reformatio conſtitutionis, vt non habeat locum, vbi ſunt collectores iurium Cameræ Apoſtolicæ, videtur facta pro camera apoſtolica, & reſpectu cameræ, per illa verba in bulla ſæpius repetita; *Prouidere intelleximus ſolum eccleſijs, monaſt. & beneficij in locis in quibus collectores fructuum, & prouentuum cameræ apoſtolicæ debitorum deputari, ſeù eſſe non conſueuerunt &c.* Vnde, ſi reſpectu Cameræ ſit facta, ad illius vtilitatem, commodum, & beneficium facta interpretari debet, quia in locis collectorum excluduntur à perceptione talium fructuü m ſucceſſores in beneficijs, ad quos tales fructus regulariter de iure communi ſpectant, vt iuribus primo allegatis, ergo ipſis excluſis incluſa intelligitur Camera Apoſtolica quæ eſt ſucceſſoribus in materia ſpoliorum contraria, per regulam contrariorum, quod incluſio vnius eſt excluſio alterius, & electo vno de contrarijs alte-
9 rum perpetuo eſt extinctum. Nota *Bal.
per illum text. in leg. prima. Cod. de fur. &
ſer. corrup.* notat, & dicit. *Speculum
in titulo de exceptionib. §. quarto verſi-
cul. illud autem*, quod contrariorum
electo vno, videtur alteri renuncia-
tum.

Item ex eo, quia in prima conſtitutione, vel motu proprio à talibus fructibus, vti à rebus Eccleſiaſticis in alienationibus excluduntur omnino hæredes, & illi conceduntur ſucceſſoribus in beneficio, ad quos ſpectant de iure, cũ facultate illos in ſuos proprios vſus conuertẽdi ſolutis certis debitis, & legatis factis ad pias cauſas defunctorum, in ſecunda cõſtitutione adimuntur à ſucceſſoribus, in locis vbi ſunt

· ;b

M 2 col-

collectores Cameræ; in quibus locis eſt
ſeruanda conſuetudo, & priuilegium; & ſi
nulla adſit conſuetudo, vel priuilegium,
vel jus particulare, prout euenire poteſt,
de neceſſitate eſt dicendum, quod tunc
iſti fructus ſint Cameræ Apoſtolicæ cu-
jus, reſpectu limitatur conſtitutio gene-
ralis, in locis vbi ſunt collectores; quia ſi
non intelligitur eſſe cameræ iſta noua con-
ſtitutio reformatiua primæ, nihil opera-
retur, quæ operari debet etiam vltra ius
commune, per *Bartol. & alios in leg. 4.
§. prætor ait, ff. de damno infec. per Fe-
lin. in capitul. de cauſis, de offic deleg. in
ver. in glo. ibi & per tex. in l. re coniuncti,
ff. de legat 3.* vbi dicit; quod quando verba
ſtatuti in ſenſu directo nihil operantur,
10 tunc de neceſſitate ſumi debet argumen-
tatio à cõtrario ſenſu, etiam ad correctio-
nem iuris communis: immo illa verba bul-
læ, in locis in quibus collectores, ſeruirent
deneuto, & eſſent eluſoria, & ſtatuta ſem-
per debent intelligi, ne reddantur elu-
ſoria, *leg prima, §. pecunia, ff. de ca-
lumniat. gloſſ. in capitul. quamquam de
vſur. in 6.*

Item ſi dicamus iſtos fructus, & res inexa-
ctas non ſpectare ad cameram apoſtoli-
cam in locis collectorum, ſi veniat caſus,
quod per conſuetudinem, priuilegium,
aut ius particulare ad neminem ſpe-
ctent, naſcitur inconueniens, videli-
cet quod nullius erunt, & in domi-
nio incerto permanebunt, quod eſſe non
debet.

Vnde ad euitandum inconueniens, cum non
ſint hæredum, non ſint ſucceſſorum, nec
per aliquam conſuetudinem, priuilegium,
aut ius particulare ab aliquo vendicen-
tur: eſt de neceſſitate dicendum, quod ad
Cameram Apoſtolicam pertineant, cu-
ius intuitu, & contemplatione videtur
emanaſſe iſta noua reformatiua conſtitu-
tio, argumento à ſufficienti partium enu-
meratione, quod valet in iure, *leg. obli-
gationẽ fere §. placet. ff. de actio. & oblig.
leg. filius; § filius. de leg. 1. & §. in bonæ
fidei intiit. de actio.*

Item cum in bulla dicatur, quod ſucceſſo-
res habent ceſſare percipere fructus, &
res inexactas in locis vbi ſunt collecto-
res iure um Cameræ Apoſtolicæ niſi adſit
conſuetudo, priuilegia, vel aliquod ius
particulare, ipſa camera, & reſpectus ip-
ſius cameræ, videtur fuiſſe cauſa finalis,
quæ ad ſic ſtatuendum, & diſponendum
Papam mouit, quia iſta cauſa eſt poſita,
11 & expreſſa in lege, vt per *Bar. in leg me-
tum autem, § ſed licet, in primo not. ff. quod
metus cauſ. per Bal. in leg. generaliter. 5.
col. verſ. ſecundo principaliter, C. de epiſc.
& cleric.* & cauſæ, quæ cohærent ipſi di-
ſpoſitioni inſpecta iuris diſpoſitione in-
ducunt, & arctant ad ita diſponendum, di-
cuntur eſſe cauſæ finales, per *Bartol Soci.
conſ. 159. & conſ. 245.* quia cauſa finalis vi-
detur eſſe mens legis, quæ inſpici debet,
per *Specul. in tit. de aduocat. §. 4. verſ vel
tale*. Item cum hic non poſſit dici, quod
ratio, quæ mouit Papam principaliter fue-
rint heredes defuncti, à quibus tales fru-
ctus omninò ademit per primam conſti-
tutionem. Item nec ſucceſſores, à quibus
ademit in terris collectorum. Item, nec
conſuetudo, vel priuilegia, cuius clauſula
(ſi inſpicitur bulla) eſt poſita poſt deter-
minationem principaliter factam de inte-
reſſe Cameræ, per iſta verba: *Et omninò
ea non obſtante, quæ præſupponunt, vt certè
eſt ſenſus, aliam determinationem præce-
dere, eſt de neceſſitate dicendum, quod fue-
rit ratio Cameræ Apoſtolicæ, quia præter
iſtam, nulla alia apparet, & nulla alia
12 reddi poteſt*, quæ debet haberi in caſu no-
ſtro, pro expreſſa, latè per *Felin. in cap. ſi
quando, ext. de reſcrip. 2. col. verſ. circa red-
dendum, &c.*

Accedit, quod non videtur inveriſimile,
quod Papa qui pro ſubueniendis neceſſi-
tatibus Sedis Apoſtolicæ pro regimine
Vrbis, totiuſque ſtatus eccleſiaſtici, ac
manutentione Pontificalis dignitatis in
vniuerſo orbe terrarum, applicauit Ca-
meræ Apoſtolicæ bona quæcunque de
fructibus eccleſiaſticis acquiſita, relicta
per clericos defunctos, quæ ſpolia hodie
vocamus.

Item fructus obuenientes à die vacationis,
vſque ad appræhenſam beneficij vacati
poſſeſſionem, quod voluerit etiam in ſub-
uentionem onerum dictæ Sedis, & Came-
ræ dictos fructus, & res inexactas con-
uertere, charitate, & dilectione adductus
Romanæ eccleſiæ, & Sedis ſuæ præfatæ;
quę charitas, & dilectio eſt vna de conie-
cturis ad mentem coniecturandum, per
tex, vbi *Iaſ. in l. ſeruus plurium, § ſi nume-
rus de legat. primo*, id, quod videtur tanto
magis dicendo, cum attenta eius abſolu-
ta, & quam habet ampla poteſtate in be-
neficialibus, ac fructibus beneficiorum,
id facere poſſit pro libito, & ſolet per *ex-
trauag. cum nonnulla & la prima, & la 2 in
tit. de preben.* vbi fructus beneficiorum
vacantium pro eccleſiæ Romanæ neceſ-
ſitatibus releuandis, Cameræ Apoſtolicæ
ap-

applicantur,vbi vide in *extrauagan com*
munibus,idem vide in *extrauag: antece-*
denti,quæ pari modo *incip. nonnulla, &*
in extrauag.poſtulaſti, eod. & dicit *gloſſ.*
in clem.vnica,de ſupplen.neglig.in ver.re-
uocari,quæ dicit,quod hodie Papa recipit
fructus vacantium, &c.

Et cum in hoc non prçiudicet niſi clericis,
qui in dictis fructibus ſuccedere poſſent,
quibus præiudicare poteſt de iure,ſecun-
dum libitum voluntatis ſuę.& cum verba
dubia debeant interpretari ſecundũ quod
expedit proferenti,per *Paul. de Caſt. &*
alios in l.ſi quis intentionẽ.ff.de iudic.& in
obſcuris inſpicimus ſemper illud, quod
14 eſt magis veriſimile.*cap.inſpicimus, de*
reg.iur.in 6.

Item cum verba dubia,regulariter interpre-
tantur in fauorem proferentis,*l habemus,*
& d.l.ſi quis intentione,de iud tamen fa-
uore eccleſiæ verba dubia interpretantur
in eius fauorem,etiam contra eius inten-
tionem,per *glo.in ver.dubium.ex. de pro-*
bat.cap.in præſentium.

Per hæc ego dicebam, quod mens Papæ in
dicta regula,vel conſtitutione reformati-
ua fuit,quod fructus,& alia inexacta,quę
adimuntur ſucceſſori in beneficio,perue-
nirent ad Cameram Apoſtolicam in locis
vbi eſſent collectores iurium Cameræ, ſi
tamen aliqua conſuetudo,priuilegium,vel
ius particulare non adeſſet in contrarium
& quod collectores,vti bona, & iura Ca-
meræ colligere poſſent.

Nec in hoc verum illud, quod dicebat ille
magnus Doctor, quod cauſam præbuit
conſtitutioni conſuetudo,& quod illa fuit
cauſa finalis,& impulſiua conſtitutionis;
quia ſi bene inſpiciamus bullam, non lo-
quitur de conſuetudine,niſi ſecundo loco,
ſiue inſpiciamus in narratiua parte, ſiue
indiſpoſitiua; & niſi poſtquam eſt loquu-
tus Papa,reſpectu collectorum Cameræ,
nec de conſuetudine ſtatuit, niſi poſtquã
determinauit de cauſa; & loco collectorũ
iurium Cameræ Apoſtolicæ, quam cauſã
reputauit, & habuit Papa pro digniori;
quia de illa primo loco tractauit,quia di-
gniora habent ſemper præcedere; vnde
15 de conſuetudine ſtatuitur ſecundo loco,
vndè cauſa conſuetudinis non videtur fu-
iſſe cauſa principalis, neque principale
intentum,quòd mouit Papam ad ſtatuen-
dum.

Item ſtatuit de conſuetudine per illa verba,
videlicet, *& omninò eadem conſtitutione,*
non obſtante &c.

Fer quæ videtur, quod conſtitutio fuit iam
facta ſuper alio penitus diuerſo à conſue-
tudine,vndè illam limitat, vt non habeat
locum,vbi ſit conſuetudo in contrarium,
priuilegia,vel ius particulare.

Item ſtatuit de conſuetudine, addendo ad
principalem conſtitutionem, iam factam
per dictionem,& quę eſt dictio copulati-
16 ua copulans ſemper aliquid alicui, *l.iſtiæ*
textores,§.nihil,ff.delega. primo, l ſi quis
inquilinos,eod.titul. quę dictio aliquando
importat ordinem ſucceſſiuum, *l. gallus,*
§ quedam,ff.de lib & poſth. & de ſui na-
tura implicat caſum minus dubitabilem
Raphael.Fulg.& Lud.Rom.in l.qui ſe pa-
tris,C.und.lib.l aſ.in l prima,§.municipes
2.colum. verſ.reſpondetur not. de acquir.
poſſ.& per *Bar.in l.ſicut,& in l.3. ff.de*
*Fund.inſtr.*vbi dicit,quod dictio,& con-
iungit ęque principaliter, per *Felin.in c.*
quanto,de iudic.col.antepenul. verſ.ſed po-
ſito.

Item dicat mihi ille magnus doctor, ſi con-
ſuetudo ſola fuit, quæ præbuit Papæ cau-
ſam ſtatuenedi,ad quid ponere in bulla il-
la verba, ſæpe repetita, conſtitutionem
eandem ſolum comprehendere eccleſias,
& monaſteria, in quibus collectores iu-
rium cameræ non eſſent, vel eſſe non con-
ſueuerint,quid operantur illa verba? Nam
verba debent aliquid operari, vt diximus,
17 & ſuperfluitas debet euitari per *Specul.*
in titul. de teſte. §. iam de interrogatorijs.
prima colum. in fin. verſicul. habita.

Quid accidebat, niſi dicere,regula quod ſuc-
ceſſores percipiant fructus inexactos,
non habeat locum vbi ſit conſuetudo in
contrarium, & profecto ſi conſuetudo ſo-
la fuit,quæ Papam mouit, & non camera
apoſtolica, illa verba ſufficiebant.

Profecto illa verba in locis, in quibus col-
lectores eſſe non conſueuerunt fuerunt ſu-
perfluo addita, quòd eſſe non debet, ma-
xime in lege, quæ nedum verba ſupera-
bundantia, ſed ſuperfluam ſillabam ha-
18 bere non debet. *per gloſ. in leg. 1. ff. quod*
met. cauſ. & in *capit.ſolitæ. de maioris. &*
obedient.

Ego ſalua pace tanti viri bullam intelligo,
quod Papa principaliter ſit motus ad ſta-
tuendum pro intereſſe cameræ apoſto-
licæ; & quòd collectores cameræ tales
inexactos fructus nomine cameræ perci-
perent, & ſi adeſſet aliqua conſuetudo,
priuilegium, vel ius particulare in con-
trarium, quod vigeret, quòd conſtitu-
tione non obſtante ſeruaretur, & ſerua-
ri haberet.

Nec obſtant,quæ primo loco deduximus in
con-

Digitized by Google

contrarium, de *tex. in cap. quia ſæpè, de electio. in 6. & de tex. in capit præſenti, de off. ordin. eo. lib. & de tex. in cap. illud*, cum alijs adductis, 12. *q*. 2. vbi apparet quòd fructus, & emolumenta obuenientia, quouis tempore relicta per defunctum deberet futuro ſucceſſori fideliter reſeruari; nec minus illud, quod adduxi de *Hoſtien. in cap. fin. de pecul. cler. de* Calder. *& Specul. & de Io. de* Copo.

Quia iſta habetent locum de iure antiquo, & quando nihil ſtatutum eſſet in contrariũ per ius nouum, prout determinatur de fructibus obuenientibus a die vacationis, vſque ad apprehenſam poſſeſſionem beneficij per de nouo prouiſum per Bullam Pij IV.

Item de fructibus inexactis, relictis per defunctum per dictam conſtitutionem Iulij III. quæ, vt iura noua attendi debent vulgatis Iuribus.

Non obſtat, quod pari modo adduxi de *Bartol. in l. diuortio, ff. ſolut. matr.* quod clericus decedens tranſmittit ad hæredes ſuos fructus perceptos, & percipiendos pro rata anni, vel temporis quo ſtetit in canonicatu, quia ipſemet *Bar.* non firmat ibi eam opinionem, ſed dicit, quod contrarium tenent canoniſtæ, quibus in hoc eſt ſtandum, vt ibi per eum.

Nec eſt aliquid, quod dixi de *Io. Andr.* qui diſputat quæſtionem de canonicis Mutinenſibus, qui ſtante conſuetudine poſſunt diſponere de fructibus canonicatus percipiendis; quia non dico, quod in huiuſmodi fructibus non habeat attendi conſuetudo; quia imo eſt attendenda, & obſeruanda, prout latius dixi ſupra in quæſt. de conſuetudine.

Et aduerte, quod fructus inexacti, de quibus in præfatis bullis, habent intelligi, ſi ſunt maturi, & in ſtatu, quod decedens ipſe illos decerpere, & colligere potuiſſet.

Sed nunquid collectores poterunt tempore Sedis vacantis, ſcindere nemora non cædua, vel alia, vel pulchras arbores, ſeù exaurire, aut euacuare ſtagna de groſſis piſcibus per multos annos nutritis; & licet videatur, quod ſic, quia quicquid fructuum nomine vtiliter ſuo tempore euenit, totum ſuum eſt oneribus ſupportatis, *cap. præſenti, de off. ordin lib. 6* tamẽ, quia iſta ſunt talia, ſine quibus deterioratur proprietas, videtur de iure contrariũ, quia iſta non cadunt ſub fructuum nomine, nec appellatione fructuum venire poſſunt, *l. arboribus, & l. pridem, ff. de vſufr. & cap. forma. de cenſib.* vnde videtur dicendum, quod magna nemora, & arbores non cæduas non vaſtabũt nec cædua, vel ſtagna, niſi quatenus augumentum, ſeù emolumentum eorum tempore iſtis competenti poterunt adæquari, ad inſtar mariti fructus dotis lucrantis. *l. diuortio, §. non ſolum, ff ſol. mat.* per *glo. in ver. collectores, extrauag. ſuſcepti. extrauag. comm. ne Sed. vacan.*

Regula, ſiue conſtitutio perpetua Sanctiſſimi Domini Iulij diuina prouidentia Papę III. in qua declaratur, quod fructus beneficiatorum, tempore obitus beneficiatorum inexacti, debeantur ſucceſſoribus in beneficijs, & non hæredibus dictorum beneficiatorum, ac quod ducati 500. & reliqua per mortem Reuerendiſſimorum S. R. E. Cardinalium Cameræ, & Cappellæ Apoſtolicæ debita ſolui debeantur, nec de eiſdem per præfatos Cardinales teſtari poſſit.

MOTV PROPRIO, &c. Cum ſicut nobis nuper innotuit diuerſi diuerſorum beneficiatorum, etiam Epiſcoporum, Patriarcharum, & aliorum Prælatorum, ac S. R. E. Cardinalium pro tempore decedentium hæredes, non ſolum bona relicta ſpolia nũcupata ſic decedentium beneficiatorum, Epiſcoporum, Archiepiſcoporum, Patriarcharum, & aliorum Prælatorum, ac etiam Cardinalium, verum etiam fructus, &c. eccleſiaſticos, ac pecunias, & res alias per ipſos beneficiatos, Epiſcopos, Archiepiſcopos Patriarchas, & alios Prælatos, ac etiam Cardinales ante eorum obitum non exáctos, etiam ſi eorum ſolutionis dies ante obitum ipſorum non aduenerit, ſub eo forſan prætextu, quod pro tempore ante obitum huiuſmodi decurſo, debeantur exigere, & quandoque ſolutionem debitorum per ipſos beneficiatos, & Cardinales, dum viuerent contractorum, & legatorum per eos in ſua vltima voluntate, etiam ad pias cauſas factorum ſubterfugere, & hæredes Cardinalium huiuſmodi paramenta, & ornamenta cappellæ ipſorum Cardinalium, quæ iam tanto tempore, quod eius initij hominum memoria non habetur capellæ Apoſtolicæ, in qua miſſæ Papales celebrantur, & ex qua pauperibus prælatis ad Romanã Curiam pro tempore confluentibus, & paramenta Eccleſiaſtica, cum quibus proceſſionibus, & alijs ſolemnitatibus per Rom. Pontificem fieri ſolitis incedere poſſint non habentibus ſubuenitur, deuolui conſueuerunt occupare, ac ſolutionem quingentorũ ducatorum auri de Camera, qui poſt obitũ ſingulorum Cardinalium, pro pretio anuli

eis

eis in eorum ad Cardinalatus aſſumptione exhiberi ſoliti, Cameræ Apoſtolicæ perſoluuntur declinare contendant, et ſatagant. Nos attendentes fructus, &c. & pecunias, ac res alias, occaſione eccleſiarum, monaſteriorum, & beneficiorum eccleſiaſticorũ pro tempore prouenientium, licet poſtquã ad manus beneficiatorum peruenerunt, & cum alijs ipſorum beneficiatorum fructibus, &c. pecunijs, & rebus, ſeu ipſis beneficiatis incorporatæ ſunt, non vlterius in eccleſiaſticis, ſed potius ipſorum beneficiatorum proprijs, & ab eis acquiſitis bonis iudican. & propterea, quod modo pro ſæcularibus, & prophanis haberi, & de eis teſtamento, aut alias diſponen. facultas eiſdem beneficiatis per Sedem Apoſtolicam concedi conſueuerunt; nihilominus, donec in manibus eorum, qui illos, tanquam eccleſiaſticos, ſeù ex Eccleſijs, monaſterijs, & beneficijs prædictis prouenien. et pro talibus conſeruant, aut, vt tales detinent, ipſique beneficiati pecunias huiuſmodi realiter non exegerint, et fructus etc. non perceperint, necnon alijs eorum bonis commiſcuerint, et ſibi incorporauerint ſemper ipſarũ eccleſiarum quarum ipſi beneficiati ſunt, ac verè eccleſiaſticos eſſe, et cenſeri debere; et propterea iuri non congruere, vt ipſi beneficiati de rebus certis ipſarum eccleſiarum, quæ omni iure alienari prohibentur diſponere, etiam in eorum vltima voluntate poſſint, nec ipſis beneficiatis, etiam Epiſcopis, Archiepiſcopis, Patriarchis, & alijs, ac Cardinalibus pro tempore defunctis, eorum hæredes, qui vt plurimum ſunt laici, in præiudicium ſucceſſorum beneficiatorum fructus etc. ac res, et pecunias inexactos huiuſmodi, os boui trituranti alligando exigunt, et hæredes Cardinalium mala malis addendo, bona Capellæ Apoſtolicæ debita occupant, ſeis quod Cameræ, et creditoribus, ac legatarijs debent pro ſe retineant. Volentes in præmiſſis opportunè prouidere. Motu ſimili etc. declaramus noſtræ intentionis nunquam fuiſſe, nec eſſe, quod quouis quorumcumque beneficiatorum, etiam vt præfertur Epiſcoporum, Archiepiſcoporum, Patriarcharum, et aliorum Prælatorum, etiam Cardinalium vbilibet, etiam in Romana Curia, aut diſtrictu pro tempore decedentium, ſiue ex teſtamento per eoſdem beneficiatos, etiam vigore facultatem quorumcunque eis in ſpecie, vel in genere, etiam prætextu quorũcunque capitulorum, ac ſtatutorum, et ordinationum, etiam noſtrorum ſub quibuſuis tenoribus, et formis, ac alias quomodolibet conceſſorum condit, ſiue ab inteſtato hæredes fructus etc. ac pecunias, et res alias per ipſos ſic defunctos beneficiatos, etiam Epiſcopos, Archiepiſcopos, Patriarchas, et alios Prælatos, ac Cardinales, ante eorum obitum non exactos, etiam ſi pro tempore ante obitum huiuſmodi decurſo debeantur, ac eorum ſolutionis dies beneficiatis, et Cardinalibus viuentibus aduenerit, et per ipſos beneficiatos, et Cardinales non ſteterit, quominus illos exigerint, quinimo omnium pro illorum exactione neceſſariam diligentiam, etiam iudicialiter agendo fecerint, quoquomodo exigere, aut etiã ſponte oblatos percipere, aut cruces, candelabra imagines, patenas, calices, et alia cuiuſuis ſortis, tam aurea, quam argentea vaſa, et iocalia, ac quæuis ornamenta, paramenta, et alia vtenſilia, capellæ ſingulorum Cardinalium pro tempore decedentium, cæteraque tam ad ipſam Capellam, quam eius miniſtros circa altaris miniſterium, celebrationem miſſæ pertinen. pro ſe retinere, aut ſolutionem quingentorum ducatorum huiuſmodi euitare poſſint, ſed quod de cætero perpetuis futuris temporibus fructus, etc. ac pecunia, et res, vt præfertur inexacti huiuſmodi, ac ipſorum ſic defunctorum beneficiatorum, etiam Epiſcoporum, Archiepiſcoporum, Patriarcharum, et aliorũ Prælatorum, et Cardinalium in Eccleſijs, Monaſterijs, et beneficijs prædictis ſucceſſores, qui ex illis quorum ſolutionis dies ante obitum beneficiatorum, etiam vt præfertur Epiſcoporum, Archiepiſcoporum, Patriarcharum, et aliorum Prælatorum, etiam Cardinalium debita, et ad pias cauſas facta legata, ſi aliunde ex alijs ipſorum beneficiatorum bonis ſolui non poſſint, ſoluere teneantur libere deuenire, & in poſterum deueniant, ac per eos, & non hæredes prædictos exigi poſſent, & impoſterum poſſint, necnon cruces, candelabra, imagines, patenas, calices, & vaſa iocalia, ornamenta paramenta, vtenſilia, & alia ad cappellam ſingulorum Cardinalium, & eius miniſtros, vt præfertur pertinen. & ad eandem capellam Apoſtolicam pertinerent, & ſpectarent, ac in poſterum pertineant, & ſpectent, & per agentes pro ea realiter, & cũ effectu capi & apprehendi poſſent, & deberent, ac in poſterum poſſint, & debeant, ac hæredes Cardinalium, tam hactenus defunctorum, quam pro tempore decedentiũ quingentos ducatos huiuſmodi eidem Cameræ perſoluere tenerentur, & in poſterum teneantur, & propterea ſucceſſores in Eccleſijs, monaſterijs, & beneficijs huiuſmodi

fru-

fructus &c. ac pecunias, et res per eorum anteceſſores non exactos, libere, et licite percipere exigere, et leuare, ac ſolutis ſi aliunde, vnde ſoluant non erit (vt præfertur) debitis. et legatis prædictis, quod reſiduum fuerit in ſuos vſus, et vtilitatem cõuertere. necnon agentes pro capella Apoſtolica, Cruces, Candelabra, imagines, patenas, calices, vaſa iocalia, ornamenta, paramenta, vtenſilia, et alia prædicta, propria auctoritate libere capere. et apprehendere poſſe, ac hæredes Cardinalium, tam hactenus defunctorum, quam aliorum pro tempore decedentium ad Cruces, Candelabra, et alia prædicta agen pro dicta Capella Apoſtolica realiter, et cum effectu conſignandi, et eoſdem quingentos duc. agentibus pro eadem Camera, vt præfertur ſoluend. teneri, et obligatos eſſe, ac ad id omnibus iuris, et facti remedijs cogi, et compelli poſſe. Sicque in præmiſſis omnibus, et ſingulis caſibus ad præſens occurrentibus, ſeu penden. per quoſcunque etc in quauis cauſa, et inſtan. ſublata etc iudicari, et diffiniri debere, ac irritum etc. decernimus. Non obſtan. præmiſſis, ac conſtitutionibus, et ordinationibus Apoſtolicis ſtatutis, etc. priuilegijs quoque indultis, ac teſtandi, et alias de dictis rebus, et bonis diſponendi facultatibus capitulis, et literis Apoſtolicis ſub quibuſcunque tenoribus, et formis, ac cum quibuſuis clauſulis, et decretis, etiam per modum ſtatuti, et ordinationis perpetuorum. Motu proprio etc. aut alias quomodolibet etiam per nos ad dictam Sedem conceſſis, et emanatis; quibus omnibus, etiam ſi d' illis et c. eorum tenores, etc. hac vice duntaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, & ſufficienter derogatum eſſe decernimus, cæteriſque contrarijs quibuſcunque. Volumus autem hæredes ipſorum beneficiatorum, qui iam ante præſentium publicationem pecunias, ac fructus per ipſos beneficiatos inexactos huiuſmodi exegerint, per ſucceſſores in beneficijs huiuſmodi amplius præſentium vigore moleſtari non poſſe, necnon præſentes in Cancellaria Apoſtolica, vt moris eſt publicari, & illius quinterno inter alias conſtitutiones perpetuas ad perpetuam rei memoriam deſcribi.

Regula Sanctiſſimi Domini noſtri Iulij diuina prouidentia Papę III. per quam declaratur, quod conſtitutio perpetua, alias ſuper fructibus beneficiorum, tempore obitus beneficiatorum inexactis ædita, locum non habeat in locis, in quibus collectores Cam. Apoſt. eſſe conſueuerunt.

Motu proprio &c. Dudum ex certis tunc expreſſis rationabilibus cauſis per quandam conſtitutionem noſtram perpetuo duraturam, inter alia motu ſimili declaramus noſtræ intentionis nunquam fuiſſe, nec eſſe, quod quiuis quorumcunque beneficiatorum, etiam Epiſcoporum, Archiepiſcoporum, Patriarcharum, & aliorum Prælatorum, ac S.R.E. Cardinalium vbilibet, etiam in Rom. Cur. aut eius diſtrictu pro tempore decedentium, ſiue ex teſtamento per ipſos beneficiatos, etiam vigore quarumcunque facultatum eis in ſpecie, vel in genere, etiam prætextu quorumcunque capitulorum, ac ſtatutorum, & ordinationum, etiam noſtrorum ſub quibuſcunque tenoribus, & formis, ac alias quomodolibet conceſſorum condito, ſiue ab inteſtato hæredes fructus, &c. ac pecunias, & res alias per ipſos defunctos beneficiatos, etiam Epiſcopos, Archiepiſcopos, Patriarchas, & alios Prælatos, ac Cardinales ante eorum obitum nõ exactos, etiam ſi pro tempore ante obitũ huiuſmodi decurſo deberentur, ac eorum ſolutionis dies beneficiatis, & Cardinalibus viuentibus aduenisset, ac per ipſos beneficiatos, & Cardinales non ſtetiſſet, quominus illos exegiſſent, quinimo omnẽ pro illorum exactione neceſſariam diligentiam, etiam iudicialiter agendo feciſſent, quoquomodo exigere, aut etiam ſpõte oblatos percipere tunc, vel in poſterũ poſſent; ſed quod ex tunc de cætero perpetuis futuris temporibus fructus &c. ac pecuniæ, & res, vt præfertur inexacti huiuſmodi, ad ipſorum ſic defunctorum beneficiatorum, etiã Epiſcoporum, Archiepiſcoporum, Patriarcharum, Prælatorum, & Cardinalium in eccleſijs, Monaſterijs, & beneficijs eccleſiaſticis, quorum fructus &c. ac pecuniæ, & res huiuſmodi eſſent ſucceſſores, qui ex illis, quorum ſolutionis dies ante obitum beneficiatorum huiuſmodi aduenisset omnia ipſorum beneficiatorum, etiam Epiſcoporum, Archiepiſcoporum, Patriarcharum, Prælatorum, & Cardinalium debita ad pias cauſas facta legata, ſi ex alijs ipſorum beneficiatorum bonis ſolui non poſſent ſoluere tenerentur, libere deuenirẽt, ac per eos, & non hæredes prædictos exigi poſſent, & propterea ſucceſſores in eccleſijs, monaſterijs & beneficijs huiuſmodi fructus &c. ac pecunias, & res per eorum prædeceſſores non exactos libere, & licite percipere exigere, & leuare, ac ſolutis. ſi aliunde vnde ſoluerentur non eſſet debitis, & legatis

præ:

prædictis : quod reſiduum foret in ſuos vſus, & vtilitatem conuertere poſſe. Sicque in præmiſſis caſibus, etiam nunc occurrentibus, ſeù pendentibus iudicari, & diffiniri debere, ac irritum &c. decreuimus prout in eadem conſtitutione : quã in cancellaria apoſtolica publicari, & in illius quinterno inter alias conſtitutiones perpetuas ad perpetuam rei memoriam deſcribi voluimus plenius continetur. Cum autem, ſicut nobis nuper innotuit : licet nos per conſtitutionem noſtram prædictam ſolum eccleſijs, monaſterijs, & beneficijs, in locis in quibus collectores fructuum, & prouentuum Cameræ apoſtolicæ debitorum deputati, ſeù eſſe non conſueuerant conſiſtentibus, & circa quæ ius commune ſeruari debet, prouidere intellexerimus; nihilominus diuerſæ perſonæ eandem conſtitutionem noſtram ad eccleſias monaſteria, & beneficia, etiam in locis, in quibus collectores huiuſmodi deputari, ſeù eſſe conſueuerunt conſiſtentia; & in quibus diuerſæ conſuetudines, diuerſaque particularia iura, ſeù priuilegia vigene trahere, & extendere conentur contra mentem, & intentionẽ noſtras, ac in fraudem, & detrimentũ quãplurimũ. Nos fraudibus, & figmentis huiuſmodi occurrere, mentem, & intentionem noſtram in præmiſſis declarare volentes Motu ſimili &c. conſtitutionem eandem ſolum eccleſias, monaſteria, ac beneficia eccleſiaſtica in locis: in quibus collectores prædicti deputari, ſeù eſſe non conſueuerant comprehendere, & ad ea tantum extendi, Nec in eccleſijs, monaſterijs, & beneficijs in locis : in quibus ijdem collectores deputari, ſeù eſſe conſueuerunt conſiſtentibus locum habere, aut effectum aliquem ſortiri poſſe, aut debere. Et omnino ea non obſtante conſuetudines, & particularia iura, ſeù priuilegia cuiuslibet loci : in quo collectores huiuſmodi deputari, ſeù eſſe conſueuerunt in præmiſſis vigentia obſeruari, & exequutioni demandari. Sicque in præmiſſis omnibus, & ſingulis, etiam ad præſens occurrentibus caſibus : ſeù pendentibus cauſis per quoſcunque &c. Sublata &c. iudicari, & diffiniri debere, ac irritum &c. decernimus, & declaramus. Non obſtantibus omnibus quæ in eadem conſtitutione noſtra volumus non obſtare præſentes in præfata Cancellaria, vt præmittitur publicari deſcribi debere decernentes.

Placet, & ita declaramus.

SVMMARIVM.

1 *De fructibus eccleſiæ certa portio eſt aſſignata pro victu clerici.*

2 *Competit actio clerico pro victu contra eum, qui illum ordinauit ad Eccleſiam non ſufficientem.*

3 *Clericus fructus ſibi pro victu aſſignatos facere ſuos.*

4 *Clericus fructus eccleſiæ videtur poſſe proijcere, & etiam porcis dare.*

5 *Suum videtur illud, quod poteſt vendicari.*

6 *De fructibus eccleſiæ poſſumus alere, & dotare conſanguineas, & filias, ſeù ſorores.*

7 *Hodie inoleuit quòd clerici appropriant ſibi omnes fructus eccleſiæ.*

8 *Poteſt clericus dare conſanguineis ad ſubueniendum, non ad illos ditandum.*

9 *Clericus de fructibus eccleſiæ participat, quatenus indiget.*

10 *Non poteſt fieri exequutio pro debitis clerici in fructibus pro victu aſſignatis.*

11 *Clericus fructus pro victu debitos facit ſuos, ſi vtatur.*

12 *Non conſumpta per clericum reſeruantur eccleſiæ.*

13 *In fructibus non conſumptis ſuccedit eccleſia.*

14 *In fructibus non conſumptis ſuccedit cõſanguineus ſi adſit conſuetudo.*

15 *Papa concedit licentiam teſtandi de acquiſitis parce viuendo.*

16 *Acquiſita parce viuendo ſunt eccleſiæ.*

17 *Camera Apoſtolica eſt hodie loco ſucceſſoris.*

18 *Diſtributiones quotidianæ acquiruntur clerico, etiam quoad dominium.*

19 *Non reperitur iure cautum, quòd clericus ſibi preſeruet portionem ſibi pro victu aſſignatam non conſumptam.*

An Clericus de fructibus beneficij non conſumptis poſſit pro libito decedendo diſponere.

QVAESTIO VI.

QVIA clerici beneficiati aſsiſtunt aliquando in ſeruitijs alicuius, à quo

 alun-

aluntur, & nutriuntur. Vnde taliter viuē-
do, nihil de fructibus ſuorum beneficiorū
expendunt, uel conſumunt pro uictu eorū
vel veſtitu, quales ſunt clerici aſſiſtentes
ſeruitio Sanctiſſimi Papæ, Cardinalium,
vel aliorum Prælatorum, ſeù alicu-
ius Principis, vel Domini ſæcularis, à
quibus non ſolum victum, & veſtitum,
ſed, & ſalaria, prouiſiones, & recompen-
ſationes magnas capiunt, & eueniente
caſu obitus iſtorum, ſolent naſci quæſtio-
nes, ac ſuboriri dubia, an potuerint, vel
poſſint in vita, & in morte diſponere de
fructibus; ac redditibus ſuorum benefi-
ciorum, ſaltem pro illa portione, vel par-
te, quæ de dictis redditibus ſibi ex diſpo-
ſitione canonum pro victu, & veſtitu ſui;
ac ſuorum obueniebat, ideo, & quia etiā
quæſtio mihi de facto ab amico propo-
ſita fuit, indicaui non eſſe ab re, de hoc
quæſtionem præſentem formare, quia,
quanto magis ſingula diſcutiuntur, vel
declarantur, tanto magis mihi vide-
tur, quod materia aperitur, & appa-
ret.

Pro quo, more ſolito procedendo per con-
traria, quo modo magis ſplendeſcit veri-
tas, *l. munerum, §. mixta, ff. de mun. & ho-
nor.* dico quod clerici, vel ſacerdotes de
portione ſibi pro victu ſuo, & ſuorum de
fructibus beneficij debitam faciunt ac-
quiſitionem, & quod eſt eis taliter acqui-
ſita, quod in vita pro libito de ea diſpo-
nere poſſint, & in morte, & tam ad hære-
des ex teſtamento, quam ab inteſtato illa
tranſmittere: quia talis portio bonorū,
& fructuum eccleſiaſticorum eſt mini-
1 ſtris eccleſiæ per canones, & ab antiquo
conſtituta; & aſſignata, vt per *tex. in cap.
quatuor, capitul. de redditibus, capitul.
cognouimus, capitul. mos, 12. quæſtion. 2.
capit. eccleſias 13. quæſtion. 1. per tex* & ibi
*Abbatem in c. de his, de eccleſijs ædifican.
vel repara* & per *Abb. in c. 1. eo.* vbi cle-
rico de iure certa portio de omnibus
redditibus debetur, & aſſignatur, &
vltra illam partem: nihil expectet cle-
ricus, vt ibi.

Et in tantū eſſe verū videtur, quod de reddi-
tibus eccleſiæ eſt portio aſſignata clerico
pro eius victu; quod pro illam conſequē-
dam datur actio clerico contra obliga-
tum, vt puta contra Epiſcopum, vel [eum]
qui illum ordinauit ad eccleſiam minus
ſufficientem, & à qua clericus non ha-
beat integre; & ſufficienter iuxta ſuam
qualitatem, & conditionem victu pro ſe,
2 & ſuis per *tex. in c. cum ſecundum apo-
ſtolum de præb. & per tex. & ibi gl. in ca.
pen. de ſimo.* per quæ iura apparet, & pro-
batur, quod portio victus debetur cle-
rico de fructibus eccleſiæ ex iuris diſpo-
ſitione, quia ad illam petendam ius cō-
petit clerico.

Quia clericus, ſiue ſacerdos poteſt etiam
de iure ſubtrahere, & denegare ſacramē-
torum exhibitionem populo, ſi ei non
tribuat neceſſaria pro victu.

De quo nihil videtur dubitandum, maxime
per illa quæ tradit *Abb. in c. cum eſſes in
repet. de teſtamen. columna nona, verſic.
ad inducta.* vbi dicit quod clericus fru-
ctus pro ſua prouiſione aſſignatos facit
3 ſuos, ibi dicitur illos facere ſuos quoad
hoc, vt ſibi prouideat, &c. & in *tex. in c.
vnico, de cleric. non reſiden. in ſexto*, dici-
tur quod clericus fructus beneficiorum
facit ſuos, & in eis acquirit dominium,
de quibus poteſt taliter diſponere, & in
illis talem, & tantam habet auctoritatem
quoad de illis poteſt pro libito ſuæ vo-
luntatis diſponere, ac etiam proijcere,
4 & porcis dare, vt vtar verbis *glo. in
ſumma, prima quæſtione prima*, & verbū
ſuos, importet dominium. *l. non ſolum, §.
meum, de rei vendic. Bar. in l. cum res, 2.
5 colum verſ. quid dicemus, C. ſi res alien.
pig. data. & per Card. in clem. ſi. de pro-
cura*, & ſuum dicitur, quod vendicari po-
teſt *l. quintus, §. argento, & ibi Bar. in
princip. ff. de aur. & arg. leg.*

Et non ſolum clericus poteſt pro ſuo victu
diſponere, ſed etiam parentes, amicos,
filias, & ſorores ſi ægeant, & non ha-
beant aliunde, alere, & dotare, & eis cō-
6 petens ſubſidium conferre, per *Abb. in
capitul. inquirendum, de peculijs clerico-
rum.*

Dicit in terminis *Io. Andr. in capitul. per-
uenit. de fideiuſſor.* vbi aſſerere videtur,
quod clericus poteſt ſoluere ſua debita
de illis redditibus eccleſiæ quos facit
7 ſuos, ibi redditus beneficiorum, ſcilicet,
& præbendarum, quos facit ſuos, de alijs
autem non fieret ſolutio, cum nec illos
obligare poteſt id quod tanto magis vi-
detur dicendum, & tenendum, quia hodie
inoleuit vſus, quod clerici omnes fructus
beneficiorum, & eccleſiarum appropriāt
ſibi, nedum quod non poſſint de por-
tione ſibi tangente per victum pro li-
bito diſponere, per doctrinam *Abb. in
capitulo peruenit de fideiuſſor. verſ. in glo.
in ver.*

Et

Et in hoc videtur omnis ſublata dubitatio per dicta *Didaci Couarruuias Doctor Hiſpani in cap. cum in officij, de teſtam. verſ. tertio, ex eadem*, vbi de hoc poſita quæſtione, tenet quod poſſit clericus omnino diſponere, dicit enim ex eadem ratione apertum fit, clericum habentem eccleſiaſticum beneficium poſſe libere diſponere de illis redditibus qui eſſent neceſſarij ad eius honeſtum ſumptum, inſpecta cuiuſcunque qualitate, ſi eos præcipuos is habeat, qui aliundè victum, & neceſſaria ſibi miniſtrauit, hæc etenim pars bonorum eccleſiaſticorum, miniſtris eccleſiæ per canones antiquos conſtituitur per iura quæ adducit, & maximè per dicta per *Sanctum Thomam q. 155. art. 7. verſ. ad ſeptimum*, vbi dicit, quod bona eccleſiarum non ſolum ſunt expendenda in vſus pauperum, ſed etiam in alios vſus, & ideò ſi de eo, quod vſui epiſcopi, vel alicuius clerici deputatum eſt, velit aliquis ſibi ſubtrahere, & conſanguineis, vel alijs dare, non peccat, dummodo illud faciat moderate, ideſt vt non indigeant, non autem vt ditiores inde faciat. Vndè *Ambroſ.* dicit *in lib. de officijs*, & eſt approbanda libertas, vt proximos ſeminis tui, ne deſpicias, ſi egere cognoſcas, non tamen vt illos ditiores fieri velis, ex eo quod tu potes conferre inopibus, vbi ſequitur *Caietan in ſuis Commentarijs ibidem, & in d. verſ. ad ſeptimum*, dicit, quod clerici de his prouentibus; qui ſunt vſui ſuo deputati, videtur eſſe eadem ratio, quæ eſt de proprijs eorum bonis, de quibus habent liberam diſpoſitionem, ſequitur *Bal. in conſ. 298. 1. col.* vbi dicit, quod de redditibus clerico, vel prælato appropriandis, poteſt facere prælatus quicquid vult, dum viuit, in morte autem non, *Andreas Iſernia in conſtit. Regni, tit. de decimis praſtan. ver.* quantum ad partem fructuum deputatam pro victu epiſcopi poteſt prælatus facere, quod vult, ſicut de ſuo pro ſe deputato, nec cenſetur ſicut res eccleſiæ illud, quod pro ſuo vſu eſt deputatum, ſequitur *de Soto lib. 10. de iuſtit. & iur. q. 4. artic. 7.* vbi dicit, quod fructuum ex poſſeſſionibus prouenientium, quæ ratione alicuius obſequij clericalis ſunt annexæ Eccleſiæ, nempè anniuerſarij, aut capellaniæ, clerici pro ſua quiſque portione, ſunt verè domini, exemplo pauperum, qui largitarum eleemoſynarum, & magiſtratus ciuilis, qui ſtipendiorum pro ſuis laboribus dominium acquirunt; idem tenet *Summa Tabiena, verbo reſtitutio*; vbi dicit, quod de bonis ſibi deputatis, & de diſtributionibus ſimplicis beneficij idem eſt iudicium ſicut de bonis proprijs facit ad hoc *Abb. in capitul. ſecundo de his, quæ fi. à prælat. 2. colum. verſicul. limita*; vbi dicit, quod bona diſtincta à capitulo poteſt prælatus ſine capitulo alienare ad ſui vitam, quia ſolum agitur de ſui præiudicio.

Sed in contrarium videtur eſſe veritas, quia dicit *glo. in cap. fin. de pecul. cler.* quod clerici in fructibus, ac rebus eccleſiæ habent tantum vſum, & vſuario comparantur, idem *glo. in cap. cum olim, de rer. permu. in cap. fin. de pignor. & cap. quia nos, de teſtamen.* huius opinionis eſt *Ricard. quarto ſent. diſt. 45. artic. 3. q. 1.* vbi dicit, quod in fructibus eccleſiæ clerici non acquirunt dominium merito non poſſunt teſtari, ſequitur *Alex. de Ales 3. parte, q. 36. memb. 5. art. 2. Thom. Valdenſ. tom. 1. lib. 4. cap. 42.* affirmat *Henr. quolibet. 8. q. 27.* vndè ſi habet clericus vſum tantum, & ſi ſint iſta ſibi data ad vſum tantum, & non aliter, videtur, quòd ſi non vtatur, habere non poſſit, quia data ad vnum effectum non debemus habere aut vti ad alium, *cap. ratio. ex. de praben.* quia debemus vti conceſſione iuris, modo, & forma à iure tradita, *clem ſæpe, de re iud.*

Quia Eccleſia alit clericos ad ſui decorem, &
dat Clericis in fructibus beneficiorum
vſum in alimoniam, ac alimenta; vndè ſi
clericus non venit alendus, non tenetur
Eccleſia ei in aliquo contribuere, puta ſi
ſibi aliunde victus, vel alimenta ſubminiſtrentur,
quia clericus debet participare
9 de fructibus, ac bonis eccleſiæ, quatenus
indiget, ad neceſſitatem ſui victus, & non
aliter, vt in *cap. Epiſcopus, 12. q. 2. 12. q. 1.
§. fi. & cap. ſeq.* & hæc eſt doctrina *Abb. in
cap. reprehenſibilis, de appellation. in addition.
in col. fi.* vbi ad literam, vbi dicit etiã,
quod ipſe ſemper tenuit illam opinionem
quod clericus non facit fructus beneficiorum
ſuos, & quod pro debitis clerici,
non poſſit ad inſtantiam creditorum fieri
exequutio in redditibus, etiam in illa par
10 te fructuum, qui debent conuerti in vtilitatem
perſonæ clericorum, & qui ſunt clerico
pro ſuo victu, & veſtitu aſſignati,
quia illam partem Clericus videtur face
11 re ſuam, ſi pro ſuo vſu, & neceſſitate expendat,
vel conſumat, & quatenus vtatur,
non ſi præſeruet.

Quia non conſumpta per clericum præſeruantur
eccleſiæ, cuius eſt dominium, &
12 proprietas, vt per *Abbas in capitulo*

*cum eſſet in repet. de teſtam. verſ. quinto
principaliter*; quia dicit *Archid in cap.ſta-
tutum.§.aſſeſſorem.de reſcrip.in 6.* hæreti-
cum eſſe in iure quod eccleſiaſticus ac-
quirat ius dominij fructuũ præbendæ vel
eccleſiæ. Fac. quia prælatus prælaturam
accipiens profitetur ſe pater pauperum,
vnde ſi diſponeret, eſſet ponere manum
ad aratrum, & reſpicere retro, quod euan-
gelicæ repugnat diſciplinæ.

Vnde cum potuiſſet Clericus vti, & noluit
de talibus in vita diſponere, vt per *Bal.
præallegato conſ. 298. primo vol.* vbi dicit,
quod de redditibus ſibi appropriandis,
poteſt prælatus facere quicquid vult dum
viuit, ſi noluit, dico videtur voluiſſe eccle-
ſiæ rem præſeruaſſe, vt ſic interpretatio
benigna fiat in fauorem eccleſiæ not. in
*cap. in præſentia. de probatio. Fel. cap. fin.
de iudic.* nec eſt quod ille quicquam vlte-
rius quarat, quia quod potuit noluit &c.
& dicit lex. qui ſemel noluit petere bono-
rum poſſeſſionẽ, perdit ius eius, vbi enim
noluit, cepit ius eius pertinere ad alios. *l.
1.§.tutor.ff.de ſuc.edict.* etiam quando ſe-
mel potuit noluit, & quando voluit adim-
plere nequiuit *cap. cum ſuper; de off. de
leg. optima glo. cap eccleſia veſtra el ſecun-
do extra. de electio. in ver. adÿcere &c.* Fac.
quia iſta portio, & iſti fructus ſunt, & poſ-
ſunt dici fructus non conſumpti, quo ca-
ſu ſuccedit, quod dicit *Gaſpar. Calder. in
ſuo conſ. ſecundo. de pecul. cler.* vbi poſita
quæſtione, quis ſuccedat, vel ſuccedere
habeat in fructibus Canonici defuncti,
poſt multas diſtinctiones tenet, quod in
fructibus non conſumptis, ſi nõ adſit con-
ſuetudo quod ſuccedant in illis conſangui-
13 nei, ſuccedit eccleſia, in teſtamento, vel
ab inteſtato, vt ibi per eum, facit quod ha-
betur per *Bal. in ſuo conſ. 313. 2. volum. in-
cip. præmittendum eſt.*

Fac. pro hac opinione, quod dicit *Bal. in au-
then. licentiam. C de epiſcopis, & cler. in fi.*
vbi ponit quæſtionem ſi Rector Eccleſiæ
percepit fructus, & potuit conſumere pluſ
quam conſumpſit, donec ipſe viuit, po-
14 teſt diſponere illos fructus ad pias cau-
ſas, nunquid moriens poſſit relinquere de
eis in teſtam. pauperibus, vel in ſubſidiũ
terræ ſanctæ, dicunt Canoniſtæ, inquit,
quod non: quia viuens æquiparatur vſu-
fructuario, & ideo habet liberam admini-
ſtrationem fructuum, ſed in morte aſſimi-
latur vſuario, qui ſuum tantum facit de
fructibus, quantum conſumit, non vltra. Et
ideo de talibus non poteſt teſtari ſecun-
dum canoniſtas: qui bene dicunt ſecun-
dum eum ibi.

Facit quia ita eſſe interpretatur, & intelligit
Ro. curia per illud quod notatur in practi-
ca in licentia, ſeù indulgentia teſtandi;
quæ conceditur per Papam Clericis in
Rom Curia, maxime per viam ſacræ Pœ-
nitentiariæ, quòd Papa concedendo talem
licentiam clericis: concedit etiam de fru-
ctibus beneficij acquiſitis parce vtendo,
& parce viuendo; ideſt de illa parte, quam
de iure potuiſſent pro victu ſuo conſu-
15 mere, quam parce viuendo non conſum-
pſerunt, de quo nihil eſſet, quod partes
ſupplicarent, & quod Papa concederet, ſi
pars aſſignata Clerico pro victu de red-
ditibus eccleſiæ, conſumpta, vel non con-
ſumpta eſſet in effectu ſua, id quod decla-
rat *Abb. in cap. cum eſſet. in repet. de teſt.
verſ. quarto principaliter*, vbi dicit; quod
de fructibus beneficij, etiam parce viuen-
do acquiſitis, per clericum non debent ſa-
tisfieri debita clericorum, dixi aliqua in
quæſtione de licentia teſtandi.

Per quæ puto poſſe dici, quod portio de red-
16 ditibus eccleſiæ aſſignata clerico pro vi-
ctu, eſt ſua ipſius clerici, ſi ea vtatur, & nõ
aliter, quia ſibi ad talem vſum aſſignata
videtur, vndè ſi per eum non expendatur,
vel alias præſeruetur, non intelligitur per
ſupradicta ſibi, vel hæredibus reſeruata,
vel acquiſita; ſed eccleſiæ, cuius eſt pro-
prietas fructuum, ac rerum eccleſiaſtica-
rum acquiſita, & erit cenſenda, vti de fru-
ctibus non conſumptis cenſetur, vndè in
huiuſmodi relictis ſuccedit eccleſia, & lo-
co illius Camera Apoſtolica hodie in lo-
cum eccleſiæ, vel ſucceſſoris ſuffecta, quia
ſi bene conſideres, omnes, & toti fructus
eccleſiæ ſunt aſſignati diſtincti, & deſti-
17 nati, quia videlicet alia pars clericis, alia
epiſcopo, alia fabricæ, alia pauperibus, *d.
c. quatuor. c. de redditibus. c. cognouimus.
12. quæſt. 2.* & ſicut aliæ partes ſi non di-
ſpenſentur, aut diſtribuantur locis, & per-
ſonis deſignatis, vel deputatis, debentur
ſucceſſori eccleſiæ, & hodie Cameræ
Apoſtolicæ, quare non idem eſt dicen-
dum de portione Clerico aſſignata? qua-
re non idem ius in ea ſtatui debet, in qua
eſt eadem non diuerſa ratio. *leg. ſi Socer.
ff. ſol. mat. leg. hoc amplius. ff. de dam.
infect.*

Et ad contraria reſpondendo, dico, quòd
non obſtat illud quod primo loco dictum
fuit, quod portio aſſignata clerico pro vi-
ctu, fuit aſſignata per antiquos canones,
& eis debetur de iure, quia id ego non
nego, ſed dico, quod debet intelligi, quod
ſit

ſit aſſignata pro vſu, ſi vtatur, non autem aliter, quia talis portio fuit aſſignata pro neceſſitatibus; & in caſu quo illa clericus vtatur, vt per *Abb. in d. ca. reprehenſibilis*; quia ſi non conſumetur tali vſu debet illa portio ſequi naturam, & conditionem reliquorum fructuum, in quibus regulariter eccleſia, vel ſucceſſor ſuccedit, & hodie Camera Apoſtolica iuribus allegatis. Et de ſe patet, quod non ſunt contraria, ſeù pro contrarijs cenſenda, dicere quòd pro ſuo victu, vel ſua ſubſtentatione competat actio clerico contra illum; qui ad eccleſiam non ſufficientem inſtituit, vel quod poſſit clericus ſubtrahere populo ſacramenta ſi ſibi de neceſſarijs non contribuat, & ad illud *Abb. in repet. cap. cum eſſes. de teſta.* quòd clericus dicitur facere fructus ſuos, quoad hoc, vt ſibi prouideat, & diſpenſet, dic verum ſi ſibi prouideat, & de prouiſis vtatur, aut prouiſus vſu conſumat, vt diximus ſupra; quia eſt verum, quod clericus dicitur dominus fructuum, ac illos fructus ſuos facit, qui sũt pro ſua prouiſione deputati, quia dicti fructus ſunt ſui proprij quoad vſum, quia illis vti poteſt, veluti proprium dicitur ſecundo modo, id de quo quis habet liberã diſpenſationem, vt per *Car. Zabar. in ca. ſi. de pecul cler. 3. col. verſ ſed ſecundo.*

Illud verò *d. cap. vni. de cler. non reſid.* eſt verum in caſu in quo tex. loquitur in diſtributionibus quotidianis, quæ cum dentur Clerico ſeruienti pro miniſterio, & ſeruitio perſonali acquiruntur clerico, etiam quoad dominium, & facit Clericus illas omnino ſuas *d. ca.* de quibus poteſt diſpo-
18 nere clericus, veluti ruſticus de denario
diurni operis, prout ſuo loco diximus in q. de pot. cler. & in q de ſucceſſ. Cler. ſęcul. ab inteſta. modo tamẽ ſint diſtributiones quotidianæ, quæ diſtribuantur inſeruientibus horis diuinis, non quæ dentur vel ſoluantur præſentibus in ciuitate, vel loco, non tamen ſeruientibus iuxta diſtinctionem *tex. in extrau. poſtulaſti. de præben. extrauag. commun.* quia in talibus non cadit exemptio quæ cadit in alijs. vt *d. tex.*

Nec minus obſtat illud; quod Clericus de fructibus, ac rebus Eccleſiæ poteſt alere parentes, amicos, filias, & ſorores dotare, quia id eſt ei pe miſſum in caſu quo aliũde non habeant, quia Clericus eſt diſpẽſator, non Dominus rerum, ac fructuum eccleſiæ. Vnde bene tenet diſpenſatio facta per eum in tales perſonas, & in tali caſu, nec ex hoc infertur ergo portio-
nem, & fructus non conſumptos facit ſu-
19 os, quia ſi diſpenſare in alios permittitur, non valet ergo portionem ſibi præſeruare poteſt, quia id iure cantum non reperitur.

Nec obſtat dictum *Io. Andreæ*, & aliorum dicentium, quod clericus poteſt ſoluere ſua debita de fructibus beneficiorũ, quos facit ſuos, quia contrarium ad illud tenet *Abb. in præallegata repet. in cap. cum eſſes.* vbi tenet, quòd nedum etiam poteſt ſoluere de portione, ac de fructibus ſibi pro victu aſſignatis, & quod clericus nullos omnino fructus beneficij facit ſuos, quæ opinio mihi magis in æquo, & bono fundata videtur, & ſi vſus inoleuit, quod clerici appropriant ſibi fructus, id eſt ex vſu non ex iuris diſpoſitione, quia fructus, & redditibus beneficiorum habent expendi, vt Canones determinant, & iura ſuper quibus fundatur dictum *Didaci Couarruuias* qui de hoc quęſtionem facit, & tenet affirmatiue, probant tantum, quod pars certa, & portio aſſignatur de redditibus eccleſiaſticis clerico pro victu, quod non negamus, ſed habet intelligi, ſi vtatur, vel fruatur, expendat, vel conſumet vſu, non aliter, vt per *Abb. in capi. reprehenſibilis. allegato. de appella.* vbi decidit caſum, & præſentem quæſtionem, dictum vero ſancti Doctoris facit in caſu in quo loquitur, ne egeant conſanguinei, & vt loquitur, vt per verba illius moderate ideſt, vt non indigeant &c.

SVMMARIVM.

1 *Licentia teſtandi conceditur per viam iuſtitiæ, & per viam gratiæ.*
2 *Quare licentia conceſſa per viam pœnitentiariæ dicatur per viam iuſtitiæ.*
3 *Vide de clauſulis, quæ ponuntur in licentia ſacra Pœnitentiaria.*
4 *Labores, & ſeruitia debent recompenſari.*
5 *Seruitium, impenſum prælato, dicitur impenſum eccleſiæ.*
6 *Prælatus habet viuere cum ſuis famulis de bonis eccleſiæ.*
7 *Prælatus licite remunerat de bonis eccleſiæ illum; qui inſeruiuit eccleſiæ.*
8 *Pro remunerationem ſeruitij eccleſiæ impenſi, poſſunt alienari res eccleſiæ.*
9 *Clericus partem fructuum, quam potuit, & noluit conſumere facit ſuam ſecundum aliquos.*
10 *Videtur verius, quòd faciat ſuam, ſi vtatur.*

11 *Ec-*

11 Eccleſia non tenetur ſoluere condemnationes clericorum.
12 Eccleſia tenetur contribuere in alimonia clericorum, non in aliam cauſam.
13 Quare in licentia ponitur clauſula; parce viuendo acquiſitis.
14 In adminiſtratoribus quales ſunt clerici, eſt potentius ius in vita: quam in morte.
15 Licentiam teſtandi per viam gratiæ.
16 Per canones antiquos non poterat clericus habere propria.
17 Acquiſita de fructibus eccleſiæ ſunt ſucceſſoris.
18 Clericus de fructibus eccleſiæ non poteſt donare.
19 Licentia teſtandi eſt indultum odioſum.
20 Habens licentiam teſtandi non videtur poſſe codicillari.
21 Qui poteſt teſtari, poteſt codicillari.
22 In licentia teſtandi habet clericus, quod poteſt teſtari, & codicillari.
23 Clericus non poteſt erogare conſanguineis, niſi in ſubuentionem.
24 Perſonæ incapaci regulariter legari non poteſt.
25 Licentia ſolet concedi in forma, etiam ſuccedenti ab inteſtato.
26 Tres opiniones diuerſæ, penes quem ſit dominium rerum eccleſiæ.
27 Dominium rerum vniuerſitatis eſt apud ciues.
28 Hæreditas vacans obtinet vicem perſonæ.
29 Chriſtus habet dominium, & poſſeſſionẽ rerum eccleſiæ.
30 Eccleſia fidelium congregatio.
31 Bona eccleſiæ ſunt prælati quoad gubernationem, pauperum quoad ſuſtentationem.
32 Quare bona eccleſiarum ſunt diuiſa eccleſijs diuerſorum locorum.
33 Patrimonium eccleſiæ eſt commune, & propterea nullus ſibi appropriet.
34 Quare bonorum eccleſiæ gubernatio ſit prælatis conceſſa.
35 Moriente Prælato proprietas, & poſſeſſio eccleſiæ remanet penes Chriſtum.
36 Vniuerſalis eccleſia nunquam moritur.
37 Licet eccleſia vacat, eius poſſeſſio non vacat.
38 Dominium, & poſſeſſio rerum eccleſiæ eſt apud quamlibet eccleſiam.
39 Homines offerentes eccleſiæ, habent reſpectum ad Deum.
40 Secundum Abb. licentia teſtandi non datur ſine magna cauſa.
41 Bona eccleſiæ ſunt bona Dei.
42 Dimittens debita Dei ſine cauſa, Deum offendit.
43 Papa Vicarius Chriſti non habet diſſipare bona Dei.
44 Pro communi vtilitate datum, vſibus particularibus non eſt applicandum.
45 Subtrahens bona eccleſiæ videtur necare pauperes.
46 Deus peccare non poteſt.
47 Expreſſe cauetur quòd Papa non alienet bona eccleſiæ.
48 Quòd clericus poſſit alienare de rebus eccleſiæ, ſi tantundem contulerit intellige ſi contulit ante alienationem.
49 Ex quibus cauſis alienentur res eccleſiæ.
50 Alienatio bonorum eccleſiæ, videtur penitus interdicta ſine cauſa.
51 Papa in beneficialibus, & in bonis beneficiorum eſt dominus.
52 Papa in beneficialibus poteſt quem ſuo iure ſine cauſa priuare.

§. Occurrit.

1 Beneficialia ſunt de iure poſitiuo introducta.
2 In illis quæ ſunt de iure poſitiuo, Papa poteſt omnia.
3 In beneficialibus Papa eſt dominus, quãtum ad vſum.
4 Dominium rerum eccleſiæ eſt penes Chriſtum, & Papam eius Vicarium.
5 Papa Vicarius Chriſti cum omnimoda poteſtate.
6 Papa habet plenitudinem poteſtatis.
7 Non poteſt Papa auferre ab vna eccleſia, & dare alteri ſine cauſa.
8 Papa in bonis beneficiorum, habet omnimodam poteſtatem.
9 Papa poteſt ſubijcere eccleſiam alteri, & iura vnius alteri dare.
10 Papa facit monacum profeſſum teſtabilem.
11 Clerici ſæculares magis poſſunt diſponere de rebus, quam regulares.
12 Monaci non habent velle, nec nolle.
13 Monaci non poſſident, ſed poſſidentur.
14 Licentia teſtandi conceditur à Papa ſine cauſa expreſſa.
15 Quòd in licentia teſtandi apponitur clauſula in pios, & non pios vſus.
16 Quotidie per quemlibet obtinetur licentia pro qualibet ſumma teſtandi à Papa.
17 Licentia teſtandi conceſſa Cardinali Saripando.
18 Licentia teſtandi ſeruatur inuiolabiliter

tur à Collectoribus ſpoliorum.

19 Odioſa conceſſio reſpicit primum actum tantum.

20 Licentia teſtandi eſt indultum odioſum.

21 Quomodo intelligatur regula, qui poteſt teſtari, poteſt codicillari.

22 Licentia teſtandi non extenditur ad codicillandum.

23 Actus odioſus extinguitur morte concedentis.

24 Secundum Abb. licentia teſtandi non conceditur à Papa, niſi cum magna cauſa.

25 Non valet diſpoſitio, niſi facta mentione de licentia ſecundum aliquos.

26 Non ſufficit habere poteſtatem gerendi, niſi quis gerat eo modo, quo poteſt.

27 Valet diſpoſitio, licet non ſit facta mentio de licentia.

28 Præſumitur teſtator voluiſſe uti facultate, quam habet.

29 In dubio quis videtur uti priuilegio.

30 Paria ſunt non teſtari, & inutiliter teſtari.

31 Præſumitur quis facere actum ex capite, quo ſibi eſt vtile.

32 In forma licentiæ ponitur clauſula toties, quoties.
Item clauſula per plura teſtamenta.
Item per codicillos, item quandocumque ſibi placuerit.

33 Vide quid importet verbum quandocunque.

34 Gratia Papæ numquam expirat.

35 Verbum prolatum à Papa, interpretatur ſecundum ius canonicum.

36 Licentia teſtandi non amittitur, etiam, ſi quis non teſtetur per decennium.

37 Priuilegium teſtandi, eſt priuilegium aliquid faciendi.

38 Priuilegium faciendi, numquam perditur.

39 Non valet diſpoſitio Papæ contra legem, niſi de lege faciat mentionem.

40 De fructibus eccleſiarum diſponit Papa pro libito voluntatis.

41 Papa quotidie concedit licentiam teſtandi; etiam collegijs officialium Romanæ Curiæ.

42 Papa ſi non poſſet concedere de iure licentiam teſtandi non concederet.

43 Geſta à Papa, ſancta geſta præſumuntur.

44 Clericus de fructibus poteſt alere conſanguineos.

45 Papa præſumitur motus cauſa rationabili.

46 Papa faciens ad ſupplicationem ſi non apparet cauſa præſumitur motus ad importunitatem.

47 Papa concedit licentiam ex certa ſcientia.

48 Certa ſcientia facit præſumi principem velle.

49 Certa ſcientia facit præſumi, quod vtatur abſoluta poteſtate.

50 Actus Papæ in bonam ſemper partem interpretatur.

51 Non poſſumus de actis Papæ iudicare.

52 Ad Deum ſolum ſpectat iudicare de Papa.

53 Facta Papæ excuſantur, etiã ſi videantur iniuſta.

54 Factum Papæ eſt iuſtum, licet videantur iniuſtum.

55 Papa poteſt facere de vno aliud.

56 Papa Chriſti Vicarius, & Dei Locumtenens.

57 Papa omnia diſponit, & iudicat.

58 Papæ non eſt qui dicat, cur ita facis?

59 Papa diſpenſat in omnibus, in quibus expreſſe non prohibetur.

60 Eſt inhærendum ſemper opinioni, quæ fauet Papæ.

61 Papa poteſt aſſignare penſionem, etiam laico, etiam ſine cauſa.

62 Papa in beneficialibus dominus.

63 Papa ſanctus reputatur.

64 Probibitio teſtandi clericis eſt de iure poſitiuo.

65 Papa regulariter non diſpenſat ſupra ius diuinum.

66 Papa in licentia teſtandi diſpenſat ſine cauſa.

67 In illis, quæ ſunt iuris poſitiui Papa poteſt præiudicare ſine cauſa tertio, & non citato, etiam non audito.

68 Papa quotidie concedit monacis poteſtatem teſtandi.

69 Monaci in ipſo ingreſſu dedicant ſe, & ſua Deo.

70 Sufficit licentiam ſuperuenire monaco poſt conditum teſtamentum.

§. His.

1 Forma licentiæ teſtandi per viam pœnitentiariæ.

2 Forma per viam bullæ.

3 Forma per viam breuis.

De

Digitized by Google

De licentia, vel diſpenſatione teſtandi Clericis, vel prælatis conceſſa.

QVAESTIO VII.

OCcurrit ſæpe, quòd mortuo Clerico
pro defenſione ſpoliorum, ac rerum
relictarum per defunctum, exhibent hæ-
redes teſtamenta, & indulgentiam, di-
ſpenſationsm, ſeù licentiam teſtandi de
bonis occaſione eccl. acquiſitis per de-
functum à Rom. Pont. pro tempore exi-
ſtenti obtentam. Super quo ſæpe numero
oritur controuerſia inter agentes pro
Camera. & venientes pro parte defuncti;
puta quia non ſit ſeruata forma litterarũ
Apoſtolicarum dictæ licentiæ in teſta-
mento, vel in diſpoſitione, quam fecit te-
ſtator, vel quia modũ, formam, & ſum-
mam excesſerit, aut alias ea vti debebat
non vſus fuit. Vnde, quæ mihi occurre-
runt, & quæ inueni in hac materia dicta,
& diſputata à Doctoribus in medium de-
ducere propoſui, vt quoties occurreret ha
beremus loca ſaltim recollecta Doctorũ,
ad quos recurrere ſtatim poſſemus. Et
omiſſo dicere de bonis acquiſitis ex hæ-
reditate, artificio, vel doctrina, de quibus
libere Clericus teſtari poteſt ſine licen-
tia, & diſponere, *cap. 1. & ſecundo*, 12. *q.* 3.
*cap. quia nos, cap. relatum el ſecundo, verſ.
cæterum, quæ ex hæreditate, cap. requiſiſti,
ante fin. extra. de teſtam.* per *Bal. in conſil.*
313. *volum. ſecundo, incip. præmittendum
eſt*; dicemus de bonis acquiſitis per Ec-
cleſiam, ſeù intuitu Eccleſiæ, de quibus
ideò conceditur licentia, vel diſpenſatio
teſtandi de illis, & diſponendi Clerico;
quia de iure de illis teſtari non poteſt, *ca.
1. cap. cum in officijs. cap. quia nos, & præ-
alleg. cap. relatum. de teſtam.*

Vnde animaduerti indulgentias, vel licẽtias
teſtandi concedi Clericis à Sede Apoſto-
1 lica duplici via, & ſeù duplici forma; vna
ſcilicet, quæ poteſt dici iuſtitiæ, qualis eſt
illa, quæ conceditur per viam ſacræ pœ-
nitentiariæ, quæ in Rom. Curia appella-
tur ex forma quinterni Cancellariæ, cu-
ius tenor pro forma erit deſcriptus in
calce præſentis laboris, alia via eſt gratię
qualis eſt illa, quæ conceditur per viam
literarum Apoſtolicarum per viam Can-
cellariæ, ſub plumbo expeditarum, vel in
forma Breuis ſub anulo Piſcatoris, quarũ
ibidem tenor deſcribitur, & dico formam
Sacrę Pœnitentiariæ poſſe dici per viam
iuſtitiæ, ex eo; quia per illam conceditur
Clerico, vel concedi ſolet primo, vt de
2 ſuis mobilibus, aut de immobilibus iuri-
bus, actionibus per eum proprijs labori-
bus, induſtria parentum, vel aliorum ſuc-
ceſſione, aut alias, non per Eccleſiam li-
cite acquiſitis, & acquirendis libere te-
ſtari valeat, quia id videtur poſſe facere
Clericus ex iuris diſpoſitione, abſque ali-
qua ſpeciali, vel particulari diſpenſatione
deſuper, vel licentia obtinenda, quia id
habetur expreſſum in *tex. in c. quia nos, &
c. relatum, de teſtam.* per quæ iura videtur
ei permiſſum poſſe diſponere quocunque
modo de acquiſitis ex hæreditaria paren-
tum, vel aliorum ſucceſſione, artificio, vel
doctrina, ac de illis, quæ proueniunt do-
no parentum, vel amicorum per Docto-
res ibi, & per *Alex. conſ.* 101. 7 *vol. in prin.*
ſecundo loco conceditur poſſe teſtari de
bonis eccleſiaſticis mobilibus, ac de im-
mobilibus, quæ non fuerint altari, aut di-
uino cultui deputata, & hoc pro impenſa
funeris Clerici, in remuneratione ſeruitio
rum, ac in pios & licitos vſus moderate
tamen ære deducto alieno, in quibus caſi-
bus, maximè de bonis mobilibus, & ſi ad-
ſit conſuetudo, videtur de iure Clerico
permiſſum, *cap. relatum*, *§. licet*, ibi im-
probandæ conſuetudinis. Id quod omne
videtur extractum ex *tex. in d. c. relatum,*
3 *el ſecundo, de teſtam.* vbi fere ſunt eadem
verba *tex.* quibus vtitur Sacra Pœniten-
tiaria in forma prædictæ licentiæ.

Item ex eo videtur ex forma iuſtitiæ, quia
4 de iure labores, & ſeruitia accepta debẽt
recompenſari præmio, vel precio, *capitul.
charitatem, & c. Eccleſiaſticus*, 12. *quæſt.*
2. *glo. in cap. ad noſtram, in ver. ſufficere, de
reb. Eccl. non alienand.* & notat *Abb. in
cap. relatum, verſ item not. de teſtamen* ex
quo ſeruitium impenſum, vel præſtitum
prælato viuenti, videtur Eccleſiæ impen-
ſum, ex quo de bonis Eccleſiæ talis ſerui
5 tij poteſt fieri remuneratio, *cap. per tuas*,
vbi idem *Abb. de donat.* quia Clericus ha-
bet viuere de bonis Eccleſiæ ipſe cũ ſuis
famulis, quibus habent ſolui ſalaria, ob
ſeruitia Clerico præſtita, dicimus infra
queſtione ex quibus Cleric. præſumatur
acquiſiſſe. Idem *Abb. in cap. conſenſus, de
reb. Eccleſ. non alien.* vbi dicit, quod præla-
tus licite remunerat de bonis Eccleſiæ
eos, qui exhibuerunt obſequia eccleſiæ, &
in margine ad *Abb* ibi allegatur *Alexand.
conſ.* 101. *primo lib. & Oldr. conſ* 278. Imo
dicit *Bart in l. iubemus, la ſeconda, verſic.
quæro vtrũ*, & quod pro remuneratione
illo-

illorum, qui exhibuerunt ſeruitia, poſſunt
alienari res Eccleſiæ, vt ibi per eum; vbi
vide *gloſſ. in verb. permiſſum*, quæ dicit,
quod etiam de immobilibus bonis Eccle-
ſiæ habet fieri remuneratio; & Prælatus
poteſt donare in remunerationem ſerui-
tij ſuæ Eccleſiæ collati, etiam in præiudi-
cium ſucceſſoris, *16. quaeſtion. 5. illud*;
Alex. conſ. 55. prima parte, vbi dicit ve-
rum, ſi de ſeruitijs conſtat aliter, quam
per confeſſionem. *Ioan. Andre. in addi-
tio. ad Specul. in rub. de reb. eccleſ. non
alien.* id quod nota pro eo, quod qui ta-
lia accipiunt à prælatis, vel rectoribus
pro ſeruitijs impenſis, quod habent pro-
bare ſeruitia, nec eis ſufficit ſola prælati,
vel Clerici confeſſio, aſſerentis ſe id lega-
re, vel dare pro ſeruitijs impenſis.

Item videtur ex forma iuris, quod pauperi-
bus, & locis pijs, & religioſis fiat ero-
gatio, & eleemoſyna id quod habetur *ca-
pitul. ad haec, in fi. de teſtamen.* vbi *text.*
vtitur verbo moderatè, quia de fructi-
bus, & redditibus Eccleſiæ; deductis
6 neceſſarijs pro victu clerici, aut præla-
ti, reliquorum ſuperfluentium debet
per eum fieri diſpenſatio, *capitul. viden
tes, 12. quaeſtion. 1.* & per *Abb. in capitul.
cum eſſet, in repetit. de teſt. verſ. ſecundo
principaliter per totum* in caſibus, etiam
prænarratis dat licentiam clerico, diſpo-
7 nendi, & teſtandi de immobilibus acqui-
ſitis per eum de fructibus beneficij par-
ce vtendo, de acquiſitis ex illa parte fru-
ctuum; quam licite conſumere poterat,
ſi voluiſſet, puta potuiſſet pro ſui gradus
qualitate conſumere mille, conſumpſit
tantum ſeptingēta, vnde parſimonia tre-
8 centum preſeruauit, ac de illis immobilia
acquiſiuit, quam partem fructuum Cleri-
cus facit omnino ſua, cum eſſet pro ſuo
9 victu, ac ſuorum, ac pro ſuis neceſſarijs
deſtinata à Canone. & conſtituta, de qua
debuit poſſe pro libito diſponere, vt per
*Abb. in capitul. cum eſſet. in repet. col. 9.
verſ. ad inducta* ibi reſpondet, quod Cle-
ricus fructus beneficij dicitur illos face-
re ſuos, quoad hoc, vt ſibi prouideat, per
eundem melius in *cap. caeterum de donat.*
vbi dicit: quod prælatus poteſt donare
pro libito fructus, quos facit ſuos, per *Di-
dac. Couar. in cap. cum in officijs. de teſtam.
verſ. tertio ex eadem.* ibi clericum haben-
tem beneficium Eccleſiaſticum poſſe li-
bere diſponere de illis redditibus, qui eſ-
ſent neceſſarij ad eius honeſtum ſumptū,
inſpecta cuiuſque qualitate. ſi eos præci-
puos is habeat, qui aliunde victum, & ne-
ceſſaria ſibi miniſtrauit, hæc etenim pars
bonorum Eccleſiaſticorum miniſtris per
Canones antiquos conſtituitur, &c. Sed
videtur intelligi, quod faciat ſuos conſu-
mendo, non præſeruando, & quatenus
vtatur, & fruatur; quia Eccleſia Clericis
dat tantum vſum, & in caſu, quo ſibi pro-
uideat pro victu, per ea, quæ dicit *Abb. in
cap. cum eſſet. verſ. quarto principaliter.*
10 *verſ. aut non pro ſui ſuſtentatione*, ibi; tūc
dico indiſtinctè, quod de fructibus bene-
ficij ſatisfieri non debet, etiam parce vtē-
do, nam Clerici habent ſolum vſum, me-
lius per eundem in *cap. reprehenſibilis. de
appellat.* vbi dicit; quod pro debito Cleri-
ci non poteſt fieri exequutio in fru-
ctibus beneficij, neque etiam in illa par-
11 te fructuum, qui habent conuerti in vtili-
tatem perſonę Clericorum, quia ad tales
redditus non debent extendi manus, &
eſt ratio quia Eccleſia tenetur Clericos
alere ad ſui decorem, nec tenetur ſuas cō-
demnationes ſoluere, vnde ſi Clericus
non alitur, non tenetur Eccleſia in aliquo
contribuere, & Eccleſia vult contribuere
in alimoniam Clericorum, non aliam cau-
12 ſam, ideſt vult ęccleſia teneri ad ſupplen-
dum de victu neceſſario, quatenus cedāt,
vadant, & conuertantur verè in victum,
vt per *Abb. d. loco*, & cum talia parce vi-
uendo ſint acquiſita eccleſiæ; quæ tamen
potuiſſet clericus non parce viuendo in
victu conſumere, merito apponitur in li-
centia clauſula parce viuendo, ad tollen-
dum dubium quod forſan oriri potuiſſet,
13 quod pars fructuum deſtinata pro victu
clerici, eam faceret clericus ſuam in to-
tum, vel in parte parce viuendo; quia
immo ſi illam victu non conſumit in to-
tum, vel in parte eſt eccleſiæ, pro parte
non conſumpta; declarat optime *Bal. in
authen. licentiam, C. de epiſcopis, & cler. in
fi.* vbi poſita quæſtione ſi Rector eccleſiæ
percepit fructus, & potuit cōſumere pluſ-
quam conſumpſit donec ipſe viuit, poteſt
diſponere illos fructus ad pias cauſas,
nunquid moriens potuit relinquere de
eis teſtamento pauperibus, vel in ſubſi-
dium terræ ſanctæ, dicunt Canoniſtæ (in-
quit) quod non; quia viuens æquiparatur
vſufructuario, & ideo habet liberam ad-
miniſtrationem fructuum, ſed in morte
aſſimilatur vſuario, qui ſuum tantum facit
quantum conſumit, non vltra: & ideo de
talibus non poteſt teſtari ſecundum Ca-
noniſtas, qui (inquit) bene dicunt, quia in
adminiſtratoribus. quales ſunt clerici in
14 rebus eccleſiæ potērius eſt in vita, quam

in morte, & de hoc vide in quæſtione
an clericus de fructibus beneficij, vbi ali-
qua,& per eundem *Bald.in conſ.298. pri-
mo volumine*, vbi dicit, quod de redditi-
bua appropriandis prælato, poteſt præ-
latua diſponere, vt vult, dum viuit, in
morte autem non, vidi tamen aliquam
formam huiua licentiæ pœnitentiariæ
ſub nomine,*Laurentius*, in forma gratio-
ſa, vt de bonis eccleſiaſticia in amicos,
cognatos,& affineadiſponi poſſit.
Aliam formam per viam litterarum Apo-
ſtolicarum,& breuium dixi eſſe per viam
gratiæ, ex quo per eam conceditur cleri-
co teſtari, primo de quibuſcunque bonis
ex patrimonio quarumcunque perſona-
15 rum ſucceſſione, ac etiam ex induſtria,
proſpera fortuna,& alias quomodolicet,
non per eccleſiam licite tamen acquiſitia,
per eundem obtentia, & obtinendis,
ſeù ad illum quomodolicet tunc, & pro
tempore ſpectantibus,quod per antiquos
canonea non concedebatur,per quoa nõ
licebat clerico habere hæreditaria bona,
vel propria,*capitulo clericus*, & ibi *gloſſ.
duodecima quæſtione prima cum ſimili-
bus*, licet per *tex. in capitulo relatum,
capitulo quia nos, cum ſimil. de teſta.* ſit
ſecua, tamen ideſt ad tollendum dubieta-
tem iuria antiqui: ſecundo loco conce-
ditur clerico poſſe teſtari de fructibus; ac
redditibus beneficiorum,ac ex fructibua,
16 ſeù redditibua acquiſitis,pro ſumma pe-
tita,& conceſſa,quæ ſunt eccleſiæ vel ſuc-
ceſſoris in euentum mortia illius, *capit,
præſenti,de off.ord.in ſexto capitulo quia
ſæpe,de electio.eod.lib.capitulo illud, capi-
tulo non liceat duodecima quæſtione ſecũ-
da*, cum ibi *gloſſ.* de quibua regulariter
clericus non habet teſtamenti factionem
*capitulo cum in officijs, cap. ad hæc. capi-
17 tulo, quia nos, de teſtam* cum ibi nota.
Franc.in rub. de teſtamen. in ſexto, num.
54.item, & poſſe donare ſummam con-
ceſſam, quod regulariter non poteſt cle-
ricus, *capitulo cæterum, de donat.* Item
18 conceditur etiam de eia bonis diſponere
per viam codicillorum,& toties,quoties,
&c. quod regulariter cum tali licentia
teſtandi, vel diſponendi non poteſt, nec
poſſe habet clericus, quia indultum quo
quia habilitatur ad teſtandum de bonis
eccleſiæ, vel ſpectantibus ad eccleſiam
eſt odioſum, & ſic ſtricte non late inter-
19 pretandum, aut intelligendum, vnde ha-
bens tale priuilegium debet intelligi,
quod poſſit teſtari tantum non autem co-
dicillari: & quod vnum poſſit facere te-
20 ſtamentum, non plura, vt gratia ſit eua-
cuata, & cõſumata omnia in primo actu.
*arg.l.boues.§.hoc ſermone,ff de verb.ſign.
l.dotis promiſſio.ff. de iure dot Martan.
Socin. in conſil.* 13. præſens conſultatio;
vbi in *col.*5.dicit quòd Cardinalia ex tali
priuilegio poteſt teſtari, & non codicil-
lari, non obſtante reg. quæ dicit, quod
21 qui teſtari poteſt, poteſt & codicillari,
quæ eſt in *l.2.ff.de lega.primo,& l. conſi-
ciuntur,§.primo, ff. de iure codicill.* quæ
procedit,& habet locum in eo, qui regu-
lariter habet de iure communi teſtamẽti
factionem,& teſtari poteſt,per *Dec. conſ.*
512, *col.2. poſt princ.* ſecus eſt de iure
ſpeciali,vnde ad gratiandum clericũ ſup-
plicante, Papa ad tollendum iſtaa iuris
difficultates,ſolet apponere in litteris ta-
lia formæ clauſulam huiuſmodi,etiam do-
nationis inter viuos, aut teſtamenti, ſeù
cuiuslibet vltimæ voluntatis,vel codicil-
22 lorum ſeù alio modo, de quo tibi vide-
bitur pro libito tuæ voluntatia ordinare,
diſponere,& erogare, ſimul vel ſucceſſi-
ue,ac quoties tibi videbitur libere, & li-
beram auctoritate apoſtolica tenore prę-
ſentium licentiam,& facultatem concedi-
mus,pariter, & indulgemus. Item ſolet
apponi clauſula in piaa, & non pias cau-
ſas, id quod eſt gratia, quia de iure tan-
tum in pias cauſas concedi ſolet eroga-
tio,& diſpenſatio,*cap.relatum, de teſtam.
§. licet per Barba. in tractat. de præſtan.
Cardi. prima parte quæſt.*4. vbi limitat
priuilegium teſtandi,& reſtringit ad pios
vſus tantum Item clauſula parentũ, con-
ſanguineorum,& affinium, nepotum, ac
etiam propriorum filiorum,quibua regu-
lariter clericus de rebus eccleſiæ diſpen-
ſare,vel erogare non poteſt, niſi in illorũ
ſubuentionem,& quatenua indigeant,nõ
autem poteſt illis relinquere ad illos di-
uites faciendum, per *Abb. in cap. inqui-
rendum, de pecul. cler.* Item apponi ſolet
clauſula, aut ſeruitiorum, etiã vltra ſerui-
tij meritum,quod eſt gratia,quia id habẽt
ſecundum verba *textus*, videlicet, *iuxta
ſeruitij meritum, non autem vltra*, per
text.d.capitul. relatum. §. licet in fine. §.
Item apponi ſolet clauſula perſonarum
23 etiam penitus extranearum, & inca-
pacium, quibus perſonia incapacibus
regulariter nihil relinqui poteſt, vel de-
bet, neque per viam inſtitutionis, ne-
que per viam legati,per *text. in § lega-
ri*, vbi *gloſſ. in ver. teſtamenti factio:
inſtitutio.de leg.* Item quod plus eſt, Pa-
pa ſolet gratiare ſupplicantem, vt de ſum-
ma

24 ma petita,& conceſſa,nedum in quos vo
luerit diſponat in teſtamento;aut alia vo-
luntate,ſed etiam ſi deceſſerit ab inteſta-
to ad hæredes ſibi ab inteſtato venientes
tranſmittat,qualis eſt forma, quæ eſt in
calce deſcripta,per hæc, & alia, quæ in
eiſdem literis euidenter in forma gratiæ
25 conceſſa videntur,dicebam hanc formam
eſſe,& videri formam, ſeù licentiam te-
ſtandi,vel diſponeodi in forma gratiæ,&
in forma,vt appellatur gratioſa.

De qua licentia,ſeu indulgentia reperio va-
riè ſcribere Doctores,quia *Abb.in c. fin.
de pecul. cler.in fin.*dicit hanc eſſe quęſtio
26 nem quotidianam, nunquid Papa poſſit
dare clerico poteſtatem teſtandi de rebus
intuitu beneficij acquiſitis,& illam ſe tra
ctare pleniſſime in *cap.cum eſſes.in repe-
tit.de teſtamen.in verſ. quinto principali-
ter quæro,Iaſ in authen.ingreſſi. Cod de
Sacroſanct. Eccleſ.num.*11.*glo.in pragma-
tic.ſanctio.de num & qualitat.Cardin. §.
ſint viri in ver.mouebat. Alexand. conſilio*
101.*libr.*7 & dicto loco *Abb.*pro facilio-
ri ſolutione quæſtionis præſupponit, pe-
nes quem ſit dominium rerum eccleſia-
ſticarum,& inquit *glo in capitul.expedit.
duodecima quæſtione prima,*de hoc ponit
tres opiniones,prima quòd dominium ſit
penes eccleſiam,ſecunda quod ſit penes
Deum, tertia quod dominium eſt apud
clericos,ſicut dominium rerum vniuerſi-
27 tatis eſt apud ciues. *§. vniuerſitatis, in-
ſtitut.de rer.diuiſion.glo.in capitulo cauſa,
de verb. ſignific.in ver. ſolis Eccleſiarum,*
tenet,quod iſta bona ſunt Dei,cuius licet
omnia ſint, tamen ſunt iſta ſpecialius, &
hoc tenet illa *glo.*licet ante dixerit, quòd
28 ipſa ſunt ſecundum *Alber.* loci concluſi
muro ad inſtar hæreditatis vacantis,quæ
obtinet vicem perſonæ *l.hæreditas, ff. de
acquirend.rer.domin.*ſecũdum alios,quod
ſunt vniuerſitatis illius loci,alij,vt *Inno-
cen.& Hoſtien.in capitulo cum ſuper.de
cauſa poſſeſſ. & propriet.* quod Chriſtus
eſt,non prælatus,qui habet dominium,&
poſſeſſionem rerum eccleſiaſticarum, vn-
29 dè oblata per homines Eccleſijs, Deo
oblata dicuntur,12.*quæſt.*2.nulli liceat,&
12.*q.*1.*res,& cap videntes:*alia opinio eo-
rumdem *Innocen.& Hoſtien.*quod eccle-
ſia id eſt fidelium congregatio ſit,quæ ha-
beat proprietatem, & poſſeſſionem, vbi
30 dicit *Innocen.*quòd ſi aliquando inueniã-
tur hæc bona Deo oblata eſſe Epiſcopo-
rum,aut prælatorum,aut capitulorum,de-
bet intelligi, quod ſunt eorum quoad gu-
31 bernationem,& adminiſtrationem, & di-
cuntur etiam pauperum quoad ſuſtenta-
tionem,16.*quæſtione prima. capitul.quo-
niam*; ad quod vltimum fac. quod dicit
*Didacus Couarruuias in capitul. cum in
officijs,de teſtamen. verſicul.quantum quo-
ad,*ibi: præterea redditus eccleſiaſtici,qui
ſuperſunt vltra miniſtrorum victum,alie-
ni dicuntur,non proprij, ſed ex quadam
metaphora, eo quòd pauperibus eſſent
erogandi, quod auctoritate *Hieronymi*
comprobatur,is etenim ſcribit, bona ec-
cleſiarum dicit bona pauperum, quoad
debitum,quia eis debentur, non quoad
dominium,nec quoad proprietatem,ſicut
refert *Cardinal.à Turre Cremat. in capi-
tulo videntes,num.*2. 12.*quæſtion.*1. ſub-
dens ibidem *Innocen.in d. cap.cum ſuper,*
quod iſta bona eccleſiarum ſunt diuiſa in
eccleſijs diuerſorum locorum,auctoritate
Summorum Pontificum,propter commu-
nem vtilitatem,& Epiſcopis,& alijs præ-
32 latis conceſſa fuit. adminiſtratio earum,
cap.videntes,& capit præcipimus, 12.*q.*1.
quia vt legitur *d.cap.quoniam* 16.*q.*1.quic
quid habent clerici pauperum eſt, dicun-
tur enim habere clerici quoad adminiſtra
tionem,pauperes quoad ſuſtentationem,
patrimonium enim eccleſiæ eſt cõmune,
33 vndè nullus debet ſibi appropriare,*c.ter-
tio de præb.ex.*& propterea fuerunt diuiſa
& limitata bona eccleſiarum, & ipſorum
adminiſtratio Epiſcopis,& alijs prælatis
conceſſa,vt nullus in clero penuriam pa-
34 tiatur,& per ſupradicta infert *Innocent.*
quod quantumcunque moriatur præla-
35 tus,& omnes clerici alicuius eccleſiæ,ta-
men proprietas,& poſſeſſio remanet pe-
nes Chriſtum,qui viuit in æternum,vel pe
nes vniuerſalem,& ſingularem Eccleſiã,
36 quæ nunquam moritur, nec vnquam eſt
nulla,& per hoc dicit *Specul.in tit.de pet.
& poſſ §.primo.verſ.ſed pone,* quod vacã-
tę eccleſia,ſi quis ingrediatur poſſeſſionẽ
eccleſiæ, quod Prælatus de eccleſia pro-
uiſus,poteſt agere contra talem ingrediẽ-
tem,tanquàm contra inuaſorem, & ratio
eſt,quia poſſeſſio non erat vacans, licet
37 eccleſia vacaret,imo eccleſia poſſidere
cenſetur,& habes (inquit *Abbas in dict.
capit.cum ſuper.de cauſ.poſſeſſ.& propr.*)
duas opiniones,vna quòd dominium, &
poſſeſſio ſit apud Chriſtum, alia, quòd
apud eccleſiam; alij dicunt, quod eſt ter-
tia opinio,quod dominium, & poſſeſſio
eſt apud quamlibet eccleſiam particularẽ
38 & quod ipſa bona eccleſiarum ſunt quo-
ad dominium, & poſſeſſionem ipſarũ ec-
cleſiarum particularium, quæ habent illa

Digitized by Google

loco Dei. *glo. in capit. ſi. de reb. eccle. alien.*
in 6. in ver. ipſarum. & inquit *Abb. in d.*
cap. cum eſſet, ego puto quod inter iſtas
opiniones illa ſit præſtantior, quæ habet,
quod dominium rerum eccleſiæ ſit pe-
nes Deum, per *tex. in ca. cum ex eo. de ele-*
ctio. in ſexto. ibi de Chriſti patrimonio ſu-
blimatis, & not. ibi *glo. in ver. Chriſti fac.*
cap. qui Chriſti, & cap. qui abſtulerit. 12.
q. 2. Item teneo hanc opinionem, quia in-
39 quit (vt dixi) offerentes homines eccle-
ſiæ, in oblatione habent reſpectum ad
Deum, *d. c. nulli 12. quæſt. 2. & c. res eccle-*
ſiæ 12. q. 1. ibi Domino oblatis &c.

His præmiſſis per *Abb.* & præſuppoſitis,
deueniendo ſolutionem dubij, & quæſtio-
nis, putat ille, quod licentiam hanc te-
ſtandi de rebus eccleſiæ, non poſſit
40 concedere Papa, niſi cum magna
cauſa, quia hæc bona ſunt Dei, & ſi-
41 ne facto noſtro, quod noſtrum eſt à no-
bis euelli non poteſt *capit. ab eo. de ele*
ctio. lib ſexto, & qui dimittit debita Dei
ſine cauſa, profecto Deum offendit. *capit.*
ſi is quoniam 23 quæſt. 4. quia ſi præla-
42 tus debitori dominico culpam impune
dimittit, non mediocriter profecto offen-
dit per *Spec. in tit. de diſpenſat. §. quali-*
ter, & quando in princip. & licet Papa
43 ſit vicarius Chriſti, & in terris Dei lo-
cum tenens *cap. vnic. vt eccleſias. benefi-*
cia ſine dimi. confer. tamen debet legiti-
me adminiſtrare, & conſeruare bona
Dei, non diſſipare, quia ex officio ſuſce-
pto non licentiam peccandi, ſed neceſſi-
tatem bene viuendi fuit aſſecutus. *§. pri-*
mo. quarta diſt. Item de fructibus rerum
eccleſiæ debet ſubueniri egentibus. *capit.*
44 *videntes. 12. quæſt. 1.* & eſt ſine ratione,
vt quod communi vtilitate datum eſſe di-
gnoſcatur, vſibus cuiuslibet particularis
perſonæ applicetur, *de præb. capit. ratio.*
Item qui ſubtrahit bona eccleſiæ dicitur
45 homicida, quia videtur necare illos pau-
peres, qui ex huiuſmodi ſubtractis, &
alienatis fuiſſent alendi, vel ſubſtentandi.
Item vicarius non habet maiorem pote-
ſtatem, & dignitatem pontificatus, quam
habet ipſe Deus, ſed Deus peccare non
46 poteſt *d. 2. de pæn. §. ſic.* ergo nec vicarius
debet hoc poſſe, imo expreſſe iure caue-
tur, quod non licet Papæ bona eccleſiæ
47 alienare *ca. non liceat. 12. quæſt. 2.* ergo,
nec poteſtatem teſtandi alicui dare, quia
per hoc videtur alienare, fac. quia licet
clericus non habeat à iure conceſſum,
quòd poſſit de rebus eccleſiæ teſtari, ſi
tamen de ſuo proprio tantum contulerit
eccleſiæ, quantum vult alienare, vel teſta-
48 ri, hoc bene licebit. *capit. ſi epiſcopus 12. q.*
5. & q. 2. capit. ſi quis quilibet, id quod in-
tellige verum, ſi contulit ante alienatio-
nem, ſeu teſtamentum, quia eſt ſecus ſi
poſt, quia tunc videtur dare in fraudem
ad euitandum pœnam depoſitionis, quam
incurrit, de qua in *capit. nouimus. 12. q. 2.*
quia talis reſtauratio damni, ſeu recom-
penſatio ſibi non proderit ad euitandam
depoſitionem, not. in *capit. quod ſicut. de*
electio. facit quia clericus res eccleſiaſti-
cas, alienare non poteſt niſi cauſa pieta-
49 tis, neceſſitatis, commoditatis, vel vti-
litatis, in iſto caſu nulla ſubeſt iſtarum
cauſarum merito &c poteſt addi quod
dicit *Archid. capit. hoc conſultiſſime, de*
reb. eccle. in ver. quod bona eccleſiaſtica
dicuntur eſſe eccleſiæ, ita quod eccleſia
habet dominium, per multa, quæ ibi ad-
ducit.

Per hoc dicit *Abb.* teneo quod Papa licen-
tiam teſtandi de rebus eccleſiæ clerico
ſine cauſa indulgere non poteſt. Clericus
tamen, ſi tantundem de ſuis patrimonia-
libus contulerit eccleſiæ, de rebus eccle-
ſiæ teſtari poterit. Idem videtur tenere
Barba. 5. col. in cap. cum in officijs, de te-
ſtam. Franc. in rub. eod. tit. 6. col. & mo-
uetur *Abb.* & alij, qui eius opinionem ſe-
quuntur ex eo, quia penitus videtur in-
terdicta alienatio bonorum eccleſiæ ſine
50 cauſa, vt per *Abb. in cap. cum in eccleſia-*
rum col. 2. verſ. nota vltimo, de conſtit. &
dicimus in q. de poteſt cler. vel præl. verſ.
quid dicendum; vbi aliqua diximus de
cauſis, quæ à iure requiruntur in aliena-
tione rei eccleſiaſticæ, potes ad plenum
videre in meo tract. de rebus eccleſiæ nõ
alienan. prope diem diuino auxilio æden-
do, facit quod dicit *Rebuff. in practica be-*
neficia. in rubrica de breui Apoſtolico nu.
38. vbi loquendo de iſta facultate teſtan-
di, quæ conceditur in forma gratiæ dicit,
quod facultas teſtandi conceditur per
breue ad certam ſummam modicam ta-
men, nec inquit eſt componenda, ſi de
modico, quia de modico romani, & mu-
lieres non currant, *l. ſcio, ff. de reſt. in integ.*
ſecus inquit, ſi de magno.

Sed meo iudicio in Papa aliter dicendum
videtur, & opinio communis in hoc vide
tur contra *Abb.* quia dicit *Nic. de Vbald.*
in ſuo tractat. de ſuc. cler. ab inteſt. §. finita
verſ. non obſtant motiua, Oldr. quod illud
quod dicit *Abb.* quod Papa non poteſt
dare licentiam, &c. quod illud eſt verum
de honeſtate, ſed non de potentia, per ea,
quæ

quæ habentur *in cap. cum ad monaſteria de ſtat. regular.* & per alia, quæ copioſe idem *Nec.* ibi adducit.

Et antequam ad alia deueniamus præſupponimus duo, vnum, quód in huiuſmodi licentia Papæ teſtari conceditur de fructibus eccleſiæ, vel de ex eiſdem fructibus, aut occaſione eccleſiæ tantum acquiſitis per clericum ſupplicantem, quia non videbis licentiam, vel in forma Sacræ Pœnitentiariæ literarum Apoſtolicarum, vel breuium, ſine illa clauſula per te tamen acquiſitis, & acquirendis, per te obtentis, & obtinendis, id quod videtur non ſolum facere poſſit Papa, & debeat, imo ſine licentia aliqua clerici à ſeipſis deberent poſſe teſtari, & diſponere de huiuſmodi, quia dicit *Zabarella cap. fin. de pecul. cler. col. pen.* quod eſſet bonum ſtatuere, quod clericus poſſet diſponere de omnibus fructibus, item etiam de acquiſitis omnibus eccleſiæ ſiue mobilibus, ſiue immobilibus libere, & in vita, & in morte, & hoc ſi ſint acquiſita tempore ſuo. Aliud quod præſupponendum puto, eſt poteſtas ma-

51 xima quam habet Papa in beneficialibus ac in bonis beneficiorum, in quibus eſt valdè potens *clem. 1.* & ibi Doctores vt lit. pendent. In quibus tantam habet auctoritatem, & potentiam, quod poteſt etiam

52 quem iure ſuo priuare ſine cauſam, & pro ſuæ libito voluntatis, vt per *Archid. in ſuo tract. de hæreſi incip. Sanctiſſ. in Chriſto Patri. fol. 15. verſ. & quia tanta eſt præheminentia:* vbi dicit, quod Papa in huiuſmodi eſt dominus, cum alijs ſimilibus; quæ in infinitum adduci poſſent.

6. HIS præſuppoſitis eſt indubitanter dicendum, quod Papa poſſit concedere clerico licentiam teſtandi, de huiuſmodi, & quouis modo diſponendi; quia huiuſmodi beneficialia ſunt introducta de iure

1 poſitiuo, per *Abb. in cap. conſtitutus, de relig. dom.* Et per eundem magis ample in ſua *diſputatione, quæ incipit Epiſcopus, col. 2.* & in illis, quæ ſunt de iure poſitiuo Papa habet omnimodam poteſtatem, &

2 quæ vult, omnia poteſt, quia ſupra ius diſpenſare poteſt, *cap. propoſuit, de conceſſ. præben.* per *Doctor. in cap. qua in eccleſiarum, de conſt.* quia licet Papa non poſſit quem regulariter iure ſuo priuare ſine cauſa, tamen in beneficialibus, quæ ſunt inducta iure poſitiuo, poteſt quem priuare pro libito volũtatis ſuæ, vt per *Archid.*

3 *in d. tract. de hæreſi d. loco,* vbi dicit, quod Papa in talibus eſt dominus, quantum ad vſum, quia eis vti poteſt, ſicut placet, & decet ſuam potentiam, ſiue ſtatum, *alleg. 12 q. 2. bona rei. & cap. per princip. 9. q. 3. cap. 2. de præben in 6. clem 1. ad ſi vi lite pendent. Paul. de Caſt. conſil. 281. in 3. col.* quia dominium rerum eccleſiaſticarum, proprie loquendo non eſt apud aliquam

4 eccleſiam, ſed apud Chriſtum, ſecundum quod dicit *Innocen. in præallegato capit. cum ſuper. de cauſ poſſ. & propriet.* cuius

5 Papa eſt Vicarius cum omnimoda poteſtate in terris, vnde ſi auſert rem alicui particulari eccleſiæ, potius dicitur auferre adminiſtrationem, quam dom. iuxta *tex. in c. 2 de donat.* quia dominium eſt potius apud ipſum Papam, cum ſit apud Chriſtũ, cuius ipſe eſt Vicarius, vel apud ipſam eccleſiam Catholicam, quæ eſt vnica, *24. q. 1. cap. loquitur* cuius ipſe eſt princeps; quia dicit *S. Thomas qu 88. verſ. ad tertium,* quod Sum. Pont. gerit plenariæ

6 vicem Chriſti in tota eccleſ. & ipſe habet plenitudinem poteſtatis diſpenſandi in omnibus diſpenſabilibus, & dicit *Dominus Anton. in capit. conſtit. de relig. dom.* quod de rebus eccleſiæ Papa poteſt diſponere, prout vult, etiam ſine cauſa remouendo vnum à beneficio ſuo, per *d. tex. in 2. c. de præbend. in 6.* & hinc eſt, quod in talibus multo magis poteſt auctoritas Papæ, quam in alijs, vt dicit *Abb. in c. cum à nobis. 2. col. verſ. ego credo, de teſt in clem. 1. in verſ. ego limitarem, de prob.* ſi dicatur quod quamuis reſpectu beneficiorum latiſſima ſit poteſtas Papæ, tamen reſpectu bonorum ipſarum eccleſiarum eſt ſecus, quia non poteſt Papa auferre bona vnius eccleſiæ, & dare alteri ſine cauſa, vt not. *gl. Archid. & Dom. ca. 1. 10. diſ. & glo. in cap. t. in ver. iniuſtitia. 22. diſt. Archid. in cap. 1. 12. di.* Et ideo dixit *Archid. in c. non liceat Papa. 12. q. 2. poſt. Hugo.* quod Pa-

7 pa peccat ſi vult res eccleſiaſticas conſumere in turpes vſus, vel dare conſanguineis, vt eos diuites præ alijs faciat, vel vt ipſi conſtruant palatia, & huiuſmodi.

Eſt dicendum in caſu præſentis quæſtionis, vt dicit *Socin. in conſ. 13. primo vol.* ibi, nec quiſpiam dicat quod Papa non poſſit præiudicare eccleſijs, vel monaſterijs ſuper huiuſmodi bonis, hoc enim eſt manifeſte falſum, quoniam Papa in beneficijs, & in ipſorum bonis habet omni mo-

8 dam, & abſolutam poteſtatem *cap. ſecundo, in princip. de conceſſ. præben. lib. 6. in clem. prima. vt lit. penden. not. glo. 9. qua. 3. capit. per principalem.* & probatur *78. diſt. cap. oportebat. & 97. diſt. eccleſia,* tenet *Io. Andr. in cap. primo, de ſumma trinit. 19.*

*nit.*19. *diſt. cap. in memoriam*, & poſito
quod verum dominium non ſit ſuum, ſe-
cundum quod aliqui voluerunt, tamen
ipſe Papa habet omnimodam, & abſolu-
tam diſpoſitionem, adminiſtrationem, &
diſpenſationem, & poteſt vnire eccleſias,
9 & ſupprimere dignitates, & alteram alte-
ri ſubijcere, & iura vnius alteri dare, 16.
*q.1.c.et temporis.c.ſunt duo.de exceſ.Præl.
&c.*& dicit *Bal. in conſ.*175. *vol.*2. quod
Papa quando vendit rē Eccleſię, nō vendit
rem alienam, ſed ſuam, nam omnes res ec-
cleſiarum ſuæ ſunt, quoad plenam, & li-
beram diſpoſitionem, & nullus prælatus
mundi poteſt aliquid facere, ſine aucto-
ritate ſaltem tacita Papæ, qui tanquam
pater patrum cum omni prælato in iuriſ-
dictione concurrit, vt not. in *c. ſi eo tem-
pore.de electio. libr. 6. et per Bal. d. conſ.*
175.*incip.Papa*.
Per quæ concluditur, dicit *Socin. prælle-
gato conſil.* clariſſime, quod Papa poteſt
10 facere etiam Monachum profeſſum te-
ſtabilem, & poteſt ei concedere poteſta-
tem teſtandi, & donandi de bonis mona-
ſterio acquiſitis: & dicit *Rebuf. in ſua
practica beneficiali,* quod quando hæc fa-
cultas datur religioſis, ſtatuitur ſummā
arbitrio Papæ taxanda, & quod teſtetur
de licentia ſui ſuperioris *cap ad monaſte-
rium.de ſtat.monac.clem.religioſi de pro-
curi & Egid.Bellamer.decis.* 247. ſi ergo
prædicta concluſio procedit in veris mo-
nachis profeſſis, quanto magis id eſt di-
cendum, quod poſſit Papa in clericis ſe-
cularibus, aut alijs religioſis, qui poſſent
habere propriam, quia facultas, ſiue po-
teſtas diſponendi de rebus eccleſiæ eſt
conceſſa regulariter magis lata clericis
ſecularibus, quam regularibus, *Card. Za-
barel.in c.fin.de pecul.cler.in col. antepen.
Rot.Bellamer.*247.*frater minor.* quia re-
ligioſis datur cum clauſula, & de licen-
tia ſuperioris, & dicit *D. Quintilianus
Mandoſius in ſua practica, in rubrica li-
centia teſtandi, verſ. aduertendum,* quod
hodie monacis ſeu religioſis nullo mo-
do teſtandi facultas huiuſmodi conceditur:
quod non videtur verum quod ſit
pace tanti viri dictum, quia quotidie re-
ligioſis cuiuſcunque religionis ſint, licen-
tiam concedi videmus, vel iuxta forma
quinterni Cancellariæ per ſatis ſtandi
extra cum beneficijs, & in talibus habē-
tibus proprium, ſeu tria omnino ſubſtan-
tialia regulæ non profitentibus non vi-
11 detur eſſe tanta difficultas, quanta in ve-
ris monachis profeſſis: qui ex quo tria
ſubſtātialia regulæ ſunt profeſſi, vt de ſe
manifeſtum eſt, non poſſunt teſtari reſpe-
ctu inhabilitatis perſonæ, quia nec habēt
12 velle, nec nolle 12.*q.* 2. *cap. non dicatis*.
Item defectu bonorum, quia cum omnia
eorum ſint monaſterij, & cum ipſi nil
13 poſſideant, ſed poſſidentur, nihil habent,
tam in habitu, quam in actu, capit.ad mo-
naſterium de ſtat. monac. tum etiam,
quia ſunt in poteſtate alterius, 16.*q.*1.*ca.
de præſentium, & dicta authen.ingreſſi.* in
quibus ſi licentia teſtandi à Papa con-
ceſſa, tenet fortius in clericis ſecularibus,
aut alijs illa tria non profitentibus, in
quibus ſola remanet difficultas reſpectu
teſtandi de bonis ad eccleſiam, ſeu reli-
gionem pertinentibus; quia manifeſtum
eſt, quod de eis, quæ ſumunt de dignitate
eccleſiæ, ſeu beneficio ſuo, non poſſunt te-
ſtamentum conficere, 12.*quæſt ultima,
cap.* 1. 2. 3. *& quaſi per totum*; niſi ad id
accedat ſummi Pontificis licentia. Ita te-
net *Bartol Socin. in d.conſ.*13 *primo volu.
per totum*; quod eſt in materia factum à
*Marian.Socin.conſil.*89.*per totum*, & ma-
xime *num.*29. vbi dicit, quod contrarium
ſeruatur de conſuetudine, quòd iſta licen-
14 tia conceditur à Papa ſine cauſa expreſ-
ſa, ſequitur *Dec. in conſil.* 512. vbi dicit
hanc eſſe opinionem communem, & com-
muniter approbatam, melius idem *Dec.
conſil.*157. vbi dicit non eſſe diſputandum
in hoc, an Papa poſſit; quia id tenetur ab
omnibus communiter per *Hoſtien. in
ſumma, de pœnit. & remiſſ. §. cui confiten-
dum. Angel. & Imola in l ſi ſeruum com-
munis, ff. de ſtip. ſeru. Bal. in l. ſi quando, C.
de inoff. teſtam. in authen. niſi rogati, col fi.
C. ad Trebell.* ſequitur Couarruuias Do-
*ctor Hiſpanus in cap. cum in officijs, de
teſtam. verſ. vltimo,* hinc poteſt, vbi dicit;
quòd vſus Chriſtiani orbis hanc opinio-
nem recipit. Idem tenet *Barba.in ſuo tra
ctat.de præſtan.Cardin.*1.*par.q.*4. vbi di-
cit licentiam teſtandi à Romano Ponti-
fice clericis de bonis eccleſiæ eſſe intelli-
gendam, & habere intelligi ad pios vſus,
& pias cauſas, & non alias Sed ego vi-
deo, quod in formula teſtandi maxime li-
terarum apoſtolicarum ſub plumbo, for-
ſan ad tollendum iſtud motiuum, aut du-
bium Doctorum, adeſt clauſula in pias,
15 & non pias cauſas, in pios, & non pios
vſus, & ſic habes meo iudicio per com-
muniter ſcribentes communem opinio-
nem contra *Abb.* quod Papa poteſt pro
libito cum cauſa, & ſine cauſa, quando
ſibi videtur teſtandi facultatem clericis

reli-

religioſis,& prælatis, & clericis beneficiatis pro ſumma,quæ ſibi videtur concedere,& indulgere,de quo inualuit vſus,& conſuetudo ab immemorabili tempore citra,qui hodie eſt quotidianus in Rom. Curia,tam Sanctæ Rom. Eccleſiæ Cardinalium,quam Patriarcharum Archiepiſcoporum ipſorum,vel aliorum quorum cunque prælatorum clericorum, & reli-
16 gioſarum perſonarum, quæ quotidie à Papa licentias,& ſeù indulgentias teſtandi,pro ſumma quam volunt,petunt,& obtinent ſine vllo labore,& eas,vel per viã ſacræ Penitentiariæ, vel per Signaturam Sanctiſſimi,per viam litterarum Apoſtolicarum,vel breuium,vt melius ſibi videtur expedinut,qualis mihi hodie 10 Kal. Aprilis fuit præſentata licentia conceſſa per Pium quartum Illuſtriſſimo,& Reuerendiſſimo D. Hieronymo Seripando Neapolitano Sanctæ Rom.Eccleſiæ Cardin in œcumenico Concilio Tridentino Sanctiſſimi Pij quarti, & Sanctæ Sedis
17 Apoſtolicæ Legato à latere, defuncto in ampliſſima forma de quibuſcunque bonis ſuis ex fructibus beneficiorum,& alias quomodolibet acquiſitis,in morte, & in vita pro ſuo libito diſponendi,& teſtandi ad quamcunque ſummam aſcenden. ac iuxta dictæ diſpenſationis formam de ſummis pecuniarum, ac rebus obtentis diſponunt,& teſtantur,nec eorum taliter factæ diſpenſationes ſi ſit in eis ſeruata forma per collectores ſpoliorum, ac iurium Cameræ,in totum,vel parte aliqua violantur, imo vti factum proueniens à Sanctiſſimo, vel Sancta Sede Apoſtolica omni cum reuerentia obſeruantur, ac ob-
18 ſeruari per collectores mandantur inuiolabiliter,& indiſtinctæ.Et hunc piũ vſum dandi,& concedendi licentias teſtandi,& diſponendi de bonis huiuſmodi, ſemper approbarunt Rom Pontifices,vt videre eſt per breues huiuſmodi gratiarum,vſq. à tempore Innocentij III.vt in calce præſentis quæſtion. & eſt hodie in viridiſſima conſuetudine in curia,& ſtylo,qui debet ſeruari,quia ius facit, & pro lege ſeruatur *Specul in titul.de teſt. §. publicatis. Rota in antiq.deciſ.710.* & authoritas Papæ in hoc operatur plenam ſecuritatem, etiam in foro conſcientiæ,quia ſit eſſe aliter Rom.Pontifices iſta non tolleraſſent nec eis formam dediſſent,per *Felin.in cap.in audientiam 2.de reſcrip.Caccialup. de penſio.quæſt.9.*& pie,& ſanctæ factum cenſeri debet,ex quo factum à Rom.Pon-
19 tificibus,quorum geſta, ſancte geſta reputantur,quia à Papa geſtum,à ſancto geſta haberi debent. *Gard.in Clem.prima de praben.l.1. in fin.C.de ſum.trinitat. & fid.Cathol.*

Et iſta gratia,ſeù licentia teſtandi de bonis Eccleſiæ.ſecundum Doctor.eſt intelligenda conceſſa in primo teſtamento, & pro primo teſtamento,ſeù pro prima diſpoſitione,non pro ſecunda,*argum.l.boues §. hoc ſermone.ff.de verb.ſig l.dotis promiſſio ff.de iure dot.capit.non poteſt, §.primo de praben. in 6.* probatur ex pluribus,quæ adducit *Aleiat.in d.§.hoc ſermone.Hyppolitus in rub ff de fid.inſt num 97.Iaſ in l. diuortio.§.quod in anno. ff ſolut.matrim. Alex.conſ 16.4.vol.per totum.*in his enim quæ odioſa ſunt,ſimplex conceſſio primũ actum tantum reſpicit,& idem eſt in oneroſis,*d.cap.non poteſt not.in l.placet. ff.de lib.& poſthum. Felin.in cap.ſecundo de treg.& pace.*quia dicit *Dec.*quod non poteſt negari quin indultum,ſeù conceſſio, in quo quis habilitatur ad teſtandum de bonis eccleſiæ,vel ſpectantibus ad eccle-
20 ſiam,non ſit odioſa, & ideò merito reſtringenda,vt per eundem *Dec.conſil.512.* & propterea dixit *Bar.Socin in conſ.13. col.5.verſ.17.*quod Cardinalis,qui ex tali priuilegio poteſt teſtari,non poteſt codicillari,quia regula illa Iuriſconſulti, de qua in *l.conficiuntur.ff.de iure codicill.* & in *l.2.de leg primo.* quod qui poteſt teſta-
21 ri, habet etiam poſſe codicillari, habet locum, & intelligitur, in his, qui poſſunt teſtari de iure communi, ſecus eſt ſi ex priuilegio conceſſo per principem viuentem,ſequitur *Socin Iun.in conſil. 89. col. 5.verſ.nec in hac licentia;* ibi & huic eſt, quod clericus,qui hoc modo habet licentiam teſtandi, non poterit facere ſimplices codicillos,licet pro regula ſoleat dici, quod qui poteſt teſtari poteſt codicilla-
22 ri;imo minus eſſe videtur codicillari,quã teſtari,& ideò videretur licere debere, *c. cui licet.de reg iur.lib.6.* vbi vide, quod etiam nititur probare licentiam teſtandi à Papa alicui clerico conceſſa, morte Rom.Pont.re integra ceſſare, vt non habeat locum,niſi viuente Pontifice concedente,adeò,vt ſi inuita concedentis priui-
23 legiatus non cæperit vti priuilegio, poſt modum euaneſcat,quia actus odioſus reſtringitur,& morte concedentis, vel auctoris extinguitur,per *glo.in cap. à nobis, de ſenten.excom* ibi recepta *l.fin.ff.de pen.* notat *Abb.& Felin.in cap.ex litteris.de conſtit.Martin.ab Alpizcueta in cap.placuit,de pœnit.diſtin.6 num.161. Didacus*

Ca-

Couarruuias in capitum in officijs, de te-
ſtam faciunt adducta per *Abb. in capit.*
cum eſſet, de teſtam. verſ. 5. quaro. vbi di-
ſputat, & concludit, quod licentia teſtan-
di non poteſt concedi à Papa, niſi cum
24 magna cauſa, & ea, quæ accumulat *Dec.*
præallegato conſ. 512. & ſecũdum aliquos
25 teſtatoris diſpoſitio non valet, niſi in ea
ſit facta expreſſa mentio de priuilegio,
vel licentia, quia alias videtur noluiſſe vti
26 iure ſibi conceſſo; quia non ſufficit ali-
quem habere poteſtatem actu gerendi, ni-
ſi eo animo, & effectu gerat, quo poteſt,
& aliter nihil valet, vt *l. quære, ff. de eo qui*
pro tutor. per *Anchar. conſ. primo. prima*
col. per *Corn. conſ. 304. num. 11. lib. 3.* vbi
de prælato, qui habebat talem licentiam
teſtandi de eccleſiaſticis non fuerat vſus
&c. ſed ſecundum aliquos, licet expreſsè
non ſit dictum, præſumitur teſtator, quod
27 voluerit teſtari, ſecundum facultatem
quam habet, quia in dubio videtur quis
vti priuilegio, quando diſpoſitio de iure
28 communi non valet, *l. miles qui deſtina-*
uerat, ff de militari teſtam. Dec. cap. inter
catera, col. 3. verſ. & hoc tantum proceda.
de appell cum debeat conſiderari effectus
29 diſponens, non modus conficiendi, quia
paria ſunt teſtamentum non fuiſſe factũ,
& inutile eſſe, *cap. inter corporalia. § ſicut*
30 *de translat. Epiſc. glo in l. fin. C. de pignor.*
Bar. in l gerit. ff. de acquir. hared. Alexan.
conſ. 55. col. 1. vol. 5. Aymon. conſ. 116. ſub
31 *num. 9.* vbi, qui facit actum præſumitur
facere ex illo capite quo poteſt, & quo
ſibi eſt vtilius; Facit quia actus ſi non
valet, vt agitur, valet vt valere poteſt.
Bart. & Alex. in l prima, § ſi quis ita, ff de
verb. oblig. per *Felin. in c. cum ſuper 3. col.*
de off legati.
Sed aduerte, quod in forma priuilegiorum,
32 ſeu licentiarum teſtandi, ſolent apponi
clauſulę, quæ videntur tollere dubietates
narratas, nam conceditur teſtari, nedum
per vnum teſtamentum, ſed per plura, &
toties quoties; & nedum per teſtamen-
tum, ſed etiam per codicillos, vt videre
eſt in formis in calce deſcriptis, & nedum
in vita Papæ concedentis, ſed omni tem-
pore, per appoſitionem illius clauſulę, vi-
33 delicet quandocunque tibi placuerit, &c.
vbi verbum quandocunque, quod eſt ver
bum diſtributiuum temporis, & multipli-
catum ſignificat, & dicit infinitatem, per
Alex. in l. tertia ff. qui ſatiſd. cogan. Bal. in
l. ſi quis ad declinan. 11. col. verſ. reſtat du-
bium, C. de Epiſc. & Cler. licet etiam po-
teſt dici, quod gratia Papæ, etiam re in-
34 tegra, & non mandata executioni, nun-
quam expirat eo mortuo, *cap. ſi ſuper gra-*
tia. de off. deleg. in 6. cap. ſi cui nulla. de
præben. & ibi per *Franc. tertio not. Rota*
deciſ. 12. in no. de offic. deleg. Dec. conſ. 407.
id quod videtur factum ad tollenda hæc
dubia, quæ forſan oriri poſſent, pro qua
materia vide *Socin. d. conſil. 13 & Socin.*
Iun. d. conſil. 89. & etiam *d. conſil. 512. &*
Bal. in præalleg. locis, & maxime *in l. ſi*
quando. C. de inoffic. teſtam. vbi dicit, quod
conceſſio teſtandi libere, intelligitur iuris
ordine, & ſolemnitate ſeruata, vndè ſi li-
centia ſit conceſſa à Papa, alicui teſtandi
ille in teſtamento vti habet ſolemnitate
iuris Canonici; quia verbum prolatum à
35 Papæ interpretari debet, & intelligi ſe-
cundum ius Canonicum, non ſecundum
ius commune ciuili, *vt extra de teſtamen.*
cap. cum eſſes, vt per eundem *Bal. ibidem,*
& per *Socin. Iun. in d. conſil 89. Bar. in l.*
prima, quaſt. 5. principali. C. de Sacroſan.
Eccleſ. idem *Bal. in addit. ad Specul. de li-*
bel. concep. verſ. licet. Felin. in cap. quam
ſit. de iudæis, nec credo etiam verum illud
quod vidi allegari in caſu iſto, quod ſi a
die conceſſionis licentiæ, vel priuilegij
teſtandi effluxerit ſpatium 10. annorum,
abſque vſu illius, quod ſit amiſſa facultas
priuilegij, per dicta *Bar. in l. prima, de*
nundin. Abb. & Felin. in cap. cum acceſ-
36 *ſiſſent, de conſtit.* quia cum priuilegium
teſtandi ſit priuilegium aliquid faciendi,
37 tale priuilegium nunquam perditur, *glo.*
penultima in fin. c. vt priuilegium. de pri-
38 *uil. Felin. & Dec. in cap. cum acceſſiſſent,*
de conſtit.
Et dixit *Petrus de Anchar. conſ. 305. incip.*
tres Domini, quod licet Papa ſuper bonis
& rebus Eccleſiaſticis habeat pleniſſimã
39 poteſtatem, tamen hoc eſt verum, cum
apparet quod vult ea vti, ſed vbi præce-
dit lex derogatoria voluntati ſuæ, prout
in caſu, *d. c. non liceat,* non valet eius di-
ſpoſitio contra illam legem, niſi de ipſa
faciat mentionem, ad not. in *l. reſcripta,*
& in l. vniuerſa. C. de precib. imper offer.
quia tunc præſumitur moueri Papa cum
cauſa ſecundum *D. Anton. in d cap. conſti-*
tutus, quem ſequitur *Abb. col. 3. mihi nu.*
15. Domin. in cap. primo. diſtin. 10. refert
Felin in cap. cum in Eccleſiarum, de con-
ſtit. col. 13. Facit quod dicit *Gig. de penſio.*
in q. 6. mihi num. 7. vbi dicit per *Doctor.*
in cap. cum in Eccleſiarum. de conſtit. &
per ea, quæ dicit *Dec. in conſ. 436. col. 10.*
in 3. vol. quod Papa de fructibus benefi-
40 ciorum poteſt ſine aliqua cauſa, imo pro
libi-

libito ſuæ voluntatis diſponere, quia Papa habet dominium rerum Eccleſię ſicut Chriſtus, cuius ipſe eſt Vicarius. *Felin. in cap. quæ in Eccleſiarum, num. 60. de conſt. Paul. de Caſtr. conſ. 414. primo volumine.* & licentiam teſtandi de huiuſmodi, pro quantitate certa quotidie Papa concedit
41 non ſolum particularibus perſonis, ſed etiam Collegijs militum, ſiue officialium Rom. Curiæ; puta militibus Lauretanis, de Lilio, Sancti Petri, & Sancti Pauli, & ſimilibus, vt eſt videre in eorum officiorum erectionis Bullis. Item ex ſpeciali priuilegio, & conceſſione Rom. Pont. omnes Curiales, ac incolæ Vrbis poſſunt de omnibus per eos acquiſitis pro libito diſponere, & illa etiam ab inteſtato relinquere per Bullam Alex. VI. ſub datum. 1494 Non. Octobr. & Iulij III. ſub datum 1549. 6. Idus Martij Anno primo, ſub rubrica de reuocatione, & caſſatione gabellarum, confirmatam, ac innouatam per Pium IV. per ſuam conſtitutionem Non. Februarij 1560. incip. Bulla confirmationis, & Bulla Alex. 6 necnon Sixti Quarti, Leonis X. Iulij III. prædicti loquuntur de bonis tantum exiſtentibus Romæ, & in diſtrictu Vrbis. Sed Pius Quartus in dicta ſua conſtitutione videtur extendere ad bona in quibuſuis prouincijs extra Vrbem vltra montes, & maria exiſtentia, in illis verbis Bullæ declaran. eiſdem Motu &c. tam ſtatuta Iulij &c. ſuper quo cogita. quia ſenſus videtur perplexus, & credo quod textus ſit deprauatus, tamen verba videntur habere talem ſenſum, ſed audio, quod in Roman. Curiæ in practica ſeruatur. quod Bulla non extendatur ad bona extra vrbem, & diſtrictum exiſtentia, & verba illa Bullæ, de bonis vbiuis locorum &c. intelligi nõ in decedentibus in Curia, ſed in alijs priuilegium à Sede Apoſtolica, vt officialibus Rom. Cur. aut de illis, qui ſpecialiter licentiam teſtandi, vel diſponendi obtinuerunt, & dicit *D. Quintilianus Mandoſius in ſua praxi Signaturæ gratiæ in rub.* Licentia teſtandi, & ſpoliorum conceſſio quod ſi bona ſint per eccleſiam, vel intuitu Eccleſiæ acquiſita, de illis prælatus teſtari non poteſt niſi ſit in caſu Bullæ Sixti, & Leonis, quæ ſunt in 6. lib. ſtatutorum Vrbis, ſub Bulla poteſtatis teſtandi, & ædificandi, vel niſi ſit ex officialibus Roman. Cur. quorum ratione officiorum ſuorum, habent licentiam teſtandi, cæteri facultatem teſtandi impetrare debent, quæ indifferenter conceditur; ſubdens idem *Quintilianus*, Cardinales an teſtari poſſint licentia non obtenta, & quid in Cardinal. religioſis, & quid in ſæcularibus, vide per *Hoſtien. in Summa de pœniten. et remiſſion. §. cui confiten. verſicul. ſed Cardinal.* vbi dicit quod ſine licentia à Papa obtenta teſtari non poſſunt Cardinales per *Bal. in l. ſi quando. C. de inoffic. teſtam. Alexand. conſil. 101. Domin. volum. 7.* per *Hieronym. Alber. in tractat. Cardinal quæſtione 48. per glo. pragmat. rubric. de num. et qualitat. Cardinal. § ſint viri. verſic. moribus*, vide de hoc latè per *Barbat. in tractat. de præſtant. Cardinal. quæſtione tertia, et quarta baſilea.* per *Hieronym Manfredi in tractat. Cardinal. deciſion. 128.* Et *Martin. Lauden in eodem tractat. quæſtione 52* ſed quid ſi Cardinalis teſtatus ſit de bonis ab Eccleſia quæſitis, et ſpolijs, an præſumatur in tali teſtamento quod Papæ interuenit auctoritas, et ſi adſit diuturnitas temporis in teſtamento, videtur præſumi *Aretin. conſil. 36. Dec. conſ. 409. Aymo. Crauet. de antiq. temp. 4. parte. § vidimus verſic. 7. num. 31.* et quod Card. regularis non poteſt teſtari, niſi obtenta licentia à Papa *Bal. in authen. licentiam. C. de Epiſcopis, et Cler. Bertachin. de Epiſcopis. quarta parte. § ſuper eſt*; et Cardinalis ex bonis ex Cardinalatu acquiſitis poteſt ædificia in ſolo proprio conſtruere dicit *glo ſingularis in ca. Apoſtolicos 12. quæſt. 2. Barbat d. tract. de præſtan. Cardinal. quæſt. 3 num. 14. Manfredus eod. tractat. deciſion 135.* conclauiſtæ quoque poſſunt de omnibus ſuis bonis, etiam ex fructibus beneficiorum. aut alias per eos licite acquiſitis mobilibus, et immobilibus, ad quamcunque ſummã, et inter viuos quomodolicet diſponere, beneficio Bullæ Pij Quarti eiſdem cõceſſo. 1559. 8. Idus Ianuarij; nec eſt dicendũ,
42 quod Papa faceret, ſi facere non poſſet, quia à Papa geſta à ſancto geſta repu-
43 tantur per *Cardin. in Clem. primo de probatio.*

Et quia dicit *Abb. d. cap. cum eſſes. de teſt.* quod hoc non concedit; ſiue non poteſt cõcedere Papa ſine cauſa, eſt dicen. quod Papa huiuſmodi gratia concedendo motus ſit, vel propter merita Clerici, cuius intuitu facit gratiam, vel propter ſubuentionẽ parentũ, aut conſanguineorum, vel hæredum Clerici in quorum fauo em, vel beneficium gratia cædit, & aut redundat, aut redondare poteſt, quos Clericus in vita de fructibus beneficij alere, & ſuſtentare poterat, per *Abbas, et multos*

44 *alios in conquirendum. de peculi. cler.* aut
alia iuſta, & bona cauſa ex quo concedit,
& facit gratiam ſcienter, & de certa ſcien
tia, prout ex forma gratiæ apparet, vbi de
ſumma, & quantitate, pro qua diſpenſat,
& concedit apparet clarè; licet de ea cau-
ſa non appareat, quia dicit *Cyn. in l. fin.*
C. ſi contra ius, vel vtil. & in l. reſcripta.
C. de precib. Imper. off. quod ſemper præ-
ſumitur, quod Papa ſit motus ex cauſa
rationabili, eſto quod de illa non appa-
reat, quem ſequitur *Abb. in capit. quanto.*
45 *col. 5. verſic. ſi tamen Papa, de iureiur. & in*
in cap. cum in cauſ. ſecundo nota de re iud.
& per eundem *in capit. conſtitutus de*
religioſ. domib. column. 11. num. 15. per
Felin. in capitulo que in Eccleſiarum de
conſtitut. col. vigeſima. verſiculo quinta
concluſio.
Et licet illud procedit, quando Papa aliquid
motu proprio diſponit, & ſit ſecus quan-
do aliquid facit ad inſtantiam partis, pro
ut eſſe videtur in caſu licentiæ teſtandi.
vbi Papa monetur ad preces porrectas,
46 & concedit ſupplicationibus inclinatus,
vt ex forma apparet; quia tunc ſi non
apparet cauſa præſumitur potius ad im-
portunitatem petentis, quam ex iuſta cau
ſa reſcribere per ea, quæ adducit *Ludou.*
Ro. in conſ. 437. incip. quod indultum Petri
col. 6. idem in *l. ſi vero. §. de viro. ff. ſolut.*
matr. & Felin. cap. que in Eccleſiarum.
præalleg. col. 22. verſic. limita quinto. ta-
men in caſu licentiæ teſtandi, licet non
adſint verba motu proprio &c. nihil ob-
ſtat; quia Papa loquitur bene informa-
tus, & ex certa ſcientia; quod facit præſu-
47 mi Papam velle ita vti reſcripſit, & diſpo
nit ſecundum *Bal. in l. omnes. in prin. C. de*
quadrien. preſcrip. & quando Papa; vel
48 princeps loquitur de certa ſcientia, præ-
ſumitur quod vtatur abſoluta poteſtate;
per *glo. in cap. ad hoc in ver. elegerint. in*
fin. de reſcrip. Item ita diſponendo vide-
tur ſupplere omnem defectum ſolemnita-
tum. *Rota deciſ. 234. incip. Papa in non.* &
quando facit de certa ſcientia, videtur
Papa facere de plenitudine poteſtatis;
per *Innoc. in cap. cum innotuit de electio.*
49 *Bal. in l. vos. in prin. C. de appell. Bar. conſ.*
103. imo plus eſſe videtur quod Papa fa-
ciat, & diſponat de certa ſcientia, & ſcien
ter; quam ſi faciat cum clauſula motu pro
prio per *Felin. in cap. cauſamque. el 2. 4.*
col. verſ. 5. nota de teſt. dando ergo licentiã
teſtandi Clerico de rebus Eccleſiæ, teciſ-
50 ſe cum cauſa bona, & rationabili Papam
arbitrari debemus; quia animus, & actus

Papa ſemper in bonam, & non malam
partem ſumi, & interpretari debet per
Felin. in capitul. ex parte de offic. et pote-
ſtat. iud. deleg. Gaſpar de Peruſ. in tracta.
de reſeru. ben. col. tertia. & nos de Papa,
51 ſiue de eius mente, vel intentione, vel fa-
cto iudicare non debemus, cuius ad Deũ
ſolum ſpectat iudicium, *cap. cum nunc au-*
tem. 21 diſtinct. capitul. audito ſecunda
quaſtione quinta, capitul. nemo. et capitulo
ſeq. 9 quaſtione 3. quia non habet in ter-
ris hominem qui illum iudicare poſſit,
niſi in crimine hæreſis cum deprehendi-
tur à fide deuius, *cap. ſi Papa. 41. diſtinct.*
imo facta Papæ excuſantur etiam ſi vi-
52 deantur iniuſta; *capitulo primo 12. diſtin.*
quia licet Papa aliquid faciat, quod nobis
53 videatur iniuſtum, nihilominus eſt iu-
ſtum *25. quaſtione 5. de liguribus*; immo
54 ipſe ſolus poteſt facere de aliquo aliud;
argumen. de conſe. diſtinction. 11. capit. re-
nera. not. glo in capitulo venienti. de tran-
55 *ſactio.* & de non iure Papa facit ius, & na
turam rei immutare poteſt; *3. quaſtion. 6.*
hoc quippe. l. prima in principio. Cod. de rei
vxor. action. & dicit *Specul. in titulo de*
legat. §. nunc oſtendendum. verſ. ſecundus
56 quod Papa eſt Vicarius Chriſti non pu-
ri hominis, ſed veri Dei locum gerens in
terris; *capitulo inter corporalia. de tran-*
ſlat. prælat. in primo reſpon. capitul. quinto
in reſpon. & capit. licet. & capitul. vnico. §.
primo verſic. porro. ut eccleſ. benefic. 21 di-
ſtinct. capitul. primo, capitul. pro bum. de
homic. lib. ſexto vnde omnia regit, & di-
57 ſponit, & iudicat, prout ſibi placet, *9. 3.*
cap. cuncta per mundum. & capit. per prin
cipalem. & habet plenitudinem poteſta-
tis, ad quam vocatus; *cap. ad honorem. de*
autho. et vſu pal. 11. q. ſexta. cap. decreto. et
cap. qui ſi ſcit. & dummodo contra fidem
non veniat, in omnibus, & per omnia po-
teſt dicere quicquid placet, auferendo
58 etiam ius ſuum cui vult, quia non eſt, qui
ei dicat, cur ita facis? *19. diſt. in memoriã.*
de pœniten. diſt. 3. §. ex perſona. alias in
capitul. quamuis. nam apud eum eſt pro
ratione voluntas, & quod ei placet legis
habet vigorem *inſtit. de iur. nat. gen. et ci-*
uili. §. Sed quod principi. idem *Specul.* po
nit in *tit. de diſpenſ. §. nunc breuiter*, quod
Papa poteſt in omnibus caſibus diſpenſa-
re, in quibus non reperitur à iure expreſſe
59 diſpoſitum contrarium item tenet *Hoſt.*
in c. rurſus. qui cler. vel vouen. et Io. Andr.
ibi dicit, quod ſemper eſt inhæren. opinio
ni quæ fauet & non quæ detrahit ſummo
60 Pontifici: ex quibus clariſſima ſequitur
con-

concluſio, quod clerici de redditibus ec-
cleſiæ, ac de acquiſitis eccleſiæ ex con-
ceſſione, vel licentia Papæ poſſunt teſta-
ri, & diſponere; quia Papa attenta eius
maxima auctoritate, vel poteſtate, quam
habet in beneficijs, & beneficiorum fru-
ctibus, poteſt pro libito ſuæ voluntatis
61 in fructibus cuiuslibet beneficij aſſigna-
re penſionem alicui, etiam ſine cauſa, etiã
laico, & alias incapaci per not. in *clemen.
prima. vt lit. pend.* & per ea quæ tradunt
Doct. in c. cum in eccleſiarum conſtit. quia
de fructibus beneficiorum poteſt adſlibi-
tum diſponere; ſequitur *Dec. conſ. 436. col.
11. tertio vol.* quia in huiuſmodi beneficia
libus eſt dominus, & illius ſtat pro ratio-
62 ne voluntas, per *glo. in cap. ſi gratioſe, de
reſcrip.* vbi *Dominic. in verb. ad Rom.* &
in beneficialibus Pontifici omnia ſtant
ad nutum amouibilia, per *Bal in l. reſcrip.
C. de precib imperat. offe. Gig. in tractat.
de penſion. quæſtione 6.* Facit quia geſta à
63 Papa à ſancto geſta reputari debẽt; quia
Papa ſanctus reputatur, & præſumitur,
*Cardinal. in clem. prima. de probatio. lege
prima in fin. C. de ſumma trinit. & fid. Ca-
tholica;* & eſt Chriſti non puri hominis,
ſed veri Dei Vicarius. Facit quia prohi-
bitio teſtandi indicta clericis, videtur in-
dicta de iure poſitiuo, vt apparet *capitu-
lo ad hac. capitulo quia nos. capitulo rela-
tum. de teſtamen.* ſuper quo iure habet
plenariam poteſtatem Papa; imo ſtat pro
ratione voluntas, ſecus eſſet, ſi eſſet de iu-
re diuino, ſupra quod Papa regulariter vi-
detur non poſſe diſpenſare, latè per *Abb.
in cap extirpandæ. § qui vero. de præben.*
vnde Papa hanc licentiam teſtandi diſpen
ſare poteſt, etiam ſine cauſa, quia in intro-
64 ducta à tali iure, Papa ſine cauſa diſpen-
ſat, nec in eo cauſa requiritur; quia ſola
65 eius voluntas pro cauſa habetur; imo po
teſt tertio etiam non citato, nec audito, in
iſtis ſine cauſa præiudicare, per *Felin.
Abb.* & alios in *d. cap. quæ in eccleſiarum.
de conſtit.* latè per *Caccialup. in ſuo tract.*
66 *de penſion. q. 29 & q 30.* ſed in hoc non
eſt eundem per argumenta, & mendicata
ſuffragia, quia quotidie Papa monacis
concedit facultatem teſtandi, quod vide-
tur eſſe profecto multo plus; quia mona-
chi maxime profeſſi in ipſo ingreſſu in
monaſterium, ſe, & ſua dedicant Deo; de
quibus dixit *tex. in authen. ingreſſi C. de
Sacroſanct. eccleſ.* ingreſſi monaſteria
ipſo ingreſſu ſe, & ſua dedicant Deo, nec
ergo de his teſtantur, vtpote, nec domi-
ni rerum; quia etiam ſi adeſſet conſuetu-

do monachus teſtari non poteſt; quamuis
videatur, quod filius familias, ſtante con-
ſuetudine teſtari potuit, *argument. capit.
Raynucius. de teſtam.* & quod ibi notatur
per *Innoc.* quia repugnat ratio, & regula,
& non poteſt teſtari monachus de iure
reſpectu perſonæ; quia non habet velle,
nec nolle; *12. q 11. cap. non dicatis:* item
defectu bonorum, tam in habitu, quam in
actu, *cap. cum monaſterium. de ſtat. mona-
chorum;* tum etiam reſpectu, quia mona-
chi non ſunt ſui iuris, ſed ſunt in pote-
ſtate alterius. *16 q. 1. de præſentium, & d.*
67 *cap. non dicatis;* & qui eſt in poteſtate
alterius, non habet teſtamenti factionem
actiuam. *l qui in. ff de teſtam. 19 q. 3. cap.
quia ingredientibus.* tamen iſtis non ob-
ſtan. Papa iſtas habilitates tollendo, mo-
nachis licentiam teſtandi concedit, vt di-
cimus ſupra, & pluribus auctoritatibus
probari poteſt adductis per *Bald in l. ſi
quando. C. de inoff. teſtam poſt prin.* ibi dũ
dicit ex iſta lege habes, quod ſi Papa con-
cedit monacho per eundem *in authen. niſi
C. ad trebell. prope finem. verſ quæro, quod
ſi monachis;* vbi firmat Papam poſſe con-
cedere monacho profeſſo poteſtatem te-
ſtandi, & quamuis non exprimat ſpecifi-
68 ce de profeſſo, tamen de neceſſitate ita
eſt intelligend. quia ante profeſſionem
abſque aliqua Papæ conceſſione, poteſt
teſtari. *l generaliter. Cod. de Sacroſanct.
Eccleſ.* traditur *in capitul benefic. de reg.
iur. libro ſexto.* vbi per *Ioan. Andreas in
nouel* & per *Iacob. de Bell. in authentic.
de Monachis. § ſi quis autem.* Item pro-
batur per eundem *Bald. in l. certum. Cod.
vnde legit.* vbi dicit illud non eſt dubium
69 quod Papa poteſt concedere Monacho
teſtandi licentiam per not. in *authentic. ſi
qua mulier. Cod. de Sacroſanct. Eccleſ.*
probatur auctoritate *Angel.* et *Ioannes
de Imol. in l. ſi ſeruus communis. ff de ſti-
pend. ſeruor.* qui prædictam opinionem
videntur approbare in quantum dicunt,
quod ſi Cardinalis qui prius fuit regula-
ris, qui non poteſt teſtari, à Summo Pon-
tifice teſtamenti factio conceditur, quod
tale teſtamentum, ſi ex omiſsione alicu-
ius ſolemnitatis non valet iure teſtamen-
ti, nec etiam valere iure codicillorum,
quamuis in eo eſſet appoſita clauſula co-
dicillaris, videlicet, quòd ſi non valet iure
teſtamenti valere debeat iure codicillo-
rum, quia regula iuriſconſulti, de qua in
*l. conficiuntur. ff de iur. codicillorum. et in
lege ſecunda. ff. de leg. prim.* quæ vult,
quod qui poteſt teſtari, poteſt codicilla-

ri, habet locum in his: qui poſſunt teſtari de iure communi, ſecus ex priuilegio conceſſo per Principem viuentem, & ſic tacite ſentiunt quod Papa poteſt ex poteſtate teſtandi licentiam concedere regularibus, idem tenet *Franc. in rub. de teſta. ſexta col. Iaſ.* & alij per eum adducti in *authen. ingreſſi. C. de ſacr. Sanct. Eccleſ. 12. col. Barbat. in cap. cum in officijs. eod. de teſtam. col. penultima, Io. Baptiſta Caccialup. in tract. de penſion. queſt. 19. in fin.* imo quod fortius videtur, ſufficit licentiam Papæ de teſtando Monacho conceſſa ſuperuenire poſt teſtamentum conditum ſecundum *Bal. in le. fi. nona col. C. vnae legi*.

Sed in hoc ſi teſtamentum factum ſit ante licentiam obtentam, an ſubſiſtat, & con- 70 ualiditur per ſuperuenientem licentiam, plura pro vtraque parte adduci poſſent, & inter alia diſcutien veniret an habilitas ſuperueniens reſpectu alicuius actus, vel effectus producendi, ita operetur cum ſuperuenit, ſed tenendum eſt conceſſionem, licentiam, vel indultum tale reſpicere, ſeù validare teſtamentũ iam factum, prout in terminis noſtris voluit *Ale* poſt *Paul de Caſtr. in l. vt militibus in principio. C. de milit. teſta.* voluit in ſimili *Gem. in cap. vni. col. ſecunda in principio de exceſſ. prælat. in ſexto* indultum conceſſum fratribus de obſeruantia Bononiæ, vt poſſent ædificare Eccleſias in monte, extendi ad Eccleſiam iam ædificatam, & dixit *Bal. in l. fin C. de ſenten. quæ ſine cert. quãtit.* quod ſi teſtator legat centum Bertæ maritandæ, & ipſa iam maritata erat tẽpore teſtamenti: quod ſibi debentur illa centum per *l. ſi iam facta. ff. de cond. & demoſtr. Paul de Caſt. in l. ſi quis filio. §. irritum ff. de in off. teſt.* vbi concludit, quod ſi data ſit licentia alicui quod faciat molendinum in flumine publico, ſi ille habebat iam factum, poteſt illud retinere virtute illius conceſſionis, pro quibus vide *Barba. ca. conſtitutus penultima col. de reſcrip. Fel. in c. quoniam. col 12. de conſt. Hyppolit. de Marſ.* qui loquitur in proprija terminis noſtris in *l. quæſtionis habendæ nu. 45. & ſeq. ff. de quæſtio.* refert. *Quintilian. Mandoſ. in practic. ſignaturæ licentia teſtandi.*

Et licentia teſtandi ſolet peti, & apponi hæc derogatio, videlicet, *non obſton. fe. recor. Alex. Papa 6. etiam prædeceſſoris noſtri conſtit. diſponente, tertiam partem bonorum de quibus per quaſcunque perſonas vigore quarumcunque facultatum, conceſſarum teſtari, vel alias diſponi contigerit, Cameræ Apoſtolicæ pro illius neceſſitatibus applicare debere, & quibuſuis alijs cõſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, &c.* vnde poſſet dici, quod ſi reperiatur licentia ſine derogatione talis Alex. 6. conſtitutionis, quod tertia pars talium bonorum poſſet ab hæredibus teſtatoris per Cameram peti, verum meis temporibus iſte caſus non accidit, ideò in hoc cõſulo, quod aduertatur quid in hoc practicetur in Romana Curia, ſed non vidi breue, vel bullam ſine dicta derogatione, vel ſub anulo, vel ſub plumbo, de alijs clauſulis, & formulis dictæ licentiæ teſtandi, vide *Quintilianum d. loco*, & per *Staſil. in tract. Signaturæ ſol. 187. verſ. ſolet etiam per breue*, & per *Sarn. in tract. breuium verſ. facultas etiam teſtandi.*

Sed huiuſmodi licentia teſtandi obtenta nõ gaudent hodie prælati, vel Clerici non reſiden. in beneficijs eorum, reſidentiam perſonalem requirentia, etiam quoad teſtamenta condita, vel diſpoſitionea factas; quia tali obtenta gratia eos priuauit Pius IV. per ſuam, quam edidit *Bullã contra non reſiden. & in eorum odium, ſub Dat. Romæ 1564. 7 Kal. Decembris. Anno quinto*, cuius tenor eſt infra deſcriptus. *Did.* etiam *Couarrinias Doctor Hiſpanus vir doctiſſimus, in c. cum in officijs, de teſtam.* dicit, quod moribus receptum eſt, quod licentia teſtandi ſit tantum neceſſaria Epiſcopis; non autem alijs Clericis, quia alij Clerici poſſunt teſtari, & diſponere ſine licentia, id quod forte dicit dictus excellens vir Hiſpanus, quia vt audio à Collectoribus Hiſpaniarum, in illis partibus non colliguntur pro parte Reuerendæ Cameræ ſpolia per obitum Clericorum, vel prælatorum inferiorum ab Epiſcopo.

Et licentia accipitur, & intelligitur, etiam paſſiuo modo, puta, non quando teſtator, aut diſponens habet facultatem diſponendi, ſed quando diſponitur in fauorem alicuius loci, vel perſonæ, quæ per gratiam, vel priuilegium Apoſtolicum fuit effectus habilis; & talis cui bona eccleſiæ, quæ alias eſſent ſpolia, & Cameræ Apoſtolicæ debita, valide poſſunt legari, & donari, qui validè poteſt talia acceptare, & ſua facere, veluti eſt Neapoli Venerabile hoſpitale Beatæ Mariæ Annunciatæ, & Beatæ Mariæ Incurabilium, quibus per priuilegium Apoſtolicum diuerſorum Romi. Pont. conceditur. quod clerici; & prælati poſſint in eorum fauorem diſponere de

bonis

bonis à beneficijs,& ab eccleſiia prouentis; prout ego vidi bullas in forma Rom. Curiæ expeditas coram me pro parte dictorum Venerabilium Hoſpitalium ſæpe præſentatas in Curia Reuerendiſſ. Collectoris ſpoliorum eſſe in viridi obſeruantia.

Licentia teſtandi in forma Sacræ Pœnitentiariæ.

RAynntius miſeratione diuina tituli Sãcti Angeli Presbyter Cardinalis. Dilecto in Chriſto Marco de Caualcantibus Archidiacono Cuſentino ſalutem in Domino. Quia præſentis vitæ conditio ſtatum habet inſtabilem, & quæ viſibilem habent eſſentiam, tendunt inuiſibiliter ad non eſſe. Cum igitur ſalubri cogitatione præmeditans, diem peregrinationis extremum diſpoſitione teſtamentaria præuenire deſideras; hinc eſt, quod nos tuis in hac parte ſupplicationibus inclinati, auctoritate Domini noſtri Papæ, cuius Pœnitentiariæ curam gerimus, & de eius ſpeciali mandato ſuper hoc viuæ vocis oraculo nobis facto, tibi, vt de quibuſcunque bonis tuis mobilibus, & immobilibus, iuribus, actionibus, obuentionibus, & emolumentis per te tuis proprijs labore, & induſtria, aut ex parentum, vel aliorum quorumcunque ſucceſſoribus, aut alias vndecunque licite tamen acquiſitis, ac acquirendis, quæ ad te omninò pertinere dignoſcuntur libere teſtari valeas, ac de bonis mobilibus eccleſiaſticis tuæ diſpoſitioni, ſeù adminiſtrationi commiſſis, quæ tamen non fuerint altaris, ſeù altarium tibi commiſſorum miniſterio, ſeù alicui ſpirituali earumdem eccleſiarum diuino cultui, vel vſui ſpecialiter deputata; necnon de quibuſcunque bonis ad te per eccleſiam, vel eccleſias tibi commiſſas, ac etiam immobilibus ex fructibus, redditibus, & prouentibus eccleſiæ, ſeù eccleſiarum ipſarum illis parce vtendo pro tempore acquiſitis, ac acquirendis pro decentibus, & honeſtis tui funeris impenſis, ac remuneratione illorum, qui tibi viuenti ſeruierint, ſiue ſint conſanguinei, ſiue alij, iuxta ſeruitij meritum, moderate tamen, ac in quoſcunque pios, & licitos vſus, etiam in extremis exiſtens, & vltimam condendo vtilitatem, ac quotieſcunque tibi videbitur illam mutando, reuocando, & corrigendo diſponere, conuertere, & erogare, ac cauſa mortis donationes facere, libere, & licite poſſis, & valeas, prius tamen de redditibus, & rebus præfatis ære alieno, & his quæ pro reparandis domibus, ſiue ædificijs conſiſtentibus in locis dictarum eccleſiarum, ſeù beneficiorum deperditis ex culpa, vel negligentia tua, vel procuratorum tuorum deſtructis, ſeù deterioratis, necnon reſtaurandis alijs iuribus earumdem eccleſiarum, vel beneficiorum deperditis ex culpa, vel negligentia præfatis deductis, plenam, & liberam tenore pręſentium concedimus facultatem. Quocirca diſcretis viris Decano, & Cantori Eccleſię Cuſentinæ, & eorum cuilibet eiuſdem auctoritate, & mandato committimus, & mandamus, quatenus per ſe, vel aliũ, ſeu alios tibi in præmiſſis efficacis defenſionis auxilio aſſiſtentes, faciant te facultate, & conceſſione huiuſmodi pacifice frui, & gaudere, non permittentes de & ſuper per loci ordinarium, aut alios quoſcunque, tam eccleſiaſticos, quam ſæculares iudices, & perſonas, etiam Cam. Apoſtolicæ Commiſſarios quacunque, & Apoſtolica auctoritate fungentes publice, vel occulte, directe, vel indirecte, quouis quæſito, colore, vel ingenio, contra præſentium tenorem quomodolibet indebite moleſtari, impediri, aut alias inquietari, contradictores quoslibet, & rebelles per cenſurã eccleſiaſticam, & alia iuris opportuna remedia appellatione poſtpoſita compeſcendo: Inuocato etiam ad hoc ſi opus fuerit auxilio brachij ſæcularis, non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, etiam prouincialibus Synodalibus, necnon eccleſiarum, in quibus beneficia prædicta forſan fuerint ſtatutis, & conſuetudinibus, cæteriſque cõtrarijs quibuſcunque. Volumus autem, quod in earumdem eccleſiarum bonorũ diſpoſitione, iuxta quantitatem reſidui, ac alias eccleſias ex quibus eadem percepetis taliter te exhibeas, prout conſcientia tibi dictauerit, & animę tuæ ſaluti videris expediri. Dat. Romæ, &c. Præcedens forma licentiæ videtur reſtricta ad viam iuris, & iuſtitiæ; tamen ego vidi dari licentiam per viam Sacræ Pœnitentiariæ in ampla forma gratiæ, prout vidi vnam expeditam ſub nomine Laurentius Card. Sanctorum Quatuor, qui tunc erat Summus Pœnitentiarius, quæ fuit mihi oſtenſa vti pulchra, & quæ ſibi fuit viſa præter ſolitum mirabilis ab Illuſtriſſ. & Reuerendiſſ. D. D. Antonio Scarampo Epiſcopo Nolano Sedis, & Cameræ Ap. Nuntio, & Collectori in Regno Neapolis

lis

lis ſub Pio IV. viro ſummi ingenij, eximiæ ingenuitatis, & bonitatis, ac denique omnium virtutum præclaro, ſub iſtis diſpoſitiuis verbis, videlicet; tibi vt de quibuſcunque, tam mobilibus, quam immobilibus bonis, per te ex induſtria tua, aut ſucceſſione, vel alias licite acquiſitis, & in poſterum acquirendis, etiam ſi de fructibus redditibus, & prouentibus beneficiorum eccleſiaſticorum huiuſmodi per te pro tempore obtentorum, & obtinendorum exiſtant, dummodo eccleſijs, vel alias diuino cultui deputata non ſint, in conſanguineos, vel affines, & amicos tuos, ac tibi inſeruientes etiam in mortis articulo diſponere, relinquere, & teſtari libere, & licite poſſis, & valeas, tenore præſentium indulgemus plenam, & liberam concedimus facultatem, non obſtan.

Licentia teſtandi ex forma litterarum Apoſtolicarum.

PAVLVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. filio Antonio Amabile Canonico Neapolitano ſalutem, & apoſtolicam benedictionem, quia præſentia vitæ conditio ſtatum habet inſtabilem, & quæ viſibilem habent eſſentiam, tendunt inuiſibiliter, ad non eſſe cumque hoc ſalubri medicatione præmeditans; diemque peregrinationis extremum diſpoſitione teſtamentaria deſideras preuenire, nos te à quibuſuis excommunicationis ſuſpend. interdicti, alijſq; eccleſiaſticis ſententijs cen. & pœnis à iure, vel ab homine quauis occaſione, vel cauſa latis; ſi quibus quomodolibet, innodatus exiſtis, ad effectum præſentium dumtaxat conſequen. darum ſerie abſoluen. & abſolutum fore cenſentes, tuis in hac parte ſupplicationibus inclinati, tibi vt vltra pecunias, res, & bona quæcunque per te ex ſucceſſione parentum, vel conſanguineorum, aut induſtria tua per te hactenus quomodolibet acquiſita, & impoſterum acquirenda, ac etiam præter illa omnia, & ſingula, de quibus, tam de iure communi, quam vigore quarumcunque facultatum, & indultorum apoſtolicorum tibi pro tempore conceſſorum, & alias abſque infraſcripta facultate legitime diſponere potes, & poteris in futurum, de quibuſcunque alijs rebus quantumcunque precioſis, & quouis nomine nuncupatis, ac vbilibet conſtitutis, & quocunque iure modo, via, forma, cauſa, & occaſione ad te nunc, & pro tempore ſpectantibus, & pertinentibus cuiuſcunque qualitatis, ſeu conditionis fuerint, & in quibuſcunque rebus conſiſtant, etiam ſi illa, ſeu eorum pars ex prouentibus eccleſiaſticis cathedralium, etiã metropolitan. eccleſiarum, & monaſteriorum quorumcunque, aliorumq. ſimilium, vel diſſimilium beneficiorum eccleſiaſticorum cum cura, vel ſine cura ſecularium, & quorumuis ordinum regularium quomodocunq. & qualitercunque qualificatorũ per te in titulum, vel commendam, ac alias hactenus obtentorum, & impoſterum obtinendorum, aut alia quauis occaſione, cauſa, vel contemplatione ad te peruenerint, & impoſterum peruenient, & qualitercunque, quomodocunque, & vndecunque per te acquiſita fuerint, & acquirentur, ac quæ ad te pertinent, & in futurum, quomodolibet pertinebunt, etiam ſi prouentus, & alia præmiſſa tempore diſpoſitionis per te vigore præſentium facienda, aut die obitus tui exacta nondum fuerint, ſed penes illorum debitores, aut detentores reperientur, quorum omnium qualitates, quantitates, & denotationes, ac cauſas præſentibus pro ſufficien. expreſſis, & ſpecificatis haberi volumus etiam ſi talia forent, quæ in generali appellatione bonorum ſuppellectilium non venirent, vſque ad ſummam videlicet mille ſcutorum auri in auro per viam teſtamenti nuncupatiui, ſeu inſcriptis codicillorum, vel epiſtolæ, aut alio quouiſmodo pro libito tuæ voluntatis teſtari, ſeu donationis, tam inter viuos, quã cauſa mortis in quoſuis pios, & non pios ac tibi quomodolibet viſos vſus, & inter quaſcunque perſonas, etiam fratres, nepotes, filios naturales, ſpurios, inceſtuoſos, ac alios legitimos etiam ex tuis proprijs lumbis procreatos, & procreandos, ac conſanguineos, affines familiares, ſeruitores, amicos, & beneuolos tuos, & alias quaſcunque perſonas, collegia, communitates, & vniuerſitates, ac alias quomodolibet in capaces quotiens, & quando tibi placuerit, & videbitur. tam vnico contextu, quam ſuceſſiue, & diuerſis temporibus, ac alias, prout de bonis patrimonialibus diſponere, & erogare libere, & licite valeas, liberam, & omnimodam licentiam, & facultatem auctoritate apoſtolica earumdem tenore præſẽtium concedimus, ac de pecunijs rebus bonis per te, & pro tempore acquiſitis prædictis libere teſtari, ac tam inter viuos, quã cauſa mortis, prout tibi placuerit diſponere

nere poſſe, necnon teſtamentum diſpoſitionem erogationem, & quicquid per te ſuper præmiſſis fieri, & ordinari contigerit, vel iam forſan ordinatum fuit, ac omnia, & ſingula inde quomodolibet ſequuta, & quæ infuturum ſequentur, etiam ex nunc, prout ex tunc, & econtra cum primum, & quoties fic, vt profertur facta fuerunt, dicta auctoritate confirmamus, & approbamus, illaque valida, & efficacia fore, & perpetua roboris firmitate ſubſiſtere, necnon hæredes legatarios, & perſonas, etiam ſi ſpurij, vel filij tui illegitimi, inceſtuoſi, aut alias quomodolibet incapaces fuerint, alioſque quam dictos quibus bona, iura, res, & actiones huiuſmodi, quouiſmodo hactenus reliquiſti, aut in futurum relinques, ac executores, & alios, quibus negocium exequutionis vltimæ voluntatis tuæ, iam forſan commiſiſti, & impoſterum committes, ad tertiam, vel quamuis aliam partem per te relictorum, nobis aut Rom. Pontifi. pro tempore exiſtenti, vel eccleſijs, monaſterijs, aliiſque beneficijs, ecclaſiaſticis prædictis per te pro tempore obtentis, ſeù eorum prælatis, & rectoribus, quomodocunque nuncupatis, etiam pro quibuſuis pijs vſibus, & vrgentiſſimis cauſis, etiam contra infideles, aut fabrica baſilicæ Principis Apoſtolorum de vrbe, ſeù eccleſiarũ à quibuſuis relicta per te quomodolibet obtinuerint ſoluen. & præſentanda minime teneri, ac eaſdem præſentes literas ſub quibuſuis reuocationibus, limitationibus, ſeù modificationibus ſpecialibus vel generalibus, etiam per conſtitutiones per nos, & Roma. Pontific. tam prædeceſſores, quam ſucceſſores noſtros, aut ſedem apoſtolicam nunc, & pro tempore factas, nullo modo comprehendi, ſed ſemper ab illis exceptas fore, & eſſe, ac quoties illę reuocari, aut modificari viderentur, toties in priſtinum ſtatum ex nunc, prout ex tunc, & e contra reſtitutas, & reintegratas fore, & eſſe perpetuo ſtatuimus, omneſque alios, & ſingulos, tam iuris, quam facti, ac quorumcunque quali atum, & ſolemnitatum tunc forſan ommiſſarum defectus, etiam ſi tales fuerint, de quibus ſpecialis expreſſio ſpecifica, & expreſſa mentio habenda eſſet, & qui forſan interuenerint in eiſdẽ, ſupplentes, & quatenus te ab humanis nullo per te condito teſtamento decedere contingat, hæredes tuos, qui erunt tibi magis conſanguinei tunc exſtabunt, alioquin affinitate coniunctos in omnibus, & ſingulis rebus iuribus actionibus pecunijs, & bonis tuis vſque ad ſummam prædictam mille ſcutorum auri in auro huiuſmodi ſuccedere eaque adipiſcere ſic ab inteſtato, eo ipſo peruenire poſſe, & debere, ac eaſdem præſentes ſurreptionis, vel obreptionis, nullitatis, vel alio vitio, ſeù intentionis defectu notari, vel impugnari nullatenus poſſe, ſed validas, & efficaces exiſtere, ac ſuos plenarios effectus ſortiri, & ſic in præmiſſis omnibus, & ſingulis, per quoſcunq; iudices, & commiſſarios quauis authoritate fungen. etiã cameræ apoſtolicæ clericos ſublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, in quauis inſt. iudicari, & diffiniri debere, ac quicquid ſecus à quoquam quauis auct. ſcienter, vel ignoranter attemptari contigerit, irritum, & inane decernimus, & declaramus; non obſtan. quod fructus beneficiorum huiuſmodi inexacti, perſonarum in ipſis beneficijs ſuccedentium ſunt, & eſſe debeant, ac alijs cancellariæ apoſtolicæ regulis æditis, et ædendis, nec non ſe. rec. Alexandri Papa 6. prædeceſſoris noſtri, tertiam partẽ bonorum eorum, quibus huiuſmodi facultates teſtandi pro tempore conceduntur, et de quibus ipſi teſtati fuerint, ipſi cameræ applicatam eſſe, et cenſeri debere diſpon. litteris, ac quibuſuis illarum innouationibus, ac etiam ſimul facultatum reuocationibus, & limitationibus etiam per quoſcunque Ro Põt. prædeceſſores noſtros, ac nos, et ſedem prædictam forſan factis, necnon alijs apoſtolicis, ac prouincialibus, et ſynodalibus concilijs æditis generalibus, vel ſpecialibus conſtitutionibus, et ordinationibus ac eccleſiarum, et monaſteriorum, ſeù aliorum regularium locorum; in quibus regularia beneficia huiuſmodi exiſtunt, vel erunt, et ordinum quorum illa extiterint iuramento, cõfirmatione apoſtolica vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis, et conſuetudinibus, vſibus, et naturis, priuilegiis, quoque indultis, et litteris apoſtolicis illorumque ſuperioribus, et perſonis aliis, ſub quibuſcunque tenoribus, & formis, ac cum quibuſuis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſq. efficacioribus clauſulis ac irritãtibus, et aliis decretis, etiam motu proprio, ex certa ſcientia, ac de apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, etiam conciſtorialiter, etiam iteratis vicibus, conceſſis, approbatis, innouatis quibus omnibus etiam ſi pro ſufficienti illorum derogatione, de illis eorũ-

que

Digitized by Google

que totis tenoribus, ſpecialis, ſpecifica, indiuidua, & expreſſa mentio haben. aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſeruãda foret, tenores huiuſmodi, ac ſi de verbo ab verbum, nihil penitus omiſſo, & forma in illis tradita obſeruata, inſerti forent præſentibus pro ſufficienter expreſſis haben. illis, alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrarijs quibuſcunque. Datum Romæ apud Sanctum Marcum. anno Incarnationis dominicæ milleſimo quingenteſimo quinto, tertio decimo Kal. Septẽbris Pontificatus noſtri anno primo.

Alia forma Teſtandi litterarum Apoſtolicarum.

P*IVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Dilecto filio Hieronymo titulo Sanctæ Suſannæ Presbytero Card. Seripando nuncupato, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Quia præſentis vitæ conditio ſtatum habet inſtabilem, & ea quæ viſibilem habent eſſentiam, tendunt inuiſibiliter ad nõ eſſe, tuque hac ſalubri meditatione præmeditans, diem tuæ peregrinationis extremũ, diſpoſitione teſtamentaria deſideras præuenire. Hinc eſt, quod nos te, qui etiam ordinis Fratrum Eremitarum Sancti Auguſtini profeſſo Eccleſiæ Salernitanæ: ex conceſſione, & diſpenſatione Apoſtolica præeſſe dignoſceris, ſpecialis gratiæ fauore proſequi volen. tuis in hac parte ſupplicationibus inclinati circumſpectioni tuæ, vt de quibuſcunque mobilibus, ac immobilibus bonis, necnon pecunijs iuribus, et actionibus per te tam ex tuis induſtria, & labore, ac Sanctæ Suſannæ, quæ titulus tui Cardinalatus exiſtit, & Salernitan. prædictæ aliarumque quarumuis Cathedralium, & Metropolitan. eccleſiarum, necnõ quorumcunque monaſteriorum, & aliorũ beneficiorum eccleſiaſticorum cum cura, & ſine cura ſecularium, & quorumuis ordinum regularium, quæ ex quibuſuis conceſſionibus, & diſpen. apoſtolicis in titulũ commendum, & adminiſtrationem, ac alias quomodolibet in poſterum obtinebis, necnon quorumcunque fructuum, redditumm, & prouen. eccleſiaſticorum, & penſionum annuarum ſuper ſimilibus fructibus, redditibus, ac prouen tibi etiam in poſterum reſeruan. & ſignandorum ratione, quam alias quomodolibet, & qualitercunque licite habitis, & acquiſitis, ac in poſterum haben. & acquirendis, ſeu alias tibi pro tempore donatis, vel quomodolibet conceſſis, & in poſterum donandis, & concedén. vbicunque conſiſtant, & eſſe reperiantur, ac cuiuſcunque qualitatis, quantitatis, etiam ſi iocalia quantumlibet precioſa, ac alias talia, quæ ſub generali bonorum pecuniarum iurium, & actionũ appoſitione non comprehendanturq. omnia & ſingula, ac ſi ſpecifice exprimerentur præſentibus pro expreſſis haberi volumus vſque ad quamcunque ſummam, & valorem, etiam ſi ſpeciali nota digna, & neceſſario propter ſui magnitudinem, & importantia præſentibus exprimi debuiſſe, cenſerentur, tam donatione inter viuos, & cauſa mortis, quam teſta. codicillis, fideicommiſſis, legatis, & quibuſuis alijs vltimis voluntatibus, ſeu titulis ſemel, vel pluries ſimul, aut ſucceſſiue prout volueris, & tibi placuerit diſponere illaque quibuſuis conſanguineis, & affinibus, ac alijs etiam à iure prohibitis, & alijs incapacibus perſonis, necnon collegijs vniuerſitatibus eccleſijs, & pijs locis. ac in quoſuis pios, & non pios. alias tum licitos vſus donare, concedere, relinquere, legare, erogare, obligare, & hypotecare libere, & licite valeas plenam, & liberam auct. apoſtolica tenore præſentium concedimus facultatem. Ac ex nunc donationes, teſtamenta, codicillos, fideicommiſſa legata, & relicta conceſſiones, erogationes, & obligationes, & hypothecas huiuſmodi, necnon quamcunque aliam, etiam vltimam tui voluntatem, & diſpoſitionem, ac quicquid ſuper præmiſſis per te fieri donari, teſtari, codicillari, fideicommiſſi, legari, concedi, erogari, hypotecari, relinqui, & alias quouiſmodo ordinari contigerit, ex nunc, prout ex tunc ex certa ſcientia, ac de apoſtolica poteſtatis plenitudine confirmamus, & approbamus omneſque, & ſingulis iuris, et facti, ac quarumcũque ſolemnitatum, tunc forte omiſſarum defectus. ſi qui forſan interuenerint in eiſdem etiam ſi tales fuerint, de quibus ſpecialis, & ſpecifica mentio habenda eſſet eiſdem auctoritate, et tenore ſupplemus, ac illa perpetua roboris firmitati ſubſiſtere ſuoſque plenarios effectus ſortiri, necnon tuos donatarios hæredes, et ſucceſſores, ac alios, quibus negocium executionis tuæ vlt. volunt. commiſeris, ad ſoluen tertiam, vel aliam partem bonorum, aut aliorum per te relictorum Cameræ Apoſtolicæ aut nobis, vel alio Rom. Pont ſucceſſori noſtro pro tempore exiſten. forſan pertinentem, ſeu in pios, vel alios vſus, etiam forſan contra infideles conuertendam minime teneri,*

Digitized by Google

ueri, nec ſuper rebus bonis, & iuribus per te, vt præfertur, vel alias quomodolibet pro tempore donatis, conceſſis, relictis, legatis, et erogatis per dicti ordinis ſuperiores, & perſonas, aut tuos dictis ſic obtinen. eccleſijs monaſterijs & alijs beneficijs ſucceſſores, vel alios quoſcunque quouiſmodo directe, vel indirecte moleſtari, vel inquietari, neque præſentes litteras de ſubreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, ſeu intentionis defectu notari, vel impugnari poſſe, ſed illas validas, & efficaces exiſtere, ſuoſque plenarios effectus ſortiri, nec ſub quibuſuis ſpecialibus, vel generalibus ſimilium, vel diſſimilium facultatum, & gratiarum reuocationibus, ſuſpenſionibus, modificationibus, limitationibus, & derogationibus à nobis, & ſucceſſoribus noſtris Rom. Pont. pro tempore exiſten. ac Sede Apoſtolica pro tempore emanatis comprehendi, ſed ſemper ab illis exceptas exiſtere, & quoties illa emanabunt, toties in priſtinum ſtatum reſtitutas, & etiam eo ipſo de nouo ſub data per te eligen. conceſſas fore, ſicque in præmiſſis omnibus, & ſingulis, per quoſcunque iudices, & commiſſarios etiam cauſarum Palatij apoſtolici Auditores in quauis cauſa, & inſtantia, ſublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & authoritate iudicari, & diffiniri debere; ac quicquid ſecus ſuper his à quoquam quauis authoritate ſcienter, vel ignoranter attemptati contigerit irritum, & inane decernimus. Non obſtan. litteris fa. rec. Alexandri Sexti, per quas inter alia ſtatuit, & ordinauit, quod tertia pars bonorum eorum, quibus huiuſmodi facultates teſtandi pro tempore concederentur, & de quibus ipſi teſtarentur, dictæ Cameræ applicaretur, Ac pia memor. Iulij tertij Rom. Pontific. prædeceſſorum noſtrorum, qua voluit, vt fructus redditus, & prouentus menſarum eccleſiarum cathedralium etiam metropolitan. ac monaſteriorum, necnon canonicatuum, et præben. ac dignitatum perſonatuum, adminiſtrationum, et officiorum, ac aliorum quorumcunque beneficiorum eccleſiaſticorum, qui tempore obitus illa obtinen. non exacti eſſent, ſucceſſorum in eccleſijs, canonicatibus, et præben. dignitatibus, perſonatibus adminiſtrationibus officijs alijſque beneficijs huiuſmodi fierent, ac quibuſuis alijs conſtitutionibus; et ordinationibus apoſtolicis ac Salernitan. prædicta aliarumque etiam in quibus beneficia huiuſmodi forſan fuerint eccleſiarum, necnõ monaſteriorum, et aliorum, etiam regularium locorum per te, vt præfertur pro tempore obtinendorum, ac ordinum quorum illa fuerint iuramento, confirmatione apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis, et conſuetudinibus, priuilegijs quoque indultis, et litteris apoſtolicis illis eorumque ſuperioribus capitulis, conuentibus, et perſonis ſub quibuſcunque tenoribus, et formis, ac cum quibuſuis etiam derogatoriarum derogatorijs, alijſque efficacioribus, et inſolitis clauſulis, ac irritantibus, et alijs decretis in genere, vel in ſpecie, etiam quod tales facultates quomodolibet conceſſas approbari, et innouari etc.

Quibus omnibus, & ſingulis, etiam ſi pro ſufficienti illorum derogatione de illis earumq; totis tenoribus ſpecifica expreſſa, et indiuidua mentio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma, ad hoc ſeruanda foret illorum tenores, formas, & decreta, ac dat. ac ſi de verbo, ad verbum, nihil penitus omiſſo, & forma in eis tradita, obſeruata, inſerti forent præſentibus pro ſufficien. expreſſis haben. ac illis aliàs in ſuo robore permanſuris hac vice duntaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque cõtrarijs quibuſcunque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ conceſſionis, confirmationis approbationis, ſuppletionis, decreti, & derogationis infringere, vel ei auſu temerario contraire ſi quis autem hoc attemptare præſumpſerit indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Romæ Apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ Milleſimo Quingenteſimo Sexageſimo Tertio, decimo Kal. Aprilis. Pontificatus noſtri anno ſecundo.

PAVLVS PAPA III.

Licentia teſtandi in forma breuis.

VENERABILIS Frater ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Quia præſentis vitæ conditio ſtatum habet inſtabilem, & ea quæ viſibilem habent eſſentiam, tendunt viſibiliter ad non eſſe; tu hæc ſalubri meditatione præmeditans diem tuæ peregrinationis extremum diſpoſitione teſtamentaria deſideras præuenire. Nos itaq; tuis in hac parte ſupplicationibus inclinati; fraternitati tuæ vt de

quibuſcunque bonis mobilibus,& immobilibus,ac ſe mouentibus.& pecuniarum ſummis, ac rebus quibuſcunque ad te; tam ex patrimonio: quam quarumcunque perſonarum ſucceſſione,ac etiam induſtria,& proſpera fortuna,& alias quomodolibat non per eccleſiam,licite atquiſitis per te obtentis, & obtinendis, ſeù ad te quomodolibet nunc, & pro tempore ſpectantibus; quam etiam ex manſa epiſcopali ecclaſiæ Boianen. cui præeſſe dignoſceris, & quibuſuis beneficijs eccleſiaſticis cũ cura,& ſine cura ſecularibus,& quorumuis ordinũ,regularibus,quæ ex quibuſuis cõceſſionibus,& diſpenſationibus apoſtol. in titulũ,& commendam,ac alias quomodulibet obtinuiſti,obtines,& obtinebis, ac penſionibus annuis ſuper quibuſuis fructibus redditibus, & prouentibus eccleſiaſticis tibi aſſignatis,& aſſignandis,ac ſimilibus fructibus,redditibus, & prouentibus, etiam loco penſionibus tibi conceſſis, & concedendis, ac alijs quomodolibet habitis, & acquiſitis,ac habendis, & acquirendis, aut tibi donandis vbicunque exiſtentibus, & cuiuſcunque quantitatis fuerint, dummodo per eccleſiam acquiſita huiuſmodi ſummam quingentorum ducatorũ auri de Camera non excedant, quandocunque tibi placuerit libere teſtari, & de illis in pias,& non pias cauſas,etiam in parantum conſanguineorum, & affinium nepotum, ac etiam propriorum filiorum,aut ſeruitorum,etiam vltra ſeruitij meritum, & aliarum quarumcunque perſonarum, etiam penitus extraneorũ, & incapacium, ac operum, & locorum quorumcunque:de quibus tibi videbitur, & placuerit commodum,& fauorem,etiã cauſa donationis inter viuos, aut teſtamenti, ſeù cuiuslibet vltimæ voluntatis, vel codicillorum, ſeù alio modo, de quo tibi videbitur pro libito tuæ voluntatis ordinare,diſpenſara,& erogare,ſimul, val ſucceſſiue, ac quoties tibi videbitur libere,& licite valeas plenam,& liberam authoritate apoſtolica tenora præſentium, licentiam, & facultatam concedimus, & pariter indulgemus: diſtrictius inhibentes quibuſuis locorum ordinarijs, ac Cameræ Apoſtolicæ Collectoribus, Subcollectoribus, necnon ſedis apoſtolicæ Officialibus, ac quibuſcunque alijs quauis facultate, & authoritate, etiam apoſtolica fungentibus,ne perſonas,opera,& loca huiuſmodi deſuper directe, vel indirecte quouis quæſito colore moleſtare impedire, aut inquietare quoquomodo præſumat:ac decernentes teſtamenta codicillos donationes, & quaſuis alias diſpoſitionas huiuſmodi, poſtquam facta fuerint plenam roboris firmitatam,obtinere,ac plenum affectum ſortiri,& inuiolabiliter obſeruari, & ſic par quoſcunque iudices, & commiſſarios quauis auctoritate fungen. ſublata eis quauis aliter iudicandi,& interpratandi facultate,& authoritate iudicari,& diffiniri debere,necnon irritum, & inane quicquid ſecus ſuper his, à quoquam quauis authoritate ſcienter,val ignoranter contigerit attẽptari,ſupplentesque omnes,& ſingulos iuris, & facti defectus ſi qui forſan interuenerint in eiſdem.Quocirca vanerabilibus fratribus Caſertan. & Iſarnien.ac Allarinen. Epiſcopis, ſiue eorum in ſpiritualibus vicarijs generalibus per pręſentes committimus, & mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aut vnus eorum per ſe, vel alium, ſeù alios executoribus à te ſuper pręmiſſis pro tempore deputatis,tuiſque hæredibus, & alijs, quorum intererit in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, non permittant eos, vel eorum aliquem deſuper contra teſtamentum,diſpoſitionem,erogationem,& legata, ac alia inſtrumentis deſuper conficien.contenta,vel eorum aliqua,per locorum ordinarios,ſeù Collectores,val Subcollectores præfatos, aut quoſcunque alios,quauis authoritate directe,vel indirecte,quomodolibet, impediri ſeù moleſtari,contradictores quoslibet, & rebelles per cenſuras,& pœnas eccleſiaſticas, ac alia opportuna iuris remedia appellationa poſtpoſita compeſcendo, ac cenſuras, & pœnas ipſas iteratis vicibus aggrauando,inuocato etiam ad hoc,ſi opus fuerit auxilio brachij ſecularis Non obſtantibus quibuſuis apoſtolicis,ac in prouincialibus, & Synodalibus Concilijs æditis generalibus, vel ſpecialibus conſtitutionibus, & ordinationibus, ac prædictæ Boianen. & aliarum eccleſiarum in quibus ſecularia, necnon regularium locorum, in quibus regularia benaficia huiuſmodi forſan, ſeù à quibus ipſa regularia beneficia dependere contingerit, & ordinũ, quorum illa extiterint ſtatutis, & conſuetudinibus ipſorumque beneficiorũ fundationibus,etiã iuramento cõfirmatione apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis,necnõ quibuſuis priuilegijs, & indultis,& literis apoſtolicis,& quod tertia,vel alia pars bonorũ, de quibus vigo-

re ſimilium facultatum diſponi contigerit, eo ipſo Cameræ apoſtolicæ pro eius neceſſitatibus applicata ſit diſponẽtibus, quibus omnibus tenores illorum, ac ſi de verbo ad verbum inſeretentur præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes; quoad premiſſa ſpecialiter, & expreſſe derogamus, contrarijs quibuſcunque, aut ſi ordinarijs Collectoribus, & Subcollectoribus, & officialibus prædictis, vel quibuſuis alijs communiter, vel diuiſim ab eadem ſit ſede indultum, quod interdicis ſuſpendi, vel excommunicari nõ poſſint, per litteras apoſtolicas non faciẽtes plenam, & expreſſam, ac de verbum de indulto huiuſmodi mentionem, Datum Romæ Apud Sanctum Petrum ſub anulo Piſcatoris die 28. Octob. M.D.XXXVIII. Pontificatus noſtri anno Quarto.

V. Regien. F. de Torres.

Licentia teſtandi ex Regiſtris Innoc. 3. Innocentius &c. P Epiſcopo Portuen.

CVM prouida deliberatione diſponas de rebus tuis condere teſtamentum, à nobis humiliter poſtulaſti, vt ſuper hoc tibi licentiam concedere dignaremur. Nos igitur tuo ſalubri propoſito benignum impertientes aſſenſum, præſentiũ tibi auctoritate concedimus, vt de rebus tuis liberam ſecundum Deum facultatem habeas diſponendi Datum Romæ apud Sanctum Petrum, II. Non. Aprilis Anno Nono.

Bulla S.D.N. Pij Diuina prouidentia Papæ Quarti. Super Reſidentia Prelatorum, Parochialium, & aliorum curam animarum habentium, & reſidere debentium.

Pius Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

IN Supręma militantis Eccleſiæ ſpecula meritis licet inſufficientibus Diuina diſpoſitione conſtituti, cunctos non ſolum vigilantiæ noſtræ commiſſos Dominicos greges; ſed etiam ſingulorum paſtorum ſuorum actus intenſa noſtræ mentis acie colluſtrantes, ſtudium efficax, operamq; ſedulam ad hoc omnino ſtatuimus adhibere, vt quemadmodum operoſum Sacri Concilij Tridẽtini progreſſum fœlicemque exitum Domino cooperante præſtitimus, ita Sanctiſſima illius decreta, ipſorum præſertim qui in Apoſtolicæ ſolicitudinis partem vocari ſunt, Paſtorum officium concernentia, non tepide, nequedifſimulanter exequamur. Sane licet in Concilio præfato ſaluberrima fuerit ordinatione decretum, quod omnes, & ſinguli venerabiles fratres noſtri, Patriarchæ, Primates, Archiepiſcopi, Epiſcopi, & alij beneficiati, apud Eccleſias ſponſas ſuas reſidere teneantur: Nonnulli tamen, quod non ſine animi noſtri mœrore referimus adeo ſui, gregiumque quos olim deperditos, Saluator noſter proprio ſanguine redimere dignatus eſt, ſibi creditorum obliti ſunt, vt etiam nunc in Alma Vrbe, vel alibi commorantes, & Sacroſancta ſpiritualis matrimonij inter eos ſuaſque Eccleſias ſolemniter contracti iura confundentes, ſponſas ſuas in lõga quaſi viduitate relictas, ac prædictas Eccleſias quomodocunque ſibi conceſſas inuiſere, & apud illas, vt probos, & prouidos patres familias decet, reſidere non curent, in perditionem animarum ſuarũ, & ſubditorum ſuorum, ac pernicioſum exemplum, & ſcandalum plurimorum. Nos hanc illorum contumaciam alicuius, etiam temporalis pœnæ metu frangendam, ſeù conuincendam eſſe cenſentes. Motu proprio, & ex certa ſcientia noſtra, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, omnibus, & ſingulis Patriarchis, Primatibus, Archiepiſcopis, & Epiſcopis præfatis, ac alijs quibuſcunque, etiam quauis authoritate, dignitate, gradu, vel præeminentia præfulgentibus, prædictas Eccleſias in commendam, vel adminiſtrationem, aut alio quouis nomine obtinentibus, & alijs quibuſcunque beneficiatis curam animarum habentibus, qui iuxta decreti ſuper reſidentia in Concilio prædicto promulgati tenorem, perſonalem in ſuis eccleſijs reſidentiam facere tenentur, in virtute Sanctæ obedientiæ, & vltra pœnas in dicto decreto Cõcilij contentas, etiam ſub priuationis eorum à regimine, & adminiſtratione eccleſiarum ſuarum, ac alijs noſtro, & pro tẽpore exiſtentis Rom. Pontificis ſucceſſoris noſtri arbitrio imponendis pœnis, diſtricte præcipiẽdo, per apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus omni mora ceſſante, in eiſdem ſuis eccleſijs iuxta formam, et tenorem dicti concilij perſonaliter reſideant. Et nihilominus ſi quos mãdato noſtro huiuſmodi, quod abſit, non parere contigerit, nec etiam tales abſentes melioris, in hac parte conditionis quam cæteri in ſuis eccleſijs reſidentes exiſtant, hac noſtra perpetuo valitura ſanctione per præſentes ſtatuimus, &

ordinamus, quòd deinceps omnia, & ſingula mobilia, immobilia, etiam in vrbe, vel eius diſtrictu exiſtentia, & ſe mouentia, res, & bona, iura, & actiones cuiuſcunque qualitatis, quantitatis, & valoris, ac vbicunque locorum, conſiſtant, ad Patriarchas, Primates, Archiepiſcopos, Epiſcopos, & alios quoſcunque, etiam quauis auctoritate, dignitate, gradu, & præeminentia præfulgentes, eccleſias prædictas in titulum, vel commendam; ſiue adminiſtrationem, aut alio quouis nomine obtinentes, & alios quoſcunque beneficiatos curam animarum habentes, qui extra prædictas Eccleſias, & diœceſes, etiam in Roman. Curia, aut alibi degentes, & iuxta decretum, & formam Concilij huiuſmodi non reſidentes deceſſerint pertinentia, & per illos ſuarum eccleſiarum, ac quorumcunque Monaſteriorum, prioratuum præpoſiturarum, & aliorum beneficiorum eccleſiaſticorum, cum cura, & ſine cura ſæcularium, & regularium quę illi quomodolibet obtinuerint, ac fructuum, redditurum, & prouentum eccleſiaſticorum; nec non penſionum annuarum ſibi ſuper ſimilibus fructibus, redditibus, & prouentibus reſeruatarum, & aſſignatarum occaſione quæſita, etiam ſi facultatem ſpecialem de illis, aut eorum parte teſtandi, & alias libere diſponendi à nobis, & quibuſuis alijs Roman. Pontificibus prædeceſſoribus, et ſuceeſſoribus noſtris, etiam cum clauſulis quod facultates huiuſmodi reuocari nequeant, alijſque irritantibus decretis obtinuerint, & in vim illarum litterarum deſuper confectarum de rebus & bonis huiuſmodi iam que diſpoſuerint, tanquam ſpolia ad Cameram Apoſtolicam legitime pertineant, liceatque dilectis filijs moderno, & pro tempore exiſtenti Commiſſario noſtro generali, & ſuis, dictæque Cameræ deputatis; in euentum deceſſus huiuſmodi, ſolitum inuentarium ſuper rebus, & bonis præfatis conficere, illaque prout de reliquis clericorum ſpolijs fieri ſolet, ad dilecti filij noſtri moderni, & pro tempore exiſtentis Generalis Theſaurarij manus redigere, dictæque Cameræ applicare, cuiuſuis licentia deſuper minime requiſita. Ac facultates, & deſuper confectas, literas prædictas, etiam motu, & ſcientia ſimilibus, etiam in recompenſam laborum, & obſequiorum, etiam nobis, & Eccleſiæ Roman dictæque ſedi impenſorum, quomodolibet conceſſas, & etiam iteratis vicibus approbatas, illarum omnium tenores præſentibus pro ſufficienter expreſſis & ad verbum inſertis habentes, in euentum obitus huiuſmodi, etiam ſi vrbe, aut eius diſtrictu, vel alibi extra ſuas eccleſias, vt præfertur, contigerit, ex nunc prout ex tunc, & econtra, in dictæ contumaciæ pœnam eiſdem poteſtatis plenitudine, & tenore reuocamus, caſſamus, & annullamus, Ac tam eas, quam earum prætextu quomodolibet pro tempore condita factaque teſtamenta, codicillos, legata, donationes, & alias donationes quaslibet, etiam ad pias cauſas, vel in remunerationem ſeruitiorum nulla, & inualida, nulliuſque roboris, vel momenti fore, neque quicquam contra præſentium tenorē ſuffragari. Et ſic per quoſcunque Iudices, & Commiſſarios quauis auctoritate fungentes, etiam S. R. E. Cardinales in quauis inſtantia, ſublata eis, & eorum cuilibet, quauis aliter iudicandi, et interpretandi facultate, iudicari, et diffiniri debere. Ac quicquid ſecus à quoquam quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter attemptari contigerit irritum, et inane decernimus. Per hoc autem noſtris, et Roman. Pontificum prædeceſſorum noſtrorum ordinationibus, et decretis quoad prælatorum, et aliorum beneficiatorum, etiam in ſuis eccleſijs, aut diœc. reſidentium, et ibi decedentium, quæ etiam ampliamus, et extendimus ad habentes eccleſias in vrbis diſtrictu, ibique reſidentes, et decedentes ſpolia Cameræ Apoſtolicæ applicata, hactenus emanatis, nullatenus præiudicari, neque quicquam in eis alterare intendimus, ſed ea in ſuo robore, vt antea manere, volumus; præterquam quoad eos qui in ſuis Eccleſijs iuxta formam prædicti Concilij reſederint, et ſpecialem licentiā teſtandi habuerint, hanc enim tantum ſaluam eis eſſe volumus; itaut generalis licentia teſtandi eis, quamquam reſidentibus minime ſuffragetur, ſed ſola ſpeciali, ſi quam habuerint, tueri ſe poſſint. Cæterum vt præceptum, mandatum, ſtatutum, ordinatio, reuocatio, caſſatio, decretum, et alia præmiſſa, præſenteſque literæ ad eorum quorum intereſt notitiam deducantur, nulluſque poſſit aliquam illorum ignorantiam prætendere, vel excuſationem allegare; ſed illa perpetuo firma, et illibata permaneant; volumus; et mandamus, quod eadem præſentes in Baſilicæ Principis Apoſtolorum de vrbe, & Cancellariæ noſtræ valuis, ac Acie campi Floræ per aliquem ex Curſoribus noſtris affixe, copia illarum dimiſſa

di

Digitized by Google

dimiſſa, ab ea die omnes perinde arctent, ac ſi illis perſonaliter intimatæ fuiſſent. Non obſtan. præmiſſis, ac in fauorem curialium per fel. re. Sixtum IIII. Leonem X. Iulium III. & quoſcunque alios Ro. Pont. prædeceſſores noſtros, ac etiam per nos editis, & approbatis; Necnon alijs litteris, conſtitutionibus, & ordinationibus apoſtolicis, cæteriſque contrarijs quibuſcunque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtri præcepti, mandati, ſtatuti, ordinationis, reuocationis, caſſationis, annullationis, decreti, ampliationis, extenſionis, intentionis, & voluntatis infringere; vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſarũ. Datum Romæ apud Sanctum Petrũ Anno incarnationis Dominicæ Milleſimo Quingẽteſimo Sexageſimo Quarto, Septimo. Kal. Decemb Pontificatus Noſtri Anno Quinto.

Cæ. Glorierius.

Viſa de curia M. de Enciſo.

H. Cumin.

SVMMARIVM.

1 *Clericorum alij ſeculares alij regulares.*
2 *Regularium, alij mendicantes, alij non mendicantes.*
3 *Regularibus mendicantibus habere propria regula probibet.*
4 *Qui, & quales ſint mendicantes.*
5 *Fratres ſeruorum ſanctæ Mariæ non connumerantur inter mendicantes. Religio clericorum ſocietatis Ieſu, inter mendicantes computatur.*
6 *Qui ſint regulares non mendicantes.*
7 *Monaci ſunt dicti ab vnitate.*
8 *Monaci regulariter intelliguntur Sancti Benedicti.*
9 *Regula fratrum minorum eſt fundata in arctiſſima paupertate.*
10 *Minores non poſſunt acquirere, nec in communi, nec in particulari.*
11 *Frater minor habetur pro mortuo.*
12 *Statutum excludens fœminas, non excludit ſi maſculus ſit de ordine minorum.*
13 *Frater minor eſt ſucceſſionis incapax, ſicut damnatus in metallum.*
14 *Fratres minores poſſunt capere legata pro alimentis.*
15 *Fratres minores non poſſunt eſſe pro aliqua re in iudicio.*
16 *Fratres minores non poſſunt accipere legatum annuum, quia habet aliquid proprietatis.*
17 *Frater minor poteſt accipere legatũ annuum pro expenſis ſtudij.*
18 *Frater minor non eſt capax acquiſitionis etiam ſi promoueatur ad Epiſcopatum, aut alias dignitates.*
19 *Dignitas non liberat à ſubſtantialibus regulæ.*
20 *Frater minor aſſumptus acquirit eccleſia ad quam eſt aſſumptus.*
21 *Frater minor aſſumptus ad Cardinalatum ſibi non acquirit.*
22 *Frater minor ſibi non acquirit, etiam translatus ad monaſterium capax.*
23 *Aſſumptio non liberat quem à voto.*
24 *Frater minor ſibi non acquirere ex priuilegio Papæ.*
25 *Vbi eadem ratio, ibi idem ius ſtatuitur.*
26 *Frater minor bene poteſt diſpenſari ad ſuccedendum.*
27 *Diſpenſatus ad ſuccedendum videtur capax; tam ex teſtamento; quam ab inteſtato.*
28 *Nihil habens, nihil dare poteſt.*
29 *Fratri minori ſuccedunt conſanguinei ſtatim facta profeſſione, non expectata morte.*
30 *Regula fratrum minorum non poteſt gloſſari.*
31 *Legata, & hæreditates relictæ fratribus minorum, ſoluuntur officio iudicis.*
32 *Duplex ratio, quare ad relicta fratrum minorum ſubuenitur tali officio.*
33 *Anima eſt cunctis rebus præferenda.*
34 *Pium eſt illius adimplere voluntatem, qui loqui non poteſt.*
35 *Quilibet de populo agere poteſt ad legata ad pias cauſas.*
36 *Fratres conuentuales, & fratres de obſeruantia, habent ſe diuerſimode.*
37 *Conuentuales poſſunt habere propria.*
38 *Si frater de obſeruantia trãſeat ad Conuentuales, non gaudet priuilegio conuentualium.*
39 *Fratres Prædicatores sunt incapaces ad acquirendum, item ad retinendum.*
40 *Fratres Prædicatores ſunt mendicantes.*
41 *Fratres Prædicatores de conſuetudine poſſunt acquirere, non vt retineant.*
42 *Forma profeſſionis fratrum Prædicatorum.*
43 *Fratres Prædicatorum poſſunt habere bona in communi ex conſuetudine; & etiam ex priuilegio.*
44 *Vſus præcij, non vſus prædij, ſtat cum mendicitate.*

45 *Præ-*

45 *Pracium non prædium vſu conſumitur.*

46 *Eſſe non dicitur quod non durat.*

47 *Monaſterium ſuccedit profeſſo.*

48 *Fratres Prædicatores non habent actionem; ſed imploratur officium iudicis.*

49 *Rei vendicatio competit dominium habenti.*

50 *Vbi eadem ratio ibi eidem ius.*

51 *Fratres Prædicatores poſſunt ſuccedere in bonis temporalibus priuilegio Clementis Quarti.*

52 *Fratres Hæremitani ſunt mendicantes, ſed priuilegio Alex. 4. poſſunt acquirere in communi.*

53 *Fratres hæremitani non poſſunt ſuccedere in feudalibus.*

54 *Conſuetudo obuians canoni, eſt irrationabilis.*

55 *Secundum canones omnes profeſſi habent ſeruare, vel regulam S. Benedicti, vel S. Auguſtini.*

56 *Non valet conſuetudo contra canones præceptiuos, vel prohibitiuos.*

57 *Fratres Carmelitæ habent idem priuilegium, quod fratres hæremitani.*

58 *Non mendicantes non poſſunt acquirere ſibi in particulari.*

59 *Monaci poſſunt acquirere in communi.*

60 *In feudalibus religioſi non ſuccedunt.*

61 *Religioſi non ſuccedunt in illis, quæ non poſſunt pertinere, niſi ad hæredes ſanguinis.*

62 *Monaſterium poteſt ſuccedere in illis, quæ poſſunt teneri extra ſanguinem.*

63 *Hæreditas delata monaco aditur per monaſterium inuito monaco.*

64 *Hæreditas non delata, nec repudiata, tranſmittitur per monacum morientem ad monaſterium.*

65 *Monaſterium habetur loco filij.*

66 *An Ciſtercienſes poſſint poſſidere.*

67 *Conuerſi poſſunt ſibi acquirere.*

68 *Monaſteria ſuccedunt in bonis delatis conuerſis.*

69 *Hæremitæ poſſunt ſibi acquirere.*

70 *Vide an moniales poſſint acquirere.*

71 *Monacho non tacite, nec expreſſe profeſſo, ſuccedunt conſanguinei.*

72 *Vide quomodo iſtud limitatur, vel intelligatur per plures caſus enumeratos.*

73 *Profeſſo habenti filios ab inteſtato ſuccedit monaſterium filijs legitima remanente.*

74 *Item eadem legitima remanet parentibus.*

75 *Legitima per patrem, vel filium profeſſum, debetur emiſſa profeſſione.*

76 *Monachus vagans apoſtatando, non recuperat bona monaſterio acquiſita.*

77 *Quæ vagans acquirit monachus, acquirit monaſterio.*

78 *Monaſterium debet reuocare vagantem.*

79 *Si monaſterium negligit reuocare vagãtem, interim acquiſita per eum, non cedunt monaſterio.*

80 *Tranſlato monaco ad aliud monaſteriũ, quando acquiſita remaneant ad primũ, & quando vadunt ad ſecundum monaſterium.*

81 *In acquiſitis ex beneficijs, & ex illicite negociatis per quemuis regularem ſuccedit Camera Apoſtolica.*

§. Ad maiorem.

1 *Clerici poſſunt habere bona multiplici modo.*

2 *Clerici de iure antiquo non poterant habere bona particularia.*

3 *Poſtea autem conſtitutum fuit, vt haberent.*

4 *Non valet ſtatutum excludens clericos à ſucceſſione.*

5 *Species bonorum quas poſſunt habere clerici.*

6 *Concubinatus magis prohibitum clericis, quam laicis.*

7 *Filij ex concubina non ſuccedunt clericis in illis duobus vncijs de iure ciuili inductis.*

8 *Clerici poſſunt contrahere matrimoniũ ante, & poſt ordines minores.*

9 *Conſtitutis in ſacris eſt interdictum matrimonium.*

10 *Non exiſtentibus deſcendentibus, ſuccedunt aſcendentes, & collaterales.*

11 *Deficientibus deſcendentibus, aſcendentibus & collateralibus ad decimum gradum clerico ſuccedit eccleſia.*

12 *Genera, & qualitates fructuum eccleſiaſticorum.*

13 *In fructibus eccleſiæ, vel in acquiſitis de fructibus, non ſuccedunt conſanguinei, ſed ſucceſſor in beneficio.*

14 *In locum ſucceſſoris, & eccleſiæ in ſpolijs hodie eſt ſuffecta Camera.*

15 *Clerici habent bona triplici generis.*

16 *In fructibus non recollectis ſuccedit Eccleſia.*

17 *Vide per quinque caſus, quis ſuccedat clerico poſt fructus à ſolo ſeparatos.*

18 *Vide conſtitutionem Iulij ſuper fructibus inexactis.*

19 *Vide quis ſuccedat in fructibus cõmendæ.*

20 *Camera Apoſtolica eſt ſubrogata in loco ſucceſſoris.*

21 *Vide*

21 *Vide quis ſuccedat in diſtributionibus quotidianis.*

22 *In diſtributionibus quotidianis videntur ſuccedere conſanguinei etiam ab inteſtato.*

23 *Vide multa circa hoc in contrarium.*

24 *In fructibus penſionum, & in fructibus reſeruatis ſuccedunt conſanguinei.*

25 *Acquiſitum ex penſione non dicitur acquiſitum ex beneficio.*

26 *Penſio poteſt aſſignari, etiam laico.*

27 *Penſionarius non tenetur dicere officium.*

28 *Vſufructuarius fructus quæſitos ad hæredes tranſmittit.*

29 *Penſio videtur aſſignata pro alimentis.*

30 *Decedens tranſmittit ad hæredes ius exigendi alimenta non ſoluta.*

31 *Termini penſionum non exacti exiguntur ab hæredibus ab inteſtato.*

32 *Fructus lucrati per penſionarium ſunt proprij.*

33 *Acquiſita ex artificio tranſmittuntur ad hæredes ab inteſtato.*

34 *Per artificium clericus licite ſibi victũ parat.*

35 *Quare clericus non poteſt locare operam ſuam, per totum diem.*

36 *Habens beneficium licite exercet etiam aliquod artificium.*

37 *Vide quid ſit artificium.*

38 *Non eſt licitum artificium clerico, quãdo ei eccleſia ſufficit.*

39 *Clericus egens iuſtas negociationes facere poteſt.*

40 *Quid dicatur honeſte, vel inhoneſte negociari.*

41 *Cauſa lucri, cupiditatis, & auaritiæ negotiari non licet*

42 *Negociatio quæ non fit lucri cauſa, non eſt prohibita.*

43 *Non eſt prohibitum lucrum, quod prouenit ex operis, aut rebus clericorum.*

44 *Eſt licitum negociari clerico neceſſitate ſuadente.*

45 *Quando ſit licitum clerico negociari.*

46 *In acquiſitis ex doctrina ſucceditur clerico ab inteſtato.*

47 *Acquiſita ex doctrina, & patrimonialia, quoad ſucceſſionem æquiparantur.*

48 *Clericus in minoribus non habens beneficium ſufficiens, poteſt per aduocationẽ ſibi acquirere.*

49 *Idem poteſt, & diaconus.*

50 *Clericus in minoribus beneficiatus, æquiparatur clerico in ſacris.*

51 *Clericus poteſt aduocare nedum pro victu, ſed pro lucro.*

52 *Clericus habens beneficium, licite exercet etiam artificium, & doctrinam.*

53 *Clerici non ſufficienter beneficiati, poſſũt eſſe tabelliones.*

54 *Religioſi non aduocant, nec procurant.*

55 *Acquiſita ex ſeruitijs, & officijs vadunt ad hæredes ab inteſtato.*

56 *Acquiſita ex ſeruitijs ſunt acquiſita intuitu perſonæ.*

57 *Clericus vti Cappellanus, & pro miſſis dicendis ſibi acquirit.*

58 *Ratio quare clericus acquiſitum pro miſſis faciat ſuum.*

59 *Quando relictum clerico, vel parochiali intelligatur relictum intuitu eccleſiæ, vel perſonæ.*

60 *Acquiſita ex officijs per clericum, ſunt quaſi caſtrenſia, & vadunt ad conſanguineos.*

61 *Quæcunque acquiſita ex officijs, vadunt ad conſanguineos.*

62 *Non ſunt mutanda, quæ certam habuerunt ſemper conſuetudinem.*

63 *De conſuetudine poſſumus ſuccedere clerico in acquiſitis intuitu eccleſiæ.*

64 *In acquiſitis ex illicite negociatis ſuccedit Camera.*

§. deueniendo.

De ſucceſſione Clerici ab inteſtato regularis, vel ſæcularis.

QVAESTIO VIII.

AD maiorem declarationem, & intelligentiam materię, volui annectere quęſtionem de ſucceſsione Clerici ab inteſtato, quia id nõ fore extra propoſitum putaui, vt defectus qui forſan in antedictis interuenerint, poſsit aliqualiter per infradicenda ſuppleri.

Et omiſſo de ſuceſsione actiua, ideſt, quomodo Clerici, alijs ſuccedant, quia non eſt ad rem noſtram, de paſsiua tantum dicam ſucceſsione, videlicet quomodo Clericis ſuccedatur, quia eſt materia noſtra.

1 Et quia Clericorum duo ſunt genera, quia alij videlicet ſunt Clerici regulares, alij vero ſunt Clerici ſæculares, cum dictum fuerit de regularibus, deueniemus ſecundo loco ad dicendum de ſæcularibus.

Et primo eſt dicendum quod Clericorum
2 regularium duo ſunt genera, quia videlicet, alij ſunt regulares mendicantes, alij regulares non mendicantes, & regulares mendicantes ſunt illi, quibus ad congruã ſub-

3 ſubſtentationem redditus, aut poſſeſſiones habere profeſſio, ſiue regula quælibet interdicunt;ſed per quæſtum tribue-
4 re victum ſolet incerta mendicitas, *capit. unico, de relig dom.lib.6.* quales ſunt fratres Prædicatores, Minores, Hæremitani,& fratres Carmelitæ,licet de Carmelitis dubitet *Lap alleg.ſua 45 & allegat.4.* fratres autem Seruorum Sanctæ Mariæ, *Ioan Andr.in d.cap.vnic.*dicit,quod non connumerantur inter mendicantes, quia per Benedictum Vndecimum fuit anno ſui Pontificatus primo declaratum, eos non comprehendi inter mendicantes, & dicit quod ſibi conſtitit de dicta declara-
5 tione:Et merito ita debuit declarari,quia nec regula,nec conſtitutiones arctant eos ad mendicandum, licet aliquando de facto mendicent, id quod ſequitur *Gaſpar de Calder.in conſ ſuo 17 quod incipit an ordo.* Hodie tamen præ nt teſtimonio fide digno accepi, à ſummo Pontifice noſtro ſanctiſſimo,& religioſiſſimo Pio Quinto declaratum eſt,ipſos eſſe mendicantes,& ea propter ad contribuendum pro Seminariorum expenſis in Regno Portugalliç non teneri,ſimulatque declarauit,conceſſionem a ſua Sanctitate nuper factam in fauorem ordinis mendicantium,ſuper interpretatione aliquot capitum Concilij Tridentini,& ſuper exemptione ſubſidiorum,& contributionis, etiam Seminarijs ipſos ſeruitas comprehendere.

Et inſuper ſi entio prætermittendum non putaui, quod religio clericorum Societatis Ieſu etiam ipſa inter ordines mendicantium cenſeri debet,& annumerari, id quod aptiſſime cum ex eius, tum inſtituto,tum etiam conſtitutionibus quæ in publica, & authentica forma vidi, mihi per admodum R P. D. Ferdinandum Solieres iur.vtr.Doctorem excellentiſſimum, virum candidis moribus,& ſummæ deſteritatis in tractandis negocijs dicti ordinis procuratorem generalem oſtenſa,neque priuatim,neque in communi poſſunt pro ſocietatis ſuſtentatione, aut vſu, ad bona aliqua ſtabilia, pronentus, vel introitus aliquos, ius aliquod ciuile acquirere, ſed contenti eſſe debent vſu tantum rerum ſibi ex eleemoſyna donatarum, quamuis poſſint pro ſtudentium commoditatibus collegia habere,bonis etiam ſtabilibus dotata; quibus tamen bonis ipſi ſtudentes ipſisque inſeruientes, non tamen ipſius ſocietatis profeſſi ſubſtentari poſſunt. Quod quidem veriſſimum eſt de iure,cum,vt ſupra diximus, mendicantes ſunt illi qui redditus vllos, neque in particulari, nec in communi habere poſſunt, ſed ex incertis eleemoſynis viuunt.*cap.primo.de relig.domib. lib. 6. vbi omnes doctor.*

Alia ſpecies clericorum regularium non
6 mẽdicantium,ſunt veluti regulariter omnes monachi, & omnes canonici regulares, & monachi vocabulo proprie ſumpto, poſſunt dici illi, qui virtute regulæ ſtant ſolitario in monaſterio, nec immiſcent ſe prædicationibus, niſi habeant adminiſtrationem, dicuntur enim monachi à ſolitudine,& vnitate,& ſecundum com-
7 munem vſum loquendi,appellamus com-
8 muniter monachos illos, qui ſunt de ordine ſancti Benedicti habentes bona in communi, alios verò appellamus fratres mendicantes, per *Abb. in cap. cauſam quæ.extra. iud.verſ addito. Nicolai.*

De ſucceſsione fratruum minorum nihil eſt quod dicamus, nam cum ipſorum regula ordo, conſtitutio, & profeſſio, ſint fundatæ in arctiſſima paupertate per *tex.in cap. exijt, qui ſeminat §. ad hæc. de ver ſig. in 6. in clem. exiui de paradiſo §.quia ergo, & §. cumque annui redditus*, & per *tex. in extrau. ad conditorem canonum. de ver.ſig. Io.22.* ibi nihil ſibi approprient neque domum, neque locum, neque rem aliquã aliam, ſui ordinis profeſſores.&c.
10 non videntur quicquam poſſe acquirere nec in communi nec in particulari, nec per viam ſucceſsionis qua alteri ſuccedãt nec alias quouiſmodo, quia ei videtur interdictum habere propria, quia eo ipſo quod profitentur, renuntiant omnibus rebus mundi,& eſt magis præciſa renunciato, quæ poſsit inueniri, qui habentur
11 penitus pro mortuis vt per *Bal.in authen.ingreſsi. C. de ſac. ſan. eccleſ. in fi.* vbi dicit quod ſtante ſtatuto, quod maſculus excludat fæminam à ſucceſſione, quod fæmina non excluditur,ſi maſculus ſit de fratribus minoribus,quia eſt ſubla-
12 tus de medio, quia dicit *Socin. in l. ſi cognatus.*ſecundũ *Io de Imol.*quod frater minor efficitur omnino incapax ad ſucce-
13 dendum, ſicut damnatus in metallum,& dicit*Bar.in.l.legatum.ff.de cap.dimi.*quod fratres minores non poſſunt in proprio, vel in communi tamen legata eis pro ali-
14 mentis poſſunt capere, quia potius in facto, quam in iure conſiſtunt. Sed cum iſti pro nulla re temporali in iudicio eſſe poſſunt,quis petit (inquit)iſtud legatum, dixi in libello minoricarum, legatum tamen in annos ſingulos, ſeu legatum an-

nuum

nium habere non poſſunt, quia aliquid
16 proprietatis habet. *Abb.* tamen in *conſilio*
46. tenet quod frater minor eſt capax
annui legati pro expenſis ſtudij, & quod
pro alimentis poſſint capere, tenet *Bart.*
in lege ſeruos ad cuſtodiam, ff. de alim. &
17 *cibi lega. Bal in lege prima. ff. de his qui*
ad liber. prouen. Imol. et Lud. in. l. ſicum.
§. ſtipulatio. in principio. ff. de verb. obli.
ga. Imo non videtur frater minor capax
alicuius acquiſitionis, aut ſucceſſionis,
18 etiamſi promoueatur ad Epiſcopatum,
Archiepiſcopatum. aut alias dignitates,
vt not. in *clem. fin. de electio. in capitulo*
quorundam. eod. tit. lib. ſexto. quia digni-
tas non liberat eum à ſubſtantialibus re-
gulæ, per *gloſſ. dict. capit. quorundam.*
19 *in ver. mendicantium.* quia bona, quæ
obuenirent ipſi fratri minorum iam aſ-
ſumpto, non acquirerentur ipſi, ſed ec-
20 cleſiæ, adquam fuit aſſumptus.
Idem dicendum, ſi aſſumatur, ad Cardinala-
tum iuxta doctrinam *Bal. in authen. li-*
21 *centiam. C. de epiſcopis, & cleric.* &
idem ſi eſſet translatus ad monaſterium
capax ad habendum proprium, quale
22 eſt monaſterium monachorum, & ca-
nonicorum regularium, de quibus in *ca-*
pitul. cum ad monaſterium, de ſtat. re-
gul. vt monaſterium ſuccedat, adeo, quod
ſi ante aſſumptionem, vel translationem
prædictas fuiſſet ſibi delata hæreditas,
quam non adiuit, poſſet hodie eccleſia,
vel monaſterium adire, dummodo res
ſit integra, hoc eſt: quod non fuerit agni-
ta, per conſanguineos ſequentes in gra-
du. per *Bar. in authen. ingreſſi. C. de ſac.*
ſan. eccle. per *Bal. in l. Deo nobis. C. de epi-*
ſcopis, et cle. quia aſſumptio non liberat eũ
23 à voto, vel continentia paupertatis, per
glo. cap. tertio. 16. q. 1. nec ab habitu, ſiue
profeſſione. *16. q. fi. cap. noua actio*, quali-
ter hodie tempeſtate noſtra videmus Il-
luſtriſſimum, & Reuerendiſſimum D. Cle-
mentem Dolera Monelianum S. R. E.
Cardinalem ſub titulo Sanctæ Mariæ in
Aracæli nuncupatum patriæ meæ ſplen-
dorem, & patronum meum, incedere in
habitu, & colore ſuæ Religionis fratrum
Minorum, de quorum gremio ob præ-
claras eius virtutes fuit ad apicem Car-
dinalatus tempore felicis record. Pauli
Quarti aſſumptus, & promotus, & Illu-
ſtriſſimum, & Reuerendiſsimum D. Mi-
chaelem Chiſilerium, tunc vulgo dictum
Cardinalem Alexandrinum, nunc verò
Papam Pium Quintum ad Apoſtolatus
apicem verè diuina non humana proui-
dentia, pro bono totius mundi regimine
aſſumptum, retinuiſſe habitum ſuæ reli-
gionis fratrum Prædicatorum: niſi ta-
men ad acquirendum, vel ſuccedendum
24 fuerit capax frater minor ſic aſſumptus
ex priuilegio Apoſtolico, Cuius tenor, &
verba tunc eſſent attendenda. cap. porro.
de priuileg. & cap. recepimus. qualiter aſ-
ſumptis, & promotis ad Cardinalatum
euenire puto, quia tunc ſecundum eorum
tenorem eſſet iudicandum. *capitul. cum et*
plantare, et cap. petitis de priuileg. et cap.
accepimus de fid. inſtrumen. & ſi eis pri-
uilegium daret, quod ſibi poſſet acquire-
re, vel alijs ſuccedere, tunc de eo dicendũ
erit, ſeruata forma ſui priuilegij, quod di-
cemus infra in fructibus beneficiorum,
& alijs rebus pro clerico ſæculari ſuo lo-
co, quamuis regulariter, ſi ex priuilegio
poſſent acquirere, vel poſſidere, ſuccede-
ret eis Monaſterium, ſicut ſuccedit Reli-
gioſis non mendicantibus, in quibus eſt
25 eadem ratio; ergo idem ius venit ſtatuen
26 dum, *l. ſi ſocer. ff ſolut. matrimon. et de*
damno infe. l. hoc amplius; quia bene po-
27 teſt diſpenſari frater minor ad ſucceden-
dum, vt per *Socin. in l. ſi cognatus. de reb.*
dub. columna quarta. §. sexta concluſio,
verſiculo ex quo infertur; vbi videtur di-
cere, quod capax factus ad ſucceden-
dum ex diſpenſatione Papæ, videtur ca-
pax, tam ex teſtamento, quam ab inteſta-
to; vndè cum nihil ſibi acquirat, aut ac-
quirere poſſit regulariter frater minor,
nec per viam beneficiorum, vel dignita-
tum per eum adeptarum, aut per viam
ſucceſſionis, nihil eſt, quod dicamus; aut
quæramus de illius ſucceſſione; quia qui
28 nihil poteſt acquirere, nihil poteſt relin-
quere, & qui nihil habet, nihil dare poteſt
capitulo Dasbertum. prima quaſtione ſep-
tima; quia in bonis eius patrimonialibus
quæ ingrediens ad religionem relinquit
mundo ſuccedunt ei conſanguinei, qui ei
ſuccederent, ſi nunquam eſſet religionem
ingreſſus, *dicto capit. exit. qui ſeminat. et*
authen. ingreſſi. et extrauagant. Ioann Vi-
geſimi ſecundi ad conditorem. de verb. ſi-
gnific. vbi renunciatur reſeruationi iuris
quam fecerat Nicolaus Papa Quartus in
bonis oblatis, aut qualitercunque ipſis
fratribus Minoribus obuenientibus in
fauorem Romanæ Eccleſiæ, vt per *Ga-*
ſpar. de Calderar. in capitulo in præſen-
tia. de probationib. & ſuccedunt eis con-
ſanguinei ſtatim facta profeſſione; non
autem expectata morte naturali, per not
capit. beneficium. de regul. iuris in sexto

R   & di-

& dicit *Bal in authen. ſi qua mulier. C. de Sac. San. Eccl.* quod regula fratrum
minorum eſt prohibita gloſſari, quia ſicut
prolata, ſic fideliter exponatur ad lite-
ram, & ſuper ipſam gloſſæ non fiant, niſi
29 forte per quas verbum, ſenſus, ſeu con-
ſtructio grammaticaliter ad litteram in-
telligibilius exponatur, ſed circa materiã
hereditatum, legatorum, ſeu relictorum
eſt aduertendum, & notandum, quod licet
fratres minores non ſint capaces hæredi-
30 tatum, & relictorum in teſtamentis, vt pa
tet in *Clementina exiui §. cum igitur. de
verbor ſignif.* & per *Bar. in l. nequaquam,
§. ſi. ff. proconſul. & in l. prima. col. quarta.
de legat. primo* attamen relicta exigũtur,
& eis conſulitur duobus modis ſecũdum
Doctores.

Nam primo eis ſubuenitur officio iudicis,
poteſt namque iudex ex ſuo officio mero
31 nomine, etiam ad hoc agente, compelle-
re hæredem, vel illum, qui ad hoc tenetur
ex teſtamento, vel alias, quatenus relicta
monaſterio, vel fratribus minoribus ad-
impleant, & exoluant, per *Specul. in tit. de
inſtrum. edit. §. nunc verò aliqua, & Bar.
in d. l. nequaquam, & per Io. Andr. in cap.
ſi hæredes de teſtam. et Bal in l. nulli. C. de
Epiſcopis, et Cleric* & de hoc poteſt aſſi-
gnari duplex ratio, quia intereſt reipu-
blicæ, ne quis re ſua male vtatur. *§. ſed
hoc tempore. inſtit. de his qui ſunt ſui.* & ſi
commodo rei priuatæ prouidetur. *l. ſi
quis C. de præſcriptio.* fortius circa volun-
32 tates defunctorum prouidendum eſt, per
*Barba in rub. de teſtam. et gloſ. in l. Iulia-
nus ff de actio. empt.* facit etiam quia ani-
ma cunctis rebus de mundo eſt præferẽ-
da. *Sancimus C. de Sacr. Sanct. Eccl.* alia
ratio eſt, quia ſi ita cautum non eſſet, ac-
cideret nonnunquam quod pium propo-
ſitum defunctorum improba fraudantiũ
calliditate cælaretur d. *l. nulli. C. de Epi-
33 ſcopis, et Cler.* & quia magna eſt pietas
voluntatem illius adimpleri, qui nec ſe
iuuare nec iam loqui poteſt, idcirco vo-
luntati defunctorum ita conſultum iri op-
portet, & hæc quoad primum modum, &
primum remedium, quo fratribus mino-
ribus, & alijs pauperibus non valenti-
bus agere in iudicio ſubuentum eſt offi-
cio iudicis.

Alio modo, & alio remedio dictis fratribus
minoribus ſubuenitur, quia ad talia lega-
34 ta, ſiue relicta fratribus minoribus cuili-
bet de populo competit actio, & quilibet
de populo poteſt agere, vt legata, & reli-
cta ad pias cauſas, puta monaſterio, ho-
ſpitali, fratribus, pauperibus, & ſimilibus
adimpleantur, & ſoluantur, per ipſum qui
grauatus eſt à teſtatore, vel qui alias, ad
hoc tenetur in *auth. de eccl. tit. § ſi autem.
colla. nona. tenet Lud Rom in auth. ſimili-
ter. C. ad l. falc.* & fuit dictum *Angel. de
Peruſ. in d. § ſin autem.* tenet *Bar. in l. ne-
quaquam*, quæ allegat. *l. hæreditas. ff. de pe-
tit. hær. fac. l. nulli C. de Epiſc. et Cler. in
fin.* refert *author compendij priuilegiorũ
fratrum minorum in ver. hæreditas.*

Sed iſta habent locum, & intelliguntur in
fratribus minoribus; qui ſunt, & appel-
36 lantur de obſeruantia, non autem habent
intelligi de fratribus minoribus qui ap-
pellantur conuentuales, qui ſe in huiuſ-
37 modi habent diuerſo modo, quia conceſ-
ſione Clementis quinti poſſunt liberè
ſuccedere in bonis temporalibus, in qui-
bus ſuccederent, ſi in ſeculo exiſterent, ac
bonorum ipſorum poſſeſſionem appre-
hendere, & vendere libere bona ipſa, eo-
rumque precia in vtilitatem ſuam con-
uertere, prout præfectis ordini melius vi-
ſum fuerit expedire, Item idem fuit eis
pari modo conceſsum, per Sixtum quar-
tum per quaſdam ſub pridie Kal. Septẽ-
bris incipien. Vniuerſalis eccleſiæ. Mare
magnum nuncupatum, & Leonem deci-
mum, per alias ſuper electione magiſtri
generalis eiuſdem ordinis, vniuerſalique
vnione, & concordia inter fratres dicti
ordinis minorum de obſeruantia, & con-
uentualium, ſub pridie Idus Iunij datas
eorum Pontificatus anno quarto, & quin-
to reſpectiue deſuper confectas ſub plum-
bo litteras, & per literas Pauli tertij ſub
datum Romæ Die 27. Octobris. 1540.
Pontificatus ſui anno ſexto, ſub anulo
Piſcatoris expeditas, directas Dilectis fi-
lijs generali, ac Prouincialibus magiſtris
vniuerſiſq; fratribus ordinis minor. Con-
uentualium nuncupatorum. Paulus Pa-
pa III. Dilecti filij ſalutem &c. Quorum
Tenor inſeritur in fine præſentis quæ-
ſtionis, vnde Conuentuales habere bona,
ſuccedere in hæreditate, vendere, & in
ſuos vſus conuertere poſſunt, per priui-
legia, & reſcripta, ſeù conceſſiones parti-
culares, & ſpeciales &c.

Sed hoc non eſt ſimpliciter verum in om-
nibus fratribus minoribus conuentua-
38 libus, quia ſi aliquis frater minor de ob-
ſeruantia, tranſeat ad conuentuales, non
habet, nec habere poteſt iſta priuilegia.
quia Alex. ſextus decreuit, quod nullus
profeſſor ordinis minorum de obſeruan-
tia, ſallum agrediatur, & ad conuentuales
eiuſ-

eiuſdem ordinis tranſeat, poſſit ſuccedere parentibus, propinquis, aut affinibus ſuis quouiſmodo, nec aliquo indulto prędictis fratribus Conuentualibus ad hoc conceſſo gaudere valeat, nec etiam conuentus aliquis occaſione fratris ſic egredientis, ius aliquod in hæreditate, vel quauis alia ſucceſſione propinquorum acquirere, & conſequi poſſit, &c. & idem *Alex.* iterum decreuit, & prohibuit, ne fratres obſeruantes tranſeuntes ad conuentuales, ſuccedere propinquis valeant vllo modo, prout habetur in authentico, ad literam refert idem author in *d. compend. d. ver. hæreditas,* vbi vide.

De fratribus Prædicatoribus per *Hoſtien. in*
39 *capitul. in præſentia de probat. Feder. de Sen. in conſ. 12. in ea. fratres prædicatores.* tenetur quod ſint incapaces, nedum ad retinendum, ſed etiam ad acquirendum, & ſecundum conſtitutiones iuratas, & à Sede Apoſtolica confirmatas, Fratres Prædicatores ſunt mendicantes *capitulo vnico de relig. dom.* quia ſubdit ipſe *Feder.* ibi, quod ſi ſit eis relictum annuum ad longum tempus quod non valeat; quia per indirectum videtur ſublata incerta
40 mendicitas, & idem eſſet in effectu, prout etiam tenet *Bald. in authen. ſi qua mulier. C. de ſac. ſan. eccl. tertia col.* qui dicit quod
41 ſibi videtur, quod hoc acquirere, & mendicare implicat contradictionem, ſed ſubdit ibi, quod eſt ſeruanda conſuetudo, quæ habet quod poſſint acquirere, non vt retineant, ſed vt vendant; quia forma profeſſionis fratrum Prædicatorum eſt, vt ſubſcribitur videlicet, ego N. facio pro-
42 feſſionem, & promitto obedientiã Deo, & Beatæ Mariæ, & Beato Dominico, & tibi Patri Magiſtro Fratrum Prædicatorum, & ſucceſſoribus tuis ſecundum regulam Beati Auguſtini, & inſtitutiones Fratrum Prædicatorum, quod ero obediens tibi, tuiſque ſucceſſoribus vſque ad mortem; & ſecundum regulam Beati Augu-
43 ſtini, Fratres Prædicatores poſſunt acquirere, & habere bona ſaltem in communi; quia regula Beati Auguſtini habet proprium in communi, 12. *quæſtione prima non dicatis*; vnde ſecundum regulam de eis iudicare deberemus, ſicuti de fratribus non mendicantibus, vel ita ſaltim reſpectu communis, eſſet aliqua habenda conſideratio de illorum ſucceſſione, quia poſſunt ſuccedere, & acquirere, non vt bona, & hæreditates retineant, ſed vt vendant, per communiter ſcriben. *in dicto capitulo vnico,* & per *Specul. in titul. de ſtatu mo-*
monac. §. primo. verſ. 3. & verſ. 4. ſequitur *Gaſpar Calder. q. 46. de teſtam.* vbi dicit, quod id tenent omnes doctores, ſubdens
44 ibi quod vſus precij ſtat cum mendicita-
45 te, ſed vſus prædij non; quia per vſum precij conſumitur ipſum precium, prædium verò non; & ſic habere precium
46 poſſeſſionum, ſtat cum ipſa mendicitate, cum eſſe non dicatur quod non durat, *de pænit. diſt. prima. diuortium, & de verb. ſignif.* nam & ego hodie tamen ipſi fratres Prædicatores, ex priuilegio Sixti quarti ſub dat. apud Sanctum Petrum anno Incarnat. 1475. Calen. Iulij. Ann. Pontific. quarto, bona ſtabilia in communi poſſidere, & retinere poſſunt perpetuo, non enim ex hoc deſinunt eſſe mendicantes; vt per ſcriben. & maxime *Domin. & Franc. in capitulo primo de religion. dom. libro ſexto,* [illegible]

Vnde ſi tenemus prout tenendum eſt, quod ipſi Fratres Prædicatores poſſint capere bona, & vendere in illis, quæ ipſi acquirent, ſuccedet eis monaſterium, non autem conſanguinei venientes ab inteſtato; quia iura indiſtincte dicunt, quod monaſterium
47 ſuccedit profeſſo, ſiue in bonis, quæ habeat in tempore ingreſſus, ſiue poſtea obuenientibus, 12. *quæſt. 2. nolo. & cap. non dicatis 19. quæſt. 3.* [illegible] *quia ingredientibus. in authen. ſi qua mulier C. de ſac. ſan. eccl. authen. ingreſſi. et de proba. cap. in præſentia.* quia iſta permiſſio extenditur ad quolibet monaſterium niſi prohibitum reperiatur, *cap. ſtatutum de electio. lib. ſexto,* conſulit *Gaſpar Calder. in conſ. ſuo 46. de teſtam. incip. an bona ingreſſi,* & ad ipſa bona obuenta, vel acquiſita conſequendum non habent actionem, nec poſſent intentare rei vendicationem, ſed bene
48 ne poſſunt implorare officium iudicis, vt dicit *Nicol. de Vbal. in ſuo* quem conſcripſit *tractat. de ſucceſſ. Cler. ab inteſtat. §. reſtat.* ſecundum *Gaſpar. Calder. præallegato conſil.* ſed *Gaſpar* id non dicit, quia ad hoc ego legi totum conſilium, & ſi promouerentur ad Epiſcopatus, Archiepiſcopatus, vel alia beneficia Eccleſiaſti-
49 ca, & ex eorum fructibus, vel ex negociationibus interdictis Clericis facerent acquiſitionem, dic de eis in iſto caſum, prout dicimus infra de Clerico ſeculari; ſed Clemens Quartus conceſſit Fratribus ordinis Prædicatorum, & Minorum, quod poſſint liberè ſuccedere in bonis temporalibus, in quibus ſuccederent, ſi in ſeculo exiſterent, ac bonorum ipſorum poſſeſſionem apprehendere, &

R 2 ven-

vendere libere bona ipſa, eorumque pre-
cium, vel bona in eorum vtilitatem con-
uertere, prout prælatis dictorum ordi-
num melius viſum fuerit expedire, præ-
allegato compendio d. loco in princi-
pio.

De fratribus heremitanis, non eſt aliquod
dubium, quia licet ipſi ſint de mendican-
tibus, tamen ex priuilegio eiſdem con-
51 ceſſo, per Alex. Quartum poſſunt in cō-
muni, & acquirere, & retinere, quæcun-
que bona mobilia aut immobilia, quæ
potuiſſent acquirere, & retinere, ſi remā-
ſiſſent in ſeculo, exceptis bonis feudali-
52 bus, ſed in particulari nihil acquirunt,
vel retinent, & ſi conſuetudo aliqua ha-
beat, vt acquirant, vel retineant penes
ſe particulariter, bona, vel bonorum ad-
miniſtrationem ſibi relictorum, per con-
ſanguineos, vel alios, vel prouenientium
ex ſua induſtria, aut artificio, licet etiam
talis conſuetudo ſit communiter vbique
obſeruata, non tamen eſt dicendum, quod
valeat, quia eſt irrationabilis, merito non
toleranda, ſed extirpanda *octaua diſt. mo-
la. & capitulo ſeq;* & hæc conſuetudo eſt
irrationabilis quia obuiat Canonicis in-
53 ſtitutionibus. 11 *diſt. capitul.* 2. quia Ca-
nones mandant quibuſcunque profeſſis,
54 vt ſeruent regulam, vel Beati Auguſtini,
vel Beati Benedicti, vel aliam, quæ tria
ſubſtantialia profitentur, & contrariam
conſuetudinem deteſtantur; quia preci-
piunt illa omnino ſeruari, & Prælatis in
hoc prohibetur diſpenſatio. *cap. cum ad
monaſterium de ſtat. regul.* quia contra
Canones præceptiuos, vel prohibitiuos
non valet conſuetudo, *4. diſt. §. hæc, &
alias.* vt per *Gaſpar. Cald. in conſ. primo*
55 *incip. an ſit licitum de regular. de ſtatu re-
gular.* vbi dicit quod talis cōſuetudo ob-
uiaret obedientiæ, & ſic alteri de ſubſtā-
tialibus regulæ, item iuri naturali quod in
lege, & in euangelio continetur, item in-
ducit peccatum mortale, vt ibi per eum,
quod conſilium fecit, in caſum, an ſit lici-
tum fratribus heremitanis Sancti Augu-
ſtini retinere penes ſe adminiſtrationem
bonorum ſibi relictorum, vel ſua indu-
ſtria, aut artificio prouenientium, ſta-
te de hoc conſuetudine communiter ap-
probata.

Simile priuilegium eſt credendum quod ha-
beant, & fratres Carmelitæ, alioquin eſt
56 iudicandum de illis, prout de cæteris me-
dicantibus, ſecundum ius commune.
& de his omnibus idem videtur dicen-
dum, prout diximus de prædicatoribus,
quia ſi ex priuilegio poſſunt acquirere,
ſuccedit eis in acquiſitis etiam, & mona-
ſterium, ſicut religioſis non mendican-
tibus, quia eadem eſt ratio; ſi verò ha-
buerint beneficia, vel ſeſe exercuerint in
induſtrijs, ac negociationibus nō permiſ-
ſis dic de eis prout infra de Clericis ſecu-
laribus, quandoquidem conſtitutiones in
materia ſpoliorum editæ, in ſua generali-
tate comprehendunt omnes ordines etiā
mendicantes.

Alij verò Clerici regulares non mendican-
tes, monachi, & omnes Canonici regu-
lares, non poſſunt habere, & acquirere
ſibi bona in particulari, quia eſt vnum
prohibitum in ſubſtantialibus regulæ, in
57 quo Papa non diſpenſat not. *in capitulo
cum ad monaſteria & capitulo quod Dei
timorem, de ſtatu reg.* & ſi Canonicus
regularis aliquid proprium tenet in vita,
& illud in morte non reſignat monaſte-
rio, tanquam excommunicatus exhuma-
tur *cap. 4. de ſtat. monach.*

In communi verò bene poſſunt acquirere,
& habere bona, iuxta illud Beati Augu-
58 ſtini in *capit. non dicatis, 12. quæſtion. 1.
auth ingreſſi, & authen. ſi qua mulier. C.*
59 *de Sacr. Sanct. Eccl.* In bonis verò feu-
dalibus non poſſunt, nec habere ſucceſſio-
nem, nec facere acquiſitionem, quia in il-
lis religioſi non ſuccedunt, per *tex. in ca-
pitul. ſi Clericus. ſi de feud. fuerit contro-
uerſia in uſib. feud.* Item non ſuccedunt,
nec acquirunt alia bona, quæ de ſui natu-
ra non poſſunt pertinere, niſi ad heredes
ſanguinis, vti Regnum, Ducatus, Mar-
chionatus, vel ſimilia, in iſtis non ſucce-
60 dit Monaſterium, quia remanent generi
in ſanguine *Spec. in tit. de ſtat. Monac. §.
primo. verſ. 12.* dicit ita ſeruari de facto.
Si verò bona ſint, quæ poſſint teneri ex-
tra ius ſanguinis, tunc monaſterium ſuc-
cederet, per *Cyn. d. authen. ingreſſi. per Io.
And. & alios in cap. in præſentia de probat.*
61 Monachi verò albi Sancti Benedicti, ha-
bent in prouincia Calabriæ vnum feudū,
in caſtro vulgo dicto, lo citraro, vbi per
Iudices, ſeù Gubernatores, per eos depu-
tatos, exercent iuriſdictionem, & credo
etiam ſanguinis, ſed credo, quod id eis
ſibi indultum ſit, vel conceſſum à ſede
Apoſtolica. & in *d. capit. in præſentia. de
probat. Io. Andrea* inter alia diſputat. an
monachus ſtipulatus pro ſe, & filijs rem
emphyteuticam ante ingreſſum mona-
ſterij, cum quis poſt profeſſionem emiſſam
res reuertatur ad dominum, an remaneat
ad monaſterium, pro quo vide *Specul. in*
tit.

tit. de hered. §. nunc aliqua. verſ. 116. vbi te-
net, quòd non remaneat ad monaſterium,
ſtante maximè quod hodie apponitur pa-
ctum, quòd non transferatur in potentio-
rem, vel in cauſam duriorem per *Bar. in*
d. authen. ingreſſi. Imo in tantum acquiri-
tur per monachum in communi, & Mo-
naſterio, quòd hæreditas delata monacho
nolenti illam adire, eo inuito aditur per
62 monaſterium per latè diſputata, & addu-
cta per *Socein. in l. heredes. ff. de vulgar. &*
pupil. verſ. circa tertium. & verſic. circa
primum. per totum; quia monaſterium, vt
inquit ibi, acquirit mediante perſona mo-
nachi, ſequitur *Nicol. de V bal. in tract. de*
ſucceſſ. cle. ic. ab inteſt. verſic. ſecundo fal-
lit. vbi dicit, quod licet de hoc ſint diuer-
ſæ opiniones, communiter tamen opinio
eſt, quod monaſterium poſſit adire inſcio
& inuito monacho, vide *Bar. in l. ciuibus*
in fin. ff. de reb. dub. vbi dicit quòd in his,
qui ſunt regulares, & non poſſunt habere
proprium, quicquid legatur, vel quicquid
eis acquiritur, eccleſiæ acquiritur, vt ibi
per eum, immo ſecundum *Dom. Nicol. de*
V bald. d. loco, ſi delata ſit hæreditas ſuo-
63 rum aſcendetium monacho, & ea non
adita, nec repudiata moritur, illam tranſ-
mittit ad monaſterium ex beneficio ſcili-
cet, *l. vnica. C. de his, qui ante apertas ta-*
bulas; quia monaſterium, quoad hoc loco
64 filij habetur; & idem eſt dicendum, quod
fortius, videtur in hæreditate extraneorũ,
ſecundum *Io. de Imol. d. l. prima. & Abb.*
in d. cap. in præſentia. Item fallit ſecundo,
quia Ciſtercienſes non poſſunt poſſidere
villas fidelitates hominum, iuſtitiarios,
65 tributarios, eccleſias, & altaria, & ſi ac-
quiſierint illas debent vendere, vel ea cũ
alijs bonis commutare, aut ſi nõn poſſunt
aliter alienare, faciant eũ eis eleemoſynã
aut abijciant, *de ſtat. monac. per tex. ibi*
66 *glo. & Doctor. in cap. recolentes.* Conuerſi
etiam ſi ipſi non renunciant ſæculo, nec
profitentur aliquam religionem, acquirũt
ſibi, & ſuccedunt conſanguineis, perinde,
ac ſi non eſſent oblati; ſi verò renunciãt
ſæculo, & profiteantur aliquam religionẽ
approbatam, ſi monaſteria ſunt capacia
ad acquirendum, qualia diximus ſupra
omnia monaſteria præterquam fratrum
minorum, quæ ſunt omninò incapacia, &
arctiſſima degunt paupertate, ipſa mona-
67 ſteria ſuccedent in hæreditatibus, & bo-
nis ſuis conuerſis delatis, ad notata per
glo. & Doctor. cap. vt lex continentia 27. q.
1. per Bal. in l. generaliter. C. de Sacroſan.
vel auth. ingreſſi. C. eo. per Io. de Imol. in

cap. 2. de teſtam.

Heremitæ etiam poſſunt ſibi acquirere,
68 quia poſſunt ſuccedere in hæreditatibus
ſuorum conſanguineorum; ac in bonis
etiam ſibi quomodolibet delatis, & obla-
tis, ſicut meri laici, & hoc verum, niſi pro-
fiteantur aliquam regulam approbatam;
quia ſi profiteantur, ſuccedit regulã ſine
monaſterium, ſi ſit capax, notatur 19. q. 3.
§. ot. de fid. inſtrum. cum Ioannes.

De monialibus verò dico, quod aut profi-
tentur regulam Beati Benedicti aut Bea-
ti Auguſtini, vel aliam regulam, quę po-
teſt habere proprium, & acquirere, & de
eis tunc dicendum eſt, prout diximus de
maſculis religioſis, ad nota. in *cap. unico,*
de relig. domib. in Clem. & *profeſſores de*
regular. in capitulo generali, de elec. lib. 6.
69 Aut profitentur regulam mendicãtium,
quas vulgus appellat ſorores, licet iſta
vocabula ſint ſinonima, dicit *Io. And. in*
cap. cauſam, de elect. & in hoc eſt maius
dubium, nam dicit *Gulielmus de monte*
Laud. in clem. 3. profeſſores; quod omnes
ordines mulierum ſunt in ſtatu non men-
dicantium, & ita refert, & ſequitur ibi
Dom. Floren. octaua quæſtione, ſep. Abb.
dicit, quod ſorores Prædicatorũ, & mino-
rum ſunt mendicantes, per *textũ capitulo*
periculoſo, §. ſane, de ſtatu regul. & licet
habeant priuilegium, vt poſſint habere
proprium, quod dicit ſe vidiſſe & legiſſe,
tamen per illud priuilegium non tollun-
tur alia, quæ requiruntur in ordine men-
dicantium, & propterea ſorores Prædi-
catorum, & ſanctæ Claræ comprehendũ-
tur diſpoſitione, *capitulo non ſolum, de re-*
gular. lib 6. & ita dicit ſe de facto conſu-
luiſſe, videtur ſentire *Io. And. in dict. clem.*
vt profeſſores, vt per ſup. allegat. Tamen
ex quo habent priuilegium, vt poſſint ha-
bere poſſeſſiones, & alia bona in commu-
ni, habet locum in iſtis mulieribus illud,
quod dictum fuit de fratribus non men-
dicantibus, ſiue profiteantur regulã men-
dicantium, ſiue non mendicantium, per
rationem in dicto *cap. periculoſo, in princ.*
ne ſcilicet occaſione quæſtus habeant va-
gari, quam vagationem iura abhorrue-
runt in mulieribus religioſis maximè, &
etiam in mulieribus ſecularibus, vt in *ca-*
pitulo mulieres, de iud. libro ſexto, merito
attento priuilegio poſſunt ſuccedere, &
acquirere;

Clericis regularibus non mendicantibus
ſuccediitur hoc modo, videlicet, ſi mona-
chus non ſit tacite, vel expreſſe profeſſus,
& decedat in monaſterio ab inteſtato, & ſucce-

Digitized by Google

ſuccedunt conſanguinei, vel venientes ab
70 inteſtato in monaſterio eſt tex. *in capit.*
cum ſimus, de regular. & cap. beneficium,
qo. tit lib. 6. per Bal. in authen. ingreſſi. Id
quod procedit ſi ſimpliciter ſit ingreſſus:
Item ſi ſe obtulit non facta mentione de
bonis: Item ſi ſe obtulit cum bonis, vel
ſe, & bona obtulit, quia videtur ſe
71 obtuliſſe, & feciſſe omnia ſub iſta tacita
conditione, ſi ſequatur profeſſio, & non
aliter; fallit tamen hoc, ſi antequam in-
greſſus eſſet, longe ante bona ſua mona-
ſterio obtuliſſet; quia tunc bona rema-
nent monaſterio, & monaſterium ſucce-
dit, non autem conſanguinei; quia in du-
bio videtur obtuliſſe non contemplatione
ingreſſus, ſed monaſterij, quo caſu bona
non recuperat.

Secundo fallit, ſi conſtat, quod ingrediens
voluit mutare vitam, vt *d. cap. beneficium,*
quia tunc pari modo ſuccedit illi mona-
ſterium, non conſanguinei.

Tertio fallit, ſi ingrediens obtulit expreſſe
bona monaſterio tempore ingreſſionis,
declarans velle illius eſſe; quia tunc pari
modo ei non ſuccedunt conſanguinei ſe-
cus ſi intendebat, quod bona venirent
monaſterio conſequutiue, id eſt, quod ip-
ſo ingreſſo & profeſſo bona item ad mo-
naſterium venirent, prout eſt veriſimile,
quia tunc monaſterium non capit bona,
niſi emiſſa, & ſequuta profeſſione, ad not.
in authen. ingreſſi, & cap. cum ſimus praeal-
legatis.

Quarto fallit, niſi monachus fuiſſet intruſus
coactus per delictum in monaſterium, vt
per *Specul. in tit. de ſtat. monach. §. 1. verſ.*
ad praemiſſorum.

Quinto limitatur regula, vt ſi non tota ſub-
ſtantia, quae ſpectabat ad ingredientem
nondum profeſſum perueniet ad mona-
ſterium, tamen perueniat tantum, quantū
poſſunt eſſe alimenta, pro tempore quo
permanſit in monaſterio, quia non de-
buit eſſe oneroſus domui *16. q. 6. de lapſis,*
& qui ſentit onus, & commodum quo-
que ſentire debet, *reg. qui ſentit, de regul.*
iur. in 6. per Pet. de Anchar. in cap. benefi-
cium, de regul. in 6. licet caſus in quo ipſe
loquitur, ſit non de nouitio mortuo in
monaſterio, ſed de exeunte monaſterium,
& communis opinio eſt Doctorum ibi,
quod monaſterium nihil capiat.

Si verò monachus ſit profeſſus, vel tacite,
vel expreſſe, ita quod conſtet eum voluiſſe
72 ſe vitam mutare, ſi habet filios, & dece-
dat ab inteſtato, bona perueniunt ad mo-
naſterium, ſola legitima filiis remanente,
authen. ſi qua mulier, C. de Sacroſanct. ec-
cleſ. quae eſt canonica. 19. q. vltima. ſi qua
mulier. & ſi filij non ſint legitimi, ſed ſpu-
rij, & naturales authen. in eis non habet
locum ſecundum *Specul. in tit. de ſtat. mo-*
nach. verſ. 53. Bar. in d. auth. vlt. [illegible]

Item ipſa legitima reſeruatur etiam paren-
tibus ſicuti filijs, ſi eos profeſſus habeat,
73 per rationem *l. [illegible] & ſi parentibus, ff.*
de inoff. teſtam. Specul. in tit. de ſtat. mo-
nach. §. primo. verſ. 54. videtur tenere
quod hic, in *verſ. vero ad praemiſſorum,* qui
eſt in fine illius §. videtur concludere,
quod monaſterium ſuccedat in vniuerſo,
& ita tenet *gl.* prout *Ant. in d. authen. ſi*
quis mulier, quae opinio non placet *Nicol.*
de Vbald. in tract. de ſucceſſ. ab inteſt. a cler.
verſ. ſecunda concluſio in fine. quia dicit,
quod eſt opinio minus rigoroſa, vnde di-
cit quod ſi parentes non habent vnde ſe
alant, quod apud eos debet aliquid rema-
nere pro alimentis, ad quae filius ſibi te-
netur ratione naturali *l. ſi quis à liberis,*
ff. de lib. agnoſc. §. parens, & in authen. de
inceſt. nuptijs §. ſi vero. & legitima quae de-
betur filijs per patrem profeſſum, videtur
debita ſtatim emiſſa profeſſione, non ali-
74 ter expectata morte naturali patris, per
tex. in cap. cum ſimus, de regul. praeallegat.
quem caſum dicit ſingularem *Bal. in d.*
authen. ſi qua mulier, & id tenet communi-
ter omnes Canoniſtae, ut teſtatur idem *Nic.*
Vbald. d. loco.

Et in materia, ſi monachus receſſit à mona-
ſterio illicite, & illicentiatus, vt vocatur
75 apoſtata, quod tunc bona acquiſita mo-
naſterio non recuperat, *dicit gloſſ. in capit.*
quod à te, de cler. coniug. in verſ. [illegible] ibi
aliud eſt cum quis ſua ſponte receſſit, &
tunc nihilominus, immo quicquid in-
terim magis diu in apoſtatando acquiſiuit,
76 monaſterio acquirit, *18. q. 2. ſi abbates.* &
17. q. 4. ſi quis [illegible] ſed intellige hoc di-
77 ſtincte videlicet, quod monaſterium de-
bet illum vagantem requirere, quia ſi id
facere neglig[illegible] quicquid acquiſiuit [illegible]
78 erit monaſterij, & pari modo non reſtitue-
tur, ſi recepit à monaſterio, & aliquo
licentia ingrediatur aliud monaſterium,
quia cum non teneat ingreſſus ſecundi, bo-
na non poterunt auferri à primo.

Si verò monachus licite tranſit de vno
monaſterio ad aliud, & tunc bona acqui-
ſita ante ingreſſum primi monaſterij, vel
79 tempore ipſius ingreſſus, ſi in ipſo monaſte-
rio ſint collata, non tunc [illegible] ingreſ-
ſus, ſed ex alia cauſa, puta ex deuotione,
quam habuit erga monaſterium, quod re-
ma-

maneant monaſterio *Lap.allegat.*62. Se-
cus ſi contemplatione ingreſſus; quia eo
exeunte monaſterium, perſonam eius ſe-
quuntur, *not. in cap. beneficium. de reg.* di-
cit *glo. d. cap. quod autem de cler. coniuga.*
80 ibi propter hoc dicunt quidam, quod om
nis donatio facta eccleſiæ, vel monaſte-
rio tempore ingreſſus, tacitam habet con
ditionem, vt duret eo ibidem perſeueran-
te, ad inſtar dotis *l. vnica, C. de vxor. actio.*
Et idem inquit in monacho, vt illa tranſ-
ferat ſecũ in ſecundo monaſterio ad quod
tranſit, quam pro hac materia vide ſi bo-
na ſint acquiſita poſt ingreſſum monaſte-
rij, & antequam exeat, & ea remanent
monaſterio in quo illa acquiſiuit, 18. *q.* 1.
ſtatutum, & hoc verum ſi bona ſint acqui
ſita effectualiter, vt quia hæreditas delata
monacho in primo monaſterio exiſtenti,
ſit adita per monaſterium, ſecus ſi non
fuiſſet adita, quia illam poſſet ſecundum
monaſterium adire. *d. cap. ſtatutum.* not. in
l. Deo nobis. C. de epiſcop. et cler. Bona verò
acquiſita poſt tranſlationem ſine dubio
videtur dicendum, quod ſint acquiſita ſe-
cundo monaſterio cum à primo ſit abſo-
lutus 21. *q.* 5. *ſi quis autem de monachis. §.*
ſi vero.

Sed cuiuſuis generis, vel ordinis fuerint cle-
rici regulares, ſi acquiſita ex fructibus be
neficiorum, vel ex illicitis negociationi-
81 bus relinquerint, in taliter acquiſitis vti
ſuccederet eccl. *ca. præſenti, de offic. ordin.*
ita ſuccedit illis Camera Apoſtolica, ho-
die in locum Eccleſiæ ſuffecta *Rota deciſ.*
855. quia & ipſi quoque veniunt compre-
henſi in generalitate conſtitutionum, ſeu
bullarum in materia ſpoliorum æditarũ,
in quibus comprehendnatur, & clerici re-
gulares, etiam cuiuſuis ordinis mendicã-
tium, vt videre eſt in bullis, & meo tempo
re taliter acquiſita relicta, ſemper Camer.
Apoſtolica collegit, in alijs verò bonis
aliunde prouenientibus quomodo, & per
quem ſuccedatur Monacho, vel fratribus
decedentibus, vltra prædicta habes late
per *Boer. deciſ.* 224 *incip. Chriſti benedi-
cti.* & primo; vbi concludit, quod per mo-
naſterium & Abbatem capiuntur ſpolia;
& bona Monachorum decedentium.

Dilectis Filijs Generali, ac Prouincialibus Magiſtris, Vniuerſiſque Fratribus Ordinis minorum Conuentualium nuncupatorum.

PAVLVS PAPA TERTIVS.

Dilecti Filij ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Exhibita nobis nuper pro parte veſtra petitio continebat, quod licet quamplura priuilegia, exemptiones, immunitates, libertates, gratia, & indulta vobis, & ordini veſtro per diuerſos Romanos Põtifices, & præſertim Sixtum quartum, per quaſdam ſub pridie Kalendas Septembris incipiendo Vniuerſalis Eccleſiæ Maremagnum nuncupatum, & Leonem Decimum prædeceſſores noſtros, per alias ſuper electione magiſtri Generalis eiuſdem ordinis, Vniuerſalique vnione, & concordia inter vos, & fratres dicti ordinis Minorum de obſeruantia nuncupatorum initis ſub pridie Idus Iunij datis eorum Pontificatus quarto, & quinto reſpectiue annis deſuper confectas ſub plumbo litteras bullã concordiæ nuncupatas conceſſa fuerint, & inter cætera vobis per Sedem Apoſtolicam indultum fuerit, quod in temporalibus bonis in quibus de iure ſuccederetis ſi in ſæculo maneretis, ſuccedere. Necnon legata, relicta, eleemoſynas, & quamcunque pecuniarum ſummam, aliaque bona quæ vobis in futurum relinqui, vel elargiri contingeret recipere, tenere, & habere; ac in veſtros vſus conuertere. Omnibuſque ſingulis alijs priuilegijs exemptionibus immunitatibus libertatibus gratijs, & indultis fratribus dicti ordinis minorum de obſeruantia nuncupatis, & illorum ordini prædictis quomodolibet conceſſis vti frui, & gaudere libere, & licite poſſetis, prout in ſingulis prædictis, & alijs deſuper confectis literis plenius continetur. Ipſaque priuilegia exemptiones, immunitates, & libertates gratiæ indulta, & conceſſiones in viridi ſint obſeruantia, cupitis tamen pro maiori animi veſtri ſatisfactione priuilegia, exemptiones immunitates libertates gratias indulta, & conceſſiones huiuſmodi auctoritate noſtra roborari. Quare nobis humiliter ſupplicari feciſtis, vt votis veſtris huiuſmodi annuere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur qui quorumlibet Chriſti fidelium præſertim religioſorum,

qui

qui ſalutiferos fructus in agro dominico continua eorum cultura producunt, votis quantum nobis cum Deo licet annuimus. Eaque fauoribus proſequimur, opportunis huiusmodi ſupplicationibus inclinati, omnia et ſingula priuilegia, exemptiones, immunitates, libertates, gratias, indulta, et conceſſiones huiuſmodi, et deſuper confectas litteras, quarum omnium tenores hic pro ſufficienter expreſſis habere volumus, authoritate Apoſtolica tenore præſentium approbamus, et confirmamus, ac præſentis ſcripti patrocinio communimus, decernentes ea ita tamen quod temporalia bona vobis per prædeceſſores noſtros conceſſa de ſuperioris veſtri licentia tantum in veſtros vſus particulares conuertere poſſitis inuiolabiliter obſeruari, et vobis ſuffragari debere.

Sicque per quoſcunque Iudices, & commiſſarios quacunque authoritate fungentes ſublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, iudicari, & diffiniri debere. Irritum tamẽ & in hanc ſi ſecus ſuper his à quocunque quauis authoritate ſcienter, vel ignoranter contingerit attemptari. Eaque quatenus opus ſit innouamus, & de nouo concedimus. Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis. Necnon dictorum ordinum, etiam iuramento confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus. Priuilegijs quoque indultis, & litteris Apoſtolicis quibuſuis in contrarium forſan conceſſis, vel concedendis. Quibus etiam ſi pro illorum ſufficienti derogatione de eis eorum, quæ totis tenoribus ſpecialis ſpecifica, & expreſſa, ac de verbo ad verbum mentio, ſeù quæuis alia expreſſo habenda foret. Tenores huiuſmodi pro ſufficienter expreſſis, ac de verbo ad verbum inſertis habentes, ac vice dumtaxat illis alias in ſuo robore permanſuris ſpecialiter, & expreſſe derogamus cæteriſque contrarijs quibuſcunque. Volumus etiam quod præſentium tranſumptis manu notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo alicuius perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis eadem prorſus fides adhibeatur, quæ originalibus litteris adhiberetur ſi forent exhibitę, vel oſtenſæ. Dat. Rom. apud ſanctum Petrum ſub anulo piſcatoris, die 27. Octob. M.D.XL. Pontificatus noſtri Anno ſexto.

Bloſius;

De ſucceſſ. Cler. ſecularis ab inteſtato.

5. DEueniendo ad clericos ſeculares,
dicimus, quod poſſunt acquirere
ſibi, & habere bona particularia multi-
plici modo, licet ſecundum antiqua iura,
id eis non erat permiſſum, imo videban-
1 tur excluſi ab hæreditatibus, & ſucceſ-
ſionibus quibuſcunque, quia Deuterono-
mij 18. ſcriptum eſt de eis, Non habebũt
ſacerdotes & leuitæ, & omnes, qui de ea-
dem tribu ſunt partem, & hæreditatem
cum reliquo Iſrael, quia ſacrificia Domi-
ni, & oblationes eius comedent, & nihil
aliud accipient de poſſeſſione fratrum ſuo-
rum, Dominus enim ipſe, eſt hæreditas
eorum, ſicut loquutus eſt illis: & Hiero-
nymus ad Nepotianum ſcribens, non ac-
cipio partes inter cæteras tribus, ſed
quaſi leuita, & ſacerdos viuo de decimis,
& altari ſeruiens, altaris oblatione ſuſtẽ-
tor, habens victum, & veſtitum his con-
tentus ero, & nudam crucem, nudus ſe-
quar. *duodecima quæſtione prima, Clerici, & cap. duo ſunt genera*, id quod, vt dixi
2 procedit de iure antiquo, conſiderato tẽ-
pore gratiæ in primitiua eccleſia, qua tẽ-
pore etiam, non ſolum clerici, ſed & om-
nes, qui primo crediderunt, nihil proprij
poſſidebant *cap. 4. in actibus Apoſtolorũ*,
vbi omnes, qui poſſidebant agros illos
vendebant, & pretia ante pedes Apo-
ſtolorum offerebant, *12. q. 1. videntes.* De-
inde cæperũt habere propria, *12. q. 1. cer-*
3 *te*, ibi. qui volunt aliquid proprium ha-
bere, quibus non ſufficit Deus, & eccle-
ſia, maneant vbi volunt, & vbi poſſunt,
non igitur aufero eis clericatum, &c. Fac.
c. ſicut. cap ſint manifeſte. ca. cauſ. & q. vn-
de clerici poſſunt hodie acquirere tam
ſucceſſionem aſcendentium, & deſcendẽ-
tium, quam etiam collateralium in omni-
bus, & per omnia, ſicut laici *l. ſacroſan-
cta & l. Deo nobis. C. de epiſcopis, et cler. cap. quia nos, cap. relatum el. 2. verſiculo cæterum, extra de teſtam.* vnde non valet
ſtatutum excludens clericos, vel mona-
4 chos a ſucceſſione parẽtum, agnatorum,
ſeu cognatorum, quia eſt contra liberta-
tem eccleſiaſticã, *ad not. in authen. caſſa. de epiſcopis et cler. et in l. prima, C. de ſumm. trinit. et fid. cathol. per Bal. d. l. Deo nobis.* Vnde cum bona habere poſſint, &
acquirere & poſſidere, iure optimo poſ-
ſumus de illorum ſucceſſione paſſiua tra-
ctare, & quomodo, & per quem illis ſuc-
cedi poſſit aliquid dicere.

Pro

Pro cuius rei intelligentia, credo, quòd ſint
attendendæ ſpecies bonorum, in quibus
iſti clerici ſucceſſionem, vel ſucceſſorem
relinquere poſſunt; nam vna eſt ſpecies
bonorum, quæ patrimonialia appellantur
quæ illis ex hæreditatibus, legatis, donationibus,
aut huiuſmodi largiſſime ſumpto vocabulo obueniunt;
alia ſpecies bonorum ſit, quæ ei proueniunt de fructibus
eccleſiæ, vel occaſione eccleſiæ. Tertia verò ſpecies
bonorum ſit, quæ illis proueniunt ex artificio, doctrina, officijs,
& ſeruitijs.

Et in prima ſpecie bonorum patrimonialiũ,
5 quæ acquirit clericus ex hæreditate, legato, vel donatione ſibi factis, aut bonis ſibi
ab inteſtato venientibus, videtur, quod ſuccedant clerico ſeculari deſcendentes,
aſcendentes, vel collaterales, qui ei ſint in gradu proximiores, per *tex.* qui dicit in
cap. fin. duodecima quæſtione vltima, & *cap. primo, quæſt. 3.* & *cap. quicunque*, vbi
glo. in ver. vendicabit. in authen. de eccleſ. tit. §. ſi quis Epiſcopus, col. 9. & ita intelligit
glo. per illum *tex. in capitulo primo extra de ſucceſſ. ab inteſtat. in ver. tradantur;*
quia in huiuſmodi ſucceditur clerico, prout laico ex diſpoſitione iuris ciuilis, per
tenentes primum gradum in ſucceſſione, *inſtit. de hæred. quæ ab inteſtat. §. primo, in
authen. in ſucceſſio, C. de legit. hær.* per *Bal. in conſil. 313. ſecundo volum. verſ. certum
eſt igitur.* & *per totum*, conſilium quod eſt in materia factum, an bona relicta per clericos
poſſint pertinere ad conſanguineos tam ex teſtamento, quam ab inteſtato.
Et quid de fructibus perceptis, tam ex patrimonio, quam de beneficijs eſt conſilium
Bar. Capol. conſ. 51. incip. in Chriſti
6 *nomine*, ſed de deſcendentibus intellige, dummodo ſint legitimi, & ſit ſoboles legitima;
quia concubinatus eſt magis prohibitus clericis, quam laicis; adeò quod
filij in concubinatu nati, non ſuccedunt clerico, etiam in illis duobus vncijs, in
quibus de iure ciuili ſuccedunt filij natu-
7 rales, cum eorum matre in bonis patris, *authen. de trien.* & *ſemiſ. §. conſideremus*,
per *Bal.* qui ita ſentit in *l. quique litigandi, ff. de in ius vocand.* dicens ita diſputando
tenuiſſe *Ricard. Malumbræ*, pro quo aduerte in materia, quia deſcendentes clericorum
ſimplicium in minoribus ordinibus conſtitutorum, ſiue ipſi ſint ante ipſum clericatum
procreati, ſiue poſt adeptum clericatum ex matrimonio legitimo, ſunt legitimi, poſſunt
enim, & ante ſuſceptionem ordinum, & poſt ordines mino-
8 res ſuſceptos, contrahere matrimonium, *toto titulo de cler. coniugat.* quia ſi loquimur
de deſcendentibus, & filijs clericorum, qui non ſunt tantum in minoribus
ordinibus conſtitutis, ſed in ſacris, tunc intelligemus de conceptis ante ſuſceptio-
9 nem ſacrorum ordinum; quia alias eſſent ſpurij, quia conſtitutis in ſacris regulariter
eſt interdictum matrimonium, not. in *cap. à nobis. de biga. ex prima gloſſa.* De-
10 ſcendentibus verò non exiſtentibus, veniunt aſcendentes, & collaterales exiſtentes
reſpectiue vſque ad decimum gradum illis verò deficientibus, ſuccedit clerico
defuncto in iſtis bonis eccleſia, vt ha-
11 betur 12. *quæſtion. 3. capitul. primo. de ſucceſſ. ab inteſtat.* vbi *glo.* pulchrè diſtinguit
in *ver. morientium.* quod ſi clericus decedat inteſtatus, in acquiſitis intuitu
perſonæ, ſi res ſint diſtinctæ ſuccedunt ei conſanguinei, ſi ſint permixtæ cum rebus
eccleſiæ, tunc diſtingue, quia aut dubitatur, an habuit proprium, aut certum eſt,
quod habuit, ſi dubitetur, ſemper pro eccleſia præſumetur, & totum vendicabit
eccleſia, *arg. 12 q. 3 quicunque ff. de reb. dub. ciuibus*; ſi verò certum eſt, quod aliquod
habuit, ſed neſcitur quantum obtinet, tunc diſtinctio de qua in *tex.* ſubdens
glo. nec immerito, quia nullus hæres nobis proximior eſt, quam qui nos eo ſociauit,
&c. vbi concludit, quod in talibus acquiſitis ſuccedit clerico eccleſia tantum,
ſi non habet conſanguineos, *duodecima quæſtione vltima, capitulo vltimo,* & *capitulo
fin. eodem titul.* per *Innocen. in capitulo cum tibi, de verb. ſig.* not. *in authen.
de eccleſiaſt. tit. §. presbyteros. colum. vndecima,* & *in authen. licentiam, de epiſcopis
& cleric.* Eſt optima *deciſio Rotæ in antiquis deciſio. 864. incip. mortuo.* vbi dicit,
quod etiam eccleſia habet fiſcum, *capitulo quia diuerſitati de conceſſion. præben. in
glo. antepen.* & loco eccleſiæ hodie ſuccedit Camera Apoſtolica, in locum eccleſiæ
ſubrogata, *Rota deciſion. 855.* ſed an in iſtis bonis hodie poſſit ſuccedere Camera,
poſſet dubitari; quia hunc caſum non comprehendunt bullæ ſpoliorum, vndè
dic ſi non ſuccedet vigore bullę, ſuccedet ex diſpoſitione iuris communis, & in
Concilio Romano ſub S. Silueſtro Papa c. 4. clerici bona decedentis ſine hærede
ſanguinis, in partes diuidebantur, vna videlicet Epiſcopo, vna reparationi eccleſię,
altera clerico, altera pauperibus, *Sum. Concilio fol. 36.* & alias, vt ibi, vbi *Abbas*
dicit, quod bona clericorum decedentium

ab inteſtato ſine eccleſia, pertinent ad
prælatum eorum. Secunda ſpecies eſt bo-
norum, quæ proueniunt clerico de fru-
ctibus, & prouentibus eccleſiæ, & occa-
ſione eccleſiæ, quorum bonorum ego fe-
ci tres ſpecies ſupra in quæſtione de po-
teſtate clerici, vel prælati circa fructus,
&c. verſ. ſi in hac materia, vt videlicet
aliqui fructus, & emolumenta ſint quæ
obueniunt beneficiato ratione tituli tan-
tum, non ratione alicuius reſidentiæ, vel
12 ſeruitij, aut perſonalis interreſſentiæ,
quæ poſſint dici, vt vulgo dicitur depor-
tatis, qualia ſunt redditus, qui obueniunt
ex prædijs, domibus, cẽſibus terris, locis,
aut alias ex rebus aut contemplatione,
vel occaſione eccleſiæ, aut oblationibus,
quæ ei debentur quia eſt in beneficio in-
ſtitutus, vel intitulatus.

Alij verò fructus ſint, quæ obueniunt bene-
ficiato, non ratione tituli tantum, neque
ex eo, quia eſt in beneficio inſtitutus tan
tum, aut intitulatus, ſed quia in eccleſia
in diuinis horis, ac Dei laudibus deſeruit,
veluti ſunt illi fructus, vel prouentus, qui
dantur tantum ſe uienti, quos qui non
ſeruit, non percipit, ſed alijs conſeruien-
tibus accreſcunt, veluti ſunt diſtributio-
nes quotidianæ, quæ dantur pro ſeruitio
in diuinis perſonaliter impenſo, & huiuſ-
modi de quibus habetur in *capitulo vnico
de cler. non reſiden. in ſexto & in capitulo
licet, de præben.* in quorum numerum poſ-
ſunt etiam computari fructus: qui dantur
Cappellano amouibili, vel ſalaria, quæ
dantur Cappellano, vel alicui ſacerdoti
ſeruienti in diuinis de quibus in dicta
quæſtione.

Alij vero fructus ſunt, qui non debentur ha-
benti titulum, neque deſeruienti in eccle-
ſia in diuinis, ſed quia ſunt Clerico au-
ctoritate Apoſtolica, vel alia, ex fructibus,
aut emolumentis eccleſiæ reſeruati, aut
ex aliqua cauſa regulariter conceſſi velu-
ti ſunt fructus ſpecialiter reſeruati, vel fru-
ctus pe ſi num, & penſiones, quæ non
debentur, nec ratione tituli, nec ſeruitij,
ſed ſola Papæ, vel alterius ſuperioris or-
dinatione, vel conceſſione ad id benefi-
cium, vel eccleſiam ius habentem, obli-
gantia, de quibus habetur per *Io Baptiſtã
Caccialup. & per Hieronym. Gig. & Paul.
de Rom. in eorum tractat. de penſion. in
princip. & per totum*.

Et in prima ſpecie, ex quo clericus fructus
beneficij, aut eccleſiæ non facit ſuos, nec
de eis vltra neceſſaria pro victu, & veſti-
tu ſui, & ſuorum poteſt diſponere, imo il-
los habet diſpenſare, prout in iure fuit or-
dinatum, per late deducta, & diſputata
per *Abb. in cap. cum eſſes. de teſtam. in re-
petit.* non ſuccedunt in illis, aut in acqui-
ſitis ex illis modo aliquo conſanguinei,
ſed ſucceſſor in beneficio per *tex. in cap.
relatum el 2. verſ. vbi autem de teſta. &
per tex in c. præſenti de off. ordin in 6.* per
*Bald. in conſ. 313. ſecundo volum. incip.
præmittendum eſt in ver. certum eſt*, &
melius, niſi hoc intelligo, vbi dicit quod
bona acquiſita per clericum, ratione ec-
cleſiæ, non tranſeunt ad conſanguineos,
nec ex teſtamento, nec ab inteſtato, idem
puto poſſe dici etiam ſi beneficium ſit
ſimplex, dummodo extra congregationẽ,
veluti ſunt vicarij perpetui, cappellani, &
ſimiles, vt per *Io Andr. in cap. requiſiſti.
de teſtamen. 4. col* ibi prælationem lar-
ge, &c. vbi dicit per eum acquiti eccle-
ſiæ, vel cappellæ, cuius curam gerit.
Sed in locum ſucceſſoris eccleſiæ, vel
cappellæ in huiuſmodi acquiſitis, re-
lictis per clericum, vel prælatum per
conſtitutiones, & extrauagantes æditas
per Romanos Pontifices in materia ſpo-
liorum eſt hodie ſuffecta, & ſubrogata
Camera Apoſtolica, vt per dictas conſti-
tutiones ac *Rota deciſ. 855. cum camera de
probation. in antiquis*, prout late diximus
ſupra in quæſtione quid ſint ſpolia, &c. v-
bi bullas notauimus, vnde ſi clerici de
huiuſmodi acquiſitis, obtenta licentia à
ſede apoſtolica non diſponunt. (aliter e-
nim diſponere non poſſunt, vt late dixi-
mus in quæſtione de poteſtate cler. circa
fructus, &c.) per *extrauag. Pauli iij.* ibi
vel abſque ſufficienti facultate, &c. in ei s
vti ſpolijs ſuccedit camera; cui talia ſunt
applicata ex forma extrauagantium deſu-
per promulgatarum, id quod etiam eſt
intelligendum, vt procedat ſi fructus iſti
prouenerint ex beneficij ſimplicibus, &
perſonalibus, ac adminiſtrationem non
habentibus, quia de huiuſmodi, ac acqui-
ſitis ex eis ſi decedit clericus abſque diſ-
poſitione in illis, ſuccedit eccleſia ei ab
inteſtato, & per conſequens hodie came-
ra apoſtolica per *gloſ.* quæ id dicit *in capi-
tulo præſenti de offic. ordin. in 6.* & per
Hoſtien. ante illam *in capitulo fin. de pecul.
cleric.* ſubdens ibi quod hoc ſeruat con-
ſuetudo, quæ quaſi vbique obtinet ge-
neralia, quia inquit canonici fructus per-
ceptos de præbendis ſuos faciunt. & in-
de teſtantur, de quibus tamen, ſi decedat
clericus nullo facto teſtamento, & ab
inteſtato, ſicuti eſt in iſtis ei eccleſia ſucce-
dat

dat,ſed *Abb.in repetit.in capitulo cum eſ-*
ſes.de teſta.& in capitulo fin.de pecul.cler.
vbi etiam *Cardinalis Zabarella* indiſtin-
cte tenet cum bona ratione, quod de fru-
ctibus cuiuſcunque beneficij, ac ex quo-
cunque beneficio acquiſitis, non poſſint
etiam teſtari;nec in teſtamento diſpone-
re aliquo modo, reprobando *glo. d. cap.*
præſenti multis rationibus, & enacuando
fundamenta,quibus ſe fundat, vt ibi,vt di-
ximus in *præalleg.q. de poteſtate cler.*cir-
ca fructus, & res eccleſiæ : dicit in caſu
noſtro *Nicol.de Vbal.in ſuo tract.de ſuc-*
ceſſ.ab inteſt.cler.§. finita verſiculo tertio
viſ videndum: vbi dicit ſecundum *Iac.*
Butri. in l. Sacroſanctæ.C.de epiſcopis, &
cler. quod clerici habent bona triplicis
generis,quædam enim ſunt acquiſita non
cōtēplatione eccleſiæ mediate,vel imme-
diate, & in iſtis ſunt clerici veluti cæte-
ri priuati. Quædam ſunt acquiſita con-
templatione eccleſiæ immediate, vt ſi re-
linquitur eccleſiæ,vel de acquiſitis ex bo-
nis eccleſiæ, & de iſtis non teſtantur cle-
rici, & multo minus (inquit) ſuccedunt
eis conſanguinei venientes ab inteſtato.
Et idem dicas ſi non relinquantur eccle-
ſiæ, ſed relinquantur eis contemplatio-
ne eccleſiæ iuxta nota.in *c. requiſiſti de*
teſt. in qua materia vide deducta per
Gaſp.de Cald in ſuo conſ.2. de pecul. cler.
vbi poſita quæſt. quis ſuccedat in fructi-
bus canonici defuncti dicit,quod ſi cano-
nicus decedit ante fructus collectos,quia
de iure communi nō facit canonicus tunc
fructus ſuos nec poteſt de eis diſponere,
non ſuccedunt illi conſanguinei, nec ex
16 teſtamento,nec ab inteſtato,ſed eccleſia
cuius eſt proprietas illos percepit, ſi ve-
ro decedit canonicus poſt fructus ſepa-
ratos à ſolo, & tunc diſtinguit,quinque
caſus,quia ſi moritur fructibus ſeparatis
ſed adhuc in area, & campo iacentibus
vel fructibus reconditis à colono, ſed
nondum canonico traditis,& iſtis caſib.
quando non ſunt reconditi in domo co-
loni ad inſtantiam canonici, ſuccedit in
illis eccleſia cum ante traditionem non
ſint effecti canonici *inſtit. de rer. diuiſio.*
17 *§.per traditionem.* Si verò decedit ca-
nonicus fructibus ſibi aſſignatis, non-
dum tamen ipſis conſumptis, & tunc li-
cet, inquit, caſus ſit dubitabilis,quia alij,
non diſtinguentes inter clericum haben-
tem adminiſtrationem, & non habentem
volunt clericos eſſe dominos fructuum
beneficiorum perceptorum, alij verò æ-
quiparant illos vſuarijs, quibus ad vſum
quotidianum vti licet. *§.primo inſtit. de*
vſu, et habitu. Et ſecundum *Hoſtien* de-
18 bet diſtingui inter habentem admini-
ſtrationem, & ſimpliciter,& perſonaliter
beneficiatum, tamen concludit, quod ſi
adſit conſuetudo loci ſpecialis, vel eccle-
ſiæ quod conſanguinei ſuccedant in fru-
ctibus perceptis,& ſeparatis à ſolo, illa
debet ſeruari, & tunc ei in illis conſan-
guineos ſuccedere, alias dicit, quod ec-
cleſia de iure ſuccedet illi ab inteſtato,&
ex teſtamento. Si vero certi fructus, aut
præcia debentur canonico poſt ſepara-
tionem, per vnum, duos, vel tres menſes
& interim canonicus moritur, vel & ſic
quinto loco, canonicus moritur poſt di-
ctum terminum, tamen nondum dicta
ſpecies, vel pecunia erat ſoluta, & his
duobus caſibus,pari modo eccleſia ei ab
inteſtato ſuccedit, ſubdens ibidem ſimi-
liter ſi penſione non ſoluta, vel affictu ca-
nonicus moriatur, qui tamen fructus de-
bant ſolui tempore vitæ ipſius,etiam ec-
cleſia ſuccedit, quia iſto caſu apparet,
quod non ſunt conſumpti, vt ibi per eum
Sed hoc hodiè fuit decisum per conſtitu-
tionem Iulij tertij de qua dico in prima
quæſtione, & quod diſputo in quæſtione
an in fructibus inexactis,&c.relictis,&c.
vbi vide veritatem.

Commendatarius vero,ſi commenda ſit fa-
cta illi in vtilitatem eccleſiæ, non facit
fructus ſuos, vnde in illis eo decedente
19 habet ſuccedere ſucceſſor in beneficio
61. diſt. in cap. quoniam feſtus. Si veto
commenda ſit facta in vtilitatem com-
mendatarij, tunc ipſe lucratur fructus ad
inſtar depoſitarij, ad cuius gratiam, &
vtilitatem eſt factum depoſitum, quia
redditus ex depoſito prouenientes ſibi
lucri facit lege dies ſponſaliorum. *§ qui*
decuniam ff.depoſit.& hæc fuit opinio *Lu-*
do. Pontan. conſ.352. incip. omnipotentis
Dei poſtulatio. ſed quare debet (inquit) i-
dem *Nicol. de Vbal.dicto loco,* eſſe magis
priuilegiatus commendatarius, quam ſi
titularis,qui in morte æquiparatur vſua-
rio, & cenſeatur magis vſuarius, quam
dominus, vnde in fructibus, & ex eis ac-
quiſitis ſuccedet ab inteſtato eccleſia,
vel ſucceſſor; & hodie in locum eccleſiæ,
& ſucceſſoris Camera Apoſtolica, pro
quo vide *gloſſ.in cap. nemo, de elect. in 6.*
in ver. commendare, quæ tenet quod
commendatarius non facit fructus ſuos.
Capic. deci.8. dubitat, & alios refers.

In fructibus præbendæ diſtinctæ,qui tempo-
re mortis remanſerunt,& qui euenient,ac

decurrent à die vacationis beneficij, vſque ad diem appræhenſe poſſeſſionis, vel ſpectarent ad ſucceſſorem in canonicatu, aut beneficio ſecundum aliquorum opinionem, per *tex. in capitulo relatum el ſecundo de teſtamen.* ibi vbi autem in locum defuncti, vnus tantum eſt ordinãdus, is ea bona &c. nam vbi præbenda eſt diſtincta, ſine dubio in locum defuncti, alius eſt ordinandus ad notata in *cap. dilecto. de praben. & c. cum M. de conſtit.* vel ſpectet ad capitulum eccleſiæ, vbi defunctus erat præbendatus, aut ad epiſcopum, ſi ab ipſo præbendam habuiſſet, per ea, quæ volunt *Io. And & d. Pet. Anchara. in cap. cum in officijs de teſta.* aut haberet ab epiſcopo ſimul, & à capitulo, quo caſu haberet diuidi ſucceſſio inter eos ſecundum *Imo. d. capitulo relatum*, in huiuſmodi fructibus relictis ſuccedit Ca-
20 mera per *extrauagan. Pauli tertij, & breue Pij Quarti ſub dat. 30. Iulij. 1560* & in decurrendis vſque ad appræhenſam poſſeſſionem noui prouiſi per *breue eiuſdem Pij Quarti ſub die 7, 1560.* ſi quidem beneficia ſic vacantia ſint Papæ, vel ſedis apoſtolicæ reſeruata, quia alias ſecus, quia in locum capituli, aut alterius ſucceſſoris, eſt ſuffecta, ac ſubrogata Camera Apoſtolica, vt diximus ſupra in quæſtione prima.

In ſecunda ſpecie in fructibus, qui obueniũt clerico non ratione tituli, ſed ſeruitij, & reſidentiæ, veluti in diſtributionibus quotidianis, & eiuſmodi, ego puto quod ſuccedant conſanguinei clerico decedente ab inteſtato, quia taliter acquirit clericus, quod illas facit ſuas, imo in eis acquirit clericus dominium per *tex. cap. unico, de cler. non reſid. in ſexto*, ibi rerum ſic receptarum dominium non acquirat, nec facit
21 eas ſuas *cap. licet. de praben.* vnde de illis videtur poſſe facere clericus, quæ vult, videtur tenere *Laur. in clemen. fin. de praben.* dicens quòd talis ſeruiens fideliter diuino officio, facit fructus ſuos, & poteſt de eis ſicut laborator de denario diurno diſponere, prout per *Domi. Flor. ibi. facit Oldrad. in conſil. ſuo* 118. *incip. ex virtute gratia*, & facit quod voluit *Dominic. ibi.* Sequitur *Franc. in d. c. vnico. & Barba.* dicens illum *tex.* eſſe ſingularem in *cap. ſi. de pecul. cler. not. glo. in extrauag. prima, ne ſed. vacan. inter communes in*
22 *ver. conſueuerint*, *Decius conſ.* 280. *col. prima*, ſequitur *Pariſ. conſ.* 33. *volum. quarto, column. ſecunda*, quia conſtat quòd iſtæ diſtributiones conceduntur ex canonis diſpoſitione miniſtris eccleſiæ ob ſeruitium, ſeù miniſterium, quod impendũt, vel exhibent altari, vel diuinis; Idem notatur *Bolognin. in Anan. conſil.* 87 & tenet *Nicol. de V bal. in ſuo tractat. de ſucceſſ. ab inteſtat. cleric. §. finita, verſic. ſexto quaero, & verſ. non obſtant motiua, Oldra.* vbi multa in contrarium adducit, quod in huiuſmodi diſtributionibus non ſucceditur clerico, per conſanguineos ab inteſtato, ſed dicit, quod dicta adducit cauſa diſputationis, quia in via iudicij contraria ſententia eſt tenenda, vt per eundem in *verſ. bis tamen*. Sed inter alia fundamenta, quæ adducit contra illud, mihi videtur conſiderabile, quod tenet *glo. in cap. praesenti de offic. ordin. et Hoſtien. in cap. ſi. de pecul. cler.* quod in fructibus eccleſiaſticis acquiſitis de beneficio ſimplici, & perſonali ab inteſtato ſuccedit eccleſia, non conſanguinei, ſuper quo cõſidera, quia talis videtur eſſe diffinitio diſtributionum quotidianarum, & tales fructus eſſe diſtributiones quotidianæ, quæ ex ſimplici, & perſonali beneficio percipiuntur regulariter, prout ex canonicatu, licet ego viderim in materia ſpoliorum in multis locis regni Neapolis, multos Archipresbyteros, & alios inſtitutos in beneficijs non ſimplicibus, ſed curatis habere etiam diſtributiones quotidianas, ſi inſeruiunt, imo præter diſtributiones nihil, niſi gallinam, quę ſibi datur in benedictionibus nubentium, pro benedictionibus, quod vulgo vocant, ingaudiare, vnde illud *Hoſtien. & gloſſ.* quatenus intelligetur in diſtributionibus quotidianis, poſſet intelligi in diſtributionibus, quæ ex ſimplici, & perſonali tantum, in quibus terminis loquitur, non in beneficijs adminiſtrationem habentibus, vel alias diuerſis ſed videtur quod in diſtributionibus quotidianis non ſuccedatur per conſanguineos niſi ex teſtamento, quia talia veniunt ratione, & contemplatione eccleſiæ, licet dentur pro labore perſonali, per ea, quæ ſecundum *Anton. de Butr.* dicit *in capitulo requiſiſti. de teſtam. Nicol. de V bal. in dict. loco, §. finita verſic. videretur*, ſuper quo cogita, & diſtributiones quotidianæ dic eſſe duplicis generis, ſcilicet, quæ dantur horis intereſſentibus diuinis, & quæ dantur non intereſſentibus horis, *vt extrauagan. commun. poſtulaſti, de praben. & extrauagan. ſequen.* primo caſu videntur priuilegiatæ ſecundo verò caſu videntur ſuppoſitæ impoſitioni collectæ, vt cæteri fructus eccleſia-

Digitized by Google

cleſiaſtici,& primo caſu vidētur eſſe pro-
priæ diſtributiones, quia propriæ diſtri-
butiones dicuntur quæ actu, diſtribuū tur
gloſſ. in extrauagan. ſuſcepti ne ſed, va-
can in gloſſ. priuilegio.
In tertia ſpecie, in illis fructibus beneficio-
rum, qui non debētur clerico, ex eo, quia
habet titulum, vel quia ſeruiat ſed ſunt ei
apoſtolica authoritate, vel alia conceſſi,
vel reſeruati, quales ſunt penſiones, &
penſionum fructus, vel quando fructus,
beneficij alicui reſeruantur, alteri titulo
24 beneficij aſſignato, in illis non ſuccedit
eccleſia, vel ſucceſſor, vel in locum eius
Camera, ſed in illis ex teſtamento, vel
ab inteſtato ſuccedunt conſanguinei, &
moueor primo, quia penſio non eſt bene-
ficium eccleſiaſticum proprie, ſed quid
prophanum in mera temporalitate exi-
ſtens, vt per *Fely. et alios in capitulo ad*
25 *audientiæ el ſecūdo de reſcrip.* & in *clem.*
prima. vbi *Cardinal. Imol.* & alij *de ſup-*
plen. neglig. præla. vnde acquiſitum ex
penſione, non dicitur acquiſitum ex be-
neficio. facit quia penſio, quæ non con-
26 ſueuit reputari pro beneficio eccleſiaſti-
co, prout ſunt hodie regulariter penſio-
nes, poteſt etiam laico aſſignari, & illius
laicus capax eſſe poteſt, per *Doctor. in ca-*
pitulo quamuis, vbi *Archid. et Franc. in 2.*
not. de præben. in 6. Imol. in clem. 1. *col.* 6.
verſiculo quærit, Guliel de rebus eccleſiæ.
non alien. per Bal. et Fel. d. capit. ad au-
dientiam. & quod penſio non ſit benefi-
cium eccleſiaſticum, vel aliquid ſpiritua-
litatis habens, id ex eo patet, quia Pen-
27 ſionarius non tenetur dicere officium,
licet percipiat penſionem, vt tenet ille
antiquus doctor practicus Hiſpanus in
libello, quod vulgo appellatur practica
Cancellariæ fol. 5 t. ſequitur *Iacob. de Fer-*
rarijs in tracta. de horis canonicis. Io. Bap-
tiſta Cacialup. in tracta. de penſio. quæſt.
fi. Petr. Andr. Gamar. in tracta. de off. le-
gat. vbi aſſignat rationem. Item penſio-
narius æquiparatur vſufructuario, extin-
guitur enim penſio morte penſionarij, ſi-
cuti vſuſructus morte vſufructuarij. *§. fi-*
nitur autem, inſtit. de vſufru. vſufructua-
rius autem fructus iam quæſitos ad hæ-
28 redes tranſmittit, *tex.* eſt notabilis in. *l.*
defuncta ff. de vſufru. ideo pariter dicen-
dum, quod penſiones exactæ, & decurſæ,
non exactæ, & iam quæſita penſionario
defuncto, tranſibunt ad eius hæredes.
29 Item penſio aſſignatur penſionario, vt
commodius ſuſtentari valeat, & ſic vide-
tur aſſignata pro alimentis, vt per *Rom.*
conſ. 388 in caſu propoſiti thematis, & is,
cui eſt factum legatum pro alimentis; de-
30 cedens tranſmittit ius exigendi præte-
rita alimēta non ſoluta ad ſuos hæredes,
l. uti frui §. ſi ff. ſi vſufru. per. l. fructus in
fi. cum. l. ſeq. ff. de rei vend. faciunt adducta
per *Alex. in conſ. ſuo. 40. perſpectis bis ſi. 3.*
vol. vbi concludit quod penſiones decur-
ſæ perceptis fructibus in vita vſufructua-
rij, ſpectant ad illius hæredes, vnde pen-
31 ſiones, etiam non exactæ, & decurſæ in
vita penſionarij, tranſeunt in eius hære-
des, ſiue ab inteſtato, ſiue ex teſtamento,
ſunt verba *Hyero. Gig. in q. 52. de penſio.*
vbi dicit ſe ita conſuluiſſe ſæpe, & Rota
iudicaſſe, ſequitur *Didac. Couarruuias*
Doctor Hiſpanus in capit. cum in officijs.
de teſta. verſ. octauo poteſt. in fi. & hanc
opinionem ſequitur *Paul. de Roma in tra-*
cta. ſuo de penſio. in 8. q. in verſ. primo ec-
cleſiaſtica penſio, vbi dicit quod penſio-
nes, & fructus lucrati per penſionarium,
32 dicuntur proprij, & in illius dominium
tranſeunt, & ab eo donari poſſunt, *l. in*
ædibus. §. vltimo. ff. de dona. facit idem
Gig. in q. 53. vbi tenet, quod penſio debe-
tur hæredibus pēſionarij, ſi tempore quo
moritur, fructus ſunt percepti, & paulo
poſt ibidem, quod penſio erit hæredum,
pro rata fructuum perceptorum, & ante
illum tenuit *Io. Bap. Cacialup.* quem re-
fert: iſta ſunt valde vrgentia, vt vides, &
valde rationibus fundata, ſed mihi vide-
tur magnum, quod in huiuſmodi ſucce-
dant, & ſuccedere habeant conſanguinei
penſionario decedente ab inteſtato, quia
id non videtur permiſſum, vel conceſſum
in diſtributionibus quotidianis ſecundū
aliquos, quæ ex ſimplici, & perſonali be-
neficio adminiſtrationem non habente
percipiuntur, in quibus non ſuccedunt
conſanguinei clerico decedente ab inte-
ſtato, per ea quæ dicimus in præcedenti
quæſtione, in quibus maior videtur eſſe
ratio, quam in penſionibus, propter labo-
rem, & ſeruitium, quod impendunt in di-
uinis, & diuino cultu, id quod ceſſat in
penſionibus, pro quibus nullus labor,
nullum ſeruitium, nullum onus penſio-
nario imponitur, qui nec etiam ad dicen-
dum officium obligatur, vt dicimus ſu-
pra; ſuper quo puto cogitandum in foro
poli, quia licet allegata, & adducta ſint
vera, & ſubſiſtant in iure, tamen negari
non poteſt, quin penſiones non ſint pro-
uentus, & fructus, qui proueniant à bene-
ficijs eccleſiaſticis, & rebus beneficij, &
per conſequens redditus eccleſiaſtici, de

qui

qu ibus non habet poſſe diſponere eleri-
cus in teſtamento, vel ab inteſtato, niſi
per modos à iure traditos per ea, quæ di-
cit *Abb. in capitulo fin, de pecul. cler. & in*
capitulo eſſes, in repet. de teſta. dum alle-
gat ad reprobationem, & cõſutationem,
glo. in capitulo præſenti. de offic. ordin.
in 6. & ad reprobandum, *Hostien. in ca-*
pitulo fin. de pecul. cler. quæ multum ve-
ritati, canonicæque ſanctitati, & puritati
conſona videntur, pro quo vide, quæ de-
duco in quæſt. de poteſtate clerici ſuo lo-
co, vbi facio mẽtionem de bulla Pij quin-
ti, nuper ædita in materia ſpoliorum, per
quam videtur ore aperto declarari, quod
penſiones, ac penſionum fructus, ac de
eis acquiſita faciunt ſpolia.

In tertia verò ſpecie principali bonorum,
quæ obueniunt clerico, ex artificio, do-
ctrina, officij, & ſeruitijs dico prout in-
fra. Et primo quoad artificium, videtur
quod inde quæſita ſint ad liberam diſpo-
33 ſitionem clerici, & quod eo non diſpo-
nente in taliter acquiſitis, ſuccedant ei ab
inteſtato venientes, quia artificium non
reperitur prohibitum clericis, per ea quę
dicit *Abb. in capit. ſi de vit. & honeſt. cler.*
& 88. diſt. per totum, & maxime per *tex.*
in cap eijciens. & cap. quoniam non cogno-
34 *ui.* quia artificio poteſt clericus ſibi vi-
ctum, & ſubſtentationem quærere, *cap.*
Clericus. 91. diſt. cap nunquam de conſecr.
diſt. 5. dummodo non ſe ſubtrahat, per
hoc à diuinis, ac diuinorum celebratione
per *gloſſ. in ſumma. 91. diſt.* quia Clericus
35 non poteſt per totum diem locare ope-
ram ſuam, quia non debet deeſſe officio
54. *diſtinct. ſi ſeruus. fac.* quod dicit, *Abb.*
in cap. relatum. verſ. nota. in 5. cæterum
quod ibi eſt textus apertus, quod habens
36 beneficium, licite exercet aliquod arti-
ficium, vel doctrinam in docendo alios,
& lucrum inde proueniens, cædit ſibi, nõ
autem Eccleſiæ.

Et artificium intelligitur, quando quis emit
aliquam rem, aut materiam, & per artẽ,
37 ſeu artificium, reducit quis illam ad ali-
quam formam, vt ſi forte emit lignum,
vel marmor, & inde ſtatuam, vas, vel
quid aliud faciat, & non recedendo ab
exemplis Doctorum, ſi quis emit vimi-
na, vt faciat caniſtra, vel emit cartam, vt
faciat, vel vt ſcribat libros, vel emit li-
gna, vt faciat, vel fabricet domum, vel fi-
lum, vt faciat retia, vel corium vt faciat
ſotularia, & licet Clericus iure permit-
tente, vti poſſit artificio, vel artificium
facere, tamen id non eſt intelligendum
ſimpliciter, quia non ſemper hoc eidem
facere licet, quia non eſt licitum artificiũ
facere Clerico, niſi in caſu, quando non
38 habet ſubſtentationem, & victum ſuffi-
cienter ab Eccleſia, & in caſu in quo ec-
cleſia ſibi non ſufficiat, non autem prop-
ter lucrum principaliter, *Clem. præſenti.*
de cenſ. & cap. quamquam. eo. tit. lib. 6. fa-
cit quod dicit *Abb. in cap. clerici officia.*
de vit. et honeſt. cler. tex. in cap. primo. de
celebr. miſſarum pulchra glo. in cap. Cano-
num. 14. q. 3. licet dicat *Nicol. de Vbald.*
in tract. de ſucceſſ. cler ab inteſt verſ. vi-
deretur dicendum. §. finita. quod Cleri-
cus tempus, quod ſupereſt ſibi à ſeruitio
eccleſiæ in diuinis, operetur in aliquo
ſeruitio, vel officio honeſto, & quod exin-
de quęrit, quærit ſibi, & de eo diſponit,
prout diſponeret de ſuis bonis patrimo-
nialib. quia lex tãtũ excipit de bonis ac-
39 quiſitis cõtẽplatione eccleſiæ nõ aliun-
de. Quia ſi eget Clericus, vti poteſt iuſtis
negociationibus, & iuſtas negociationes
facere, & inde ſibi ſubſtentationem pro
ſe, & ſuis parare *d. cap. clericus 91. diſt.*
& cap. primo. de celeb. miſſarum. & quis
40 dicatur iuſte, honeſte, vel inhoneſte ne-
gociari, habes pulchre per *te. c. eijciẽs 88.*
diſt. ſed melius per, *Specul. in tit. de cleri*
cõiug. §. ſed quia dices, & poteſt Clericus
honeſtã mercaturã exercere. *l. 2. primo*
reſpon. C. de Epiſcopis & Cleric & emere
honeſte, & vendere, dum tamen Eccle-
ſias non negligat *d. diſt. 91. Clericus, el 2.*
pro ſe ſubſtentando, quia cauſa cupidita-
tis, lucri, vel auaritiæ negotiare non li-
41 cet ſecundum *S. Thomam, ſecunda ſe-*
cundæ, q. 187. §. ad ſecundum, ſequitur
Abb. in cap ſecundum. ne cler. vel monac.
vbi dicit quod negociatio, quæ non fit
42 lucri cauſa, nõ eſt prohibita clericis, poſ-
ſunt enim vendere clerici, & emere, vt eo-
rum neceſſitas exigit, non tamen princi-
paliter propter lucrum, *d. clem. præſenti.*
de cenſi. & cap. quamquam. eo. tit. lib. 6. &
dicit ibidem *Innocen.* quod etiam lucrum
non eſt prohibitum clericis, quando pro-
uenit ex opera, aut rebus clericorum, &
43 intellige inquit *Abb.* ibidem, quod lu-
crum proueniens ex opera aut rebus cle-
44 ricorum ſit licitum, quando clericus
operatur neceſſitate ſuadente; quia alias
clericus non debet negociare.

Imo clericus poteſt negociari etiam prop-
ter lucrum principaliter, ſi talis negocia-
tio eſt licita, & honeſta, dummodo nego-
ciatio, quæ fit propter lucrum ordinetur
ad aliquem effectum neceſſarium, & ho-
neſtum,

neſtum, puta ad domus ſuæ ſubſtentatio-
nem, aut ad ſubueniendum indigentibus,
vel propter publicam vtilitatem, quia
tunc clericus capit lucrum pro ſui labo-
45 ris ſtipendio, per *Sanctum Thom. ſecun-
da ſecundæ quæſt. 77. articulo quarto.* Idē
dicit ſi emit rem, non vt vendat, ſed ad
ſui vſum, ſi poſtea propter aliquam ne-
ceſſitatem illam vendere vult, non prohi-
betur vendere maiori pretio, ſi tantum
nunc valet.

Per quæ clare conſtat iudicio meo, quod
clericus acquiſita ex artificio, & ex ne-
gociatione etiam, quæ non fit lucri cupi-
ditatis, vel auaritiæ, & in caſibus pręnar-
ratis, quod ſibi acquiſita tranſmittit, &
tranſmittere poteſt ad quoſcunque hæ-
redes, etiam ab inteſtato venientes, pro
quo vide quę diximus ſupra in quæſtio-
ne, quæ negocia ſint permiſſa, vel inter-
dicta clericis.

Id quod parimodo dicendum venit de ac-
quiſitis, per clericum ex doctrina, quia
ſunt ſibi acquiſita, & de eis diſponit pro
libito, & in talibus ſucceditur illi perue-
46 nientes abinteſtato, per tex. qui dicit ad
litteram in *ca. relatum el 2. §. cæterum. de
teſta.* quia clericus doctor poteſt habere
officium lucroſum, & acquirere multa, vt
quia ſit deputatus ad legendum cum ſa-
lario, vel ex induſtria aduocationis, aut
conſultationis, & pro conſulendo; vel ſi-
milium, quia taliter acquiſita ſunt ſibi ac-
quiſita, nec ius aliquod in talibus eccle-
ſia, & hodie Camera apoſtolica præten-
dit, per *Abb. in cap. vt vnus. de pecul. cler.*
47 vbi dicit talia non præſumi acquiſita de
bonis eccleſiæ, nec eccleſiæ, ſed in caſu
talis induſtriæ eſt idem de huiuſmodi ac-
quiſitis præſumendum, quod de patrimo-
nialibus bonis clerici, vt ibi per eum, &
per eundem in *cap. primo. de poſtulan.* vbi
dicit, quod clericus in minoribus conſti-
48 tutus licite poteſt aduocare, & procura-
re. & per aduocationem, vel procuratio-
nem ſibi acquirere, ſi tamen non habet
beneficium ſufficiens, quia ſi ei eccleſia
ſufficit, aliter videtur dicendum. Item id
poteſt etiam ſi ſit diaconus, vel ſubdiaco-
nus, & tā in cauſis pēdentibus coram ec-
cleſiaſticis iudicibus, quā corā ſecularib.
in cauſis tamen ciuilibus, ſed ſi habeat
beneficium ſufficiens, tunc non poteſt:
50 quia in tali caſu æquiparatur clericus
beneficiatus, clerico in ſacris conſtituto,
cui id non videtur permiſſum, vt per eū-
dem ibi, & non ſolum videtur licitum cle-
rico procurare, & aduocare, pro ſui, &
ſuorum ſubſtentatione, ſed etiam ad lu-
crum, per ea quæ dicit *Abb. in capit. vt
vnus de pecul. cler.* vbi ad acquiſita, per
51 clericum habetur conſideratio ad lucra
quæ facere prout ex doctrina, cum cleri-
cus eſſet doctor, & ex doctrina multum
lucraretur, in legendo, aduocando, iudi-
cando. Idem in *cap. relatum. verſ. nota. in
ver. cæterum de teſta.* quod ibi eſt *tex.*
apertus quod clericus habens beneficiū,
52 licite exercet aliquod artificium, vel do-
ctrinam in docendo alios. & lucrum inde
proueniens, cedit ſibi non eccleſiæ, ex
hoc etiam tex. colligo, inquit, quòd cleri-
cus poteſt eſſe artifex, & licite ſumere of-
ficium docendi alios &c. Et clerici, ſiue
ſint in ſacris, ſiue non, ſi non habent be-
neficia ſufficientia, vel indigent poſſunt
53 exercere officium, tabellionatus, & tam
in curia Papæ, quam alia, per *Abb. in
capitul ſicut te. ne cler. vel monac. col. 3.
& Card Zabarell. ibidem.*

De religioſis verò clericis, nihil attinet di-
cere, quia non poſſunt, nec procurare,
nec aduocare, & alia huiuſmodi facere,
niſi duobus concurrentibus; ſi videlicet
monaſterij vtilitas id expoſcit, vnde pro
54 monaſterio, & non pro ſe ipſius, & ſi
Abbas, vel ſuperior id ſibi mandet, aut
imperet, vt per *Abb. in cap. ex parte. de
poſtulan.*

Acquiſita ex ſeruitijs, & officijs videntur
pari modo, quod per clericum deceden-
55 tem abinteſtato tranſmittantur ad con-
ſanguineos, licet *Innocen.* contrarium vi-
deatur tenere in *cap. quia nos de teſta. in
ver. conſiderationę, & in cap. primo. eo. in
ver. acquiſiſſe.* ibi idem dicimus, ſi ratio-
ne officij, puta quia cappellanus alicuius
principis, qui multa ei donauit. Sed con-
trà *Innocent. tenet Iacob. Butrig. in. l. ſa-
croſancta. C. de epiſcopis, & cler.* vbi dicit,
quod bona clericorum ſunt triplicis ge-
neris, vbi tertio ſunt bona, quæ conferun-
tur ipſis non immediate contemplatione
eccleſiæ, ſed dignitatis, quam habent, ve-
luti eſt pro miſſis dicendis, pro orationi-
bus, pro anima alicuius, & ea acquirun-
tur clericis, & de eis poſſunt diſponere,
& teſtari ſecundum ipſum *Iacob.* Idem
tenet *Petr. de Ancharan. D. Anto. D. Flo-
ren. d. cap. quia nos*, vbi dicunt quod ta-
liter acquiſita, eſt verius, quod cenſean-
tur acquiſita intuitu perſonæ, & ſic non
contemplatione eccleſiæ, quod dicitur ſi-
56 gnanter notandum, vt per *Io. de Imol. ibi-
dem.* Sequitur *Abb. in capit. cum eſſes. in
repetit. col.* 11. qui dicit, quod ſibi placet
iſto-

iſtorum opinio, vt videlicet clericus poſ-
ſit diſponere de iſtis, quæ acquiſiuit non
ratione beneficij, nec omnino ratione
perſonæ, ſed ratione dignitatis clericalis,
vt quia promiſſis dicendis fuerunt ſibi
57 legata centum, vel quia fuit cappellanus
alicuius domini, & ex hoc multa acquiſi-
uit, quia hoc donatur ſibi, vt ſit ſuum, &
non contemplatione eccleſiæ, cum nul-
lam habeat. Item quia hoc videtur ſibi
datum in recompenſationem damnorũ,
quæ ſubſtinuit in trahendo ibi moram,
nam interim ex aliquo artificio potuiſſet
ſibi tantundem acquirere, per *Innocen.*
in capit. quoniam ne. Prал. vic. ſuas, &
idem *Abb. in cap. cum in officijs.* in hac
58 materia diſtinguit, vbi dicit attendendas
eſſe coniecturas, vtrũ ſcilicet relinquens,
aut donans habuit, reſpectum ad perſo-
nam, vel ad eccleſiam, quia forte relin-
quens centum ſuo parochiali presbytero
pro miſſis dicendis, non reliquiſſet ei ſi
non fuiſſet ſuus proprius ſacerdos, quia
tunc contemplatione eccleſiæ donatum,
59 datum, vel relictum cenſeri debet, ſecus
videtur, vbi nulla qualitas ſuggerit eccle-
ſiam contemplatam eſſe, ſed perſonam
duntaxat, quo caſu non eccleſiæ acquiri-
tur, vt per *Abb. ibidem, & in capit. prima*
de teſta. in finalibus verbis. *Nicol.* tamen
de Vbald. in tracta. de ſucceſ. cler ab inte-
ſta. tenet, quod opinio *Butrig. Ancha.*
Anto. & Floren. & Imol. non ſit tuta in
foro poli, vbi etiam tenet, quod ſi offi-
cia, ſiue ſeruitia, quæ exercuit clericus,
ſint officia, aut ſeruitia quæ conueniunt
tam clericis, quam laicis, & tam per cle-
ricos, quam per laicos exerceri, & fieri
conſueta, veluti ſunt gubernationes, le-
gationes, item aliæ adminiſtrationes ſi-
60 miles, veluti ſunt theſaurariæ, caſtellaniç,
ad quæ officia obtinenda, nullus reperi-
tur ordo eccleſiaſticus neceſſarios, & de
his inquit, quæ quærunt clerici poſſunt
ad libitum diſponere, & ſi non diſpo-
ſuerint veniunt ad conſanguineos, ſicut
bona caſtrenſia, nam iſta appellantur
bona, quaſi caſtrenſia. *l. ſi C. de in offi.*
teſta.

Item, ſi ſint officia, vel ſeruitia, quæ conue-
niunt clericis tantum, non laicis, quale eſt
officium maioris pœnitentiarij. quod ſo-
let exerceri per Cardinalem *glo. in clem.*
ne Romani. de electio. item quale eſt offi-
cium Camerarij, & Vicecancellarij, quæ
ſimiliter per Cardinales exercentur, pro-
ut de facto videmus, quæ non poſſunt
exerceri, niſi per clericos, vel diaconos,
notat *glo. in clem. vt hi qui, de ætat. &*
qualit. & quales sũt Prothonotarij, Scrip-
tores minores. Pœnitentiarij, & alij in
Romana Curia officia exercentes, quæ
ex conſtitutionibus, & conſuetudine re-
gulariter non poſſunt exercere, niſi per
exiſtentes in ordine clericali, item quales
ſunt vicarij, & officiales in ſpiritualibus
epiſcoporum, & aliorum prælatorum,
qui debent eſſe in ordinibus ſaltim mino-
ribus conſtituti. per not. in *cap. quia nos*
de teſta. ſuccedunt conſanguinei clerico
ab inteſtato decedente, pro quorum opi-
nione faciunt notata in *cap. ſignificatum,*
de preben. & in cap. 3. ne prælat vic. ſuas,
& cap. cum ſecundum, de preben. facit
etiam, quia clericus, tempus quod ei ſu-
pereſt, ab eo, quod impendit in diuinis,
poteſt collocare in aliquo opere, vel ſer-
uitio honeſto, & quod exinde quærit ſi-
bi de quo diſponit, prout de bonis pa-
trimonialibus, quia lex tantum excipit
bona acquiſita contemplatione eccleſiæ,
non aliunde, & iſta non poſſunt dici tali-
ter acquiſita, quia ſunt ſtipendia perſonà-
lia dicit *Innoc. Petrus de Ancharan. in*
cap. cum in officijs, de teſtamen. Iacob.
Butr. & Bal. in authen. licentiam, C. de epi-
ſcopis, & cler. & ſi lex permittit clericis
61 talia operari, videtur etiam per conſe-
quens permiſiſſe, quod ex talibus acqui-
ſita ſint eis acquiſita, & quod ad quo-
ſcunque ſuos hæredes etiam ab inteſta-
to venientes tranſmittere poſſint, & ha-
bet communis obſeruantia, & conſuetu-
do, vt in huiuſmodi ſuccedant conſan-
62 guinei, non eccleſis, quia non ſunt mu-
tanda, quæ certam ſemper habuerunt
conſuetudinem, *l. minime, ff. de. leg.* & cõ-
63 ſuetudo poteſt operari, vt conſanguinei
ſuccedant clericis ab inteſtato, non ſo-
lum in bonis intuitu perſonæ acquiſitis,
ſed etiam, ſi ſint acquiſita intuitu eccle-
ſiæ not. in *capitulo cum ibi, de verbor. ſig.*
in capitul. ſi propter tua, de reſcrip. in
ſexto, &c. In acquiſitis verò per clericum
64 ex illicita negociatione, vſura, mercatu-
ra, & huiuſmodi via clericis interdicta,
dicimus ſupra quod ſuccedit Camera
Apoſtolica, vt per Bullam Pij Quarti de-
ſuper æditam, de quo dico in quæſtione
quæ negocia ſint permiſſa, & interdicta
cler. & in quæſtione quid ſint ſpolia ad
longum.

Curialibus verò clericis Romanæ Curiæ,
& alijs incolis Vrbis, & diſtrictus, tam
ex teſtamento, quam ab inteſtato ſucce-
ditur per ſuos hæredes in omnibus bo-
nis,

nis,per eos tam ex beneficijs,officijs eccleſiaſticis, quam alias quomodolibet etiam illicite acquiſitis, conceſſione, & priuilegio ſpeciali ſibi à Roman. Pont. conceſſo per *bullam Alex.6.ſub Dat.anno 1494.non.Octobris*,& aliorum Pontificum,ſpecialiter *Iulij tertij ſub Dat. Romæ 1549 ſexto idus Martij anno 1.& Pij Quarti anno 1560.nona Februarij incip. Bulla confirmationis priuilegiorum incolarum vrbis, & curialium*, quarum bullarum tenor eſt in calce laboris iſtius inſertus, per quam conſtitutionem Pius Quartus innouat, & de nouo concedit priuilegia curialibus, & incolis vrbis, & diſtrictus, conceſſa circa diſpoſitionem bonorum ſuorum, tam ex teſtamento, quam ab inteſtato, de quibus bullis ego dico ſupra in præcedenti quæſtione, & eoſdem curiales eximit, & declarat, non compræhendi in generalitate conſtitutionis per eum factæ, ſuper illicite acquiſitis, de qua in quæſtione,quæ negocia ſint permiſſa, & interdicta cler. à qua diſpoſitione etiam eximit milites ſacroſanctæ militiæ ordinis Hieroſolymitani, declarando bona illicite per eoſdem milites acquiſita, relicta poſt mortem, non compræhendi in bulla per eum ædita.

Bona verò, quæ eiſdem militibus ex beneficijs, commendis, & eccleſijs obuenerunt,recta via ad ordinem eius militia, & ſeu religionem, quæ in eis dominum habent,& proprietatem ſpectant, vnde moriente milite talis militia in ſpolijs, & bonis relictis ſuccedit religio, prout in capitulis ſtabilimentorum dictæ hieroſolymitanæ Religionis legitur, quæ inſeruntur, & præſertim in *capitulo cum bona,& facultates, cap.conſuetudo laudabilis, & cap.omnia bona*.quæ capitula,& ſtabilimenta ſunt confirmata à felic. rec. Paulo Tertio, prout ego vidi confirmationem mihi exhibitam Neapolis, in caſu ſpoliorum cuiuſdam Guiſcardi Marcheti militis eius militiæ coram me tunc vertente, ſub dat.4.non.Iunij 1539.& à Pio Quarto Kalen. Iunij anno Pontificatus primo 1560.

Capitula in ſtabilimentis ſacræ Hieroſolymitanæ religionis.

CVM bona,& facultates,quæ ordo noſter poſſidet piorum hominum liberalitate collata ſint,ad ſuſtinendas hoſpitalitatis impenſas,& pro pulſando Chriſtiani nominis hoſtes,certum eſt fratres noſtros proprij in eis, aut priuati iuris nihil habere,ſed eorum verum dominium, ac proprietatem,& poſſeſſionem ad ſolũ ipſum ordinem noſtrum ſpectare. verum cum in communi recte adminiſtrari non poſſent propter locorum diſtantiam, & diſſidentiam nationum, maiores noſtri ea viritim fratribus per partes regenda commendarunt, vnde nomen commendarum ſumpſerunt, impoſitis annuis penſionibus, quæ augerentur, & minuerentur,prout,& rei,& tempori,hoc eſt neceſſitati conuenire viſum eſt,etenim vt minimum quinta ſæpe quarta fructuũ pars penditur, & in commune ærarium inferri iubetur, nonnunquam etiam dimidia, vel omnes etiam fructus,ſi ita à capitulo generali fuerit ſtatutum, penes quod vnum imponendarum, & aſſignandarum penſionum,& collationum huiuſmodi (quas reſponſiones,& impoſitiones vocamus) ius eſt Id autem, quid à quoque ſit pendendum,& ſoluendum decernit,& publice declarat.Decretum, & declarationem ſuam Prioribus Caſtellano empoſtæ, & capitulis prouincialibus per litteras ſuas ſignificat, mandatque, vt penſiones a ſe impoſitas exigi, & perſolui ab adminiſtratoribus procurent,ſi qui fratrum noſtrorum eius mandatis, & ſcriptis non paruerint,habitu priuentur.

Conſuetudo laudabilis, & inueterata in noſtro ordine inoleuit, aut per obitũ Priorum Caſtellani Empoſticæ Bauiliuorum, Commendatarior. & aliorum adminiſtratorũ bonor. noſtri ordinis,commune noſtrum ærarium percipiat iura mortuarij, & vacantis,id eſt pro mortuario, fructus prioratus,Bauiliuiatus,& commendæ,& adminiſtrationis à die obitus prioris Bauiliui,aut Commendatarij vſq; ad feſtum natiuitatis S.Ioannis Baptiſtæ proxime ſequens,& pro vacante,ab eo die vſque ad alium feſtum Sancti Ioannis Baptiſtæ, proxime futurũ peracto anno,præter, & vltra iura ſpoliorũ,quæ ad idem cõmune ærariũ ſpectant,quam conſuetudinẽ, hac lege,& ſtatuto confirmamus,& pro lege haberi volumus,& obſeruari mãdamus.

Omnia bona mobilia, ac ſe mouentia quorumcunque fratrum noſtrorum, tam in conuentu, quam extra decedẽtium cuiuſcunque conditionis,& qualitatis fuerint, quæ ſpolia vocamus, ad commune noſtrum ærarium pleno iure pertinent, exceptis fratribus Capellanis obedientiæ, & ſeruientibus officij,quorum ſpolia perueniens ad illos,in quorum prioratibus, Bauiliatibus aut commendis reſidentiam, & ſtagium habuerint.

SVMMARIVM.

1 *Clericus diuerſimode facultates acquirere poteſt.*
2 *Qual ſit peculium aduentitium clericorum.*
3 *Quod in laico dicitur peculium aduentitium, in clerico eſt quaſi caſtrenſe.*
4 *Clericus manibus acquirere poteſt, & de acquiſitis teſtari.*
5 *De fructibus beneficiorum non diſponit clericus, niſi pro neceſſarijs.*
6 *Bona Eccleſiarum ſunt Chriſti patrimonium.*
7 *Clericus in prophanos vſus redditus Eccleſiæ expendens, peccat mortaliter, & tenetur ad reſtitutionem.*
8 *Clericus de altari debet viuere, non luxuriari.*
9 *Quid ſit luxuria.*
10 *Quicquid habent clerici, ſunt bona pauperum.*
11 *Pars ſuperabundans debet erogari in pauperes.*
12 *Decima datur pro miniſtris Eccleſiæ, & pauperibus alendis.*
13 *Fructus Eccleſiæ in quatuor partes diuiduntur.*
14 *Conſuetudo valet derogare iuribus.*
15 *Conſuetudo non efficit, quin pars debita pauperibus ſoluatur.*
16 *Detractis neceſſarijs cæteri fructus debentur pauperibus.*
17 *Clericus eſt pars Domini.*
18 *An, & quomodo Clericus habens ſufficiens patrimonium poſſit habere beneficium.*
19 *Fructus beneficiorum non habent inſeruire pro theſaurizando.*
20 *Tutor præſumitur acquiſiſſe ex propria induſtria, non ex bonis pupilli.*
21 *Tutor, & Prælatus regulariter æquiparantur.*
22 *In dubio de acquiſitis per clericum, æqualis fit diuiſio inter eccleſiam, & hæredem.*
23 *Clericus in bonis Eccleſiæ habet vſum tantum.*
24 *Relictum clerico adminiſtrationem non habenti, videtur relictum intuitu perſonæ.*
25 *Relictum intuitu perſonæ, non acquiritur eccleſiæ.*
26 *Beneficiatus non eſt Dominus in rebus Eccleſiæ ſed procurator.*
27 *Præbenda ad quid dentur Canonicis.*
28 *Nihil habens dare non poteſt.*
29 *Luxuriantes in bonis eccleſiæ tenentur ad reſtitutionem.*
30 *Dominium rerum Eccleſiæ pertinet ad Deum.*
31 *Acquiſita per clericum beneficiatum, acquiſita Eccleſiæ præſumuntur.*
32 *Eccleſia habet intentionem fundatam ſuper bonis poſſeſſis à clerico defuncto.*
33 *Bona acquiſita per vxorem, præſumuntur acquiſita de bonis mariti.*
34 *Bona acquiſita per prælatum, præſumuntur acquiſita de bonis eccleſiæ.*
35 *Suſpicio turpis quæſtus eſt euitanda, tam in vxore, quam in prælato.*
36 *Mulieribus non conueniunt negociationes.*
37 *Quando mulier præſumatur acquiſiſſe de bonis ſuis.*
38 *Clerico eſt delictum negociari.*
39 *Res de quibus dubitari poteſt, an ſint eccleſiæ, occupabit Eccleſia.*
40 *Bona ante Epiſcopatum, & tempore epiſcopatus ratione ſanguinis, acquiſita ſunt hæredum.*
41 *Res empta de pecunia Eccleſiæ fit Eccleſiæ.*
42 *Fructus Eccleſiæ poſſunt dare porcis, ſecundum glo.*
43 *Diſtributiones quotidianæ efficiuntur clerici.*
44 *Clericus poteſt diſponere tantundem de fructibus, quantum de ſuo impendit in eccleſia.*
45 *In quibus caſibus poſſit clericus diſponere de fructibus eccleſiæ*
46 *Hodie inualuit quod clerici appropriant ſibi fructus eccleſiæ.*
47 *Clericus fructus recollectos videtur facere ſuos.*
48 *Ad quem pertineant fructus eccleſiæ, ſtari ſolet conſuetudini.*
49 *Tenet alienatio tutoris in illis, quæ ſeruari non poſſunt.*
50 *Punitur Clericus, male diſpenſans.*
51 *Non poteſt clericus de fructibus eccleſiæ ſibi acquirere.*
52 *Clericus poteſt in vita donare ſecundum aliquos.*
53 *Vſufructuarius fructus reconditos facit ſuos.*
54 *Bonæ fidei poſſeſſor, fructus ſeparatos à ſolo facit ſuos.*
55 *Differentia inter bonæ fidei poſſeſſorem, & vſufructuarium quoad fructus.*

§. Et quia:

1 Ac-

1 Acquiſita poſt couſecrationem, præſu. muntur acquiſita eccleſiæ.

2 Vel eccleſia, vel hæres poſſideat, tuenda eſt poſſeſſio poſſidenti.

3 Quicumque poſſideat, præſumptio eſt pro eccleſia.

4 Actor probat intentionem ſuam, niſi ſit pro eo præſumptio.

5 In rebus mobilibus poſſeſſor eſt tuendus in poſſeſſione.

6 Diſtintio pro facienda præſumptione.

7 Præſumitur contra prælatum, qui non fecit inuentarium.

8 Præſumitur ſemper pro eccleſia: niſi hæres probauerit.

9 Triplex diſtinctio præſumptionis circa bona relicta per clericum.

10 Hæredes poſſidentes res mobiles modicas, ſunt tuendi in poſſeſſione.

11 Vide de bonis clerici quæ vadunt ad Eccleſiam, & quæ vadunt ad hæredes.

12 Clerici, non prælati præſumuntur acquirere intuitu perſonæ.

13 Hæres Clerici, licite occupat bona poſt mortem.

14 In præſumptionibus faciendis circa acquiſita per Clericum, iudex arbitrabitur.

15 Iudex in præſumptione, & computatione facienda circa bona acquiſita, deducet expēſas victus, ſemper de bonis Eccleſiæ.

16 Iudex vanas, & delicatas expenſas deducet de bonis Clerici.

17 Quas expenſas factas per Clericum approbet iudex

18 Quando præſumatur pro Eccleſia.

19 Eccleſia ſuccedit Clerico decedenti ſine hærede ad 7. gradum.

20 Quæ bona defuncti Clerici occupet Eccleſia, & quæ hæres.

21 In rem, quam poſſidet Eccleſia per Clericum defunctum, ſibi ius dicit.

22 Res relictas per clericum, non petit eccleſia, vti hæres, ſed vti domina.

23 Si res relictæ per clericum ſint in alium translatæ, competit Eccleſiæ rei vendicatio.

24 Debeo potius præſumere, quod quis fecerit, quod ius præcipit, quam contra ius.

25 Diſtinctio Abb. ex quibus præſumitur Clericus acquiſiſſe.

26 Si patrimonium eſt ſufficiens ad acquiſita, eccleſia vero non, nec in totum, nec in parte, tunc præſumitur pro hærede ſecus contra.

27 Si patrimonium, & eccleſia eſt ſufficiens in totum, vel in parte, tunc acquiſita diuiduntur inter eccleſiam, & patrimonium, ſecundum quantitatem vtriuſq.

28 Detrahitur primo quantum veriſimiliter potuit expendere Clericus de bonis Eccleſiæ.

29 Non eſt facienda præſumptio captioſa alicui.

30 Parificantur in acquiſitis per Clericum, patrimonium, & induſtria.

31 Vide quando adminiſtrator præſumatur acquiſiſſe ex induſtria, & quando ex adminiſtratione.

32 Si dubium ſit vtrum bona ante, vel poſt ſint acquiſita, defenditur poſſeſſor, in poſſeſſione.

33 Quando conſtat clericum ante beneficia habuiſſe patrimonium, agens probet.

34 Hæres repertus in poſſeſſione, ſtat quouſque de coniecturis dignoſcatur.

35 Tollitur præſumptio pro Eccleſia, ſi probetur patrimonium, induſtria, vel artificium.

36 In ſingulis Clericis præſumitur pro Eccleſia, ſed magis in prælatis.

37 Nullus, niſi ſit Prælatus habet officium acquirendi pro Eccleſia.

38 Vna præſumptio edidit aliam.

39 Ex coniecturis conijcitur per arbitrium Iudicis, an acquiſierit Clericus intuitu Eccleſiæ, vel perſonæ.

40 Semper præſumitur pro Eccleſia.

41 Præſumitur contra prælatum omittente facere inuentarium.

42 Propter culpam prælati, defertur eccleſia iuramentum in litem.

43 Vbi non apparet de tempore, & titulo acquiſitionis, præſumitur pro eccleſia.

44 Quando hæres inſtitutus occupans relicta per Clericum incidat in pœnam.

45 Succedens, vel iure inſtitutionis, vel ab inteſtato, licite occupat, quod à nemine eſt poſſeſſum.

46 Quando vicarius Eccleſiæ præſumatur acquiſiſſe de bonis Eccleſiæ, vel non.

47 Quando rector eccleſiæ præſumatur acquiſiſſe de bonis eccleſiæ, vel non.

48 Non arctatur hæres ad probandum bona eſſe ex induſtria acquiſita, ſed ſufficit probare clericum ex induſtria multum lucratum.

49 Prælatus emens nomine Eccleſiæ, acquirit Eccleſiæ Dominium, & poſſeſſionem.

50 Hæres capiat poſſeſſionem hæreditatis Clerici ſaluo iure eccleſiæ.

51 Clericus præſumitur feciſſe mutuum de pecunia Eccleſiæ, niſi probetur, quod erat talis, qui tale mutuum potuit acquirere.

52 Vide quando legatum factum Titio Epi-

ſcopo, intelligitur factum contemplatione Eccleſiæ, vel perſonæ.

53 Quid ſit adminiſtrationem habere in Eccleſia.

54 Quid ſit prælationem habere in Eccleſia.

55 Vide quando legatum Clericum adminiſtrationem non habenti, eſt factum intuitu perſonæ, vel Eccleſiæ.

;6 Canonici non habent adminiſtrationem in Eccleſia.

57 Religioſus regulariter non dicitur poſſe habere propria.

58 Legatum factum religioſo, præſumitur intuitu monaſterij factum.

59 Quando legatum factum canonicis præſumitur factum eccleſiæ, vel ſingulis.

Item vide de legato facto ciuibus, & ciuitati.

Item quando legatum filio famil. præſumatur factum contemplatione patris.

60 Quod dicitur, quod acquiſita per prælatum præſumuntur Eccleſiæ acquiſita, intellige quando contentio eſt cum eccleſia. ſecus ſi cum alia perſona.

61 Quando officialis præſumitur acquiſiſſe de bonis reip.

62 Quando tutor præſumatur acquiſiſſe de bonis pupilli.

63 Circa quæ tenetur operari Rector.

64 An Epiſcopus ex induſtria acquirat ſibi.

§. Quod dicendum.

1 Sacerdos habet ſemper viuere de redditibus beneficijs.

2 Verbum victus, etiam veſtimenta comprehendit.

3 Id ſolum eſt Clericorum ; quod probabili ratione conſumunt.

4 Clericus qui non intereſt diuinis, non facit ſuas quotidianas diſtributiones.

5 Clerici habent viuere de patrimonio Ieſu Chriſti.

6 Epiſcopus tenetur prouidere Clerico quouſque ei detur beneficium.

7 Ad quid apoſtolus manibus victum quærebat.

8 Hodie bona eccleſiarum ſunt deputata principaliter ad vſum miniſtrorum.

9 Habens patrimonium non poteſt petere aliquid ab eccleſia vniuerſali, ſed bene à particulari cui clericus deſeruit.

10 Hodie clerici ſine penuria, & commode habent viuere.

11 Non poſſum facere commode, quæ poſſum facere ſine penuria.

12 Quomodo intelligatur beneficium ſufficiens clerico.

13 Competenter quis ille debet beneficiari, vt poſſit commode ſuſtentari.

14 In hoſpitalitate exercenda, habetur reſpectus ad ſitum beneficij.

15 Multum differunt viuere commode, & ſine penuria.

16 Hodie clerici non debent viuere ita ſtricte.

17 Hodie eſt difficile dicere, quot fructus ſufficiunt beneficiato quia plus vni, & minus alteri.

18 In ſubminiſtratione victus clerico, habetur conſideratio ad qualitatem perſonæ.

19 Alijs cibis veſcuntur nobiles ; alijs pauperes.

20 Sine ſcientia mundus regi non poteſt.

21 Eccleſia vniuerſalis indiget viris litteratis.

22 Perſona litterata prodeſt Eccleſiæ vniuerſali.

23 Quomodo intelligatur illud, quod eccleſia habet ſufficere clerico, & ſuis.

24 Quomodo iudicatur ſufficiētia beneficij.

25 Scientia requiritur, ſecundum locum, dignitatem, & ordinem, ad quem quis ſumitur.

26 Quæ ſcientia requiritur in Epiſcopo, & quæ in alijs inferioribus.

27 Expenſæ quæ fiunt in recolligendis fructibus in primis deduci debent.

28 Quid continetur appellatione fructuum.

29 Habens patrimonium poteſt viuere de beneficio.

30 Nulla Eccleſia poteſt ædificari ſine dote.

31 Hodie bona eccleſiarum ſunt principaliter deputata ad vſum miniſtrorum.

32 Nemo debet proprijs expenſis militare.

33 Hodie beneficia ſunt principaliter deputata pro clericis.

34 Stipendium datur clerico non propter indigentiam ; ſed propter ſeruitium.

35 Clerici diuites licite ſtipendia ab eccleſia accipiunt.

36 Decimæ ſoluuntur clericis ſiue ſint diuites ſiue pauperes.

37 Hodie Clericus licite viuit de beneficio, & conſeruat patrimonium hæredibus.

§. fiet ergo.

Ex

Ex quibus præſumatur Clericus acquiſiſſe.

QVAESTIO IX.

§. ET quia plerumque dubitatur, vnde
prouenerint acquiſita per clericum
beneficiatum, an ſcilicet ex fructibus, ſeu
prouentibus beneficij, an verò aliunde,
puta ex patrimonio, vel induſtria, ideò ad
propoſitum eſſe iudicauimus præſentem
quæſtionem facere.

Et primo non videtur, quod poſſit præſumi
ex prouentibus eccleſiæ acquiſita ex in-
fra dicendis, ſtante quia clericus diuerſi-
1 mode facultates, ſubſtantias, & peculium
acquirere, & habere poteſt; quia poteſt
habere peculium aduentitium, caſtrenſe,
& quaſi; quia quod artificio, vel induſtria
paterna ſucceſſione, vel materna, vel in-
tuitu cognationis, vel dono cõſanguineo-
rum, aut amicorum intuitu perſonæ, non
2 eccleſiæ, clericis acquiritur, aduentitium
dicitur peculium clericorum, quod dici
poteſt eſſe quaſi caſtrenſe; quia quod in
filio familias laico dicitur aduentitium,
in clerico quaſi caſtrenſe peculium ap-
pellatur; quia de illo teſtari poteſt cleri-
cus, & diſponere, per *tex. in c. tua nobis
extra de teſt. l. vltima. C de in off. teſt. au-
then. presbyteros. C. de epiſcopis, & cler. 91.
3 diſtinct. cler. 10 q. 3. cauendum in fin. cap.
primo. 21. q 1. in fi.* per quæ iura probatur
clericum honeſte proprijs laboribus, &
4 manibus ſibi acquirere, & de talibus te-
ſtari poſſunt clerici, etiam ſi ſint in pote-
ſtate. *C de epiſcopis, & cler. l. ſacroſan. C.
de aſſeſ. velut caſtrenſe.*

Secundo conſideratis canonibus colligitur,
quod clerici beneficiati habentes, ex eo-
rum redditibus non poſſunt diſponere,
nec expendere, niſi tantum, quantum ſuffi
ciat ad eorum honeſtum victum, & ve-
5 ſtitum, cæteroſque vſus neceſſarios, aut
congruos. *cap. fin. 11. q. prima. cap. viden-
tes. ead. quæſt. in princip. 44. diſt.* tibi, ò ſa-
cerdos viuere de altari permittitur, non
luxuriari, bona etenim eccleſiarum ſunt
6 propriam Chriſti patrimonium, *cap. cum
ex eo. de electіon. in 6.* notant *Fely. & Dec.
in cap. conſtitutus. de reſcrip. & D. Ber-
nar. in epiſtola ſecunda ſcribit.* Denique
quicquid præter neceſſarium victum, ac
ſimplicem veſtitum de altari retines, tuũ
non eſt, rapina eſt, ſacrilegium eſt.

Imò non deſunt, qui opinantur, clericum ha
bentem beneficium vltra ſibi neceſſariam
in prophanos vſus redditus illius expen-
dente, mortale crimen committere, & te-
neri ad reſtitutionem illorum redditum;
7 quos ita expendit, dicente *Hieronymo,*
aliena rapere conuincitur, qui vltra ne-
ceſſaria ſibi retinere probatur. *§. ordinan
dus. 42. diſt.* huius opinionis eſt *S. Thom.
2. 2. q. 43. art. 8.* ſequitur *Alex. Hales. tertia
parte. qu. 36. membro quinto. Ricard. in
quarto ſentent. diſt. 45. art. 3 q prima.* hanc
opinionem probat *Palud. in quarta diſt.
24. q. 3. artic. vltimo.* ſuffragatur *tex. in ca.
epiſcopus. 12. q. 1. & in cap. primo. 12. q. 3.*
& inquit *D. Bernard. epiſtola 42. colum. 3.*
Clamant pauperes, noſtrum eſt, quod ef-
funditis, nobis crudeliter ſubtrahitur;
quod inaniter expenditis, ſequi videtur
*Abb. in cap. cum ſecundum. de præb. col. 3.
Archid. & Dominic. in ſumma 44. diſtin.
Felyn. in cap. poſtulante. de reſcrip. num. 6.
& in cap. de quarta num 33. de præſcrip.*
8 quia de altari debet viuere, non luxuriari
& accipitur luxuria, pro omni luxu, ſeù il-
licita concupiſcentia. *43 diſt. in princip.*
& dicit *Aug. in ſumma in ver clericus 3.*
quod talis contractat rem alienam inui-
9 to domino, quia quicquid habent Clerici
10 ſunt bona pauperum. 12. *q. 2. aurum, &
16. q. 1. col. fin.* ſubiungens, quod etiam re-
cipientes, tenentur ad reſtitutionem, niſi
in caſu conceſſo, 14. *q. 6 ſi res,* quod verũ
dicit quoad forum conſcientiæ.

Et detracta portione, pro congrua, & neceſ-
ſaria ſubſtentatione clerici, vel beneficia-
ti, pars ſuperabondans de redditibus, in
11 pios vſus, & in pauperes erogari debet,
iuxta illud *Lucæ 1.* Quod ſupereſt, date
pauperibus. *16. q. 1. cap. caſellas, cap. epiſco-
pi. 10. q. 2. Abb. in capitul. de his de eccleſiæ
ædif. vel reparand.* noua etenim lex de
12 dandis decimis eccleſiæ miniſtris, ex eo
iuſtitiam præfefert, quod ipſa decima da-
tur, pro congrua miniſtrorum in eccleſia
Dei ſeruientium ſubſtentatione, & pro
pauperibus alendis datur ipſa decima
fructuum pars, *Gaietan. in 2. 2. q. 87. art. 1.
et q. 188 art. 7 capit. decim. et capit. fin. 16.
quæſt. 1.*

Et clericus præbendatus per antiqua iura
de redditibus eccleſiæ, & oblationibus fi-
delium, tenetur facere quatuor partes,
videlicet epiſcopo, pauperibus ſibi ipſi
13 ſacerdoti, & fabricę *cap. quatuor. cap. co-
gnouimus. & cap. ſeq. 12. q. 1.* vbi vltra
quartam ſibi debitam, nihil vltra expe-
ctet ſacerdos, quamuis ſecundum *Abb. in
capit. primo, de eccleſ. ædif.* quoad quartam
epi-

Digitized by Google

epiſcopi, & quartam fabricæ, eſt ſtandum
14 conſuetudini, quæ in huiuſmodi valet de-
rogare iuribus, niſi tamen fabrica rema-
neret derelicta, quia tunc talis conſuetu-
do eſſet irrationabilis, & non valeret, &
ſic tali conſuetudine non obſtante, bene-
15 ficiatus tenetur dare quartam fabricæ
arg d.cap.cognouimus. Quoad verò quar-
tam debitam pauperibus, non valeat ali-
qua conſuetudo in contrarium, quin te-
neatur eam beneficiatus ſoluere: imo ſe-
16 cundum quoſdam, non ſolum quartam
partem, ſed & omnia, quæ ſuperſunt eius
neceſſitatibus detractis, pauperibus ero-
gare tenetur, niſi fabrica egeat repara-
tione, vel niſi vellet conuertere talia, ad
ampliandum cultum Dei in eccleſia, nul-
la extrema neceſſitate in aliquo occur-
rento, in aliquo occurrente, in quibus
duobus caſibus licite, deſiſtit ab eroga-
tione in pauperes, alias non ſine mortali
peccato *arg. eorum quæ not. in cap. du-
bium el 2. de electio. & in cap. cum ſecun-
dum. de præben. facit cap. clericus qui. ca-
pit. duo. cap. vlti. 12. q. 1. & 2. epiſcopus.*
quia dicit *tex. in d. capit. clericus.* quod
17 cum clericus ſit ſors, id eſt pars Domini,
debet ſe talem exhibere, vt ſit domini
pars: ſi verò aurum, argentum, ſuppelle-
ctiles varias habet, cum iſtis partibus
Dominus non dignatur fieri pars eius;
vnde ſtante diuiſione fructuum beneficij
facta à iure in quatuor partes, ſtãte, quod
clericus vltra ratam ſibi tangentem, nihil
debeat accipere, ſtante quod clericus
aliunde acquirere, & habere facultates
poteſt, non videtur poſſe præſumi acqui-
ſitionem eſſe factam de fructibus, & pro-
uentibus beneficij, quia eſſet iſta præſum-
ptio contra iura diſponentia cõtrarium,
quod eſſe non debet.

Nec ſecundum *Innocen. et Hoſtien.* relatis
per *Abb. in capit. poſtulaſti. de reſcrip.* cle-
ricus habens bona patrimonialia, de qui-
bus poſſit viuere, poteſt ſimpliciter lici-
te beneficium eccleſiaſticum ſuſcipere,
quia ſecundum *Ricard. etiam in quolibet.
3. quæſt. 21.* ſi bona patrimonialia ſufficiũt
ad neceſſitatem naturæ, poteſt beneficiũ
ſuſcipere in tantum, quantum exigit ne-
ceſſitas ſtatus, & perſonæ, & pro ſup-
18 plendo tali neceſſitati. Si verò tan-
tum habet de patrimonio, quantum
requirat neceſſitas ſtatus naturæ, &
perſonæ, in tantum, quot multa etiam
poſſet erogare pauperibus, ſi vltra acci-
pit beneficium eccleſiaſticum non inten-
dens eccleſiæ deſeruire, peccat mortali-
ter facit *c. clericos, 1. q. 1. & c. ſeq.* per quod
apparet quod fructus beneficiorum ha-
bent tantum ſeruire in neceſſitatibus be-
neficiati, non vltra, nec habent inſeruire
19 pro theſaurizando, & acquirendo rem:
facit pro iſta opinione quod habetur in
tex. in l. ſi dejunctum, C. arbitrium tutel.
vbi habetur quod curator, ſeù tutor præ-
ſumitur acquiſiſſe non ex bonis pupilli,
20 ſeù minoris, ſed ex propria induſtria, ſeù
proſperitate fortunæ, ergo idem dicen-
dum in clerico, quia prælatus, & tutor re-
21 gulariter comparantur, *not. de in integ.
reſtit. c. auditis in 4. gl. Item facit tex.* &
ibi *glo. in ver. compenſatione, 12. q. 4. c. 1.*
vbi de acquiſitis per clericum, tam de re-
22 bus eccleſiæ, quam ſuis, exiſtente dubio,
æqualiter fit diuiſio, inter eccleſiam, &
hæredes, nec propterea ex quo clericus
ſit beneficiatus, aut præbendatus, præſu-
mitur acquiſitum de bonis eccleſiæ, vlte-
rius, non poteſt etiam alia ratione præſu-
mi, acquiſita per clericum, eſſe acquiſita
23 de bonis eccleſiæ, quia in eis non habet
clericus niſi vſum, & vſuario compara-
tur, dicit *glo. in c. cum olim. extra de rer.
permut. glo. in c fi. de pigno. in c. quia nos,
de teſta. Innocen. in c. indecorum, circa fi.
de ætat. & qual. Imol. in clem gratiæ, de
rer. permut. 4. col. in fi.* per *Abb. in c. cum
eſſet, de teſta. Bal. in authen. licentia, C. de
epiſcopis, & cler. & tex in capitul. cum
M. Ferrarienſis, de conſt.* Item facit,
24 quia ſi aliquid relinquitur clerico præ-
lationem, vel adminiſtrationem non ha-
benti à propinquo, vel ab extraneo, illud
non præſumitur ei relictum ratione, &
reſpectu eccleſiæ, ſed bene reſpectu per-
25 ſonæ, & ſic non acquiſitum eccleſiæ præ-
ſumi debet, eſt *textus in capitulo reliqui-
ſti in fin. de teſtament. & gloſſ. ibi* dicit
ſiue habeat beneficium eccleſiaſticum,
ſiue non, ſequitur *Abb.* qui illum *tex.* de-
clarat in *c. fin. de pecul. cler.* quia prælatus,
26 vel beneficiatus non eſt dominus in re-
bus eccleſiaſticis, ſed procurator 12 *quæ.
1. ſi priuatum,* per *Abb. in capitul. frater-
nitatem, de donatio. ex.* & ibi *dom. Anto.*
27 & idem in *cap. petitio. in 2. col.* poſt *In-
nocen. de procurat.* Item facit, quia cum
præbendæ procedant ex rebus eccleſiæ,
non dantur canonicis ſimpliciter, vt fa-
ciant quicquid velint ex redditibus, ſed
vt primo neceſſaria accipiant pro ſe, &
ſi quid ſupereſt debent expendere in vti-
litatem eccleſiæ *Abb. cap. fin. de pecul.
cler.* ergo nihil habet, ergo non acquirere
poteſt de illis, nec diſponere, quia qui ni-
hil

hil habet, ergo non acquirere poteſt de
illis, nec diſponere, quia qui nihil habet
donare non poteſt, 1. *q.* 7. *daybertum.* 54.
diſt. abbati glo. in cap. cæterum, ex. de do-
28 *nat.* facit quod dicit *Abb. in cap. cum ſe-*
cundum, ex. de praben. quod eſt licitum
viuere de fructibus beneficij, non luxu-
riari, ex quo nota contra beneficiatos,
conuertētes redditus in vſus inhoneſtos,
29 & inquit *Abb.* credere, quod ſi haberent
patrimonium, tenerentur de ſuo reddere
eccleſiæ, quod male expenderunt 12. *q.* 4.
capit. primo. & ſecundo, & paulo poſt idē
Abb. dicit bona eccleſiarum non ſunt prę-
30 latorum, ſed patrimonium Ieſu Chriſti
ſuo ſanguine acquiſitum, dominium er-
go rerum eccleſiaſticarum pertinet ad
Deum, & eſt inquit *Abb.* contra præſa-
tos, reputantes ſe dominos, quia dicit
glo. in cap. ad aures, 12. *quæſt.* 1. de fructi-
bus eccleſiæ illud ſolum eſt clericum,
quod probabili ratione conſumunt, ſe-
quitur *Zabarel in capit ſi. de pecul. cler.*
ſequitur *Soci. conſ.* 32. *vol. primo num.* 4.
vbi dicit ſecundū *Archid. & Io. de Ligna.*
in clem. gratia. quod ſi clericus vltra ne-
ceſſitatem aliquid expendit de bonis ec-
cleſiæ tenetur ad reſtitutionem. 12. *q.* 2.
cap. epiſcopi,

Contrarium videtur per *tex. in cap. primo.*
de pecul. cler. vbi eſt *tex. rotundus*, quod
31 acquiſita per clericum beneficiatū, præ-
ſumuntur acquiſita de fructibus benefi-
cij, non aliunde, & ibi notant omnes, &
maxime *Abb. verſ. & nota ſic* vbi dicit
quod eccleſia habet intentionem funda-
tam de iure communi, ſuper omnibus
bonis poſſeſſis à prælato defuncto, vnde
32 omnia præſumuntur eſſe eccleſiæ, niſi
probetur ex aduerſo illa eſſe patrimonia-
lia, & videtur iſte *tex.* inquit, probare
quod etiam contra hæredem poſſeſſorē,
eccleſia habeat intentionem ſuam fun-
datam, vt colligitur, ibi, quicquid ipſum
habuiſſe potuerit &c. Et quod clericus
præſumatur acquiſiſſe de bonis eccleſiæ,
vide per *glo. in l. etiam in ver. credidiſſet.*
C. de donat. inter vir & vxor. per *Specul.*
de teſta. monac. verſ. 53. *& capit. primo. &*
fin. de pecul cler. Bal. in capit. primo ad fin.
verſ. quæro quid in dubio. de cler. qui in-
ueſtit. fecit. Bar. in. l facultas. in fin C. de
iure fiſci lib. 10. *Specul de locat.* § 6. *verſ.*
76. *Cardinal in clem. gratia*, 19. *q. verſ.*
ad 5. *de reſcript.* & dicit *Zabarel. d. ca. pri-*
mo. de pecul. cler. quod ſicut præſumitur
pro marito carnali, quòd acquiſita per
vxorem, ſint de bonis ſuis acquiſita, ſic
33 præſumi deberet pro marito ſpirituali,
ſcilicet pro prælato contra eccleſiam,
quod acquiſita per eum ſint acquiſita de
bonis eccleſiæ, quia dicit *Hoſtien cap.*
primo. de teſta quod in vtroque caſu, tam
34 vxoris quam prælati, eſt eadem ratio
præſumptionis, vt euitetur ſuſpicio tur-
pis quæſtus, mulieres enim raro nego-
ciationes non conueniunt mulieribus,
quia non debent ſe immiſcere cætibus vi-
rorum *l. aliena. C. d. procurat.* Et ſi nego-
cia faciunt de bonis mariti faciunt; dicit
tamen *Io. de Imol. ſecundum d. Pet d. cap.*
de pecul. cler. quod ſi in vxore poneretur
in facto, quod ipſa fuiſſet diues, & mari-
tus, nihil habens, tunc illud, quod vxor
quæſiuiſſet, non debet præſumi de bonis
viri quæſitum, qui nihil habebat, quia ex
bonis, quæ non apparent lucrum aliquod
proficiſci non poteſt, facit quod habetur
35 in *l. pri. ff de contrahen emptio. per Imol.*
d. capit. primo. de pecul. cler. col. ſecunda.
ſic & in prælatis, & clericis beneficiatis
36 ſi negociantur eſt turpis quęſtus, ideo
præſumitur non ex negociationibus ac-
quirere, quia non præſumitur prælatus
negociatus fuiſſe, cui negociari eſt à ca-
37 none interdictum. quia clerico hoc face-
re eſt delictum, *toto tit. ne cleric. vel Mo-*
nac. ſecular. neg. ſe aſtr. & dicit *Innocen.*
38 quem ſequitur *Zabarell. in capit. cum in*
officijs extra de teſt. quod de rebus, de qui-
39 bus dubitari poteſt, an ſint acquiſitę ec-
cleſiæ, & an ſint eccleſiæ, nec ne, quod
etiam illas occupabit eccleſia, quia pro
ipſa præſumitur, alias verò de quibus eſt
certum, quod fuerunt teſtatoris, occupa-
bit hæres, eſt *tex. in terminis in authen.*
licentiam, C. de epiſcopis. vbi epiſcopus,
quæcunque fuit probatum habuiſſe ante
epiſcopatum, & quæ ratione cognationis
acquiſiuit poſt epiſcopatum, poteſt ad
40 quem voluerit transmittere vbi *glo.*
notat, quod ſi habet probari, ergo præſu-
mitur pro eccleſia, & eccleſiæ acquiſi-
tum, facit in terminis, in *cap. primo.* 12. *q.*
3. vbi clerici nihil habentes ante ordina-
tionem ſuam, poſtea acquirendo agros,
& prædia, ac alia quæcunque ſuo nomi-
ne comparata, de bonis eccleſię acquiſiſſe
præſumuntur, & tanquam rerum domi-
nicarum inuaſores tenentur, niſi admo-
niti, eccleſiæ eadem acquiſita contule-
rint, vbi dicit *glo.* quod ſpeciale eſt in ec-
cleſia, quod res empta de eccleſiæ pecu-
nia, ſtatim ſit eccleſiæ, licet clericus eme-
41 rit nomine proprio, id quod eſt ſecus
in rebus priuatorum; & prælatus, vel be-
neficia-

neficiatus, attento, quod habet liberam
adminiſtrationem in rebus eccleſię,& fa-
cit fructus beneficij ſuos, ſecundum ali-
quos, poteſt diſponere de eis per *tex.* vbi
*glo. Abb. & alij in capit. cæterum. de do-
natio, extra.* & æquiparatur vſufructuario
in vita, per ea, quæ dicit *Abb. in cap. fin de
pecul. cleric. verſ in glo. ſecunda,* vbi vide-
tur dicere quod clericus in vita, & in bo-
na valetudine comparatur vſufructuario,
in infirmitate verò, æquiparatur vſuario.
quia non poteſt donare aliquid; niſi intui-
tu eleemosynæ, *capit. quia. capit. relatum
el 2. extra. de teſta. Abb. in capit. cum in
offi. eo. tit glo. eſt multum notabilis. in cap.
præſenti. de off. ordinar. lib. 6.* Item facit
42 quia videtur, quod clericus habeat om-
nimodam diſpoſitionem pro libito ſuæ
voluntatis, circa fructus beneficiorum, &
quod quouiſmodo expendere poteſt, quia
etiam poteſt illos dare porcis, eſt *glo.* eſt
notabilis in *ſumma* 1. *q.* 3. quæ dicit de
fructibus nulla quæſtio, qui etiam vendi,
& dare porcis poſſunt per *text. in capi-
tulo final. ne prælat. vic. ſuas.*
Facit, quod habetur in tex, in c. vnico de
cler. non reſid. in. fin. vbi videtur, quod
fructus ideſt diſtributiones quotidianas
clericus faciat ſuas, & illarum dominium
43 acquirat, *Dec. conſ.* 280. *Pariſ. conſ.* 33.
vol. quarto.
Facit vlterius, quia clericus licite diſponit
de fructibus, ac rebus eccleſię in quan-
tum expendit de ſuo in vtilitatem eccle-
ſię, & de eis teſtari poteſt *capitul. ſi quis
44 quilibet* 12. *q.* 2. *& cap. ſi epiſcopus. q.* 5.
imo. ſi non teſtaretur heres poſſet pete-
re, facit *capitul. de multa. de preben. &
quod not. Abb. ibidem in quarta col. et l.
quæ omnia. in fin. ff. de procura glo. in. leg.
ſi non ſortem. § ſi centum. ff de condit.
indeb.*
Item poteſt diſponere de rebus, & fructibus
eccleſię, ſtante conſuetudine. Item poteſt
diſponere in eleemosynam, quam cleri-
45 cus poteſt facere etiam in ęgritudine cõ-
ſtitutus *cap ad hæc. et capitul. relatum el
2 extra de teſtam.* Item poteſt diſponere,
& donare de fructibus beneficij in re-
munerationem ſeruitiorum honeſte re-
ceptorum, tam a conſanguineis, quam ab
extraneis. *d. cap. relatum. de teſtam. §. li-
cet,* Item poteſt diſponere clericus de fru-
ctibus eccleſię in dando locis religioſis.
d. cap. relatum, et Abb. in d. cap ad hæc dat
practicam, quod ſi clericus vult diſpone-
re aliquo de iſtis modis valide, & effica-
citer det, donet diſponat, & faciat dum
ipſe viuit, & in vita, & non relinquat
quia non valet.
Et dicit apoſtilla ad *Ang.* in ſumma in *ver.
cler. tertio verſ. vtrum prælatus. in ver.
de fructibus. loquendo* an prælatus poſſit
ſoluere debita perſonalia de fructibus be-
neficij, quod ſic, quia hodie inualuit cõ-
46 munis opinio, quod hodie clerici appro-
priant ſibi fructus eccleſiæ, vnde, melius
viſum eſt curiæ, vt ſatisfaciant creditori-
bus; & dicit *Cardinalis Zabarella in cap.
inquirendum de pecul. cler.* quod de fru-
ctibus clericus libere diſponit, ait enim,
ſed ſi prælatus vendit fructus, quos libe-
re poteſt diſtrahere &c. facit, quod dicit
*Couarruu. Doctor Hiſpanus in capitul.
cum in officijs. de teſtam.* vbi tenet, quod
prælati, licet in prophanos vſus expen-
dant redditus, & fructus beneficiorum,
propter quod crimen mortale commit-
tunt, non tamen tenentur reſtituere, ne-
que ad reſtitutionem aliquo modo, quia
dicta Doctorum circa hoc adducta, eo
tendunt frequentius, vt ſit illicita hæc ec-
cleſiaſticorum redditum diſtributio, nõ
tamen, vt ſit reſtitutio neceſſario facien-
da; præterea redditus eccleſiaſtici qui ſu-
perſunt vltra miniſtrorum victum, alieni
dicuntur, non proprij, ſed ex quadam me-
taphora, eo quod pauperibus eſſent ero-
gandi, quod auctoritate *Hieronymi* com-
probatur, is etenim ſcribit bona eccleſia-
rum dici bona pauperum, quoad debitũ,
quia eis debentur, non quoad dominium,
nec quoad proprietatem, ſicut refert
*Cardinalis à Turre Cremata capitul. vi-
dentes numer. 2. 12 quæſtion. 1.* per multa
quæ allegat *ibidem d. Couarruuias,* & per
multorum Doctorum opiniones, quo-
rum opinio inquit, & ſententia benignior
eſt, & noſtris hiſce temporibus admit-
tenda, ex totius Chriſtiani orbis conſue-
tudine, qua plurimum adiuuatur &c.
Quia nemo videtur teneri ad reſtitutionem
ſuæ rei, quia clericus beneficiatus, & præ-
47 latus facit fructus ex beneficio recolle-
ctos ſuos, late per *Hoſtien. in capitulo ſi.
de pecul. cler.* vbi poſt longam diſtinctio-
nem concludendo dicit; ſed eſt verius,
quod clericus fructus ſeparatos, & recõ-
ditos ſolummodo facit ſuos, alij autem
omnes ad eccleſiã pertinebunt, ſic enim
eſt, & in vſufructuario, cui talem cleri-
cum beneficiatum diximus comparan-
dum, & quod ſit in vſufructuario habetur
48 in *l. arboribus. §. Iulianus ff. de vſufruct.*
id quod inquit eſt verum, niſi de ſpeciali
ſtatuto, vel conſuetudine eccleſiæ, in cõ-
trarium

Digitized by Google

rarium appareat,quia tunc tali ſtatuto ,
& conſuetudini ſtandum erit,ſequitur ibi-
dem *Io.Andr* ibi poſſeſſio reſtituitur,nō
fructus,quos facit ſuos. Sed vltra omnes
pulchrius ibidem per *Zabarellam*, vbi di-
cit, quod quicquid diſponit clericus de
fructibus beneficij in vita, tenet, ſicut
49 valet alienatio tutoris in illis, quę ſer-
uando ſeruari non poſſunt,ſubiungens ſic
in ſimili dico , quod prælati habent libe-
ram diſpoſitionem de fructibus benefi-
cijs , & plus dico , quod ſunt domini fru-
ctuum *capitulo vnico de cler. non reſiden.*
in fin.lib. 6. & diſtinguit in fin. quod aut
quæritur , an beneficiatus faciat fructus
ſuos, ita quod libere diſponere poſſit , ſi-
cut Dominus, adeo quod etiam , ſi male
diſpenſet , non poſſit puniri , & dic quod
non,*capitul.2 de pecul.cler.* aut quæritur ,
50 an faciat ſuos in tantum,quod poſſit ſibi
conſeruare, vel ex eis aliquid acquirere ,
quod ſuum ſit,& ad huc idem : quia non
51 poteſt *capitul.3.eodem tit. de pecul cler.*
aut , an faciat ſuos, ita quod de eis poſſit
diſponere , adeo quod non reuocetur ,
quod fecerint, & tunc , aut in vltima vo-
luntate, aut inter viuos , primo caſu non
poteſt *capitul.ad hæc de teſtam & capit.*
relatum.licet in hoc poſſit,aliter dici , vt
prædixi,ſed hæc communis, ſecundo caſu
indiſtinctæ poteſt, etiam donando , quia
52 dominus eſt ſuorum *capitul.vnico de*
cler.non reſid. in fi lib 6. & æquum eſſet
ſtatuere,quod de omnibus fructibus,item
etiam de omnibus acquiſitis eccleſiæ: ſi-
ue mobilib ſiue immobilibus,poſſet cle-
ricus libere diſponere , & in vita , & in
morte, & hoc ſi ſint acquiſita intuitu ec-
cleſiæ per hoc enim clerici eſſent prom-
ptiores ad bene agendum,& bene acqui-
rendum,& multi magni viri,qui abſtinent
à clericatu , non abſtinerent,nec facerent
clerici fraudes quas faciunt , in faciendo
inſtrumenta cantare in alio,hęc quæ dixi
beneficiatum poſſe diſponere in vita de
fructibus,procedunt,quando diſpoſuit de
eis,ſed ſi moritur diſpoſitione non facta ,
fructus reſeruantur eccleſiæ,& remanent
futuro ſucceſſori *capitul.præſenti, præal-*
legato in principio libro ſexto,in eo autē ,
quod dictum eſt de fructibus, quod ſiunt
clerici, intelligunt communiter omnes ,
verum eſſe cum ſunt percepti , ſeparati à
ſolo, & reconditi, comparando in hoc
clericos vſufructuario , qui facit fructus
ſuos, tunc cum ſunt reconditi non ante.
53 *ff.quibus mod.vſuf. amittat.* ſi fructus ,
alias & vſufructuarius , quæ tamen lex
hoc non dicit ſecundum verum intelle-
ctum;imo,inquit, verius dic, quod ſicut
bonæ fidei poſſeſſor facit fructus ſuos
ſtatim cum ſunt à ſolo ſeparati,etiam non
reconditi *d.lege ſic,& vſufructuarius*, ſed
in hoc eſt differentia , quia bonæ fidei
54 poſſeſſores faciunt fructus ſuos , à quo-
cunque ſint à ſolo ſeparati , vſufructuarij
verò,tunc tantum,quando per ipſum ſunt
ſeparati , vel per alium eius nomine *d. l.*
quod tenet Cyn.in.l certum.C.de rei vend.
in clerico autem videtur magis conue-
niens, comparare ipſum bonæ fidei poſ-
ſeſſori potius,quam vſufructuario, quia
55 differt ab vſufructuario,& quando cleri-
ci faciunt fructus ſuos , ſe remittit idem
*Zabarel.*ad eius ſcripta in *clem gratia.vl-*
tima q.de reſcrip Et per hæc cum clariſſi-
me conſtet , quod clericus de fructibus
beneficij poſſit omnimodo diſponere ,
eoſque faciat ſuos , & quod inoleuit quod
hodie clerici appropriant ſibi omnes
fructus beneficiorum per ſupradicta, po-
teſt indubitanter dici, quod de eis acqui-
ſitionem facere , & acquirere poſſit, &
quod beneficiatus , acquirendo faciat
pręſumptionem,acquiſita eſſe de fructib.
beneficiorum .
.§. Quid dicendum,in tanta contrarietate,
de hac materia habetur,*duodecima quæſt.*
tertia,& duodecima quæſtione quarta ,
& eſt in hac materia diſtinguendum, &
intelligendum,prout per Doctores in *ca-*
pitul.vt vnus de pecul cler vbi dicit *Ho-*
ſtienſ. quod acquiſita per Epiſcopum
poſt conſecrationem,debent pręſumi ac-
quiſita eccleſiæ,& de rebus eccleſiæ , niſi
probetur , quod non occaſione eccleſiæ
acquiſiuit,per *tex in capitul. quia nos. de*
1 *teſtam.authen licentiam.C.de epiſcopis, &*
cler. & ſic incumbuit ſemper probatio
hæredibus epiſcopi,quod quidam intelli-
gunt,ſi eccleſia eſt in poſſeſſione rerum
acquiſitarum , & de quibus controuerti-
tur; quia ſi non eccleſia, ſed hæres poſſi-
det,tuenda eſt ei ſua poſſeſſio,*l ſi.C.de rei*
2 *vend.capitul.primo, duodecima quæſtione*
quinta.in fin ſed contrarium eſt verius,
ſecundum eum,quia quicunque poſſideat
3 præſumptio eſt pro eccleſia , vndè poſſi-
dens habet probare intentionem ſuam ,
& ſi non probet, ſuccumbit per *tex. in ca-*
pitul. primo de teſtam. per illa verba de-
tineri nullatenus patiaris,nec obſtant iu-
ra,quæ volunt,quod actor probet inten-
tionem ſuam,quia intelliguntur, & vera
4 ſunt,niſi præſumptio ſit pro actore , vbi
enim præſumptio eſt pro actore,ſuccum-

bit reus niſi probet, ſubiungens ibi *Ho-
ſtien*.porro,ſi conſtat, quod nihil habens
promotus fuerit,nec probatur,quod aliun-
de aequiſierit pro Eccleſia iudicabo, &
hec in rebus immobilibus, porro in mo-
bilibus modicis, quilibet poſſeſſor tuen-
dus eſt in poſſeſſione, in quantum dari
potuerunt, ſequitur *Io. Andrea ibidem*,
dicens vltra *Hoſtien* quod quidam diſtin-
5 guunt, an prælatus promiſcue, vtatur re-
bus eccleſiæ, & ſuis, nec ne: alij an con-
ſtet, prelatum habuiſſe proprium ante
promotionem,nec ne: Tertij quis poſſi-
deat,& quis petat,vt probet contra poſ-
ſidentem:aliqui, an prælatus fecerit in-
uentarium, nec ne, vt primo caſu, vltra
expreſſa in inuentario preſumatur pro
6 herede,ſecundo caſu,preſumatur pro Ec-
cleſia, fuit enim in culpa prælatus non fa-
ciendo inuentarium, quia ſegregare de-
buit res ſuas à rebus Eccleſiæ.12. *quaſt.
1 ſint*. & habetur id in *Canone Apoſtolo-
rum Canon.35 incip.manifeſte ſumpto res
priuata Epiſcopi &c.*& multum contra
7 eum in tali caſu preſumitur, ſi omiſerit,
& ſæpe poteſt propter culpam eius, de-
ferri iuramentum Eccleſiæ *arg.2.quaſt.1,
in primis*.& maxime,vbi lata, & maniſe-
ſta deprehenderetur culpa prelati, per
eundem *Io.And.in cap.cum in officijs: de
8 teſt*.vbi etiam ſubiungit,quod ſemper pro
Eccleſia preſumitur: niſi heres Clerici
defuncti probauerit,ante Clericatum de-
functum Clericum habuiſſe aliquid, vel
aliunde ſuo intuitu obueniſſe,addens idẽ
Io. And.d.cap. vt vnus, aut conſtat Cleri-
cum habuiſſe proprium tempore promo-
tionis,aut conſtat non habuiſſe, aut dubi-
tatur;primo caſu,vera ſit opinio, vt pro-
bet agens contra poſſidentem, ſecundo
9 caſu,vt præſumatur pro Eccleſia idem in
tertio, maxime ſi defunctus Clericus nõ
fecit inuentarium,ſed in ſecundo caſu, li-
cet preſumptio ſit pro Eccleſia, tamen
heres acquiſitum intuitu perſone proba-
bit, in tertio probet etiam eum habuiſſe
aliquid promotionis tempore, quia hoc
probato, elidetur preſumptio, ſequitur
Cardinalis Zabarella ibi; quero inquit,
an in dubio, cum non apparet, an occa-
ſione Eccleſie acquiſierit Clericus, vel
Prelatus præſumendum eſt pro Eccleſia,
niſi probetur,quod non acquiſiuit intui-
tu Eccleſie,ſed aliunde, vt ſic ſemper in-
cumbat probatio heredibus,etiam ſi poſ-
ſideant,vt ſemper præſumptio ſit pro Ec-
cleſia, etiam, ſi non poſſideat, niſi hære-
des poſſederint rẽs modicas mobiles,
quia in illis eſt eis tuenda ſua poſſeſſio,
& ſi prælatus promiſcue ſit vſus rebus
10 eccleſiæ, & ſuis; quod ſit preſumendum
pro eccleſia,ſecus,ſi ſeparatim, & ſi con-
ſtat prælatum aliquid habuiſſe ante pro-
motionem, quod tunc non præſumatur
pro Eccleſia,ſecus ſi non conſtet, & de-
mum ſequendo diſtinctionem *Io. Andr.*
quod ſi conſtat habuiſſe illum ante pro-
motionem,quod non ſit præſumptio pro
Eccleſia,quin agens probet contra poſſi-
dentem, ſi non conſtet, præſumptio eſt
pro Eccleſia, & incumbit hæredi proba-
re,quod non acquiſiuit ratione eccleſiæ,
ſed intuitu perſone; ſecundo caſu etiam
preſumitur pro Eccleſia, maximè ſi præ-
latus non fecit inuentarium,ſed ſi proba-
bit heres,eum aliquid habuiſſe tempore
promotionis,tollitur hec preſumptio, &
eſt locus primo caſui.Et ante omnes di-
xit *Innocent.in capitul.cum in officijs. de
teſtament.* quod ea veniunt ad hæredes
11 inſtitutos,vel ab inteſtato,quæ Clericus
habuit ante clericatum,vel ea que poſtea
obueniunt ex ſucceſſione,vel donatione,
vel artificio,ſeu doctrina, *capitulo rela-
tum de teſtament. §.caterum eo.* ea ve-
ro,quæ acquiſiuit poſt Clericatum, pri-
ma facie preſumitur, quod intuitu Eccle-
ſiæ ſint acquiſita, & de redditibus illius,
*capitulo primo.eo.duodecima quaſtione
tertia*, capitulo primo hoc preſumitur in
ſingulis Clericis,& maxime in prælatis.
*duodecima quaſtione tertia.quacunque.
& quaſtione quarta ſacerdotes.* & in-
tantum valet iſta præſumptio, quod pro-
nunciatur pro eccleſia,niſi probetur, vel
præſumatur in contrarium; aliquorum
eſt opinio, & non male ſecundum eun-
dem,quod Clerici non prelati præſumun-
tur acquirere intuitu perſone, non au-
12 tem Eccleſiæ, cum ad quærendum no-
mine Eccleſiæ,nullum habeant officium,
onus,vel obligationem; ideò ſuo eorum
nomine videntur querere, ſi aliunde ha-
beat bona,quam ab Eccleſia, vndè he-
13 res ſuus licite poſt mortem bona occu-
pabit; ſed quia difficiles, & fere impoſſi-
biles ſunt probationes, vel teſtium, vel
inſtrumentorum,quantum de redditibus,
& quantum de patrimonio ſuo proprio
acquiſierit, vel emere potuerit; idcirco
iudex multum ex præſumptionibus pro-
cedet; & quia contingit aliquando, quod
14 vna preſumptio alie cedit, & vna
aliam elidit, iudex arbitrari debet quan-
tum fuit patrimonium, quanti ſint reddi-
tus eccleſiaſtici; Item quid lucratur,
vel

Digitized by Google

vel lucrari potuerit de artificio, vel do-
ctrina,& ſic multa alia.late per *Alex cōſ.*
101. in principio. ſeptimo vol. & ſemper
in computatione,deducet prius expenſas
victus, & veſtitus ſuper eccleſia, & de
redditibus illius, de quibus ſemper pri-
mo habent deduci, quia debet de altari
15 viuere,qui altari ſeruit, & quia prælatus
tenetur tenere ſegregatas res eccleſiæ,
magna eſt præſumptio contra eum, ſi id
facere omittit,& ſæpe poſſet propter cul-
pam illius deferri iuramentum eccleſiæ.
16 Item iudex omnes vanas, & delicatas
expenſas prius deducet de bonis Clerici,
ſolas autem expenſas approbabit iudex
17 de bonis eccleſiæ quæ factæ fuerint in
alimoniam ſuam, pauperum, In redem-
ptione captiuorum, hoſpitalitatem, aut
alias pias cauſas,nec ex eo credimus eſ-
ſe melioris conditionis quoad probatio-
nem hæredes.eo quia poſſident, quantū
ad hoc, quod onus probandi alij incum-
18 bat, quia ſemper pro eccleſia præſumi-
tur, niſi hæres defuncti clerici probaue-
rit ante clericum aliquid habuiſſe, vel
aliunde bona ſui intuitu, eccleſiæ obue-
niſſe, vel, niſi ſit probatum quod fructus
erant adeo tenues, vt ex illis viuere non
poſſet, aut vix ad ſubſtentationem ſuffi-
cerent, quia tunc non eſt dicendum, vel
præſumendum,quod bona quæ reliquit,
ſint aequiſita ex prouentibus eccleſiæ,&
quod eidem debeantur, cum pro vſu, &
& neceſſario victu,& veſtitu tales fructus
ſint ipſius clerici *capitulo cum ſecūdum*,
de praben. Archid.in capitulo ſtatutum,
colum penul.de reſcrip.lib.6.Gemin. in ca-
pitulo præſenti,ſub num.duod.cimo,de off.
ordin.eo.lib.& in dubio,eſt præſumptio,
tales tenues fructus eſſe integros con-
ſumptos,& proprios ex patrimonio præ-
ſeruatos,per *Bald.conſ.313.vol.ſecundo*,
incip.præmittendum,ſi plures quis eccle-
ſias habuerit, æqua diſtributione inter
eas,bona clerici diuidentur, & ſi clericus
nullum habet hæredem vſque in ſeptimū
19 gradum,ſuccedit ei eccleſia *cap.pen.duo-*
decima quæſtione quinta, ſecundum ali-
quos verò, vſque ad decimum gradum,
dicimus ſupra, in præcedenti *quæſt. de*
ſucceſſ.cler. ſecular. ab inteſtat. verſ. de-
ſcendentibus verò in bonis eccleſiæ bo-
na relicta per clericum occupabit eccle-
ſia,quia non habet hæredem, ſed ſucceſ-
ſorem,illa verò de quibus certū eſt,quod
fuerint clerici teſtatoris,occupabit hæres
illius, ea de quibus eſt dubium occupabit
eccleſia, quia pro illa præſumitur, & ſi
20 forte hæres illa occupauerit propria au-
ctoritate, competit contra eum actio, &
remedium ex conſtitutione, Si quis in
21 tantam, &c. Item, quia in rem, quam
poſſidet eccleſia per clericum defun-
ctum ſibi ius dixit, vel edictum diui Mar-
ci, vel furti, vi bon. rap. vel ad exhiben.
actio autem expilatæ hæreditatis, vel
edictum Diui Adriani, non competunt
eccleſiæ, quia prædicta non petit, tam-
quam hæres,ſed,vti Dominus,ſi in alium
ſine bona translata, competit rei vendi-
catio,vel ad exhiben. ſi in teſtamento re-
licta, videtur,quod hæres inſtitutus, non
22 habeat formidare pœnam conſtitutionis,
ſiquis in tantam,aut aliarum conſtitutio-
23 num, & alias, vt ibi per eundem *Innoc.*
Subdens ibidem: quod ſi eccleſia ignoran-
ter occupaſſet rem, quam ſuo nomine
poſſidebat prælatus, non teneretur prædi-
cta pœna, quia iuſtam cauſam habuit
ignorantię,& contrarię præſumptionis,
cum enim præſumatur,vt dictum eſt, om-
nia acquiſita de bonis eccleſię. Item cum
quid emit prælatus præſumatur emptum
nomine eccleſiæ, aut nomine eccleſię
emere debeat, vt 12.q.3 *epiſcopus*, ſi aliud
24 non appareat, debeo eum præſumere po-
tius feciſſe, quod ius præcipit, quam cō-
tra ius,&c.
Sed *Abb.in d. cap.vt vnus*, amplectendo to-
tam materiam, melius diſtinguit, & cla-
rius,dicit enim, aut conſtat prælatum ha-
buiſſe patrimonium,aut non conſtat, aut
dubitatur,& hoc vltimo caſu diſtinguo,
25 aut dubitatur, verum habuit bona ex qui-
bus potuerit acquirere illa,de quibus eſt
contentio, aut non habuerat illa bona tē-
pore ſuæ promotionis,de quibus eſt con-
tentio:primo membro principali, ſi con-
ſtat ex quibus emit illa bona, tunc non
eſt quæſtio, quia illius erunt, ex cuius
redditibus acquiſita fuerunt, vt *capitulo*
inquirendum, aut dubitatur, quia promi-
ſcue vtebatur rebus eccleſiæ, cum ſuo
patrimonio,& tunc, ſi patrimonium erat
ſufficiens ad acquiſitionem illorum bo-
26 norum,eccleſia verò nō,nec in toto, nec
in parte, & tunc præſumitur pro hærede,
quia ceſſat hoc caſu præſumptio *tex.in c.*
1.eod tit.& c.1.12.q 4. aut econtra,quia
27 eccleſia ſolū erat ſufficiens, patrimoniū
verò tenue,ſed induſtria perſonæ,& tunc
præſumēdū eſt pro eccleſia *d.c.1.eo.* Si ve-
ro vtrūq. erat ſufficiēs in totū,vel in par
tē,tunc fiet diuiſio inter hæredē,& eccle
ſiā,ſecundū quantitatē patrimonij, & re-
rū eccleſiæ,& pone in terminis, quod ab

Google

SVMMARIVM.

1 Clericus diuerſimode facultates acquirere poteſt.
2 Qual ſit peculium aduentitium clericorum.
3 Quod in laico dicitur peculium aduentitium, in clerico eſt quaſi caſtrenſe.
4 Clericus manibus acquirere poteſt, & de acquiſitis teſtari.
5 De fructibus beneficiorum non diſponit clericus, niſi pro neceſſarijs.
6 Bona Eccleſiarum ſunt Chriſti patrimonium.
7 Clericus in prophanos vſus redditus Eccleſia expendens, peccat mortaliter, & tenetur ad reſtitutionem.
8 Clericus de altari debet viuere, non luxuriari.
9 Quid ſit luxuria.
10 Quicquid habent clerici, ſunt bona pauperum.
11 Pars ſuperabundans debet erogari in pauperes.
12 Decima datur pro miniſtris Eccleſiæ, & pauperibus alendis.
13 Fructus Eccleſia in quatuor partes diuiduntur.
14 Conſuetudo valet derogare iuribus.
15 Conſuetudo non efficit, quin pars debita pauperibus ſoluatur.
16 Detractis neceſſarijs cæteri fructus debentur pauperibus.
17 Clericus eſt pars Domini.
18 An, & quomodo Clericus habens ſufficiẽs patrimonium poſſit habere beneficium.
19 Fructus beneficiorum non habent inſeruire pro theſaurizando.
20 Tutor præſumitur acquiſiſſe ex propria induſtria, non ex bonis pupilli.
21 Tutor, & Prælatus regulariter æquiparantur.
22 In dubio de acquiſitis per clericum, æqualis ſit diuiſio inter eccleſiam, & hæredem.
23 Clericus in bonis Eccleſia habet vſum tantum.
24 Relictum clerico adminiſtrationem non habenti, videtur relictum intuitu perſona.
25 Relictum intuitu perſona, non acquiritur eccleſia.
26 Beneficiatus non eſt Dominus in rebus Eccleſia ſed procurator.
27 Præbendæ ad quid dentur Canonicis.
28 Nihil habens dare non poteſt.
29 Luxuriantes in bonis eccleſia tenentur ad reſtitutionem.
30 Dominium rerum Eccleſia pertinet ad Deum.
31 Acquiſita per clericum beneficiatum, acquiſita Eccleſia præſumuntur.
32 Eccleſia habet intentionem fundatam ſuper bonis poſſeſſis à clerico defuncto.
33 Bona acquiſita per vxorem, præſumuntur acquiſita de bonis mariti.
34 Bona acquiſita per prælatum, præſumuntur acquiſita de bonis eccleſia.
35 Suſcipio turpis quæſtus eſt euitanda, tam in vxore, quam in prælato.
36 Mulieribus non conueniunt negociationes.
37 Quando mulier præſumatur acquiſiſſe de bonis ſuis.
38 Clerico eſt delictum negociari.
39 Res de quibus dubitari poteſt, an ſint eccleſia, occupabit Eccleſia.
40 Bona ante Epiſcopatum, & tempore epiſcopatus ratione ſanguinis, acquiſita ſunt hæredum.
41 Res empta de pecunia Eccleſia ſit Eccleſia.
42 Fructus Eccleſia poſſunt dare porcis, ſecundum glo.
43 Diſtributiones quotidianæ efficiuntur clerici.
44 Clericus poteſt diſponere tantundem de fructibus, quantum de ſuo impendit in eccleſia.
45 In quibus caſibus poſſit clericus diſponere de fructibus eccleſia
46 Hodie inualuit quod clerici appropriant ſibi fructus eccleſia.
47 Clericus fructus recollectos videtur facere ſuos.
48 Ad quem pertineant fructus eccleſia, ſtari ſolet conſuetudini.
49 Tenet alienatio tutoris in illis, quæ ſeruari non poſſunt.
50 Punitur Clericus, male diſpenſans.
51 Non poteſt clericus de fructibus eccleſia ſibi acquirere.
52 Clericus poteſt in vita donare ſecundum aliquos.
53 Vſufructuarius fructus reconditos facit ſuos.
54 Bona fidei poſſeſſor, fructus ſeparatos à ſolo fecit ſuos.
55 Differentia inter bonæ fidei poſſeſſorem, & vſufructuarium quoad fructus.

§. Et quia.

1 Ac-

1 *Acquiſita poſt conſecrationem, præſumuntur acquiſita eccleſiæ.*
2 *Vel eccleſia, vel hæres poſſideat, tuenda eſt poſſeſſio poſſidenti.*
3 *Quicumque poſſideat, præſumptio eſt pro eccleſia.*
4 *Actor probat intentionem ſuam, niſi ſit pro eo præſumptio.*
5 *In rebus mobilibus poſſeſſor eſt tuendus in poſſeſſione.*
6 *Diſtintio pro facienda præſumptione.*
7 *Præſumitur contra prælatum, qui non fecit inuentarium.*
8 *Præſumitur ſemper pro eccleſia: niſi hæres probauerit.*
9 *Triplex diſtinctio præſumptionis circa bona relicta per clericum.*
10 *Hæredes poſſidentes, res mobiles modicas, ſunt tuendi in poſſeſſione.*
11 *Vide de bonis clerecj quæ vadunt ad Eccleſiam, & quæ vadunt ad hæredes.*
12 *Clerici, non prælati præſumuntur acquirere intuitu perſonæ.*
13 *Hæres Clerici, licite occupat bona poſt mortem.*
14 *In præſumptionibus faciendis circa acquiſita per Clericum, iudex arbitrabitur.*
15 *Iudex in præſumptione, & computatione facienda circa bona acquiſita, deducet expēſas victus, ſemper de bonis Eccleſiæ.*
16 *Iudex vanas, & delicatas expenſas deducet de bonis Clerici.*
17 *Quas expenſas factas per Clericum approbet iudex*
18 *Quando præſumatur pro Eccleſia.*
19 *Eccleſia ſuccedit Clerico decedenti ſine hærede ad 7. gradum.*
20 *Quæ bona defuncti Clerici occupet Eccleſia, & quæ hæres.*
21 *In rem, quam poſſidet Eccleſia per Clericum defunctum, ſibi ius dicit.*
22 *Res relictas per clericum, non petit eccleſia, vti hæres, ſed vti domina.*
23 *Si res relictæ per clericum ſint in alium translatæ, competit Eccleſiæ rei vendicatio.*
24 *Debeo potius præſumere, quod quis fecerit, quod ius præcipit, quam contra ius.*
25 *Diſtinctio Abb. ex quibus præſumitur Clericus acquiſiſſe.*
26 *Si patrimonium eſt ſufficiens ad acquiſita, eccleſia vero non, nec in totum, nec in parte, tunc præſumitur pro hærede ſecus contra.*
27 *Si patrimonium, & eccleſia eſt ſufficiens in totum, vel in parte, tunc acquiſita diuiduntur inter eccleſiam, & patrimonium, ſecundum quantitatem vtriuſq.*
28 *Detrahitur primo quantum veriſimiliter potuit expendere Clericus de bonis Eccleſiæ.*
29 *Non eſt facienda præſumptio captioſa alicui.*
30 *Pariſicantur in acquiſitis per Clericum, patrimonium, & induſtria.*
31 *Vide quando adminiſtrator præſumatur acquiſiſſe ex induſtria, & quando ex adminiſtratione.*
32 *Si dubium ſit vtrum bona ante, vel poſt ſint acquiſita, defenditur poſſeſſor, in poſſeſſione.*
33 *Quando conſtat clericum ante beneficia habuiſſe patrimonium, agens probet.*
34 *Hæres repertus in poſſeſſione, ſtat quouſque de coniecturis dignoſcatur.*
35 *Tollitur præſumptio pro Eccleſia, ſi probetur patrimonium, induſtria, vel artificium.*
36 *In ſingulis Clericis præſumitur pro Eccleſia, ſed magis in prælatis.*
37 *Nullus, niſi ſit Prælatus habet officium acquirendi pro Eccleſia.*
38 *Vna præſumptio edidit aliam.*
39 *Ex coniecturis conijcitur per arbitrium Iudicis, an acquiſierit Clericus intuitu Eccleſiæ, vel perſonæ.*
40 *Semper præſumitur pro Eccleſiis.*
41 *Præſumitur contra prælatum omittente facere inuentarium.*
42 *Propter culpam prælati, defertur eccleſiæ iuramentum in litem.*
43 *Vbi non apparet de tempore, & titulo acquiſitionis, præſumitur pro eccleſia.*
44 *Quando hæres inſtitutus occupans relicta per Clericum incidat in pœnam.*
45 *Succedens, vel iure inſtitutionis, vel ab inteſtato, licite occupat, quod à nemine eſt poſſeſſum.*
46 *Quando vicarius Eccleſiæ præſumatur acquiſiſſe de bonis Eccleſiæ, vel non.*
47 *Quando rector eccleſiæ præſumatur acquiſiſſe de bonis eccleſiæ, vel non.*
48 *Non arctatur hæres ad probandum bona eſſe ex induſtria acquiſita, ſed ſufficit probare clericum ex induſtria multum lucratum.*
49 *Prælatus emens nomine Eccleſiæ, acquirit Eccleſiæ Dominium, & poſſeſſionem.*
50 *Hæres capiat poſſeſſionem hæreditatis Clerici ſaluo iure eccleſiæ.*
51 *Clericus præſumitur feciſſe mutuum de pecunia Eccleſiæ, niſi probetur, quod erat talis, qui tale mutuum potuit acquirere.*
52 *Vide quando legatum factum Titio Epi-*

ſcopo, intelligitur factum contemplatione Eccleſiæ, vel perſonæ.

53 *Quid ſit adminiſtrationem habere in Eccleſia.*

54 *Quid ſit prælationem habere in Eccleſia.*

55 *Vide quando legatum Clericum adminiſtrationem non habenti, eſt factum intuitu perſonæ, vel Eccleſiæ.*

;6 *Canonici non habens adminiſtrationem in Eccleſia.*

57 *Religioſus regulariter non dicitur poſſe habere propria.*

58 *Legatum factum religioſo, præſumitur intuitu monaſterij factum.*

59 *Quando legatum factum canonicis præſumitur factum eccleſiæ, vel ſingulis.*

Item vide de legato facto ciuibus, & ciuitati.

Item quando legatum filio famil. præſumatur factum contemplatione patris.

60 *Quod dicitur, quod acquiſita per prælatum præſumuntur Eccleſiæ acquiſita, intellige quando contentio eſt cum eccleſia. ſecus ſi cum alia perſona.*

61 *Quando officialis præſumitur acquiſiſſe de bonis reip.*

62 *Quando tutor præſumatur acquiſiſſe de bonis pupilli.*

63 *Circa quæ tenetur operari Rector.*

64 *An Epiſcopus ex induſtria acquirat ſibi.*

§. Quod dicendum.

1 *Sacerdos habet ſemper viuere de redditibus beneficijs.*

2 *Verbum victus, etiam veſtimenta comprehendit.*

3 *Id ſolum eſt Clericorum; quod probabili ratione conſumunt.*

4 *Clericus qui non intereſt diuinis, non facit ſuas quotidianas diſtributiones.*

5 *Clerici habent viuere de patrimonio Ieſu Chriſti.*

6 *Epiſcopus tenetur prouidere Clerico quouſque ei detur beneficium.*

7 *Ad quid apoſtolus manibus victum quærebat.*

8 *Hodie bona eccleſiarum ſunt deputata principaliter ad vſum miniſtrorum.*

9 *Habens patrimonium non poteſt petere aliquid ab eccleſia vniuerſali, ſed bene à particulari cui clericus deſeruit.*

10 *Hodie clerici ſine penuria, & commode habent viuere.*

11 *Non poſſum facere commode, quæ poſſum facere ſine penuria.*

12 *Quomodo intelligatur beneficium ſufficiens clerico.*

13 *Competenter quis ille debet beneficiari, vt poſſit commode ſuſtentari.*

14 *In hoſpitalitate exercenda, habetur reſpectus ad ſitum beneficij.*

15 *Multum aſſerunt viuere commode, & ſine penuria.*

16 *Hodie clerici non debent viuere ita ſtricte.*

17 *Hodie eſt difficile dicere, quot fructus ſufficiunt beneficiato quia plus vni, & minus alteri.*

18 *In ſubminiſtratione victus clerico, habetur conſideratio ad qualitatem perſonæ.*

19 *Alijs cibis veſcuntur nobiles; alijs pauperes.*

20 *Sine ſcientia mundus regi non poteſt.*

21 *Eccleſia vniuerſalis indiget viris litteratis.*

22 *Perſona litterata prodeſt Eccleſiæ vniuerſali.*

23 *Quomodo intelligatur illud, quod eccleſia habet ſufficere clerico, & ſuis.*

24 *Quomodo iudicatur ſufficiẽtia beneficij.*

25 *Scientia requiritur, ſecundum locum, dignitatem, & ordinem, ad quem quis ſumitur.*

26 *Quæ ſcientia requiritur in Epiſcopo, & quæ in alijs inferioribus.*

27 *Expenſæ quæ fiunt in recolligendis fructibus in primis deduci debent.*

28 *Quid continetur appellatione fructuum.*

29 *Habens patrimonium poteſt viuere de beneficio.*

30 *Nulla Eccleſia poteſt ædificari ſine dote.*

31 *Hodie bona eccleſiarum ſunt principaliter deputata ad vſum miniſtrorum.*

32 *Nemo debet proprijs expenſis militare.*

33 *Hodie beneficia ſunt principaliter deputata pro clericis.*

34 *Stipendium datur clerico non propter indigentiam; ſed propter ſeruitium.*

35 *Clerici diuites licite ſtipendia ab eccleſia accipiunt.*

36 *Decimæ ſoluuntur clericis ſiue ſint diuites ſiue pauperes.*

37 *Hodie Clericus licite viuit de beneficio, & conſeruat patrimonium hæredibus.*

§. fiet ergo.

Ex

Google

Ex quibus præſumatur Clericus acquiſiſſe.

QVAESTIO IX.

§. ET quia plerumque dubitatur, vnde
prouenerint acquiſita per clericum
beneficiatum, an ſcilicet ex fructibus, ſeu
prouentibus beneficij, an verò aliunde,
puta ex patrimonio, vel induſtria, ideò ad
propoſitum eſſe indicauimus præſentem
quæſtionem facere.

Et primo non videtur, quod poſſit præſumi
ex prouentibus eccleſiæ acquiſita ex in-
fra dicendis, ſtante quia clericus diuerſi-
1 mode facultates, ſubſtantias, & peculium
acquirere, & habere poteſt; quia poteſt
habere peculium aduentitium, caſtrenſe,
& quaſi; quia quod artificio, vel induſtria
paterna ſucceſſione, vel materna, vel in-
tuitu cognationis, vel dono cõſanguineo-
rum, aut amicorum intuitu perſonæ, non
2 eccleſiæ, clericis acquiritur, aduentitium
dicitur peculium clericorum, quod dici
poteſt eſſe quaſi caſtrenſe; quia quod in
filio familias laico dicitur aduentitium,
in clerico quaſi caſtrenſe peculium ap-
pellatur; quia de illo teſtari poteſt cleri-
cus, & diſponere, per *tex. in c. tua nobis
extra de teſt. l. vltima. C de in off. teſt. au-
then. presbyteros. C. de epiſcopis, & cler. 91.
3 diſtinct. cler. 10 q. 3. cauendum in fin. cap.
primo. 21. q 1. in fi.* per quæ iura probatur
clericum honeſte proprijs laboribus, &
4 manibus ſibi acquirere, & de talibus te-
ſtari poſſunt clerici, etiam ſi ſint in pote-
ſtate. *C de epiſcopis, & cler. l. ſacroſan. C.
de aſſeſ. velut caſtrenſe.*

Secundo conſideratis canonibus colligitur,
quod clerici beneficiati habentes, ex eo-
rum redditibus non poſſunt diſponere,
nec expendere, niſi tantum, quantum ſuffi
ciat ad eorum honeſtum victum, & ve-
5 ſtitum, cæteroſque vſus neceſſarios, aut
congruos. *cap. fin. 11. q. prima. cap. viden-
tes. ead. quæſt. in princip. 44. diſt.* tibi, ò ſa-
cerdos viuere de altari permittitur, non
luxuriari, bona etenim eccleſiarum ſunt
6 propriam Chriſti patrimonium, *cap. cum
ex eo. de electio. in 6.* notant *Fely. & Dec.
in cap. conſtitutus. de reſcrip. & D. Ber-
nar. in epiſtola ſecunda ſcribit.* Denique
quicquid præter neceſſarium victum, ac
ſimplicem veſtitum de altari retines, tuũ
non eſt, rapina eſt, ſacrilegium eſt.

Imò non deſunt, qui opinantur, clericum ha-
bentem beneficium vltra ſibi neceſſariam
in prophanos vſus redditus illius expen-
dente, mortale crimen committere, & te-
neri ad reſtitutionem illorum redditum;
7 quos ita expendit, dicente *Hieronymo*,
aliena rapere conuincitur, qui vltra ne-
ceſſaria ſibi retinere probatur. *§. ordinan
dus. 42. diſt.* huius opinionis eſt *S. Thom.
2. 2. q. 43. art. 8.* ſequitur *Alex. Hales. tertia
parte. qu. 36. membro quinto. Ricard. in
quarto ſentent. diſt. 45. art. 3 q prima.* hanc
opinionem probat *Palud. in quarta diſt.
24. q. 3. artic. vltimo.* ſuffragatur *tex. in ca.
epiſcopus. 12. q. 1. & in cap. primo. 12. q. 3.*
& inquit *D. Bernard. epiſtola 42. colum. 3.*
Clamant pauperes, noſtrum eſt, quod ef-
funditis, nobis crudeliter ſubtrahitur;
quod inaniter expenditis, ſequi videtur
*Abb. in cap. cum ſecundum. de præb. col. 3.
Archid. & Dominic. in ſumma 44. diſtin.
Felyn. in cap. poſtulante. de reſcrip. num. 6.
& in cap. de quarta num 33. de præſcrip.*
8 quia de altari debet viuere, non luxuriari
& accipitur luxuria, pro omni luxu, ſed il-
licita concupiſcentia. *43 diſt. in princip.*
& dicit *Aug. in ſumma in ver clericus 3.*
quod talis contractat rem alienam inui-
9 to domino, quia quicquid habent Clerici
10 ſunt bona pauperum. *12. q. 2. aurum, &
16. q. 1. col. fin.* ſubiungens, quod etiam re-
cipientes, tenentur ad reſtitutionem, niſi
in caſu conceſſo, *14. q. 6 ſi res.* quod verũ
dicit quoad forum conſcientiæ.

Et detracta portione, pro congrua, & neceſ-
ſaria ſubſtentatione clerici, vel beneficia-
ti, pars ſuperabundans de redditibus, in
11 pios vſus, & in pauperes erogari debet,
iuxta illud *Lucæ 1.* Quod ſupereſt, date
pauperibus. *16. q. 1. cap. caſellas, cap. epiſco-
pi. 10. q. 2. Abb. in capitul. de his de eccleſia
ædif vel reparand.* noua etenim lex de-
12 dandis decimis eccleſiæ miniſtris, ex eo
iuſtitiam præfefert, quod ipſa decima da-
tur, pro congrua miniſtrorum in eccleſia
Dei ſeruientium ſubſtentatione, & pro
pauperibus alendis datur ipſa decima
fructuum pars. *Gaietan. in 2. 2. q. 87. art. 1.
et q. 188 art. 7 capit. de cim. et capit. fin. 16.
quæſt. 1.*

Et clericus præbendatus per antiqua iura
de redditibus eccleſiæ, & oblationibus fi-
delium, tenetur facere quatuor partes,
videlicet epiſcopo, pauperibus ſibi ipſi
13 ſacerdoti, & fabricę *cap. quatuor. cap. co-
gnouimus. & cap. ſeq. 12. q. 1.* vbi vltra
quartam ſibi debitam, nihil vltra expe-
ctet ſacerdos, quamuis ſecundum *Abb. in
capit. primo, de eccleſ. ædif.* quoad quartam
epi-

epiſcopi,& quartam fabricæ,eſt ſtandum
14 conſuetudini,quæ in huiuſmodi valet de-
rogare iuribus, niſi tamen fabrica rema-
neret derelicta, quia tunc talis conſuetu-
do eſſet irrationabilis, & non valeret, &
ſic tali conſuetudine non obſtante, bene-
15 ficiatus tenetur dare quartam fabricæ
arg d.cap.cognouimus. Quoad verò quar-
tam debitam pauperibus, non valeat ali-
qua conſuetudo in contrarium , quin te-
neatur eam beneficiatus ſoluere:imo ſe-
16 cundum quoſdam , non ſolum quartam
partem,ſed & omnia,quæ ſuperſunt eius
neceſſitatibus detractis,pauperibus ero-
gare tenetur, niſi fabrica ægeat repara-
tione, vel niſi vellet conuertere talia , ad
ampliandum cultum Dei in eccleſia,nul-
la extrema neceſſitate in aliquo occur-
rento, in aliquo occurrente , in quibus
duobus caſibus licite , deſiſtit ab eroga-
tione in pauperes, alias non ſine mortali
peccato *arg.eorum quæ not. in cap.du-
bium el 2.de electio.& in cap. cum ſecun-
dum.de præben.facit cap.clericus qui. ca-
pit.duo.cap.vlti.* 12.q. 1.& 2 *epiſcopus.*
quia dicit *tex. in d. capit. clericus.* quod
17 cum clericus ſit ſors,ideſt pars Domini,
debet ſe talem exhibere , vt ſit domini
pars:ſi verò aurum, argentum , ſuppelle-
ctiles varias habet, cum iſtis partibus
Dominus non dignatur fieri pars eius ;
vnde ſtante diuiſione fructuum beneficij
facta à iure in quatuor partes,ſtāte,quod
clericus vltra ratam ſibi tangentem,nihil
debeat accipere , ſtante quod clericus
aliunde acquirere , & habere facultates
poteſt,non videtur poſſe præſumi acqui-
ſitionem eſſe factam de fructibus,& pro-
uentibus beneficij,quia eſſet iſta præſum-
ptio contra iura diſponentia cōtrarium ,
quod eſſe non debet .
Nec ſecundum *Innocen. et Hoſtien.* relatis
per *Abb.in capit.poſtulaſti.de reſcrip.* cle-
ricus habens bona patrimonialia,de qui-
bus poſſit viuere,poteſt ſimpliciter lici-
te beneficium eccleſiaſticum ſuſcipere ,
quia ſecundum *Ricard. etiam in quolibet.
3.quæſt.21.* ſi bona patrimonialia ſufficiūt
ad neceſſitatem naturæ , poteſt beneficiū
ſuſcipere in tantum , quantum exigit ne-
ceſſitas ſtatus , & perſonæ , & pro ſup-
18 plendo tali neceſſitati . Si verò tan-
tum habet de patrimonio , quantum
requirat neceſſitas ſtatus naturæ , &
perſonæ, in tantum , quot multa etiam
poſſet erogare pauperibus , ſi vltra acci-
pit beneficium eccleſiaſticum non inten-
dens eccleſiæ deſeruire , peccat mortali-
ter facit *c.clericos,1.q.1.& c.ſeq.* per quod
apparet quod fructus beneficiorum ha-
bent tantum ſeruire in neceſſitatibus be-
neficiati, non vltra, nec habent inſeruire
19 pro theſaurizando, & acquirendo rem :
facit pro iſta opinione quod habetur in
tex.in l ſi dejunctum , C. arbitrium tutel.
vbi habetur quod curator,ſeù tutor præ-
ſumitur acquiſiſſe non ex bonis pupilli,
20 ſeù minoris,ſed ex propria induſtria,ſeù
proſperitate fortunæ, ergo idem dicen-
dum in clerico,quia prælatus,& tutor re-
21 gulariter comparantur, *not. de in integ.
reſtit.c.auditis in 4. gl.Item facit tex.* &
ibi *glo.in ver.compenſatione,* 12.q.4. *c.* 1.
vbi de acquiſitis per clericum,tam de re-
22 bus eccleſiæ,quam ſuis, exiſtente dubio,
æqualiter ſit diuiſio, inter eccleſiam , &
hæredes , nec propterea ex quo clericus
ſit beneficiatus,aut præbendatus, præſu-
mitur acquiſitum de bonis eccleſiæ, vlte-
rius,non poteſt etiam alia ratione præſu-
mi, acquiſita per clericum, eſſe acquiſita
23 de bonis eccleſiæ, quia in eis non habet
clericus niſi vſum , & vſuario compara-
tur, dicit *glo. in c.cum olim. extra de rer.
permut.glo.in c ſi.de pigno.in c. quia nos,
de teſta.Innocen.in c.indecorum , circa ſi.
de ætat.& qual.Imol.in clem gratiæ , de
rer.permut.4.col.in ſi.* per *Abb. in c. cum
eſſet,de teſta.Bal.in authen.licentia,C. de
epiſcopis, & cler. & tex in capitul. cum
M. Ferrarienſis , de conſt.* Item facit,
24 quia ſi aliquid relinquitur clerico præ-
lationem,vel adminiſtrationem non ha-
benti à propinquo,vel ab extraneo , illud
non præſumitur ei relictum ratione , &
reſpectu eccleſiæ, ſed bene reſpectu per-
25 ſonæ,& ſic non acquiſitum eccleſiæ præ-
ſumi debet,eſt *textus in capitulo reliqui-
ſti in fin. de teſtament. & gloſſ. ibi* dicit
ſiue habeat beneficium eccleſiaſticum ,
ſiue non,ſequitur *Abb.* qui illum *tex.* de-
clarat in *c.fin.de pecul.cler.* quia prælatus,
26 vel beneficiatus non eſt dominus in re-
bus eccleſiaſticis,ſed procurator 12 *quæ.
1.ſi priuatum,per Abb.in capitul.frater-
nitatem, de donatio. ex.* & ibi *dom. Anto.*
27 & idem in *cap. petitio. in 2. col.* poſt *In-
nocen. de procurat.* Item facit, quia cum
præbendæ procedant ex rebus eccleſiæ,
non dantur canonicis ſimpliciter , vt fa-
ciant quicquid velint ex redditibus, ſed
vt primo neceſſaria accipiant pro ſe, &
ſi quid ſupereſt debent expendere in vti-
litatem eccleſiæ *Abb. cap. fin. de pecul.
cler.* ergo nihil habet,ergo non acquirere
poteſt de illis,nec diſponere,quia qui ni-
hil

hil habet, ergo non acquirere poteſt de
illis, nec diſponere, quia qui nihil habet
donare non poteſt, 1. *q.* 7. *daybertum.* 54.
diſt. abb. ibi glo. in cap. cæterum, ex. de do-
28 *nat.* facit quod dicit *Abb. in cap. cum ſe-*
cundum, ex. de præben. quod eſt licitum
viuere de fructibus beneficij, non luxu-
riari, ex quo nota contra beneficiatos,
conuertẽtes redditus in vſus inhoneſtos,
29 & inquit *Abb.* credere, quod ſi haberent
patrimonium, tenerentur de ſuo reddere
eccleſiæ, quod male expenderunt 12. *q.* 4.
capit. primo. & ſecundo, & paulo poſt idẽ
Abb. dicit bona eccleſiarum non ſunt prę-
30 latorum, ſed patrimonium Ieſu Chriſti
ſuo ſanguine acquiſitum, dominium er-
go rerum eccleſiaſticarum pertinet ad
Deum, & eſt inquit *Abb.* contra præſa-
tos, reputantes ſe dominos, quia dicit
glo. in cap. ad aures, 12. *quæſt.* 1. de fructi-
bus eccleſiæ illud ſolum eſt clericum,
quod probabili ratione conſumunt, ſe-
quitur *Zabarel. in capit. ſi. de pecul. cler.*
ſequitur *Soci. conſ.* 32. *vol. primo num.* 4.
vbi dicit ſecundũ *Arcbid. & Io. de Ligna.*
in clem. gratia. quod ſi clericus vltra ne-
ceſſitatem aliquid expendit de bonis ec-
cleſiæ tenetur ad reſtitutionem. 12. *q.* 2.
cap. epiſcopi,

Contrarium videtur per *tex. in cap. primo.*
de pecul. cler. vbi eſt *tex. rotundus,* quod
31 acquiſita per clericum beneficiatũ, præ-
ſumuntur acquiſita de fructibus benefi-
cij, non aliunde, & ibi notant omnes, &
maxime *Abb. verſ. & nota ſic* vbi dicit
quod eccleſia habet intentionem funda-
tam de iure communi, ſuper omnibus
bonis poſſeſſis à prælato defuncto, vnde
32 omnia præſumuntur eſſe eccleſiæ, niſi
probetur ex aduerſo illa eſſe patrimonia-
lia, & videtur iſte *tex.* inquit, probare
quod etiam contrą hæredem poſſeſſorẽ,
eccleſia habeat intentionem ſuam fun-
datam, vt colligitur, ibi, quicquid ipſum
habuiſſe potuerit &c. Et quod clericus
præſumatur acquiſiſſe de bonis eccleſiæ,
vide per *glo. in l. etiam in vêr. credidiſſet.*
C. de donat. inter vir & vxor. per *Specul.*
de teſta. monac. verſ. 53. *& capit. primo. &*
fin. de pecul cler. Bal. in capit. primo ad fin.
verſ. quæro quid in dubio. de cler. qui in-
ueſtit. fecit. Bar. in. l facultas. in fin C. de
iure fiſci. lib. 10. *Specul de locat.* §. 6. *verſ.*
76. *Cardinal in clem. gratia,* 19. *q. verſ.*
ad 5. *de reſcript.* & dicit *Zabarel. d. ca. pri-*
mo. de pecul. cler. quod ſicut præſumitur
pro marito carnali, quòd acquiſita per
vxorem, ſint de bonis ſuis acquiſita, ſic
33 præſumi deberet pro marito ſpirituali,
ſcilicet pro prælato contra eccleſiam,
quod acquiſita per eum ſint acquiſita de
bonis eccleſiæ, quia dicit *Hoſtien cap.*
primo. de teſta quod in vtroque caſu, tam
34 vxoris quam prælati, eſt eadem ratio
præſumptionis, vt euitetur ſuſpicio tur-
pis quæſtus, mulieres enim raro nego-
ciationes non conueniunt mulieribus,
quia non debent ſe immiſcere cætibus vi-
rorum. *l. aliena. C. d. procurat.* Et ſi nego-
cia faciunt de bonis mariti faciunt; dicit
tamen *Io. de Imol. ſecundum d. Pet. d. cap.*
de pecul. cler. quod ſi in vxore poneretur
in facto, quod ipſa fuiſſet diues, & mari-
tus, nihil habens, tunc illud, quod vxor
quæſiuiſſet, non debet přęſumi de bonis
viri quæſitum, qui nihil habebat, quia ex
bonis, quæ non apparent lucrum aliquod
proficiſci non poteſt, facit quod habetur
35 in. *l. pri. ff. de contrahen emptio. per Imol.*
d. capit. primo. de pecul. cler. col. ſecunda.
ſic & in prælatis, & clericis beneficiatis
36 ſi negociantur eſt turpis quęſtus, ideo
præſumitur non ex negociationibus ac-
quirere, quia non præſumitur prælatus
negociatus fuiſſe, cui negociari eſt à ca-
37 none interdictum, quia clerico hoc face-
re eſt delictum, *toto tit. ne cleric. vel Mo-*
nac. ſecular. neg. ſe aſtr. & dicit *Innocen.*
38 quem ſequitur *Zabarell. in capit. cum in*
officijs extra de teſt. quod de rebus, de qui-
39 bus dubitari poteſt, an ſint acquiſitę ec-
cleſiæ, & an ſint eccleſiæ, nec ne, quod
etiam illas occupabit eccleſia, quia pro
ipſa præſumitur, alias verò de quibus eſt
certum, quod fuerunt teſtatoris, occupa-
bit hæres, eſt *tex. in terminis in authen.*
licentiam, C. de epiſcopis. vbi epiſcopus,
quæcunque fuit probatum habuiſſe ante
epiſcopatum, & quæ ratione cognationis
acquiſiuit poſt epiſcopatum, poteſt ad
40 quem voluerit tranſmittere vbi *glo.*
notat, quod ſi habet probari, ergo præſu-
mitur pro eccleſia, & eccleſiæ acquiſi-
tum, facit in terminis, in *cap. primo.* 12. *q.*
3. vbi clerici nihil habentes ante ordina-
tionem ſuam, poſtea acquirendo agros,
& prædia, ac alia quæcunque ſuo nomi-
ne comparata, de bonis eccleſię acquiſiſſe
præſumuntur, & tanquam rerum domi-
nicarum inuaſores tenentur, niſi admo-
niti, eccleſiæ eadem acquiſita contule-
rint, vbi dicit *glo.* quod ſpeciale eſt in ec-
cleſia, quod res empta de eccleſiæ pecu-
nia, ſtatim ſit eccleſiæ, licet clericus eme-
41 rit nomine proprio, id quod eſt ſecus
in rebus priuatorum; & prælatus, vel be-
neficia-

Digitized by Google

neficiatus, attento; quod habet liberam
adminiſtrationem in rebus eccleſię,& fa-
cit fructus beneficij ſuos, ſecundum ali-
quos,poteſt diſponere de eis per *tex.*vbi
glo.Abb. & alij in capit. caterum. de do-
natio,extra.& æquiparatur vſufructuario
in vita,per ea,quæ dicit *Abb.in cap.fin de*
*pecul.cleric.verſ in glo.ſecunda,*vbi vide-
tur dicere quod clericus in vita,& in bo-
na valetudine conparatur vſufructuario,
in infirmitate verò,æquiparatur vſuario,
quia non poteſt donare aliquid;niſi intui-
tu eleemosynæ,*capit. quia. capit. relatum*
el 2.extra, de teſta. Abb. in capit. cum in
offi.eo.tit glo.eſt.multum notabilis.in cap.
præſenti. de off. ordinar. lib. 6. Item facit
42 quia videtur, quod clericus habeat om-
nimodam diſpoſitionem pro libito ſuæ
voluntatis,circa fructus beneficiorum,&
quod quouiſmodo expendere poteſt,quia
etiam poteſt illos dare porcis,eſt *glo.* eſt
notabilis In *ſumma 1. q. 1.* quæ dicit de
fructibus nulla quæſtio,qui etiam vendi,
& dare porcis poſſunt per *text. in capi-*
tulo final.ne prælat.vic.ſuas.

Facit, quod habetur in tex,in c. vnico de
cler.non reſid. in. fin. vbi videtur, quod
fructus ideſt diſtributiones quotidianas
clericus faciat ſuas,& illarum dominium
43 acquirat,*Dec. conſ.280. Pariſ. conſ. 33.*
vol.quarto.

Facit vlterius; quia clericus licite diſponit
de fructibus, ac rebus eccleſię in quan-
tum expendit de ſuo in vtilitatem eccle-
ſię, & de eis teſtari poteſt *capitul ſi quis*
44 *quilibet 12. q. 2. & cap. ſi epiſcopus.q. 5.*
imo. ſi non teſtaretur heres poſſet pete-
re, facit *capitul. de multa. de præben. &*
quod not. Abb. ibidem in quarta col. et.l.
quæ omnia.in fin.ff.de procura glo. in. leg.
ſi non ſortem. § ſi centum. ff de condit.
indeb.

Item poteſt diſponere de rebus,& fructibus
eccleſię,ſtante conſuetudine,Item poteſt
diſponere in eleemosynam, quam cleri-
45 cus poteſt facere etiam in ęgritudine cō-
ſtitutus *cap ad hæc. et capitul. relatum el*
*2 extra de teſtam.*Item poteſt diſponere,
& donare de fructibus beneficij in re-
munerationem ſeruitiorum honeſte re-
ceptorum, tam a conſanguineis,quam ab
extraneis.*d.cap.relatum. de teſtam. §. li-*
*cet,*Item poteſt diſponere clericus de fru-
ctibus eccleſię in dando locis religioſis.
d.cap.relatum,et Abb.in d.cap ad hæc dat
practicam,quod ſi clericus vult diſpone-
re aliquo de iſtis modis valide, & effica-
citer det, donet diſponat, & faciat dum
ipſe viuit, & in vita, & non relinquat
quia non valet.

Et dicit apoſtilla ad *Ang.* in ſumma in *ver.*
cler. tertio verſ. vtrum prælatus. in ver.
de fructibus.loquendo an prælatus poſſit
ſoluere debita perſonalia de fructibus be-
neficij,quod ſic, quia hodie inualuit cō-
46 munis opinio,quod hodie clerici appro-
priant ſibi fructus eccleſiæ,vnde, melius
viſum eſt curiæ, vt ſatisfaciant creditori-
bus;& dicit *Cardinalis Zabarella in cap.*
inquirendum de pecul. cler. quod de fru-
ctibus clericus libere diſponit,aït enim,
ſed ſi prælatus vendit fructus, quos libe-
re poteſt diſtrahere &c.facit, quod dicit
Couarrum. Doctor Hiſpanus in capitul.
*cum in officijs.de teſtam.*vbi tenet, quod
prælati, licet in prophanos vſus expen-
dant redditus, & fructus beneficiorum,
propter quod crimen mortale commit-
tunt,non tamen tenentur reſtituere, ne-
que ad reſtitutionem aliquo modo, quia
dicta Doctorum circa hoc adducta, eo
tendunt frequentius, vt ſit illicita hæc ec-
cleſiaſticorum reddituum diſtributio, nō
tamen, vt ſit reſtitutio neceſſario facien-
da;præterea redditus eccleſiaſtici qui ſu-
perſunt vltra miniſtrorum victum,alieni
dicuntur,non proprij,ſed ex quadam me-
taphora,eo quod pauperibus eſſent ero-
gandi,quod auctoritate *Hieronymi* com-
probatur,is etenim ſcribit bona eccleſia-
rum dici bona pauperum,quoad debitū,
quia eis debentur,non quoad dominium,
nec quoad proprietatem; ſicut refert
Cardinalis à Turre Cremata capitul. vi-
dentes numer.2.12 quæſtion.1. per multa
quæ allegat.*ibidem d.Couarruuias,*& per
multorum Doctorum opiniones, quo-
rum opinio inquit,& ſententia benignior
eſt, & noſtris hiſce temporibus admit-
tenda, ex totius Chriſtiani orbis conſue-
tudine,qua plurimum adiuuatur &c.

Quia nemo videtur teneri ad reſtitutionem
ſuæ rei,quia clericus beneficiatus,& prę-
47 latus facit fructus ex beneficio recolle-
ctos ſuos, late per *Hoſtien. in capitulo fi.*
de pecul. cler, vbi poſt longam diſtinctio-
nem concludendo dicit; ſed eſt verius,
quod clericus fructus ſeparatos, & recō-
ditos ſolummodo facit ſuos, alij autem
omnes ad eccleſiā pertinebunt, ſic enim
eſt, & in vſufructuario, cui talem cleri-
cum beneficiatum diximus comparan-
dum,& quod ſit in vſufructuario habetur
48 in.*l arboribus.§. Iulianus ff. de vſufruct.*
id quod inquit eſt verum, niſi de ſpeciali
ſtatuto,vel conſuetudine eccleſiæ, in cō-
trarium

ſarium appa eat,quia tunc tali ſtatuto,
& conſuetudini ſtandum erit,ſequitur ibi-
dem *Io.Andr* ibi poſſeſſio reſtituitur,nō
fructus,quos facit ſuos. Sed vltra omnes
pulchrius ibidem per *Zabarellam*, vbi di-
cit, quod quicquid diſponit clericus de
fructibus beneficij in vita, tenet, ſicut
49 valet alienatio tutoris in illis, quę ſer-
uando ſeruari non poſſunt,ſubiungens ſic
in ſimili dico, quod prælati habent libe-
ram diſpoſitionem de fructibus benefi-
cijs, & plus dico, quod ſunt domini fru-
ctuum *capitulo vnico de cler. non reſiden. in fin.lib. 6.* & diſtinguit in fin. quod aut
quæritur, an beneficiatus faciat fructus
ſuos, ita quod libere diſponere poſſit, ſi-
cut Dominus, adeo quod etiam, ſi male
diſpenſet, non poſſit puniri, & dic quod
non,*capitul.2 de pecul.cler.* aut quæritur,
50 an faciat ſuos in tantum,quod poſſit ſibi
conſeruare, vel ex eis aliquid acquirere,
quod ſuum ſit,& ad huc idem: quia non
51 poteſt *capitul.3.eodem tit. de pecul cler.*
aut, an faciat ſuos, ita quod de eis poſſit
diſponere, adeo quod non reuocetur,
quod fecerint, & tunc, aut in vltima vo-
luntate, aut inter viuos, primo caſu non
poteſt *capitul.ad hac de teſtam & capit. relatum.* licet in hoc poſſit,aliter dici, vt
prædixi,ſed hoc communis, ſecundo caſu
indiſtinctæ poteſt, etiam donando, quia
52 dominus eſt ſu[illegible] *capitul.vnico de cler.non reſid in fi lib 6.* & æquum eſſet
ſtatuere,quod de omnibus fructibus.item
etiam de omnibus acquiſitis eccleſiæ: ſi-
ue mobilib ſiue immobilibus,poſſet cle-
ricus libere diſponere, & in vita, & in
morte, & hoc ſi ſint acquiſita intuitu ec-
cleſiæ per hoc enim clerici eſſent prom-
ptiores ad bene agendum,& bene acqui-
rendum,& multi magni viri,qui abſtinent
à clericatu, non abſtinerent,nec facerent
clerici fraudes quas faciunt, in faciendo
inſtrumenta cantare in alio,hęc quæ dixi
beneficiatum poſſe diſponere in vita de
fructibus,procedunt,quando diſpoſuit de
eis,ſed ſi moritur diſpoſitione non facta,
fructus reſeruantur eccleſiæ,& remanent
futuro ſucceſſori *capitul.præſenti. præal-legato in principio libro ſexto*,in eo autē,
quod dictum eſt de fructibus, quod fiunt
clerici, intelligunt communiter omnes,
verum eſſe cum ſunt percepti, ſeparati à
ſolo. & reconditi, comparando in hoc
clericos vſufructuario, qui facit fructus
ſuos, tunc cum ſunt reconditi non ante.
53 *ff.quibus mod.vſuf. amittat.* ſi fructus,
alias & vſufructuarius, quæ tamen lex
hoc non dicit ſecundum verum intelle-
ctum;imo,inquit, verius dic, quod ſicut
bonæ fidei poſſeſſor facit fructus ſuos
ſtatim cum ſunt à ſolo ſeparati,etiam non
reconditi *d.lege ſic,& vſufructuarius.* ſed
in hoc eſt differentia, quia bonæ fidei
54 poſſeſſores faciunt fructus ſuos, à quo-
cunque ſint à ſolo ſeparati, vſufructuarij
verò,tunc tantum,quando per ipſum ſunt
ſeparati, vel per alium eius nomine *d. l. quod tenet Cyn.in.l certum.C.de rei vend.*
in clerico autem videtur magis conue-
niens, comparare ipſum bonæ fidei poſ-
ſeſſori potius,quam vſufructuario, quia
55 differt ab vſufructuario,& quando cleri-
ci faciunt fructus ſuos, ſe remittit idem
*Zabarel.*ad eius ſcripta in *clem gratiæ.vl-tima q.de reſcrip* Et per hæc cum clariſſi-
me conſtet, quod clericus de fructibus
beneficij poſſit omnimodo diſponere,
eoſque faciat ſuos, & quod inoleuit quod
hodie clerici appropriant ſibi omnes
fructus beneficiorum per ſupradicta, po-
teſt indubitanter dici, quod de eis acqui-
ſitionem facere, & acquirere poſſit, &
quod beneficiatus, acquirendo faciat
præſumptionem,acquiſita eſſe de fructib.
beneficiorum.
.§. Quid dicendum,in tanta contrarietate,
de hac materia habetur,*duodecima quaſt. tertia,& duodecima quaſtione quarta*,
& eſt in hac materia diſtinguendum, &
intelligendum,prout per Doctores in *ca-pitul.vt vnus de pecul cler* vbi dicit *Ho-ſtienſ.* quod acquiſita per Epiſcopum
poſt conſecrationem,debent pręſumi ac-
quiſita eccleſiæ,& de rebus eccleſiæ, niſi
probetur, quod non occaſione eccleſiæ
acquiſiuit,per *tex in capitul. quia nos. de*
1 *teſtam. authen licentiam. C.de epiſcopis,& cler.* & ſic incumbuit ſemper probatio
hæredibus epiſcopi,quod quidam intelli-
gunt,ſi eccleſia eſt in poſſeſſione rerum
acquiſitarum, & de quibus controuerti-
tur; quia ſi non eccleſia, ſed hæres poſſi-
det,tuenda eſt ei ſua poſſeſſio,*l ſi.C.de rei*
2 *vend.capitul.primo, duodecima quaſtione quinta.in fin* ſed contrarium eſt verius,
ſecundum eum,quia quicunque poſſideat
3 præſumptio eſt pro eccleſia, vndè poſſi-
dens habet probare intentionem ſuam,
& ſi non probet,ſuccumbit per *tex in ca-pitul. primo de teſtam.* per illa verba de-
tineri nullatenus pariaris,nec obſtant iu-
ra,quæ volunt,quod actor probet inten-
tionem ſuam,quia intelliguntur, & vera
4 ſunt,niſi præſumptio ſit pro actore, vbi
enim præſumptio eſt pro actore,ſuccum-

bit reus niſi probet, ſubinngens ibi *Ho-
ſtien.*porro,ſi conſtat, quod nihil habens
promotu fuerit,nec probatur,quod aliun-
de acquiſierit pro Eccleſia iudicabo, &
hoc in rebus immobilibus, porro in mo-
bilibus modicis, quilibet poſſeſſor tuen-
dus eſt in poſſeſſione, in quantum dari
potuerunt, ſequitur *Io. Andrea ibidem,*
dicens vltra *Hoſtien* quod quidam diſtin-
5 guunt, an prælatus promiſcue, vtatur re-
bus eccleſiæ, & ſuis, nec ne: alij an con-
ſtet, prçlatum habniſſe proprium ante
promotionem,nec ne: Tertij quis poſſi-
deat,& quis petat,vt probet contra poſ-
ſidentem:aliqui, an prælatus fecerit in-
uentarium, nec ne, vt primo caſu, vltra
expreſſa in inuentario prçſumatur pro
6 hçrede,ſecundo caſu,prçſumatur pro Ec-
cleſia, fuit enim in culpa prælatus non fa-
ciendo inuentarium, quia ſegregare de-
buit res ſuas à rebus Eccleſiæ.12. *quaſt.*
1.*ſint.* & habetur id in *Canone Apoſtolo-
rum Canon.*35 *incip.manifeſte ſumpto res
priuata Epiſcopi &c.*& multum contra
7 eum in tali caſu prçſumitur, ſi omiſerit,
& ſæpe poteſt propter culpam eius, de-
ferri iuramentum Eccleſiæ *arg.*2.*quaſt.*1.
in primis.& maxime,vbi lata, & manife-
ſta deprçhenderetur culpa prçlati, per
eundem *Io.And.in cap.cum in officijs: de
8 teſt.*vbi etiam ſubiungit,quod ſemper pro
Eccleſia prçſumitur: niſi hçres Clerici
defuncti probauerit,ante Clericatum de-
functum Clericum habuiſſe aliquid, vel
aliunde ſuo intuitu obueniſſe,addens idē
Io. And.d.cap. vt onus. aut conſtat Cleri-
cum habuiſſe proprium tempore promo-
tionis,aut conſtat non habuiſſe, aut dubi-
tatur;primo caſu,vera ſit opinio, vt pro-
bet agens contra poſſidentem, ſecundo
9 caſu,vt præſumatur pro Eccleſia idem in
tertio, maxime ſi defunctus Clericus nō
fecit inuentarium,ſed in ſecundo caſu, li-
cet prçſumptio ſit pro Eccleſia, tamen
hçres acquiſitum intuitu perſonç proba-
bit, in tertio probet etiam eum habuiſſe
aliquid promotionis tempore, quia hoc
probato, elidetur prçſumptio, ſequitur
Cardinalis Zabarella ibi; quçro inquit,
an in dubio, cum non apparet, an occa-
ſione Eccleſiç acquiſierit Clericus, vel
Prçlatus præſumendum eſt pro Eccleſia,
niſi probetur,quod non acquiſiuit intui-
tu Eccleſiç,ſed aliunde, vt ſic ſemper in-
cumbat probatio hçredibus,etiam ſi poſ-
ſideant,vt ſemper præſumptio ſit pro Ec-
cleſia, etiam, ſi non poſſideat, niſi hære-
des poſſederint rēs modicas mobiles,
quia in illis eſt eis tuenda ſua poſſeſſ[illegible],
& ſi prælatus promiſcue ſit vſus rebus
10 eccleſiæ, & ſuis; quod ſit prçſumendum
pro eccleſia,ſecus,ſi ſeparatim, & ſi con-
ſtat prælatum aliquid habuiſſe ante pro-
motionem, quod tunc non præſumatur
pro Eccleſia,ſecus ſi non conſtet, & de-
mum ſequendo diſtinctionem *Io. Andr.*
quod ſi conſtat habuiſſe illum ante pro-
motionem,quod non ſit præſumptio pro
Eccleſia,quin agens probet contra poſſi-
dentem, ſi non conſtet, præſumptio eſt
pro Eccleſia, & incumbit hæredi proba-
re,quod non acquiſiuit ratione eccleſiæ,
ſed intuitu perſonç; ſecundo caſu etiam
prçſumitur pro Eccleſia, maximè ſi præ-
latus non fecit inuentarium,ſed ſi proba-
bit hçres,cum aliquid habuiſſe tempore
promotionis,tollitur hçc prçſumptio, &
eſt locus primo caſui.Et ante omnes di-
xit *Innocent.in capitul.cum in officijs. de
teſtament.* quod ea veniunt ad hæredes
11 inſtitutos,vel ab inteſtato,quæ Clericus
habuit ante clericatum,vel ea quç poſtea
obueniunt ex ſucceſſione,vel donatione,
vel artificio,ſeù doctrina, *capitulo rela-
tum de teſtament. §. cæterum eo.* ea ve-
ro,quæ acquiſiuit poſt Clericatum, pri-
ma facie prçſumitur, quod intuitu Eccle-
ſiæ ſint acquiſita, & de redditibus illius,
*capitulo primo. eo.duodecima quaſtione
tertia,* capitulo primo hoc prçſumitur in
ſingulis Clericis,& maxime in prælatis.
*duodecima quaſtione tertia.quæcunque.
& quaſtione quarta ſacerdotes.* & in-
tantum valet iſta præſumptio, quod pro-
nunciatur pro eccleſia,niſi probetur, vel
præſumatur iu contrarium; aliquorum
eſt opinio, & non male ſecundum eun-
dem,quod Clerici non prçlati præſumun
tur acquirere intuitu perſonç, non au-
12 tem Eccleſiæ, cum ad quærendum no-
mine Eccleſiæ,nullum habeant officium,
onus,vel obligationem; ideò ſuo eorum
nomine videntur quçrere, ſi aliunde ha-
beant bona,quam ab Eccleſia, vndè hæ-
13 res ſuus licite poſt mortem bona occu-
pabit; ſed quia difficiles, & fere impoſſi-
biles ſunt probationes, vel teſtium, vel
inſtrumentorum,quantum de redditibus,
& quantum de patrimonio ſuo proprio
acquiſierit, vel emere potuerit; idcirco
iudex multum ex præſumptionibus pro-
cedet; & quia contingit aliquando, quod
14 vna prçſumptio aliç cçdit, & vna
aliam elidit, iudex arbitrari debet quan-
tum fuit patrimonium, quanti ſint reddi-
tus eccleſiaſtici; Item quid lucratur,
vel

vel lucrari potuerit de artificio, vel do-
ctrina, & ſic multa alia. late per *Alex. cõſ.*
101. *in principio. ſeptimo vol.* & ſemper
in computatione, deducet prius expenſas
victus, & veſtitus ſuper eccleſia, & de
redditibus illius, de quibus ſemper pri-
mo habent deduci, quia debet de altari
15 viuere, qui altari ſeruit, & quia prælatus
tenetur tenere ſegregatas res eccleſiæ,
magna eſt præſumptio contra eum, ſi id
facere omittit, & ſæpe poſſet propter cul-
pam illius deferri iuramentum eccleſiæ.
16 Item iudex omnes vanas, & delicatas
expenſas prius deducet de bonis Clerici,
ſolas autem expenſas approbabit iudex
17 de bonis eccleſiæ quæ factæ fuerint in
alimoniam ſuam, pauperum, in redem-
ptione captiuorum, hoſpitalitatem, aut
alias pias cauſas, nec ex eo credimus eſ-
ſe melioris conditionis quoad probatio-
nem hæredes, eo quia poſſident, quantũ
ad hoc, quod onus probandi alij incum
18 bat, quia ſemper pro eccleſia præſumi-
tur, niſi hæres defuncti clerici probaue-
rit ante clericum aliquid habuiſſe, vel
aliunde bona ſui intuitu, eccleſiæ obue-
niſſe, vel, niſi ſit probatum quod fructus
erant adeo tenues, vt ex illis viuere non
poſſet, aut vix ad ſubſtentationem ſuffi-
cerent, quia tunc non eſt dicendum, vel
præſumendum, quod bona quæ reliquit,
ſint acquiſita ex prouentibus eccleſiæ, &
quod eidem debeantur, cum pro vſu, &
& neceſſario victu, & veſtitu tales fructus
ſint ipſius clerici *capitulo cum ſecũdum*,
de praben. Arch.id. in capitulo ſtatutum,
*colum penul. de reſcrip. lib. 6. Gemin. in ca-
pitulo præſenti, ſub num. duod. cimo, de off.
ordin. eo. lib.* & in dubio, eſt præſumptio,
tales tenues fructus eſſe integros con-
ſumptos, & proprios ex patrimonio præ-
ſeruatos, per *Bald. conſ.* 313. *vol. ſecundo*,
ipcip. præmittendum, ſi plures quis eccle-
ſias habuerit, æqua diſtributione inter
eas, bona clerici diuidentur, & ſi clericus
nullum habet hæredem vſque in ſeptimũ
19 gradum, ſuccedit ei eccleſia *cap. pen. duo-
decima quæſtione quinta*, ſecundum ali-
quos verò, vſque ad decimum gradum,
dicimus ſupra, in præcedenti. *quæſt. de
ſucceſſ. cler. ſecular. ab inteſtat. verſ.* de-
ſcendentibus verò in bonis eccleſiæ bo-
na relicta per clericum occupabit eccle-
ſia, quia non habet hæredem, ſed ſucceſ-
ſorem, illa verò de quibus certũ eſt, quod
fuerint clerici teſtatoris, occupabit hæres
illius, ea de quibus eſt dubium occupabit
eccleſia, quia pro illa præſumitur, & ſi
20 forte hæres illa occupauerit propria au-
ctoritate, competit contra eum actio, &
remedium ex conſtitutione. Si quis in
21 tantam, &c. Item, quia in rem, quam
poſſidet eccleſia per clericum defun-
ctum ſibi ius dixit, vel edictum diui Ma-
ci, vel furti, vi bon. rap. vel ad exhiben.
actio autem expilatæ hæreditatis, vel
edictum Diui Adriani, non competunt
eccleſiæ, quia prædicta non petit, tam-
quam hæres, ſed, vti Dominus, ſi in alium
ſine bona tranſlata, competit rei vendi-
catio, vel ad exhiben. ſi in teſtamento re-
licta, videtur, quod hæres inſtitutus, non
22 habeat formidare pœnam conſtitutionis,
ſiquis in tantam, aut aliarum conſtitutio-
23 num, & alias, vt ibi per eundem *Innoc.*
Subdens ibidem: quod ſi eccleſia ignoran-
ter occupaſſet rem, quam ſuo nomine
poſſidebat prælatus, non teneretur prædi-
cta pœna, quia iuſtam cauſam habuit
ignorantię, & contrarię præſumptionis,
cum enim præſumatur, vt dictum eſt, om-
nia acquiſita de bonis eccleſię. Item cum
quid emit prælatus præſumatur emptum
nomine eccleſiæ, aut nomine eccleſię
emere debeat, vt 12. q. 3 *epiſcopus*, ſi aliud
24 non appareat, debeo eum præſumere po-
tius feciſſe, quod ius præcipit, quam cõ-
tra ius, &c.
Sed *Abb. in d. cap. vt vnus*, amplectendo to-
tam materiam, melius diſtinguit, & cla-
rius. dicit enim, aut conſtat prælatum ha-
buiſſe patrimonium, aut non conſtat, aut
dubitatur, & hoc vltimo caſu diſtinguo,
25 aut dubitatur, vtrum habuit bona ex qui-
bus potuerit acquirere illa, de quibus eſt
contentio, aut non habuerat illa bona tẽ-
pore ſuæ promotionis, de quibus eſt con-
tentio: primo membro principali, ſi con-
ſtat ex quibus emit illa bona, tunc non
eſt quæſtio, quia illius erunt, ex cuius
redditibus acquiſita fuerunt, vt *capitulo
inquirendum*, aut dubitatur, quia promi-
ſcue vtebatur rebus eccleſiæ, cum ſuo
patrimonio, & tunc, ſi patrimonium erat
ſufficiens ad acquiſitionem illorum bo-
26 norum, eccleſia verò nõ, nec in toto, nec
in parte, & tunc præſumitur pro hærede,
quia ceſſat hoc caſu præſumptio *tex. in c.
1. eod tit. & c. 1. 12. q* 4. aut econtra, quia
27 eccleſia ſolũ erat ſufficiens, patrimoniũ
verò tenue, ſeu induſtria perſonæ, & tunc
præſumẽdũ eſt pro eccleſia *d. c. 1. eo.* Si ve
ro vtrũq. erat ſufficiẽs in totũ, vel in par
tẽ, tunc fiet diuiſio inter hæredẽ, & eccle
ſiã, ſecundũ quantitatẽ patrimonij, & re-
rũ eccleſiæ, & pone in terminis, quod ab

eccleſia habebat trecenta,& ex patrimo-
nio ducenta, debet prius detrahi, quod
28 veriſimiliter Prælatus expendit in per-
ſonam ſuam pro victu, veſtitu, & ad ſub-
ſtentationem ſui,& nomine eccleſiæ, nec
debent deduci expenſæ nimis delicatæ,ſi
fingas,quod huiuſmodi ſumptus aſcendat
ad centum aureos, præſumptio inſurgit,
quod tunc de bonis eccleſiæ expendit in
acquiſitionem bonorum ducentum au-
reos, & ex patrimonio alios ducentum,
ex quo tantum percipiebat, fiet ergò
æqualis diuiſio inter eccleſiam, & hære-
dem, & ſi minus percepiſſet de patrimo-
nio,minorem partem percipiet ex acqui-
ſitis,ita videtur velle *lex.in d. capit. pri-
mo, duodecima quaſtione quarta*, & ex-
preſſius ibi *gloſſ.* ſentit, *Innocen. capitulo
cum inoffitijs, extra de teſtamen. Antoni.
de Butr. Abb. Didac. Couarruuias*, & alij
communiter ibi, *Bal conſ.313. præmitten-
dum eſt ad euidentiam,ad fi.lib. 2. Corn.
conſ.* 81. *in caſu præmiſſo*, & eſt ſatis ra-
tionabile, vt ex quo non conficiebat ra-
tionem de redditibus eccleſiæ, ſed pro-
miſcue vtebatur cum patrimonio, vt fiat
præſumptio non captioſa alicui, & hoc
29 intelligo,etiam, ſi prælatus emerat no-
mine proprio, quia non eſt ſibi creden-
dum, ex quo facultates eccleſiæ exube-
rant, & non apparent in quem vſum fue-
rint conuerſæ, & idem per omnia dicen-
dum quando non habet patrimonium,
30 ſed induſtriam æquiualentem,eadem ra-
tione,puta ſi Doctor, qui ex aduocatio-
nis, vel munerum, ac officiorum fun-
ctione,& huiuſmodi multa lucraretur,ſed
ſi non habet patrimonium,nec induſtriã,
præſumitur pro eccleſia. Et vide *Cyn. in
authen.licentiam,C. de epiſcopis, & cler.*
vbi idem ſentit in adminiſtratoribus ſe-
cularium rerum,nam dicit,quod ſi admi-
niſtrator erat perpetuus, & nihil habe-
31 bat,præſumitur acquiſiſſe ex adminiſtra-
tione:Si verò temporalis erat, & ad tem-
pus, & reddebat rationem tunc non ex
adminiſtratione, ſed ex induſtria acqui-
ſiſſe præſumitur,ſcilicet defunctus *C. ar-
bit. tutel. vltimo membro.* ſi dubitatur,
vtrum bona fuerint acquiſita, vel an illa
habuerit prælatus,tempore quo fuit pro-
motus,vel beneficiatus.dico ſic, ſi dubi-
tatur, an aliquid habuerit, procedit opi-
nio *Ioan. And.* vt videlicet præſumatur
pro Eccleſia, poterit tamen probare hæ-
res prælatum,vel mortuum, illa, vel alia
bona habuiſſe tempore promotionis, ſed
ſi dubitatur, vtrum illa bona, de quibus
eſt quæſtio acquiſierit ante promotio-
nem, aut poſt, tunc defendam poſſeſſo-
rem in poſſeſſione ſua, ſiue hæredes, ſiue
Eccleſia, & ſic inquit *Abb.* loquitur *tex.
cum gloſ. ſi bene intelligatur. in capitulo
primo.12.quaſt.4.* hæc diſtinctio *Abbatis*
placet *d. Quintiliano Mandoſio in ſua
praxi ſignatura gratia in rub. licentiam
teſtandi, & ſpoliorum conceſſio.* pro qua
adducit *conſil.* 20. *Benedicti de Bene. qui
vulgo Capra nuncupatur incip. punctus
quidam Franciſcus. in primo quaſito.* ſe-
quitur *Didacus Couarruuias Doctor Hi-
ſpanus in ſuis commentarijs cap.primo.de
teſtam. per multas columnas, & Alexan.
conſil.*101. *ſeptimo volum. circa princip.*
vbi optime, ſequitur pulcherrime hanc
opinionem *Zabarella in capitulo cum in
officijs. de teſtam. in fin.* vbi ponit quæ-
ſtionem de Domino Franciſco Petrarca
Archidiacono Parmæ, qui acquiſiuerat
ante Archidiaconatum quaſdam domos,
ſuper quibus fuit poſt mortem ciuilis
inter ſucceſſorem in Archidiaconatu, &
hæredes eius; quia illa concluſio, vt pro
eo,qui eſt in poſſeſſione bonorum præ-
ſumatur,& dicenti incumbat probare,vi-
33 detur vera per *glo.cap.nulli.12.q.5. Bar.
cum additio ad eum in l.ſi inter. ff.de reb.
dub.* præſertim quando conſtat clericum
ante beneficia habuiſſe patrimonium,
tunc enim agens cõtra poſſidentem,pro-
bat *Lap.allegat.*113 pro declaratione,&
probatur expreſſe *d.capit.primo.de pecul.
cler.* à contrario ſenſu, vbi præſumitur
pro Eccleſia eo caſu, quo Clericus nihil
habens patrimonij, fuit promotus; ita
punctualiter conſulit *Cardinal conſ.* 79.
*Thema in morte Illuſtriſſ.Vatis D.Fran-
ciſci Petrarca*; vbi ſubdit magiſtraliter,
eſſe in hoc conſiderandas coniecturas, &
præſumptiones; quia vna aliam elidit,&
ſic quantum eſſet patrimonium ſuum,
quot redditus eccleſiæ, quantum lucra-
tus ex doctrina,vel artificio ſuo, vel ali-
ter,*cap.relatum,el ſecundo. verſ.cæterum.
de teſtam.*& ſi hæres reperitur in poſſeſ-
ſione,donec de dictis coniecturis digno-
ſcitur,non excluditur à poſſeſſione,*d.cap.
nulli*,& per allegata per *Cardinal à loco.*
34 addo adducta per *Corn.conſ*314.videtur
lib.3.2.col.& ſequenti. Vbi tenet conſulẽ-
do in hac materia,quod communis opi-
nio eſt,quod ſi nihil probatur, præſumi-
tur pro eccleſia,ſed ſi probatur induſtria,
patrimonium,officia,artificia,vel doctri-
na, vel aliquid aliud, vndè veriſimiliter
35 potuit quærere tollitur dicta præſumptio
dato

dato etiam, quod formaliter non probaretur, quod dicta bona, de quibus agitur fuerint empta deſuper lucratis pecunijs, & in hoc omnes communiter concordãt præſertim ſi apparet, quod tempore promotionis aliquid patrimonij habuerit; tunc enim poſtea quæſita, ſi non apparet vndè, in dubio præſumptio eſt pro poſſeſſore, ita quod ſucceſſore defuncti vniuerſali, vel particulari poſſidente, incumbat onus probandi eccleſię, aut Cameræ, pro quo vide *Imolam in ca. vt vnus. de pecul. cler.* vbi quærit, quid ſi repetitur rector eccleſiæ mutuaſſe pecuniam nomine proprio, an poſt mortem eius, præſumetur dictam pecuniam fuiſſe quæſitam de bonis Eccleſiæ, & dicit *Domin. Anton.* quod non, ſi probetur, quod habuit bona tempore promotionis, & idem dicit, ſi probetur, quod erat perſona talis, quæ licite potuit acquirere dictam pecuniam, puta ratione aduocationis, vel lecturę; nam dicit quod ſatis pręſumeretur tunc dictam pecuniam mutuatam fuiſſe quęſitam de proprio ipſius pręlati, pro hoc videtur, quod actio quęſita contra extraneum per pręlatum nomine proprio, acquiratur hęredi Pręlati, ſi probetur, quod tempore promotionis habuit bona propria, vel quod habuit officium aduocationis, aut lecturę, vel aliud, ex quo potuit lucrari, &c. & ante omnes has diſtinctiones, & regulas tradit in hac materia *Innocent.* vbi dicit, quod ea, quę ſunt acquiſita poſt Clericatum, prima facie pręſumuntur acquiſita intuitu eccleſiæ, & de redditibus Eccleſię & licet in ſingulis Clericis pręſumatur pro eccleſia, maxime pręſumitur pro pręlatis, quidam tamen ſecundum *Innocent.* dicunt, & forte non male, quod ſi nõ ſunt pręlati, creditur acquiri intuitu perſonę,
36 non Eccleſię, cum ad acquirendum nomine eccleſiæ, nullus niſi ſit Prælatus, ha-
37 beat officium; ideò ſuo nomine acquirere videatur, ſi aliunde habeant bona, & tunc hęres ſuus licitè taliter acquiſita, poſt mortem occupabit, *argument. capit. requiſiſti. de teſtament.* & dicit *Innocent.* quia in is difficiles, & quaſi impoſſibiles ſunt probationes teſtium, vel inſtrumentorum, ſcilicet quid, & quantum de redditibus eccleſię, & quantum de ſuo proprio emerit; ideò iudex in hoc multum ex pręſumptionibus procedet, & quia contingit aliquando, vnam pręſumptionem, aliã elidere de pręſum. *capitulo illud, & capitulo litteras de election.* cum inter iudex arbitrabitur, quantum ſit patrimonium eius, & quot ſint redditus eccleſię, item quid lucretur de artificio, ſeù doctrina, *text. cap. ſacerdotes, 12. quaſtion. 4.* ex hoc
39 enim habes, quod ex coniecturis conijcitur per arbitrium iudicis, an clericus acquiſierit intuitu eccleſiæ, an perſonæ & hoc intelligo, quando aliquæ coniecturæ ſunt, quod clericus acquiſierit aliqua intuitu perſonę, quibus ceſſantibus, videtur procedere illud, vt prima facie pręſumatur quod intuitu eccleſię: & in hoc dicit *Innocen.* ſe non credere, quod melioris conditionis ſit is, qui poſſidet, ſiue hæres ſiue eccleſia, quoad probationem faciendam; vt ex eo, quod poſſidet, alteri incũ-
40 bat probatio, quia ſemper præſumitur pro eccleſia, niſi hæres clerici defuncti, probauerit defunctum habuiſſe aliquid ante clericatum, vel aliunde ſuo intuitu obueniſſe, & probet ſecundum eum vere, vel pręſumptiue, capitulo requiſiſti; de teſtam. dicit etiam *Innocen.* quod ex alio præſumitur contra clericum, quia cum pręlatus debeat ſegregare res ſuas, à rebus eccleſiæ, 12. *quaſtio. prima: capitulo ſint.* multum contra eum præſumitur, ſi hoc facere omiſit, & ſæpe poſſet propter culpam eius deferri iuramentum eccleſię
42 *arg. 2. quaſtio. 1. in primis*, maximè vbi manifeſta, & lata deprehenditur culpa, refert, & ſequitur *Zabarell. capitulo cum in officijs. de teſtam* hanc opinionem ſequitur *Bal in authen. licentiam, C. de epiſcopis, & cler.* vbi dicit, aut bona non ſunt diſtincta, nec communia, ſed ſunt omnino incerta ad quem pertineant, & vnde prouenerint, & tunc ſtamus pręſumptioni *d. authentica*, nam quicquid pręlatus reperitur poſſidere poſt prælaturam, ſi nõ conſtat de titulo, vel poſſeſſione anteriori, vel antiquiori, præſumitur eſſe eccleſię poſſidere; Vnde de his pręlatus teſtari non poteſt, nec aliquis alius adminiſtrator eccleſię, nec etiam rectores hoſpitalium, vt expreſſe apparet in corpore huius authenticę: quod eſt notatu dignũ, vbi idem *Bal.* reddit rationem, quare ſit,
43 quod vbi non apparet de tempore acquiſitionis, pręſumatur pro eccleſia, & quod, vbi non apparet cuius contemplatione, pręſumatur itidem pro eccleſia, quia inquit ſecundum *Innocen.* primum contingit propter culpam pręlati, quia debuit inuentarium facere, & res ſuas ſegregare à rebus eccleſię, & omnia agere cum conſilio ſuorum clericorum, vnde ſi omittit hoc, multum contra eum pręſumitur, ſicut contra tutorem, ergo eſſet factum

Digitized by Google

ctum ſolemne inuentarium, poſſet diſcre-
tio bonorum pee ipſum probari. *l. cum de
lege. ff. de probat* Secunda ratio eſt, quia
ex quo pręlatus reperitur in poſſeſſione,
pręſumitur poſſidere nomine eccleſię,
quia ad officium ſuum pertinet acquirere
eccleſia, & per hoc dicit idem *Innocent.*
quod ſi ille, cui prælatus relinquit talem
poſſeſſionem, etiã iure inſtitutionis, eam
occupat propria authoritate, quod ipſe
incidit in pœnam *in l. ſi quis in tantam*,
nec excuſatur etiam obtentu teſtamenti,
& eſt ratio, quia cum ciuilis poſſeſſio ſit
penes eccleſiam per *Abb. in cap. cum eſ-
ſes de teſta. in repetit. verſ. quinta princi-
paliter.* dixi in quæſtione, quæ actio com-
petat ad ſpolia, neque hæres, neque teſta-
tor poteſt eã interuertere, ſequitur *Bart.
in l. cum ipſe. verſ. quaero lex. C. de con-
trahen. emptio.* vbi firmat. quod res em-
ptæ per prælatum, præſumuntur em-
ptæ nomine eccleſiæ, ſi autem bona oc-
cupata, reuera pertinent ad occupantem
tunc quia nemo erat ante in corporali
44 poſſeſſione, cõſiderata veritate licita eſt
occupatio, & præuentio in poſſidendo,
ſcilicet, quod omnis, qui recta via ſucce-
dit in titulo inſtitutionis, vel ab inteſtato
habet hanc poteſtatem occupandi, quod
45 reuera pertinet ad ſe, & a nemine, eſt poſ-
ſeſſum, quod eſt valde notabile, ſequitur
*Alexand. in ſuo conſilio 116. volumin ſep-
timo.* quod conſilium fuit factum in præ-
ſenti materia, vbi examinando quæſtio-
nem *Ioan. Andr.* an ſi quis eſt vicarius in
eccleſia præſumitur illud, quod habet ac-
quiſiuiſſe de bonis eccleſiæ, diſtinguit, aut
eſt vicarius temporalis, qui forte habet
certam portionem pro ſeruitio, quod prę-
ſumitur acquiſitum de bonis eccleſiæ ac-
46 quiſitum per eum, quia talis non dicitur
habere adminiſtrationem eccleſiæ. *capi-
tulo conſtitutus. de filijs presbyterorum.*
ſi autem eſſet vicarius non temporalis,
ſed perpetuus tunc dicit, quod ex quali-
tate vicariæ, & quantitate patrimonij,
ſeu ex his, quæ ex proſpera fortuna pro-
batur eum acquiſiuiſſe, bonus iudex iudi-
cabit, an præſumatur eum acquiſiuiſſe
de bonis eccleſiæ, an non, & in totum, an
in parte *arg. capitulo ſi. de tranſac.* & ea-
dem ratione idem dicendum eſt, nedum
in vicario ſed etiam rectore, & prælato,
quid enim, ſi aliquis eſt rector eccleſiæ,
ex qua modicum, vel nihil percipit, & ha-
bet officium lucroſum, vt quia forte eſt
47 doctor deputatus ad legendum cum ſa-
lario, vel etiam ex induſtria aduocationis
vel ſimili multa acquirit, certe non præ-
ſumetur tunc, quod quæſitum per eum ſit
de bonis eccleſię acquiſitum, per eundem
etiam *Alex. in conſ. 101. eod. vol in princip.*
quia dicit *Abb. d. c. vt vnus de pecul. cler.*
in caſu talis induſtriæ eſt idem præſumẽ-
dum, quod, & quando habet patrimoniũ,
quia tunc non præſumitur pro eccleſia,
cum ſæpe longe maior ſit induſtria, quam
ſit facultas patrimonij; quia non debet
hæres onerari ad probandum, quod bona
48 fuerint acquiſita ex induſtria perſonę,
ſed ſufficit probare quod prelatus multa
lucrabatur ex induſtria perſonę, & tunc
idem pręſumendum eſt, ſicut in caſu, quã-
do habebat patrimonium; quia ſimilium
eadem debet eſſe ratio, *cap. cum dilecta
de confir. vtil. vel inutil.* & per *Io. de Imol.
d. cap. primo. de pecul. cler.* vbi ad dubium
ibi propoſitum reſpondendo, dicit, quod
ſi reſpectu eius, quod quis reperitur ha-
bere, induſtria non eſt parua, vt ponit
exemplum ibi de quodam qui adminiſtra-
uerat negocia cuiuſdam maximi domini,
qui demum redijt ad ciuitatem cum cen-
tum millibus ducatorum, quod non pręſu-
mitur acquiſiſſe ex adminiſtrationis, &
cum induſtria fuerit parua, pręſumitur
acquiſiſſe ex induſtria in Barararijs, ex-
torquendo ab hoc, & ab illo ſuffultus fa-
uore domini, & hoc ſecundum opinionẽ
Petri, quem ibidem *Imola* adducit: ipſe
verò dicit, quod ſi ille talis reddidit ratio-
nem ſuę adminiſtrationis, non pręſumi-
tur tunc ex bonis domini quæſiuiſſe, alias
ſi non reddidit, videretur ſecus, & in ma-
teria dic, quod clericus regularis emens,
acquirit eccleſię, ſed clericus ſecularis e-
mens nomine proprio acquirit ſibi, & hæ-
redibus ſuis, ſed ſi emat de bonis eccle-
ſię, debet eccleſiam conſeruare indemnẽ,
alias eccleſia in ſubſidium vendicat rem
emptam, in quacunque cauſa cantat inſtru-
mentum, ſed ſi emit nomine eccleſię, ac-
49 quirit eccleſię dominium, & poſſeſſionẽ,
in dubio autem pręſumitur emiſſe nomi-
ne eccleſię, & ipſo mortuo poteſt eccleſia
capere poſſeſſionem rei propria auctori-
tate, niſi hæres prius ſit ingreſſus eã, quo
caſu debet conueniri via ordinaria, non
autem ſibi poſſeſſio auferri de facto, ſed ſi
clericus relinquit hęredem nominatum,
poteſt hęres propria auctoritate occupa-
re impune; nec dicitur in mala fide verſa-
50 ri, nec eccleſiam voluiſſe ſpoliare, ſed cau-
tius erit, quòd hęres poſſeſſionem capiat
ſaluo, & reſeruato iure eccleſię; quia tunc
nihil ſibi poteſt impingi: ita *Bal. in l. cum*

ip-

ipſi ſecunda columna, verſiculo tertio caſu, C. de contrahend. emption. & clericus emens equum de bonis eccleſiæ, non eſt dominus equi: *decimatertia quæſtione prima, res eccleſiæ 44. diſtinction. in principio. verſiculo ſacerdos*; & clericus emens fundum de pecunia eccleſię, ſi in inſtrumentum faciat poni nomen alterius, pręſumitur facere in fraudem, *Bald. in l. mancipia. C. ſi quis alteri, vel ſibi* poſt *Innocen. in capitulo cum in officijs de teſtamen. in glo. ſua magna.* & dicit *Bald in conſ.* 298. *vol. 1. incip. Chriſti nomine.* in hac materia, quod prælatus; aut celebrat contractum per ſeſe, interdum per interpoſitam perſonam, interdum eſt dubium, ſi per ſe, & tunc, aut nomine eccleſiæ, & acquiritur eccleſiæ; quia ſiue moriatur, ſiue remoueatur, vel recedat, remanet acquiſitũ fixum eccleſiæ; ſi nomine proprio, etiam tunc ſi ſit prælatus, qui non poſſit habere proprium, vt quia monachus, vel canonicus regularis & acquirit eccleſiæ; ſi vero ſit, qui poſſit habere proprium, & tũc, ſi ex re eccleſię, acquirit eccleſiæ, ſi ex re patrimonij, acquirit ſibi, & hæredibus; ſi dubitatur ex qua re, & tunc ſi eſt epiſcopus, & præſumitur quod ex rebus epiſcopatus, ſi tempore quo fuit factus Epiſcopus non habebat patrimonium, niſi probetur, quod ex alia cauſa acquiſiuit; ſi autem dubitatur, ex quibus bonis, tunc agẽti incumbit probatio; quia in dubio poſſeſſor abſoluitur, ſubdens, interdum Prælatus emit pro ſuis conſanguineis, vel amicis, & tunc ſi de pecunia eccleſiæ, indubitanter eſt eccleſiæ, & præſumitur pecunia eccleſiæ, ſi eccleſia erat in poſſeſſione pecuniæ; quia in rebus, quæ vſu conſumuntur, præſumitur ex poſſeſſione dominium, nam quia eſt facilis tranſitus per conſumptionem, merito facilius præſumitur; ſi
51 prælatus mutuat pecuniam conſanguineo res ex tali pecunia empta, non dicetur empta eccleſiæ, & dicit, quod ratio eſt; quia dominium pecunię tranſiuit in accipientem mutuum; quia hoc modo eccleſia haberet pecuniam, & rem, vt per *Bal. d. conſ.* 298. ſed ſi prælatus emit per interpoſitã perſonam, & eadem inquit *Bal. ibidem.* dicenda ſunt, vt *ff. de author. tut. l. pupillus. §. per interpoſitam C. quod met. cauſ. l. ſi per impreſſionem. C. de ſecundis nupt. l. hac edictali.* ſed in dubio nõ præſumitur fraus ſed aut donatio, aut mandatum, *l. qua dotis ff ſol mat.* præterea videndum eſt, quomodo cantet inſtrumentum, niſi concipiens inſtrumẽtum aliud fateatur, vel per teſtes aliud probetur *l quarta. § ſi ab igno to ff. de manum.* nam quod non dicit inſtrumentum, nec nos dicere debemus, niſi contrariam probationem habeamus. *l. fideiuſſore magiſtratum §. primo de fideiuſſor.* & per eundem *conſ.* 299. *dicto volumine.* ibi & conclude quatuor caſus; nam, aut quis adminiſtrat res eccleſiæ tantum, & acquirit eccleſiæ, aut gerit propria negocia tantum, & acquirit ſibi, aut propria & eccleſiæ, & acquirit communiter, aut ſeorſum negociatur, quandoque ſibi, quandoque eccleſiæ, & ſi conſtat quod de pecunia eccleſiæ, & eccleſiæ acquirit, ſed ſi nõ conſtat, acquirit ſibi; quia licite potuit per ſe negociari, hæc per *Bald. dicto loco*; ſed hoc locum non habebit, ſi clericus ſuit, qui negociatus fuit; quia poſt eius mortem, acquiſita ſunt applicata eccleſię per Bullam Pij Quarti, de qua in ſecunda quęſtione iſtius laboris, & clericus eſt interdictum negociari, *toto titulo ne cleric. uel monac.* vndè merito in dubio acquiret eccleſię. ex quo clerico eſt peccatum, & delictum negociari, idem *Bal. in addition.* ibidem quod adminiſtrator, qui à principio, & ex poſt facto eſt neceſſarius, vt prę latus acquirit eccleſiæ de pecunia eccleſię, velit, nolit, & acquirit directum dominium, ſi ſe nominet in inſtrumento, ſi nominat conſanguineum, vel amicum, cui vult acquirere, ſi venditor hoc agit, vt nõ quæratur eccleſię, acquirit vtilem rei vendicationem, ſi hoc eligat eccleſia, quę poteſt de duobus vnum eligere, quod ſibi placet, vel rem, vel precium, & magis intereſt eccleſię habere pecuniam, quam rem; tunc non videtur acceptare contractum; ſed ſi magis rem videtur acceptare eo ipſo, quod non contradicit; quia vbi de lucro agitur, facile quis conſentit, ſed vbi de damno diſſentit, & alias, vt ibi per eundem *Bal.*

Et ſecundum *Innocent.* dicit idem *Alexand. dicto loco.* quod iudex in his diſcernendis & dijudicandis habet arbitrari ex coniecturis, inſpecta qualitate, & quantitate redditũum eccleſiæ, & inſpecta qualitate, & quantitate reddituum eccleſiæ, & inſpecta qualitate induſtriæ, ſeù artificij, vel doctrinæ, ex quibus lucrari potuit, quantum præſumendum ſit eum acquiſiuiſſe ex bonis eccleſię, & quantum aliunde, per id, quod habetur *in capitulo ſacerdotes, duodecima quæſtione quarta.* in qua computatione iudex prius deducet de redditibus, & bonis eccleſię quantum expendere oportuit pręlatum, vel clericum in vi-

ctu

Digitized by Google

ctu,& veſtitu: *Quia qui altari ſeruit,de altari viuere debet*, *duodecima quæſtione prima.ex his.& cap epiſcopus eadem cau. quæſtione ſecunda.capitulo charitatem* & c. habetur per *Bal.in ſuo conſ.313 volum.1.* ibi per ſubtilitatem igitur iudicis, iſta ſunt determinanda, & reddenda ſingula ſingulis &c *Bartolom.Capol.conſ.51. incip.in Chriſti nomine* quod eſt conſilium in materia noſtra factum. Item debet deduci in dicta computatione illud, quod fuit expenſum in expenſis factis in alimentis pauperum, vel in hoſpitalitatem, vel in redemptionem captiuorum, aut alias pias cauſas, *12.q 2.aurum*, & ceſſantibus iſtis coniecturis, præſumeretur in dubio pro eccleſiã, pro qua iura præſumunt, niſi probetur clericum ante clericatum quid habuiſſe, vel aliunde interim ſibi obueniſſe, per *Bald.conſ.80.volum.5. Roman conſil.159. Vero.conſ.51.col.penult. Corn conſ 314.lib.3.& conſ.79.colum.prima.lib.4.Franc.in Rub.de teſtam. colu. 3. lib.6.Alexand.conſ.101.col.1 num.4.conſil.116 colum.2.numero tertio.lib ſeptimo* per iura, & doctores quos allegat ibi idẽ *Alexand.* ſecundum quos, & maxime *Io. de Imol.* dicit, quod ſi rector eccleſiæ reperitur mutuaſſe pecuniam nomine proprio, an poſt eius mortem pręſumetur acquiſita de bonis eccleſiæ, & dicit quod ſic niſi probaretur quod talis erat perſona; quæ licite potuiſſet dictã pecuniam quærere, puta ratione aduocationis, vel lecturæ, vel ſimilis exercitij; quia tunc præſumetur acquiſita aliunde, potius quam de bonis eccleſiæ, prout ſonat actus geſtus a Prælato, qui proprio nomine dictam pecuniam tanquam ſuam mutuauit, facit quæſtio poſita per *Abb. in cap.requiſiſti. de teſtam.* vtrum legatum factum epiſcopo, præſumatur factum contemplatione
52 eccleſiæ. vbi dicit, quod in dubio eſt recurrendum ad coniecturas, vt ſi eſt factũ à perſona coniuncta, non præſumatur, quamuis dixerit relinquo hoc epiſcopo; idem ſi longam amicitiam ſimul habuiſſent; ſimiliter ſi diceret relinquo Domino Titio, non expreſſo epiſcopo, & ſic erit ſuum, & ſuccedunt propinqui ab inte-
53 ſtato, *cap.quia nos.de teſtam.* ſi verò ab extraneo legetur præſumitur factum, & legatum contemplatione eccleſiæ, per *tex.in l.annuum ſecundum vnum intellectum.ff de annuis leg.& glo.ſing.in capit. requiſiſti.vide gloſſ not.in capitulo ſecũdo de teſtament.lib ſexto*. Idem dicendum eſt, non ſolum de epiſcopo, ſed de quocunque habente adminiſtrationem, ſeù prælationem in eccleſia, accipiendo adminiſtrationem pro dignitate, ſeù miniſterio in eccleſia ſeparato à congregatione, vt quia eſt vicarius temporalis alicuius eccleſiæ, ſeù commendatarius, ſecundum *Abb.in capitulo ſecundo de iud* prælatio-
54 nem verò intellige, quando habet adminiſtrationem perpetuam, & large accipiẽdo, vt comprehendat etiam habentem eccleſiam curatam ſecundum *Innocent in dicto capitulo requiſiſti.* qui dicit, quod qui poteſt abſoluere, dicitur habere adminiſtrationem, & extraneus in caſu iſto accipitur, qui non eſt ei coniunctus in quarto gradu conſanguinitatis, vel affinitatis, vt eſt *tex.in authen.licentiam.C de Epiſc. & cler.glo.duodecima quaſt.3.cap.pontifices.*

Si verò legatum ſit factum clerico non ha-
55 benti adminiſtrationem in eccleſia, dicit idem *Abb.d.capitulo requiſiſti.* quod in dubio præſumetur factum intuitu perſonæ, non eccleſiæ, exemplum poſſet poni in canonicis; quia ipſi non habent adminiſtrationem in eccleſia, quod tamen intel-
56 lige ſi talis cui legatur ſit perſona, quæ poſſit habere propria, ſecus ſi non poſſit habere, puta quia religioſus. quia tunc
57 præſumitur legatum factum intuitu monaſterij, vel eccleſiæ, facit *tex.in l.Deo no-*
58 *bis.C.de epiſcop.& cleric.cap.vnico.18 q. 1.* & ſic quando eſt factum intuitu eccleſiæ, non poterit diſponere, niſi ſicut de rebus eccleſię, idem tenet *Bar. in l. ciuibus ff.de reb.dub.* & ſecundum *Abb. in capitulo Raynutius.de teſtament.* legatum factum canonicis omnibus talis eccleſiæ præſumitur eccleſiæ contemplatione factum, etiam ſi per legantem exprimantur nomina cuiuslibet canonici, per *tex. in l.ciuibus.ff.de rebus dub.* vbi dicit *tex.* ciuibus ciuitatis legatum, vel fideicommiſſum datũ, ciuitati relictum videtur, quod verum eſt ſecundum *glo.* niſi ſit datum vti ſingulis; quia non acquiritur tunc ci-
59 uitati, ſed ipſis ciuibus, *Bar. in d l. Ciuibus, gloſſ in l.titius.la ſeconda, §. ciuibus. ff.de leg.ſecundo*, licet *gloſſ.in l.non plures C.de ſacroſan.eccleſ.* aliter dicat, ſed intellige, & declara, vt per *Bart.ſupra allegato loco facit l.annua §.à titia ff. de ann.leg.* quando vero legatum factum filio familias, præſumatur factum intuitu, & contemplatione patris, vide per *Bar.in l.cum aliquis, C.de iure delib.* & per *Abb. in cap. Raynutius, extra de teſtam.* pro qua materia vide *Alex.d.conſil.100.* vbi tenet, quòd præ-

Digitized by Google

preſumptio quę ſit; quod aliquis acqui-
60 ſierit de bonis eccleſiæ habet locum, quando contentio eſt cum eccleſia, ſecus, quando contentio eſt cum alia perſona, ſicut quando contenditur inter virum, & vxorem, quia tunc præſumitur acquiſiſſe
61 de bonis mariti, ſecus quando contenditur cum extraneo; per *Doct. Bal. in l. ſi vxorem. C. de condit. inſer. in 3. vol.* & per eundem *Alex. d. conſ. in prin.*

Vide in hac materia *Lud. Rom. conſil. 159.* vbi inter alia dicit, quod ad propoſitum preſentis materię facit illud, quod dicitur officialem præſumi ex bonis reipub. quęſiuiſſe, quando tempore promotionis ad officium, non apparet eum aliquod habuiſſe patrimonium, vt in *gloſſ. ſingulari in l. facultas, C. de iure fiſci. libro decimo*, de cuius veritate vide per *Guliel. de Cun. in l. præſentibus, ff. ſi cert. pet.* & per *Bald. in authen. licentiam, C. de epiſcopis, & clericis*, nec obſtat *text. in l. ſi defunctus, C. arbitrium tutel.* vbi non præſumitur tutor acquiſiuiſſe ex bonis pupilli; poſito, quod tempore ſuſceptionis tutelæ nihil habere tutor in patrimonio, quia eſt diuerſa ratio in tutore, & in clerico, quia tutori, ſi fuit laicus, licitum fuit negociari, vnde
62 eſſe potuit, quod quæſita, ex propria negociatione acquiſierit; quod eſt magis præſumendum, quam præſumendum ſit eum ex bonis pupilli quæſiuiſſe, clerico autem non licet aliquo modo negociari, *capitulo primo, extra ne cler. vel monac.* & ideo, vbi patrimonium, vel artificium non habet, præſumitur ex bonis eccleſiæ quęſiuiſſe, ne alias dicendo præſumamus crimen commiſiſſe negociationis, & alias. vt ibi per *d. Lud. dicto conſilio centeſimo quinquageſimo nono*.

Et quicquid acquirunt clerici ratione officij, vel ſeruitij, vel pro miſſis dicendis, vel orationibus, aut ſimilibus, ſibi acquirunt, ac de eis poſſunt libere diſponere, nec intelligitur acquiſitum ratione eccleſiæ, vel illius contemplatione, ſed intuitu perſonæ, quicquid dixerit *Iac. Butr. in authen. licentiam, C. de ſac. ſanctis eccleſ.* vbi dixit, quod rector eccleſiæ debet operari eccleſiæ, & pro eccleſia, à qua recipit alimenta, *arg. l. quod in vxorem, C. de neg. geſt. l. quod ſi nulla. ff. de relig. & ſump. funer.* & per hoc velit, quod de quęſitis ex induſtria non poſſit diſponere; tamen non mouetur bona ratione, quia clericus operari non debet eccleſię, & pro eccleſia, niſi circa diuinum offi-
63 cium, & conſeruationem ſuorum iuriũ, & ſimilium *l. qui ſub prætextu, C. de ſac. ſanct. eccleſ.* & propter hoc alimenta percipit ab eccleſia, & non ſimpliciter, vt alimenta, ſed vt fructus, & redditus ſibi conceſſos, ſed vide quæ dicit *Abb. in cap. cum eſſes. in repet. de teſta.* vbi indiſtincte tenet; quod clericus de fructibus eccleſiæ habet habere tantum ſolummodo, quod ſufficiat ad victum, & veſtitum; item non ſemper quis, ex eo quod alimentatur tenetur operare, vt probatur in *lege ſeia in princi. & in lege menia. ff. de an. legat.* & ſic concludit, quod de quæſitis ex opera ſua, clericus poteſt diſponere, ſequuntur *Abb. Petr. de Anchar. & Ioan. de Imol. in*
64 *capitulo cum in officijs. de teſtam.* Quidam tamen dicunt, quod eſt ſecus in epiſcopo, qui de ſua induſtria, & labore acquiſitis, non poteſt diſponere, nec in aliquos conferre, ſed hanc opinionem non iudicat veram *Alex. in d. cons. 116. in fin. ſeptimo vol.* per iura, quæ ibi adducit, quia illud; quod habetur in authen. licentiam præallegatam, non ſeruatur de iure canonico, & per alia ibi per eum adducta.

5. Fiet ergo in computatione acquiſitorum deductio expenſarum, victus primo, de fructibus beneficij, de quibus habet ſemper viuere ſacerdos, vel clericus, per ea, quæ dicit *Fel. in cap. ad audientiam. de*
1 *preſcriptionibus 2. col.* vbi dicit, quod Papa Vrbanus 5. dixit *Io. de Lignano*, qui reſpuebat fieri Cardinalis, quia nolebat bibere ſanguinem martyrum, quod poterat viuere de redditibus eccleſiæ, etiam habens patrimonium, per *glo. Innoc. in cap. epiſcopis, de preben.* dicit etiam *Bal. in cons. 313. ſecundo volumin. incipien. præmittendum eſt.* quod ſi fructus reperiuntur conſumpti, potius videntur conſumpti de fructibus eccleſię, quam de patrimonio; quia de eccleſiaſticis viuere debet; &c. *Quia qui altari ſeruit, de altari debet viuere. 12. quæſt. 1. ex his & ca. epiſcopus & ea. cauſ. quæſtione ſecunda. capitul. charitatem. capitulo. cum ſecundum. de prebend.* idem tenet *Ioan. Dal. de arte teſtand. titulo primo cau. tertia in fin.* vbi dicit, quod in dubio cenſetur quis potius fructus eccleſiæ, quam proprios conſumpſiſſe; & in verbo vi-
2 ctus, & clerici veſtimenta comprehenduntur. *ff. de verb. ſignific. l. verbo victus.* *Ludouic. Rom. in conſil. 440.* quod conſilium eſt factum in materia ſpolij cuiuſdam hoſpitalarij, *Innocent. in capitulo indecorum. extra de ætate, & qualitat.* vbi dicit, quod de fructibus, & rebus

eccleſiæ, clericus habet diſponere in ſuas
neceſſitates, & eorum, qui ſibi inſe-
uiunt; dicit *glo. in capitul. ſi. de pecul cler,*
quod clericus de redditibus eccleſiæ, ha-
bet habere victum, & veſtitum *glo. in ca-
pitul ſi. de pigno, & capitul. quia nos. extra
de teſtam.* pro hoc. 12 *quæſtion.* 1. *duo. &
cap. res eccleſiæ.* vbi *Io.* dicit, quod illud ſo-
lum eſt clericorum de fructibus eccleſiæ,
quod probabili ratione conſumunt *ea.
cauſ q.* 1. *capitul. ſi. & q.* 3. *per totum.* facit:
quia clericus fructuum, & redditnum ec-
cleſiæ eſt in bona valetudine vſufructua-
rius, per *tex. & glo. ibi in cap. ſi. de pecul.*
3 *cler.* aliquando eſt vſuarius, quia ei vti li-
cet fructibus, & redditibus ad vſũ quoti-
dianum, & ſuum facit, quantum conſumit
*Bal. in authen. licentiam. C. de epiſcopis &
cler. Cardinalis Zabarella, & alij in d cap.
ſi, vbi in* 3. *col.* dicit, exponat clericus fru-
ctus beneficij pro victu, & veſtitu ſuo,
plus, & minus, habita conſideratione ſuę
conditionis, & quicquid ſupereſt, debet
erogari pauperibus, & paulo poſt, idem
de fructibus, quos conſumeret clericus in
victu, & veſtitu, quos facit ſuos.
Et paulo inferius ſecundum *Io. Cal.* idem
Zabarel. quod clericus, qui non inte-
4 reſt diuinis, quotidianas diſtributio-
nes non facit ſuas, etiam propter vi-
ctum, & veſtitum, ſiue probabilem con-
ſumptionem, vbi eum vide, dicit *Alex.
conſ.* 116. 2. *colum. verſ. benefaciunt,*
ponit, & diſputat *Abb. in ſua diſputatio-
ne, quę incipit. titius clericus,* quia dicit
*tex in cap. cum ſecundum. extra de præ-
ben* quod clerici debent viuere de patri-
monio Ieſu Chriſti, cuius obſequio ſunt
5 deputati, & facit quod colligitur, & no-
tatur in eo *tex.* quod in tantum eſt ve-
rum, quod clericus habet viuere de fru-
ctibus beneficij, quod ſi epiſcopus ordi-
nat clericum ad ſacros ordines ſine ali-
quo titulo, vel beneficio ei collato, tene-
6 tur, imo compellitur ei de neceſſarijs
prouidere, quouſque ei prouideatur de
titulo, vel beneficio, vbi *Abb.* dicit, quod
licitum eſt clerico ſecundum Apoſtolum,
viuere de redditibus eccleſiæ, licet enim
ipſe apoſtolus abſtinuerit, quærendo ſi-
bi victum manibus, vt non daret locum
7 falſis apoſtolis, ſeù materiam exercendi
quæſtum, non tamen per hoc impoſuit
alijs, vt ſic teneantur facere, imo expreſſe
permiſit. vt hic; & *Hyero.* ponderauit il-
lud verbum viuere, quaſi licitum ſit, de
beneficio percipere neceſſaria vitæ, vnde
dicit, quod ſacerdoti licitum eſt de altari
viuere, non luxuriari, facit quod habetur
in *tex. in clem prima. de iure patronat.* &
quod dicit *Abb. in cap. de monachis. verſ.
in glo. prima.* idem *Abb. in cap. poſtulaſti,
verſ. nemo. de reſcrip.* vbi dicit, quod ha-
bens patrimonium non ſuſcipit indigne
beneficium, dummodo bene expendat, &
8 hodie bona eccleſiarum, ſunt deputata
principaliter ad vſum miniſtrorum, vt in
*cap. paſto. alis. de his quæ fiunt à præla. &
cap. ſi.* 19. *quæſt.* 2. vbi indifferenter per-
mittitur clericis, vt poſſint viuere de red-
ditibus, & fructibus beneficij, ex quo ei
deſeruiunt. & licet habentes patrimoniũ,
nihil poſſint petere ab eccleſia vniuer-
ſali, tamen ab eccleſijs particularibus,
9 qui deſeruiunt licite poſſunt capere, vt
ibi late per eum.
Per quę loca clare videtur conſtare, quod
clericus de fructibus beneficij poteſt ſu-
mere ſibi neceſſaria pro ſe, & ſuis, & iſta
neceſſitas arctatur ad victum, & veſti-
tum tantum, vt. 12. *q.* 1. *epiſcopus. gloſſ. in
cap. primo.* 21. *quæſt.* 1. quæ dicit, quod hoc
obtinuit ſecundum tempora illorum iu-
rium. 41. *diſt. epiſcopus vilem.* hodie verò
creuit decus eccleſiæ, auxitque Deus ec-
cleſias, *de conſec. diſt.* 1. *vaſa.* quia hodie
10 ſine penuria, & commode viuere debent
clerici de redditibus eccleſiæ. per *tex. in
capitulo primo, de ſtat. regul. §. ſane,* & ibi
gloſſ. in 5 *ſine penuria.* vbi dicit quod mul-
ta non poſſum facere commode, quæ fa-
cere poſſum, ſinę penuria optima *glo. in
extrauag. ſuſcepti, ne ſed. vacan in gloſſ. in
totum,* quę dicit quod commode habent
viuere clerici de fructibus eccleſiæ, & cõ-
mode dicitur quod ſit conſideratis no-
11 bilitate, ſcientia, & dignitate *capit. cum
adeo, de reſcrip,* facit *tex. in capitul. poſtu-
laſti* : ibi valeat commode ſubſtentari,
vbi *Abb.* declarat verbum commode, &
tex. in cap. cum adeo. de reſcrip. ibi ſuffi-
cientem, per quem *tex.* & ibi *gloſſ.* vide-
tur, quod clericus debeat habere eccle-
ſiam aut beneficium ſibi ſuiſque ſuffi-
ciens, & ſufficiens intelligit *glo.* ibi, quod
ſufficiat ſibi, & ſuis 50. *diſt. ſtudeat. in fin.*
& quod aduenietes poſſit recipere, & iu-
ra epiſcopalia perſoluere *ea. ſicut. de ſup-
12 plen. neglig prælat. tex. capit. de monachis,
extra de præben.* vbi dicit *glo. Bernardi,*
nota quod clerici tenentur ad hoſpitalita-
13 tem. Item competenter quis debet bene-
ficiari, ita quod poſſit commode ſuſten-
tari, & iura epiſcopalia perſoluere dicit
tex. & ibi glo in capitul primo de inſtitut.
vbi dicit, quod tot ſunt ponendi, & inſti-
tuendi

tuendi in monaſterio, vel eccleſia quot
poſſint in eo, aut in ea commode ſuſten-
tari; & quod poſſint iura epiſcopalia, &
hoſpitalitatis perſolui, & notat *Abb. in*
capitulo de monachis, quòd etiam clerici
ſeculares tenentur ad hoſpitalitatem, &
intellige ſecundum *Innoc.* ad ſolitam,
iuxta vires facultatum, non enim tenetur
omnes recipere, & poſtea mendicare,
ſed primo ſubueniendum eſt ſeruitori-
bus, in *capitulo his, de eccleſ. ædif.* Item re-
paranda eſt prius eccleſia, *capitulo paſto-*
ralis, de his quæ fi. à prælat. & ex alijs
redditibus poterit teneri hoſpitalitas, &
intellige, niſi eſſet tanta neceſſitas proxi-
mi, quod fame moreretur, tunc eidem eſt
ſubueniendum, nam tunc eccleſia tenetur
etiam vendere bona mobilia, & etiam va-
ſa eccleſiæ, *duodecima quæſtione ſecunda,*
aurum, & hoc caſu, etiam quoad laicos
eleemoſyna eſt in præcepto; & in aſſi-
gnanda portione victus huic clerico re-
ctori, vel vicario inquit, *Abb.* & in tenē-
da hoſpitalitate, habebitur reſpectus ad
14 ſitum eccleſię, nam magis indiget quan-
do eſt extra vias communes, item conſi-
derabitur conſuetudo loci, & vbi religio-
ſi omnia onera ſubirent, ceſſaret hęc pro-
uiſio in eccleſijs inferioribus; per quæ
manifeſte apparet, quod de beneficij fru-
ctibus, & redditibus clericus debet tantū
habere, quod commode viuere poſſit, nec
ſufficit, quod viuat ſine penuria, quia
multum intereſt viuere commode, & vi-
15 uere ſine penuria, quia ſæpe poteſt quis
ſine penuria viuere cum quadraginta flo-
renis, ſed non commode, quia dicit *gloſſ.*
in capitulo primo, §. ſane in v. abſque pe-
nuria de ſtat. regul. in 6. quod canonicus
Bononienſis non poſſet de centum flore-
nis commode ſubſtentari, & tamen de vi-
gintiquinque ſubſtentaretur abſque pe-
nuria, ſequitur *Dec. in conſ. 555. num. 14.*
& Cardinalis in clem. prima. §. ſane de
iur. patro. vbi exponit illum *tex. in v. ſatiſ-*
factione ſufficienti, & congrua, in victu,
non de tali per quam non periret fame.
Fel. in capitulo poſtulaſti. 3. colum. de re-
16 *ſcrip.* Quia hodie clerici non debent vi-
uere ita ſtrictę, ſicut olim, & dos eſt
aſſignanda magis ampla beneficiatis ho-
die, quam olim, per *glo. in capitulo epiſco-*
pus 41. diſtinct. & non debent hodie epi-
ſcopi habere vitam, ita ſtrictam in viſita-
tionibus, & procurationibus, quia hodie
creuit decus eccleſię, *capitulo vaſa, de*
conſec. diſtinct. prima. per *Io. de Silua*
in tractat. de beneficio, prima parte, quæſt.
1. num. 227. & 228. vbi vide pro eo etiam,
17 quod hodie eſt difficile dicere, quot fru-
ctus ſufficiant beneficiato, quia plus vni,
& minus alteri ſufficit, ſecundum qualita-
tes, & conditiones illorum, nam in illa cō-
moditate inquit *glo.* inſpicitur conſuetu-
do regionis, qualitas perſonę, vnde licet
non poſſum commode ſuſtentari, tamen
poſſum ſine penuria, quam *glo.* vide
quæ docet actum in practica in modo
articulandi.

Et in tali ſubſtentatione, vel victu ſubmini-
ſtrando clericis, de redditibus eccleſiæ,
18 eſt habenda ratio nobilitatis perſonę. 41.
diſt. non cogantur. item ſcientiæ *capitul. de*
multa. de præben. item dignitatis *ff. de va-*
rijs, & extraord. cog. l. 1. §. in honorarijs. &
l. ſed & ſi quid. § primo, ff. de vſufr. quia
alijs cibis veſcuntur nobiles, alijs viles,
& pauperes, & alio modo viuunt nobi-
les, alio pauperes. *Innocen. in capitul. du-*
19 *dum el 2. ad fi. de electio. glo. in capitul.*
conſtitutus. in v. impotentiam. de appe. Phi-
lip. poſt alios in *ca. de multa. in fi. de præ-*
ben. 5. col. verſ. ſublimes, & litteras *Sanct.*
Thom. in quilib. 6. art. 9. ex. in cap. de mul-
ta. in fi. de præben. & dicit *Abb. in capit.*
cum adeo. de reſcrip. & ſi diceres quare
in rebus Dei, habetur reſpectus ad iſtas
qualitates extrinſecas, cum poſſit illud
allegari, quod apud Deū nō eſt acceptio
perſonarum reſpondetur, quod per has
qualitates prouidetur bono vniuerſali,
20 nam ſine ſcientia mundus regi non po-
teſt, vnde eccleſia vniuerſalis indiget vi-
ris litteratis, vt per *Io. Mon. in cap. ſuper.*
eo. de hære. lib. ſexto. vbi dicit, quod eccle-
21 ſia indiget viris litteratis; non aſinis
ferratis, & dicit *Abb. in capit. de multa. de*
præb. 3. colum. num. 8. quod ſi diſpenſatur
cum ſublimibus perſonis, ſeu litteratis,
22 habetur conſideratio ad bonum publi-
cum, quod per iſtos prouenit vniuerſis,
nam perſona litterata prodeſt eccleſiæ
vniuerſali, & cum maximo labore inſiſtit
in exercitio ſcientię, merito debet recō-
penſari, vt ibi per eum facit *capitul. cum*
ex eo de electio. lib. ſexto & in capitul. ſi de
magi facit *authen. habita. C. ne. fil. pro*
pat. & quatenus *glo.* dicit, quod debet ſuf-
23 ficere ſibi, & ſuis, intellige de ſuis; quos
ſecum neceſſario debet habere, nam ſi eſt
doctor, vel nobilis, vel habens dignitatē
eccleſiaſticam, non debet eſſe ſolus, nec
ſine miniſtro, & dicit *Corſetus in reper-*
torio in v. beneficia. quod redditibus
beneficiorum debent eſſe ſufficientes,
nedum clerico, ſed ſuis, & *d. capitul. ſta-*

deat. 50.*diſt.* & intellige (inquit) de ſuis
qui quaſi neceſſario trahunt moram cum
clerico, nam ſecundum qualitatem per-
ſonæ, debet habere ſeruitores, non enim
debet ſibi coquinare, ſi ſit doctor, vel no-
bilis, vel notabilis perſona, nam oportet,
quod habeat famulos, ideo dicit *glo. in
capitulo extirpanda, de praben.* quod mi-
nus ſufficit pauperi, quam diuiti, nam
pauper qui alias non eſt nobilis, vel lite-
ratus, non indiget tanto apparatu; de di-
uite autem, qui non eſt ſublimis, vel litte-
ratus, non debet haberi talis reſpectus, vt
not in d. capit. de multa in fin. 11 *quaſt.* 1.
cap. primo & in ſumma, & *not. in capitulo
cum adeo. de reſcript. not. Abb. in capitulo.
extirpãda.* §. *primo. de praben.* & quod de-
bet recipere aduenientes, intellige hoc ſe-
cundum ſitum eccleſiæ, nam poteſt eſſe,
quod eccleſia ſit extra ciuitatem, etiam in
itinere frequentato, ita quod non poteſt
cum honeſtate quin ſeruet hoſpitalitatẽ,
ſecus autem ſi eſſet in ciuitate, vbi bene-
ficium eſſet ſimplex, ita quod hoſpitali-
tas non ſeruatur, in ſumma conclude ſe-
cundum eundem *Abb.* quod ſecundum
qualitatem perſonæ, & ſecundum ſitum
24 eccleſiæ, iudicabitur ſufficientia bene-
ficij; dicit idem *glo. in capitulo primo.* 21
quaſtio. 1. *in* §. *neceſſitatem in fi.* vbi dicit
quod hodie non datur victus clericis ad
neceſſitatem tantum, ſed commodius,
quia hodie creuit decus eccleſiæ, & Deus
auxit eccleſias, vt *de conſe. diſt. prima
vaſa.* & hæc omnia conſideranda ſunt ſe-
cundum qualitatem perſonæ, & ſitum
eccleſiæ, aliquid enim ſufficit vni, quod
non ſufficit alteri *d. cap. non coguntur.* 41.
diſt. & minus ſufficit manenti extra vias
communes, quam in vijs, & conſuetudo
prouinciæ in hoc ſeruanda eſt. *diſt.* 4. *cris
& 29 diſt. ſciendum.* & dicit *glo. in capit.
ſtatuimus. de maior. & obed. in* §. potiorẽ,
quod conſideranda eſt nobilitas, ſiue
ſcientia, vt etiam maioribus, & pluribus
beneficijs honorentur ab illis, qui eos
promouent, ſequitur *Hoſtien. & Card.
Zabarella in capit. de multa. praalleg. de
praben.* vbi *Io. And.* & de qualitate huiuſ-
modi ſcientiæ, & quæ, & qualis ſcientia
25 requiratur, vide late per *Innocen in cap.
cum in cunctis., de electio* quod ſcientia
eſt requirenda ſecundum locum, dignita-
tem, & ordinem, ad quem aſſumitur *cap.
eccleſia veſtra, el* 2. *de electio* qui enim aſ-
ſumitur ad epiſcopatum debet habere
ſcientiam noui, & veteris teſtamẽti, cum
ſit iudex animarum, & iuris, & cum ius
26 dicere debeat; presbytero, ſufficit quod
ſciat canones pœnitentiales communes,
de quibus 37. *diſt.* quæ ipſis, cantoe de-
bet ſcire cantum, & ſic de omnibus
ordinibus, quod talis colligitur ex his,
quæ dantur in ordinatione 23. *diſt.* per *to-
tum*; & ex poteſtate, & officio, quod ha-
bent exercere; iſtæ ſunt qualitates ſcien-
tiæ quę requiruntur in deſignatis ordi-
nibus, ſed in caſu materiæ noſtrę, intelli-
gitur de quolibet literato, in qualibet fa-
cultate, & ſcientia, cuius qualitati debet
circa victum haberi ratio.
Et ex fructibus eccleſiæ, in iſtis ſupputatio-
nibus faciendis, habent deduci ſumptus,
& expenſę, quæ fiunt in illis recolligen-
27 dis. & recondendis, vt vera fiat omnium
computatio, nam fructus ſunt illi, & eſſe
intelliguntur, qui ſuperſunt deductis ex-
penſis, quæ fiunt gratia fructuum quæ-
rendorum, congregandorum, & conſer-
nandorum. *l. ſi à domino vel patre. ff. de
28 pet. hared.* §. *fructus. & l. plane in fi. eo. &
l. prima C. de fructibus, & litis expenſ.* vbi
dicitur, quod fructuum nomine continen-
tur, quod iuſtis ſumptibus deductis ſupe-
reſt; nam nullus caſus interuenire poteſt,
qui hoc genus expenſarum deductionis
impedire poſſit. *l. fundus ff famil. hercíſ.
primo reſpon. l. fructus ff. ſol. mat.* vndè di-
cit *tex in d.* §. *fructus.* fructus intelligun-
tur deductis expenſis, quæ quærendorum
colligendorum, & conſeruandorum eorũ
gratia fiunt; & non ſolum in bonę fidei
poſſeſſoribus naturalis ratio expoſtulat,
verum etiam in prædonibus.
Et in tantum videtur verum, quod clericus
prelatus, vel ſacerdos habet viuere de fru-
ctibus, & redditibus eccleſiæ, quod cleri-
cus habens patrimonium ſufficiens ſibi
ad victum, poteſt cum bona conſcientia
recipere beneficium, ac de illius fructi-
bus viuere, ſibique, ac ſuis hæredibus pa-
29 trimonium, ac fructus patrimoniales re-
ſeruare, tenet *Abb.* poſt *Innocen.* & alios
in *cap. poſtulaſti de reſcrip.* dicit enim, &
ſecundum illa tempora emanarunt multa
iura, in quibus dicitur, quod clerici habẽ-
tes propria, non debent participare de
30 rebus eccleſię ſed poſt modum, & tertio
fuit ſtatutum, vt nulla eccleſia ędificare-
tur ſine dote pro miniſtris, & alijs neceſ-
ſarijs eccleſiæ, & clerici ſine ſcandalo in-
cœperunt poſſidere bona eccleſiæ, ad hoc
12 *q.* 1. *certe & de conſe. diſt. prima. nemo.*
31 & ſecundum hęc tempora procedunt iu-
ra, quæ videntur velle; quod clerici poſ-
ſunt, & habent viuere de redditibus eccle-
ſiæ,

ſiæ, nec ponderatur patrimonium, quia hodie bona eccleſiarum, principaliter ſunt deputata ad vſum miniſtrorum. *cap. paſtoralis. de his, quæ fiunt à præl.* & vide bonum *tex. 1. q. 2. cap. fin.* vbi indifferenter permittitur clericis, vt poſſit viuere de beneficijs, ex quo eis, & in eis deſeruiunt, concludit ergo dicit *Abb.* ibi, quòd ab eccleſia vniuerſali, clerici habẽtes patrimonium, nihil poſſunt petere, ſed ab eccleſijs particularibus, quibus ſeruiunt licite poſſunt capere, ex quo honeſte viuant, hinc emanarunt iura hodierna, quibus diſponitur, quod habens beneficium, & patrimonium poſſunt libere teſtari de bonis patrimonialibus 12 *quæſt. 5.* per *totum*, tenet *glo. in capit. illi. 12. q. 1.* quæ ibi allegat multas rationes, quare clericus habeat, & poſſit viuere de beneficijs, ac reſeruare patrimonium; quia debet viuere de altari, cui ſeruit, quia nemo debet
32 proprijs expenſis, & ſtipendijs militare &c. tenet *Innoc. in capit. ſtatutum. de reſcrip lib ſexto.* nec obſtat *tex. in c. paſt. 1. q. 2.* quia ſecundum *Innoc.* loquitur, quando clericus vellet viuere de beneficijs, & auare theſaurizare de patrimonio, ſecus autem, ſi vult conſeruare patrimonium pro ſuis heredibus. Item ſecundum *Hoſtien.* poteſt intelligi contrarium, quando non deſeruit beneficio, & vult viuere de redditibus beneficij, augendo proprium patrimonium, & quia iura in hoc vario modo loquuntur, quædam enim videntur innuere, quod clericus peccat, tenendo beneficium, & patrimonium, quædam verò, quod poteſt tenere patrimonium, ſed non debet viuere de redditibus beneficij, quędam verò iura ſimpliciter permittunt clerico viuere de bonis beneficij: pro cõcluſiua deciſione, eſt aduertendum, quod in primitiua eccleſia vnuſquiſque conuerſus ad fidem vendebat proprium patrimonium, & ponebat precium ante pedes Apoſtolorum demum ſtatutum fuit, vt bona non venderentur, ſed relinquerentur eccleſijs cathedralibus, vt ex eorum redditibus, ſubueniretur indigentibus. *cap. videntes. 12. quæſt. 1.* Item, & quieſcente illo magno feruore fidei, laici chriſtiani inceperunt poſſidere propria, clerici occulte poſſidebant, quapropter, vt euitaretur hipocryſis ſtatutum fuit, vt quiſque clericus poſſet poſſidere propria. *cap. certe 12 q. 1.* vndè pro concordãtia iurium eſt dicendum, quod iura, quæ dicunt clericos poſſidere non poſſe propria, loquuntur ſecundum tempus primitiuæ eccleſiæ, item, antequam clerici haberent beneficia ſeparata, non poterant viuere de redditibus eccleſiæ, ex quo habebant ſufficiens patrimonium, quia illa bona erant deputata ſolum pro indigentibus, & ſecundum hoc tempus procedunt iura, quę dicunt habentem patrimonium, non debere viuere de redditibus eccleſiæ; ſed cum hodie beneficia ſint prin-
33 cipaliter deputata pro clericis, *de conſec. diſt. prima nouo.* nec ſit horridum, quod clericus poſſideat propria bona, emanarunt alia iura nouiſſima, quæ volunt, vt clericus poſſit viuere de redditibus beneficij, ex quo ſeruit beneficio, vnde pondera *tex. in cap. fin. 1. quæſt. 2.* vbi datur clerico ſtipendium, non propter indigentiam, ſed propter ſeruitium, non enim tenetur
34 de ſuo patrimonio militare; ſed inquit *Abb.* ſimpliciter concludo, quod hodie licite clericus ſecularis viuit de fructibus beneficij, & conſeruat patrimonium ſuis hæredibus, dummodo honeſte viuat, ſequitur *Cardinalis in cap. poſtulaſti, de reſcrip col fin.* vbi *Felin. num. 6 Socin conſ. 91. vol. 3. Bal. conſil. 313. ſecundo vol. incip. præmittendum. Caietan. ſecunda ſecundæ q. 185. artic. 7. rep. ad 3.* & hanc eſſe communem opin. fatentur in *cap. Epiſcopus. de præben. Felin. & Barba. in col. penul. in cap. poſtulaſti de reſcrip.* licet ab hac opinione recedunt, firmat *Couarruuias Doctor Hiſpanus in cap. primo. extra de teſt.* vbi reſpondet ad obiecta, & tenet pro iſta opinione, pro quo vide *Innocen. & Doct. d. cap. epiſcopus. de præben. Innocen. in capit. quoniam in fi. ne prælat. vic. ſuas. Abb. in ſua diſputatione, quæ incip. titius clericus. quarto dubio.* idem *Abb. in cap. 3. de pignor. tex. in cap. cum ſecundum. de præb.* qui aſſignat rationem, quia videlicet ille, qui eſt aſſumptus ad onus, emolumentum habere debet; & repelli non debet à mercede; quia clerici debent viuere de patrimonio Ieſu Chriſti, cuius obſequio ſunt deputati, & dicitur ad Chorintios; *Quis militat ſuis ſtipendijs vnquam; quis paſcit gregem, & de lacte gregis non manducat? S. Thom. quæſt c. de Simonia. verſ. quis militat. § ad tertium* tenet *Io. Dil. in tractat. de arte teſtan. tit. de his qui in hab. teſtam. facti. cautel. 3. in fin. Corn. conſil. 88. colum. fin. vol. ſecundo. Ro. conſil. 159. colum. fin. Alex. conſil. 116. colu. 2. num. 3. lib. 7.*

Nec obſtat contrarium, quod opponi poſſet de *tex. in cap. clericos. 1. q. 2.* vbi probatur, quod clerici qui habent aliunde vndè

vi-

viuant, nihil debent ab eccleſia accipere;
imo ſi accipiunt, tanquam accipientes de
rebus, quæ ſunt pauperum, ſacrilegium
committant, per *tex. in cap. ſeq.* vbi, quod
illi; quibus ſua ſufficiunt, non debent ec-
cleſiæ alimentis ſubſtineri, quia poteſt re-
ſponderi, vt diximus ſupra, quia loquun-
tur illa iura, ſecundum tempora antiqua,
quibus non licebat clerico patrimonium
habenti, viuere de eccleſię redditibus, vel
intellige ſcilicet quando accipiunt, & in
malos vſus conuertunt, ac male diſpenſat
vt per *glo. d. cap. clericos.* qui varios dat ad
tex. intellectus, & in *d. cap. ſeq. in ver. pri-
uilegium.* ſecundum quos intellectus *tex.*
intelligendo ceſſat omnis repugnantia,
quia poteſt intelligi, vt ſi potius dictum
ad exhortandum, quam ad præceptum;
quia nemo ſuis ſtipendijs militare cogi-
tur, vide *Didac. Conarruuias d. loco.* qui ad
obiecta hæc reſpondet, & reconciliat; Et
Clerici diuites licite ab eccleſia ſua ſti-
35 pendia accipiunt. *Archid. in cap. clerici.
q. 2.* facit quod habetur in *glo. in cap. deci-
ma. 16. q. 1 in ver. tributa;* vbi dicit quod
decimæ ſoluuntur clericis, ſiue ſint diui-
tes, ſiue ſint pauperes; quia non ſoluun-
36 tur eccleſiæ intuitu perſonarum, facit
quod dicit idem *Archid. in cap. ſicut. ead.
cauſ. & quæſt.* vbi habetur, quod diuites
non debent ſumere partes de bonis ec-
cleſiæ, niſi corporaliter inſeruiant ec-
cleſiæ. Ex quibus ſatis latè deductis, cre-
do, quod ſatis conſtet quæ, & quomodo
acquiſita per clericum, vel prælatum præ-
ſumantur, vel præſumi poſſint, & quod in
coniecturatione facienda per iudicem cir-
ca talem præſumptionem, habet haberi
ratio expenſarum victus clerici, qui ha-
bet viuere de beneficij, iuxta ſtatum, qua-
litatem, & conditionem ſuam, ita, & tali-
ter, quod poteſt viuere de eccleſia, & ſuũ
præſernare patrimonium, nec contraria,
primo, & ſecundo loco in principio ſupra
adducta; obſtant, quia ex diſtinctionibus
ſupra factis, & declarando, & intelligen-
do, vt ſupra apparet, quod inter ſe non re-
pugnant, imo ſe ad inuicem compatiun-
tur; nam quod dicitur, quod de fructibus
beneficij habet tantum clericus percipe-
re ad victum neceſſaria, & quod de fructi-
bus eccleſiæ, & beneficij habent fieri qua-
tuor partes procedit & intelligitur ſecun-
dum iura antiqua, quæ ſemper ſtare, &
manere intelliguntur, niſi vbi alia conſti-
tutione, vſu, vel conſuetudine, quæ atten-
di debent per *Abb. cap primo de eccl. ædi-
fican. vel reparan.* eſſe correcta, & mutata
reperiantur. *l. conficiuntur. C. de codicill.* Quod vero clericus in bonis beneficij ſit aliquando vſufructuarius, aliquando verò vſuarius, id intellige in caſibus, in quibus iura adducta loquuntur, pro quo vide *Bal. in l. omnis. C. de epiſcop. & cler.* vbi dicit ſecundum *Iac. Butrig.* vtrum clerici qui percipiunt fructus beneficiorum ſuorum, dicantur vſuarij, vel vſufructuarij, nã ſi dicis, quod debeant habere ſolum id, quod eſt eis neceſſe, ſunt vſuarij; ſi verò quod habeant totum, & diſtribuant reſiduum, ſunt vſufructuarij; ſecundum *Iac.* ego (inquit) dicerem per hanc legem, quod tenent medium inter vſuarium, & vſufructuarium; nam in percipiendo ſunt vſufructuarij, ſed in diſponendo, & diſtribuendo redigantur ad inſtar vſuarij ſecundum *Iac.* per hunc *tex.* ſed vide nonne opinio *Abb. in cap. fin. de pecul. cler. in capit. cum eſſes in repet. de teſtam.* & alijs locis tenentis, quod clericus in fructibus eccleſiæ habeat tantum victum, & veſtitum, & quod de illis tantum ſuum facit, quantum conſumit, ſit magis *canon. ſanctio*, & veritati amica; ad cætera contraria primo loco deducta non accidit reſpondere; quia non obſtant, intelligendo ea in caſibus, in quibus loquuntur, ſecundo vero loco deducta, intellige pariter ea in ſuis caſibus, in quibus loquuntur, & in terminis, & videbis illa non eſſe repugnantia, ſed ſeſe ad inuicem cum diſtinctionibus ſupra factis compati, & concordare, vndè ex iſtis pro nunc erit expeditum, quod circa hanc quæſtionem dicere, & deducere volumus &c.

SVMMARIVM.

1 *Succedens in bonis tenetur ad debita.*
2 *Prælatus tenetur ſoluere omnia debita ſui prædeceſſoris ſi non fecit inuentarium ſi fecit tenetur pro viribus hæreditatis ſecundum aliquos.*
3 *Hæreditas delata eccleſiæ intelligitur in quantum non ſit oneroſa.*
4 *Debita contracta pro ſubſtentatione prælati debent ſolui.*
5 *Item debita facta cauſa eccleſiæ.*
6 *Prælatus poteſt pro ſua ſubſtentatione pignorare rem eccleſiæ; quam ſucceſſor tenetur reluere.*
7 *Licet fructus eccleſiæ non poſſunt obligari per clericum, poſſunt tamen obligari per iudicem.*
8 *Iudicium redditur inuitum.*
9 *Miles ſeculi, & miles cœleſtis æquiparan.*

Digitized by Google

rantur, vel aſſimilantur.

10 *Poteſt fieri alienatio de rebus eccleſiæ pro ſolutione debitorum.*

11 *Redditus futuri beneficiorum pro eccleſia obligantur.*

12 *Communis opinio, quod hodie clerici ſibi appropriant fructus.*

13 *Ad damnum illatum eccleſiæ per clericum, tenetur hæres.*

14 *Caſus in quibus prælatus, vel hæres tenetur eccleſiæ.*

15 *Sunt prius ſoluenda debita, quam beneficia præſtanda.*

16 *Datum ad communem vſum non trahitur ad particularem.*

17 *Alteri per alterum iniqua conditio afferri non debet.*

18 *Eccleſia alit clericos ad ſui decorem.*

19 *Quando eccleſia teneatur ad expenſas litis factæ pro ipſa.*

20 *Pro ſubſtentatione clerici, non poſſunt vendi res eccleſiæ.*

21 *Imputetur ſacerdoti, qui acceptauit eccleſiam minus potentem.*

22 *Tenetur clericus reſtituere expenſum de fructibus eccleſiæ vltra debitum.*

23 *In quot partes diuidi habent fructus eccleſiæ.*

24 *Clericus non conuenitur vltra quam facere poteſt.*

25 *Clericus ſuſpenſus habet habere moderatam ſubſtentationem.*

26 *Clericus habens patrimonium, habet viuere ab eccleſia.*

27 *Quando clericus habet ſatisfacere debita de patrimonio.*

28 *Quotidianæ diſtributiones acquiruntur clerico, etiam quoad dominium.*

29 *Penſiones ſunt quid prophanum.*

30 *Penſiones non exactæ tranſmittuntur ad hæredes ab inteſtato.*

31 *Acquiſita per clericum per laborem ſunt ſua.*

32 *Seruat curia quod clerici cadant fructus creditoribus.*

33 *Ad debita contracta pro ſubſtentatione tenetur ſucceſſor.*

34 *Tenemur alere, & veſtire illum, cuius opera vtimur.*

35 *Caſus in quibus tenemur eſſe ſolliciti, vt res vertatur in vtilitatem eccleſiæ.*

36 *Expenſas per prælatum de ſuo patrimonio p o eccleſia, repetit hæres.*

37 *Expenſas pro expeditione Bullarum beneficij repetit hæres.*

38 *Expenſæ funeris concernentes animam fiunt à Camera, concernen. ſolatium viuorum fiunt ab hæredibus.*

39 *Si clericus non habet eccleſiam ſufficientem, ſupplet epiſcopus eidem.*

De debitis clerici, vel prælati ſoluendis, ex fructibus eccleſiæ, & ſpolijs.

QVAESTIO X.

OBitu Clerici, vel prælati occurrente, inſurgunt creditores, qui diuerſimode credita prætendentes, varijs prætenſionibus hęreditatem, bona defuncti, ac totũ ſpolium inuoluere, ac abſumere tentant, & quia de huiuſmodi debitis, video aliqua, quæ debent ſolui ab hærede defuncti alia à ſucceſſore, & eccleſia, vnde nõ omnia de ſpolio à Camera, quæ in locum eſt ſuffecta ſucceſſoris, vel eccleſiæ (diximus ſupra in prima quæſtione) duxi quod ſit ad propoſitum pro diſcernendo, & liquidando, quæ & qualia debita hodie debeant ſolui de ſpolijs per Camerã, quod ſit facienda de hoc quæſtio, vt ſuper hoc diſcuſſo, & veritate perſpecta ſciant creditores ſuper quibus agere, & quæ debita poſſint ſine calũnia petere, & ad quæ illis camera, quæ ſuccedit in ſpolio teneatur, vel ſit obligata.

Et per contraria procedendo, quomodo magis eluceſcit veritas, iuxta *tex. in l. munerum. §. mixta. ff de muner. & honor.* & per contraria, & oppoſitiones procedere hoc vnum illuſtrauit ingenium *Bartoli*; quia veritas diſputatione diſcuſſa magis ſplendeſcit, *Ludou. Gom. ſecunda q. proœmij. in reg. Cancell.* videtur, quod ſuper bonis ſpolij prælati, dari debeat curator bonis ex officio curiæ, contra quem experiãtur creditores lite pendente, ſaltem ſede vacante, & donec venerit futurus paſtor, ſicut dicitur in ſimili de iacenti hæreditati. *l. prima, ſecunda, & tertia*, cum ibi not. per *glo. & Bart. ff. de cur. bon. dan.* nam & ſede vacante debet deputari, œconomus ad regendum, & defendendum bona, & iura eccleſiæ, *cap 1. & 2.* cum ibi not. *ne ſede vacan. cap primo de rebus eccleſiæ nõ alienan. lib. 6.* per *glo. cap iudicatum. 89. diſt. Innocen. cap. primo vt eccleſ benef. ſine dimi. confer.* & pendente cauſa inuentarij diſcuſſionis, & declarationis datur curator bonis, ſeu hæreditati, contra quẽ quis poteſt experiri, ne iura ſua confundantur, per *Bald. in l. fin. §. in computatione. C. de iur. delib.* habetur in *deciſion. Delphin. q. 3.* vbi dicitur, quòd de ſtilo Curiæ

Del-

Delfinalis, ex quo bona ſpolij ſunt redacta ſub ſequeſtro; fiſcus ſubſtinet vicem
œconomi, ſeu curatoris, contra quem experiuntur creditores, & tradunt eorum
ſummarias petitiones, & petunt ſe allocari in eorum gradu ſecundum antiquitatẽ
temporum, & potioritatem hypothecarũ, & iſtud etiam facit inquit deciſio illa, pro
cauſa bonorum ſpolij dicti *Domini Ioannis Leſpinai epiſcopi Valen. &c.*

Sed hodie non deputatur œconomus, vel curator; quia videtur, quod camera, quæ
hodie ſuccedit in ſpolijs, teneatur ad ſoluendum omnia debita defuncti, ex quo
ſuccedit in fructibus beneficiorum, relictis, ac in ius vniuerſum acquiſitorum
per clericũ, vel prælatum, per ea, quæ diximus ſupra in quæſtione quid ſint ſpolia
1 &c. quia ſuccedendo, efficitur quaſi hæres mortui, unde ſuccedendo in bonis, &
adeundo hæreditatem, videtur, quod teneatur ad perſoluenda debita hæreditatis
vel defuncti, *l. prima. & ibi Bar. C. ſi cert. pet. not. in l. pro hæreditarijs C. de hær. act.
l. in controuerſia. C. de tranſac. glo. in l. ſi cum dotem §. penu. ff. ſol. matrim. Bal. in l.
quemadmodum. de inofficio. teſtam. not. in l. ſi curatoris. C. de iur. delib. Spec. in tit. de
actio. ſeu petit. §. ij. verſ. ſed quando.* & eſt in materia factus, *optimus tex. in cap. 1. de
ſolut.* vbi dicitur, quod ſicut filius tenetur ſoluere debita patris, ita prælatus tenetur
ſoluere debita per ſuum prædeceſſorem contracta, vbi dicit *Hoſtien.* quod ſicut filius,
& hæres ſuccedit in vniuerſum ius defuncti *l. hæreditas. de reg. iur.* ſic, & præ-
2 latus ſuccedit prælato, & ideò ſicut filius tenetur de omnibus, de quibus tenebatur
pater, cui ſuccedit; ita & ſucceſſor tenetur de omnibus, de quibus prælatus tenebatur
in quantum prælatus. & ſic eſt bona ſimilitudo, vbi *glo. dicit*, eſſe intelligendũ,
quod ſit obligatus ad omnia debita, ſi nõ fecerit inuentarium, ſed ſi fecerit quod teneatur
ſolum in tantum, in quantum ſe vires hæreditatis extendunt. *l. ſcimus. C. de iure delib.*
facit quod habetur in *deciſio. Delfinat.* 95 & 105. vbi dicitur, quod non tenetur ſoluere
ſucceſſor in beneficio, niſi in quantum ſe vires ſpolij extendunt, etiam ſi non fecerit
inuentarium, id quod procedit, ſi debita ſint ex contractu, vel quaſi contractu; quia ſi
debita ex delicto procedant, vel quaſi, non tenetur ſucceſſor, niſi quatenus peruenerit
ad illum, vel niſi fuerit cum defuncto lis conteſtata, ſubdens, quamuis ſecundum *Alan.*
per canones videtur, quòd hæres tenetur ex delicto defuncti, per iura, quæ allegat; vbi
Abb. in ſi dicit, quod eccleſia hæres inſtituta non tenetur vltra vires hæreditarias
licet non fecerit inuentarium ſecundum
3 *Bal. l. ſi. C. de iur. deliber. & Bar. in l. prima C. de ſac. ſanct. eccle. contra gloſ. in capit.
primo de teſtam.* quia hæreditas delata eccleſiæ, intelligitur delata in quantum
non ſit oneroſa, ne indirectè alienentur bona eccleſiæ, vt ibi, & per *Abb. in conſil.
102. primo vol.*

Et ibidem *Abbas* notat, quod prælatus pro ſe ſubſtentando, poteſt contrahere debita,
& ad illa ſoluenda tenetur ſucceſſor, quia pro neceſſitate eccleſiæ contraxiſſe
videtur, ex quo eccleſia illum tenetur ali-
4 mentare; quia vt per eundem in *capit. ſecundo de ſolut.* prælatus poteſt obligare
eccleſiam pro ſua ſubſtentatione, & ita (inquit) ego pluries in facto reſpondi in
iſtis rectoribus eccleſiarum, qui in infirmitate, de qua decedunt multa contrahũt
debita, quia ſucceſſor tenetur illa ſoluere.

Item tenetur ſucceſſor ad ſoluendum debita
5 defuncti, ſi pecunia, vel debitum ſit contractum per eum ex cauſa neceſſitatis
eccleſiæ, vt per *Hoſtien. d. capit. primo. de ſolutio.* & per *Innocen. ibidem* dicitur, quod
tenetur ſucceſſor, ſi debitum contractum ſit verſum in vtilitatem eccleſiæ.

Faciunt adducta per *Abb. in cap. ex præſentium de pign.* vbi dicit, quod ex quo ſacerdos
debet viuere de redditibus eccleſiæ, *cap. cum ſecundum apoſtolum. de præben.* & per
Innocen. in capit. epiſcopus. eo. vbi dicit, quod beneficiatus habens patrimonium, licet
debeat viuere de illo, tamen cum bona conſcientia poteſt viuere de redditibus eccleſię
tamen ſacerdos, vel prælatus poteſt pro ſua ſubſtentatione,
6 & pro ſua neceſſitate pignorare rem eccleſiæ, & debitum pignorationis ſoluet
ſucceſſor, & pignus redimet ipſe, non hæres defuncti, ſubdens ibidem, & ex hoc poteſt
notari ſingulariter, quod ſi beneficiatus tempore infirmitatis ſuæ contraxit multa
debita pro ſua neceſſitate corporali, tenetur ſucceſſor illa ſoluere; & paulo poſt ibidem
in *verſ. 2. caſu.* quod ſi eccleſia ſit potens, & ſacerdos non habeat vndè ſe ſubſtentet,
& contrahat debita ſub ſpe ſoluendi illa de fructibus percipiendis ſed morte præuentus
non poteſt hoc facere, tunc eſt ęquum, quod teneatur ſucceſſor, & ita procedit dictum
Io. Andreæ ibidem, dicentis, quod licet beneficiatus habeat patrimonium, tamen ſoluere debita

Digitized by Google

bi'a contracta pro ſua ſubſtentatione, incumbat eccleſiæ, & non hæredi.

Facit *tex. in cap. peruenit de fideiuſſor.* vbi mandatur debita ſolui de redditibus clericorum, & redditus ipſos pro ſolutione debitorum, ac reſarcimento damnorum aſſignari, vbi notat. *glo.* quod pro debitis poſſunt clericis interdici quotidiana ſti-
pendia in cauſam iudicati, licet ſpeciali
7 conuentione non poſſunt obligari, per iſ-
ra, quæ allegat in *ver. redditibus.* vbi dicit
Hoſtien. quod clerici ſoluunt debita de
redditibus beneficiorum præbendalium, quos faciunt ſuos, idem dicit *Abb.* ſecundum eum in *cap. cum eſſes. de teſta. verſ. 4. principaliter.*

Imo dicit dominus *Anto. in cap. peruenit. de fideiuſſor.* quod hoc procedit indiſtincte in quibuslibet fructibus beneficiorum, quia prælatus tenetur pro debito contracto pro ſe, & non intuitu eccleſiæ, ſatisfacere de redditibus beneficiorum, nec per hoc præiudicat eccleſiæ, quia per ſe viuendo poterit ſatisfacere, etiam ſi ſit prælatus regularis, habens redditus diſtinctos, habet enim liberam adminiſtrationem in eis.

Facit, quia contraria opinio ſaperet iniquitatem, quia fraudarentur creditores qui mutuarent, vel clerici non inuenirent, qui ſibi crederent, & eſſent, vt iudei inter chriſtianos, vt per *Abb. d. cap. cum eſſes. verſ quarto quaro.*

Facit, quod dicit *Specul. in tit. de ſent. excom. §. ſequitur. verſ. quid ſi debitor*, quod aut clericus non habet alia bona vnde poſſit ſoluere debita, & eo caſu poſſunt aſſignari redditus eccleſię, aut habet alia bona, & tunc ſecus.

Idem tenet *Barba. in additio. ad Abb. in capitul. olim nobis. de reſtit. ſpolia.* vbi dicit, quod de fructibus epiſcopatus pro debito perſonali poſſunt capi redditus.

Secundo inquit hoc eſt verum, quia id dicit *glo. formalis in lege ſtipendia C. de exequut. rei iudic.* quæ dicit idem in præbendis clericorum; facit, quod dicit *Ioan. de Imola in capitulo fin. de peeul. cleric. in finalibus verbis*, vbi dicit quod propter debitum clerici factum ex alia cauſa, quam cauſa donationis, poterunt capi fructus beneficij in cauſa iudicati, etiam ſi ſit debitum non modicæ quantitatis, quia talis alienatio, videtur eſſe alienatio neceſſaria, cũ fiat iudicium, quod redditur & reddi ſolet in inuitum *l. inter ſtipulant. §. 1. ff. de verb. obl.* & per eundem in *capitulo peruenit. ex. de fideiuſſor.* tertio hoc inquit deciditratio, quia miles ſeculi, & miles cæleſtis æquiparantur *glo. in lege. miles. ff. de re iud. & in lege miles C. locat.* ſed miles ſeculi tenetur pro debito de ſtipendijs ſuis in ſubſidium, ita & clericus debet teneri in ſubſidium tantum, ideſt quando non habet alias, vnde ſoluat: idem tenet *dominus Pet. in capitulo peruenit. de fideiuſſor.* ſecundum *Ioan. de Imola ibidem colum. antepen.* ibi, ſi autem haberet alia bona &c.

Facit *deciſio Rota cum Camera apoſtolica deci. 855. in antiquis in prima parte.* ibi aliud eſſet prælato viuente, vel beneficiato, quia tunc, cum fructuario comparetur, fructus, & prouentus beneficij facit ſuos, & ideo cum perſona ſua ſit ad huiuſmodi debita obligata, nimirum, ſi etiam de fructibus ſuorum beneficiorum, quos facit ſuos ſatisfacere tenetur.

Item, quod dicit in vltima parte, aut loquimur de clerico non habente adminiſtrationem, & tunc tenetur Camera ad omnia debita, quatenus ſufficerent fructus, & prouentus, quos ante mortem fecerat ſuos, quia talis beneficiatus non habens adminiſtrationem, omnes illos prouentus perceptos in vita, adeo facit ſuos, quod poteſt teſtari de illis, facit quod bene poteſt fieri alienatio de rebus eccleſiæ pro ſatisfactione creditorum per ea, quæ tradit *Socin. conſilio*
10 *decimo quinto primo volum. num. decimo*
quarto col. 5.

Facit pro hac opinione illud quod habetur in *glo. in capit. duo ſunt genera. 12. quaſt. 1.* quæ dicit, quod clerici ſunt domini fructuum perceptorum, & late adducta per *Cardinalem Zabarella*, & alios in *capitul. fi. de pecul. cler.* quod clericus habet omnimodam fructuum diſpenſationem, & adminiſtrationem. item quod habetur, & legitur in *capitul cæterum ex. de donatio.* vbi clericus poteſt ex permiſſione canonum donare. Item, quod habetur in *capitul. relatum el 2. de teſta* cum ſimilibus, vbi clericus poteſt erogare in piam cauſam de fructibus, & rebus eccleſię, ac ſua debita illis, qui ſibi ſeruierunt ſoluere, facit quia ſtante conſuetudine quod clerici faciunt fructus ſuos, videntur de illis licite poſſe ſoluere ſua debita, *additio ad capell. Toloſan. quaſt. 303.* dummodo eccleſia non patiatur, eſt bulla Iulij tertij quod ſucceſſor de fructibus inexactis ſoluat legata, & debita.

Subdit, & *Hoſtien. d. capitulo peruenit.* ſi canonicus fideiubeat, de prębenda ſua ſatisfiet, ſi verò ſit rector eccleſię fideiuſſor, de redditibus eccleſię creditoribus non ſolcetur in eccleſię læſionem, ideſt non ſoluetur de illis fructibus, qui ſunt conuertendi in vtilitatem eccleſiæ, vt per *Abb.* ibi, & paulo poſt ibidem *Hoſtien.* & ſic habes hic, quod clericis, ob ſolutionẽ debitorum per eos contractorum poſſunt interdici redditus eccleſiaſtici, & capi in cauſam iudicati.

Idem tenet *Specul. in tit. de ſent. excom. §. ſequitur verſ. quid ſi debitor* vbi dicit, hoc procedere in defectum bonorum patrimonialium, & not. *Abb. dicto capit. peruenit.* quod pro debitis pro vtilitate eccleſiæ contractis, poſſunt bene obligari per clericum redditus futuri beneficio-
11 rum, ibi not. *glo.* quod clericus non poteſt obligare redditus futuros ſui beneficij, quod intellige, niſi contraheret pro vtilitate eccleſiæ *arg. capit. nulli de rebus eccleſiæ non alien.*

Item dicit quod *Collectaneus* refert in *cap. Odoardus. de ſolutio.* ſe vidiſſe ſeruare in curia, quod clerici admittuntur ad beneficium capituli, cedentes fructus ſuorum beneficiorum creditoribus in ſolutionem, & ſatisfactionem ſuorum debitorum, quia communis opinio inualuit in-
12 quit *Abb.* quod hodie clerici approprïãt ſibi omnes fructus beneficiorum, & diſponunt de illis ad libitum, vnde viſum fuit curiæ, quod ſit melius, vt clerici dent fructus ſuorum beneficiorum ſuis creditoribus, quam, vt diſperdant illos in aliam cauſam.

Item, ſi clericus litigando condemnetur in expenſas, ſoluet debitum dictarum expenſarum de redditibus beneficij, per ea, quę dicit *Abb. in capit. reprehenſibilis. in additio. verſ. ſed circa.* ibi. dicunt enim hoc caſu, & principaliter *Hoſtien.* quod condemnatus ſatisfaciet de redditibus beneficij, dummodo eccleſia enormiter nõ lædatur, nec debet ſecundum eum haberi ratio confuſionis, & inopiæ ipſius delinquentis, quaſi velit dicere, quod non dimittetur ſibi, vnde viuat, ſed ſimpliciter debet ſatis fieri, dicens ibi, quod tales expenſas clericus ſatisfaciet, de illis fructibus, & redditibus beneficij, quos clericus facit ſuos, ſecus, de illis, quos non facit ſuos, ſecundum opinionem *Hoſtien.*

Item fac. quia *d. Anto. in capit. olim nobis de reſt. ſpolia.* vt refert *Abb* ibi tenet ex illo *tex.* quod prelatus pro debito perſonali, poteſt ſatisfacere, & ſoluere debitum de fructibus eccleſiæ, patet in *capitul. peruenit. de fideiuſ.* & poſſunt fructus capi in cauſam iudicati.

Item facit optimus *tex. in capit. præſenti de off. ordin. in 6.* vbi habetur, quod bona relicta per clericum defunctum debent eccleſiæ, & ſucceſſori reſeruari, ſed in primis debent ſolui debita, facit in materia quia clericus debet ſoluere de ſuo debita, in quibus eccleſiæ tenetur ipſe, quia potens alias diſponere de rebus, ac fructibus eccleſiæ, hoc non poteſt in caſibus, quando tenetur eccleſię, niſi prius illo debito ſoluto, quia omne damnum, quod facit clericus eccleſiæ, ipſe, & eius hæres
13 ſoluere, & compenſare, tenetur. 12. *quæſtion. 2. epiſcopus, & capitul. qui filios,* & hoc ſi dolo, vel culpa, intelligendo de culpa non leui, vt per *Innocen. in cap. cum in officijs. de teſta.* quamuis ipſum etiam de culpa leui teneri ſit *text. apertus, C. arbit. tutel. l. quidquid.* facit *glo. in cap. ea quæ de off. ordin.* tamen eadem *gloſa* dicit quod non tenetur de negligentia, niſi craſſa, ideſt lata, quæ tamen negligentia eſt culpa, & culpæ aſſimilatur.

Vnde videtur quod tenetur de leui culpa ſi delinquit ſcienter, & ſolum de non leui, ſi ignoranter, ſiue ex negligentia; ſecundo
14 loco tenetur ſoluere debitum eccleſię, & recompenſationem facere, ſi de rebus eccleſiæ alicui gratiam facit per *Innoc. præallegato loco in finalibus verbis* ibi.

Item ſi, prælatus aliquid fecit dolo, vel culpa, & etiam ſi prælatus de bonis *eccleſię* alicui gratiam fecit, *l. cum oſtendimus. ff. de har. inſtit. & c. col. 2. & vltima:* tertio tenetur reſarcire, & ſoluere damnum clericus, quod fuit per eum cauſatum ex mala adminiſtratione, ſed deſinente clerico, tenentur, & compelluntur hæredes ad reddendam eccleſiam indemnem, not. *glo. 16. q. 3 placuit. & l. 2* qui dicit, quod ſi rector ob negligẽtiam ſuam, paſſus eſt rem eccleſiæ præſcribi tenetur de proprio patrimonio ſatisfacere eccleſię, per *Abb. in cap. ex præſentiũ de pignor ver. nota. 3.* ibi nam per iſtum *tex.* dico, quod hæres ſuus, poteſt compelli ſatisfaciendum, idẽ dic vbi potuit acquirere eccleſiæ aliquid, & neglexit, vide *text. bonum* cum *glo. duodecima quæſtione quarta capitul. quicumque* ad inſtar tutoris, qui in hoc tenetur, *leg. quicquid. C. arbitrium tutel.*

Quarto, ſi redditus eccleſiaſticos conuertit

in

in alios vſus 12.*q*.4. *cap.primo:* per illum *tex.* videtur teneri ad reſarciendum,& recompenſandum, vbi pulchre *gloſſ. verſiculo in caſibus*,quibus dicitur quod clericus tenetur ad reſtitutionem, in iſtis enim caſibus primo tenetur eccleſię ſatisfacere debitum, antequam aliud diſponat,quia parius ſunt,ſoluenda debita, quam beneficia pręſtanda, ſicut homo magis tenetur ſatisfacere debitori, cæteris paribus,quam amicis benefacere, ſequitur *Syluester in ver.clericus quarto. n.*4. *ver. clericus autem*,& bene debent prius ipſius eccleſiæ ſolui debita, quia agris eius ſitientibus, alij rigandi non ſunt,*l.profeſ.C.de ſeruit glo.in cap.præſenti de off.ordin.in* 6.facit,quod habetur per *Abb.in cap. quod quibuſdam de fideiuſſor.* vbi dicit debitum mutui,ſiue receptum à prælato,& capitulo, ſiue à ſolo prælato, poteſt ſolui bene de fructibus eccleſiæ, adminiſtrationem, & ſi ſit factum ſoli prælato, ſi petitur ſolutio in vita illius, non habet probari verſum in vtilitatem, quia poteſt de fructibus ſatisfacere, quia habet liberam adminiſtrationem fructuum, & omnia adminiſtrat excepta alienatione immobilium, *capitulo is cui de elect.in* 6.*& capitul.cum nobis extra de electio*.

Merito per ſupradicta, videtur dicendum, quod ſua debita clericus ipſe in vita, & poſt mortem Camera ſuccedens in eius ſpolijs, poſſit imo teneatur ſoluere; & ſatisfacere.

Sed incontrarium faciunt multa, per quæ videtur,quod de fructibus, ac redditibus eccleſiæ non debent ſolui debita clerici, vel prælati,vt per *Archi.in c.ſtatutum in* 6.*quo de reſcrip.* dicit, & tenet indiſtincte, quod ſiue clericus habeat adminiſtrationem,ſiue non,quod non poteſt de fructibus ſui beneficij ſatisfacere ſuis creditoribus,quia ipſe de dictis fructibus non habet aliud,quam purum vſum;quia id ſolum eſt clericorum, quod probabili ratione conſumunt,ponit *Io. And. capit. præſenti.de offic.ordin.in* 6. & de illis habet tantum ſumere neceſſaria ad victum, & veſtitum,& vltra illa in talibus redditibus, non debet manus extendere, per dictum Apoſtoli ſancti,*victu tantum, & tegumento his contenti ſumus,capitul.epiſcopus*.10. *quæſtio*. 2. vbi dicitur, habeat Epiſcopus poteſtatem in rebus eccleſiæ in neceſſitatem habentibus cum omni reuerentia,& timore Dei, participare cum etiam oportet quæ neceſſaria ſunt,ſubdẽs *text.* quod ſi epiſcopus res eccleſiæ in ſuam propriam voluntatem vſurpare voluerit,vel fratribus,filijs, vel quibuſcunque propinquis poteſtatem dederit, vt per eos lędantur res eccleſiæ, epiſcopus ſit concilio obnoxius, & ſi epiſcopus presbyter, aut diaconus cum eo exiſtentes in ſuos vſus colligunt ea, quæ ex redditu, vel ex quomodolibet actu eccleſiæ obueniunt,& pauperes fraudantur, ac fame conficiuntur, oportet, eos corripi ſecundum quod fuit à Sancto Concilio ordinatum &c.

Facit,quia redditus eccleſiaſtici, vel res eccleſiæ, non ſunt epiſcoporum,ſeù prælatorum,aut clericorum propriæ, ſed communes *capit. expedit.in principio* 12.*q*. 1. quia per epiſcopos debent diſpenſari cõmuniter, cum omnibus communem vitam degentibus,vt nemo in eis egens inueniatur, vnde ſi redditus eccleſiaſtici ſunt instituti ad communem vſum, communem vitam degentium, & ad vtilitatem eccleſiæ,non poſſunt, nec debent in alium vſum particularem,& proprium,& in ſolutionem debitorum clerici conuerti,quia eſt ſine ratione,vt quod communi
vtilitati datum eſſe dignoſcitur, vſibus
16 cuius libet perſonæ particularis applicetur;*de præben.ca. ratio.* & inquit *Abb. in cap.cum eſſes de teſta.in repet.verſ.quarto principaliter quæro.* quod ſi clericus de redditibus eccleſię poſſet ſoluere ſua debita, ſequeretur unum, quod eſſet iniquum,quod eccleſia, ſiue pauperes damnificarentur ex facto illius clerici,contra illud,quod habetur in *cap. venerabilis. de exceptio.* nam alteri per alterum iniqua
17 conditio afferri non debet, quia fructus eccleſia, qui ſuperſunt deductis neceſſarijs pro victu clerici,vel pręlati, non ſunt clericorum, ſed eſurientium, vt habetur in *cap.ſicut.* 47. *diſt.* Et per eundem *Abb. in cap.peruenit.de fideiuſſor.*ibi, & credo firmiter, quod de rigore iuris inſpecto ſtatu beneficiorum, & deputatione, non habet aliquo modo de redditibus beneficij ſatisfieri creditoribus,quia de redditibus eccleſiaſticis,id ſolum, eſt clericorum,quod probabili ratione conſumunt, ergo (inquit) non debent accipi fructus, qui ſunt conuertendi in cauſam piam, pro vtilitate clerici, quia ſi iſto modo clericus ſubtrahet fructus,& bona eccleſiæ,dicitur homicida;quia videtur necare illos pauperes, qui ex huiuſmodi ſubtractis,& alienatis eſſent alendi,vel ſubſtentandi, Facit quia *Bal. in conſ.* 71. *libr.*

primo. conſuluit per multa, quæ ibi adduxit, quòd epiſcopus qui ante adeptum epiſcopatum iurauerat ſe ſoluturum ſua debita creditoribus, ſi & quando deueniſſet ad meliorem, & pinguiorem fortunam, quod non tenetur ſoluere de fructibus epiſcopatus poſtea adepti, rationibus, argumentis, & alijs ibidem adductis per eũ, refert, & ſequitur *Barbat. in addition. ad Abb. in capit. olim nobis. de reſtitut. ſpoliato*

Facit quod habetur in *tex. in cap. præſenti. de offic. ordin. in 6.* vbi dicitur, quod bona per clericum defunctum relicta, debent eccleſiæ, vel ſucceſſori reſeruari ſolutis debitis, vbi *glo.* intelligit, debita eccleſiæ, ideſt quod illa debita ſolùm debent ſolui, quibus eſt obligata eccleſia, vndè non debita clerici, vel ſolum reſpectu clerici contracta.

Facit quod habetur in *cap. de multa. de præben.* quod ille qui duo incompatibilia beneficia obtinuerit, cogitur reſtituere de prouentibus ſuis, non de prouentibus eccleſiæ illud totum, quod perceperit de fructibus primo loco obtentis: vbi *glo.* inquit, bene dicit de ſuis; quia de rebus eccleſiæ, vel alijs obſtaret regula delictum perſonale, &c. ſic debita clerici debent ſolui de bonis clerici, & non de bonis eccleſiæ.

Faciunt latè diſputatá, & adducta per *Abb. in cap. ſi eprabenſibilis. de appellatio. in additio.* vbi ſi clericus litigans in cauſa propria, condemnatur in expenſis, pro dictis expenſis non poteſt, nec debet fieri exequutio, niſi in bonis patrimonialibus, & ſuis, non eccleſiæ, non etiam in illa parte redditIuum eccleſiæ, quæ debet conuerti in vtilitatem, & beneficium perſonæ clerici, puta in ſui ſubſtentationem; imo id quod plus videtur idem dicit, ſi litigauit nomine eccleſię, quod habet ſoluere expenſas in quibus erit condemnatus de ſuo, quod videtur durum, licet etiam clericus iniuſte litem mouerit; quia expenſas litis, in quibus condemnatus exiſtit nomine eccleſiæ, non deberet ſoluere de ſuo, ſed de bonis illius eccleſiæ, cuius nomine litem fecerit, dicit enim quod hoc caſu clerici condemnantur in expenſis, in cauſa propria, aut in cauſa quam agitarent nomine eccleſiæ, primo caſu indubie condemnatio expenſarum mandatur exequutioni in bonis patrimonialibus ſi habet, ſi vero non habet patrimonialia bona, ſed beneficia, tunc non poteſt fieri exequutio reſpectu eorum reddit000m, etiam
in illa parte redditum nomine eccleſiæ,
pro eccleſia, quæ debet in vtilitatem eccleſiæ
conuerti, per regulam delictum
perſonę, *de reg. iuris in ſexto.* ſed reſpectu
illorum reddituum, qui debent conuerti
in vtilitatem perſonę clericorum, eſt dubium,
& credo (inquit) quod ad tales red
18 ditus non debent manus extendi, & eſt
ratio; quia eccleſia tenetur clericos alere
ad ſui decorem, nec niſi alimenta, vel ſub-
ſtentationem clerico præbet, vndè non
tenentur eius condemnationes ſoluere;
quia ſi clericus non venit alendus non te-
netur eccleſia in aliquo contribuere; quia
eccleſia vult teneri, & eſſe obligata in
alimoniam clericorum, & in cauſam ſub-
ſtentationis, & alimonię eorum, non in
aliam cauſam, debet enim clericus parti-
cipare de bonis eccleſiæ, quatenus indi-
get, ad neceſſitatem ſui victus, & non ali-
ter, *capitulo epiſcopus, duodecima quæſtio-
ne ſecunda. & duodecima quæſtione pri-
ma, § final. & capitulo ſequenti,* aut cleri-
cus litigauit nomine eccleſiæ, & tunc, ſi
collegialiter, mandatur fieri exequutio in
bonis eccleſiæ; quia delictum prælati cõ-
municato conſilio, nocet, & præiudicat
eccleſiæ, præſertim in iudicio in hac con-
19 demnatione ſaltem, pro quo allegat *Abb.
ibidem tex. in cap. t. de dol. & contumac.*
vbi probatur etiam in religioſis. Aut non
collegialiter, ſed ſolus prælatus, vel de
per ſe litigauit, & tunc ipſe habet ſoluere
expenſas, & condemnationes de ſuo, per
*tex. iuncta gloſſ. in l. non eſt incognitum, C.
de admin. tutel.*
Faciunt dicta per *Abb. in cap. præſentium, de*
20 *pignorib.* quod pro debito contracto pro
ſubſtentatione clerici, vel prælati, non
poſſunt vendi, vel pignorari res eccleſiæ,
quia dicit, quod vel eccleſia erat impo-
tens ad ſubſtentandum rectorem, vel po-
tens, & primo caſu, ſi impotens fuit à prin
cipio tempore quo acceptauit eccleſiam;
& dico indubie, quod debita incumbunt
ſibi & hæredi, & non eccleſiæ, quia habet
ſibi imputare, qui acceptauit eccleſiam
minus potentem; nam hoc caſu tenetur
21 viuere ex induſtria & ſic fortius ex patri
monio, non autem pro huiuſmodi debito-
rum ſolutione, vendere debet bona eccle-
ſiæ, vel pignorari, vel obligare, per *tex. in
cap. primo, 21. q. 1.* cum ibi *gloſſ.* ſi verò ec-
cleſia ex poſt facto eſt facta impotens, ad
huc dico idem, vt non debeant bona ec-
cleſiæ vendi, vel pignorari pro ſubſtenta-
tione ſacerdotis, ſed debet agere ſacerdos
contra parochianos, qui ab eo percipiunt

ſacra:

ſacramenta,& diuina, vt preſtent ei neceſſaria,ex quo eis ſeruit in diuinis,& eis præſtat ſacramenta, per dictum Apoſtol. *ſi vobis ſpiritualia impendimus, non erit magnum,ſi a vobis carnalia metamus.* Et ſi ceſſent in hoc parrochiani ſubuenire ei, eſt cauſa licita ſubſtrahendi eis diuina, eſt *bo.glo.in cap.omnis chriſtianus, de conſecratione diſt.prima*

Facit quicquid capit, vel expendit clericus de fructibus eccleſiæ, vltra debitum, tenetur clericus reſtituere, per ea quæ dicit *Abb. in capitulo cum ſecundum. de præb. Domin.de Sancto Gemin. & Archid. in ſumma 44. diſtinction. Felin.in capitul.poſtulandi.num.60.de reſcript.idem in capit. de quarta,numer.33.de præſcript. Anton. Butr.in capitulo primo.numer.28.emptio.* Item dicit *Abb.in capit.fin de pecul.cler.* per *tex.*quem dicit expreſſum in § *ſi.cum capitul.ſeq.duodecima quæſtione prima*, quod præbendæ non dantur canonicis ſimpliciter,vt faciant quicquid velint ex redditibus; ſed vt primo neceſſaria accipiant pro ſe,& ſi quid ſupereſt, eo deducto, debent expendere in vtilitatem eccleſiæ.

Facit,quia per canonea redditus,& fructus beneficiorum ſunt diſtincti,& diſtributi; quia de illis aliam partem fabricæ, aliam epiſcopo,aliam pauperibus, aliam ſacerdoti aſſignant,per *tex.in cap.quatuor.cap.*
23 *cognouimus.& cap. ſequenti 12. q.1.* per *Abb.in cap.1.de eccleſ.ædif. aut reparan.* vndè clericus ſubtrahere non debet, nec pro ſe,nec pro alio fructus eccleſiæ, ſed in vſus ordinatos,& deſtinatos debet eos diſpenſare; quia ſi extra modos licitos diſpenſat,peccat, & poteſt puniri; adeò quod quandoque ab eccleſia poteſt remoueri.*ca.2.de pecul.cler.*quia dicit *Cardinalis Zabarella in capit.ſi.de pecul. cleric. per tex.in cap.inquirendum.*quod licet clericus poſſit diſpenſare fructus eccleſiæ in alios,non tamen poteſt diſpenſare in ſeipſum,nec pro cauſa ſua; quia iſta non erit diſpenſatio,ſed ſubſtractio, & ſubſtrahendo ſic fructus, clericus committit non ſolum furtum,ſed & ſacrilegium, per *tex. in capit.qui oblationes.13.q.2. notatur in d.cap. inquirendum.*

Faciunt, quæ latè deduximus ſupra in quæſtione de poteſtate clerici, vel prælati, *§. ſed in contrarium.per totum.* quæ videre potes ad longum, & per hæc ego credo, quod ſit ſatis clarum, quod de fructibus, aut de rebus eccleſiæ,non poſſunt clerici, aut prælati ſoluere ſua debita ex aliqua ſua neceſſitate,vel facto contracta; quia de rebus eccleſiæ non debet clericus diſpenſare,aut diſponere, niſi prout ab eccleſia,aut canonibus fuit ſtatutum. & ordinatum ex quo clericus, vel prælatus in illa non habet omnimodam auctoritatē, vel poteſtatem abſolutam,ſed reſtrictam, & limitatam, cuius finea non tranſgredi, ſed ſeruare, & cuſtodire debet; & per conſequens quod debita clerici defuncti, non habent ſolui de ſpolijs per Cameram.

Stantibus iſtis repugnantijs, & contrarijs pro intelligentia materiæ, & pro concordatione contrariorum; quia queſtio eſt difficilis, puto quod ſit bonum habere conſiderationem, & reſpectum ad qualitatem debiti contracti; puta ex qua cauſa & pro qua re ſit contractum.Item ad tempus quo ſolutio debiti petitur, an videlicet,in vita clerici, an poſt mortem, &c. Quia dicit *Abbas in cap.cum eſſet. in repet.de teſta.vers. quarto principaliter.* declarando,& diſtinguendo,materiam,quod aut clericus contraxit debita pro ſua ſubſtentatione, vt ſe aleret, & tunc dico, quod nedum in eius vita, ſed etiam poſt mortem, de fructibus ſui beneficij debet ſatisfieri ſuis creditoribus, per doctr. *Io. And.*quem omnes ſequuntur ibi communiter in capit. ex præſentium. de pignori. pro quo inquit *Abb.* eſt caſus in *cap. cum. olim. de reſtitutio. ſpoliat.* vbi epiſcopus ſpoliatus ſuo epiſcopatu, non habens,vnde viueret, contraxerat debita pro ſua ſubſtentatione, & victu, ſequitur *Calderin.in conſ.20.de pecul.cler. in fine.* ibi tamen æquum eſt dicere,quod ſi contingiſſet ipſum canonicum dum viuebat habuiſſe tales fructus,penſionem, aut aſſictum,& ipſum expendiſſe in ſuis neceſſitatibus, & quia non habuit, contraxit debita,quod de dictis fructibus, vel penſionibus ſoluantur;vel non contraxit debitum pro ſuo victu;vel ſubſtentatione, ſed pro alia ſui ipſius neceſſitate, veluti eſſet pro reparandis ſuis domibus, vel vt vtar verbis *Io.Andreæ*,ſua neceſſitate,puta refectione domus propriæ quæ minabatur ruinam, vel pro vineis patrimonialibus putandis,aut pro alio caſu conſimili,& tūc dico indiſtinctè,quod de fructibus beneficij ſatisfieri non debet,etiā parce viuendo,quia clerici habent ſolum vſum, ergo ſi debita ſunt contracta non pro ſuo vſu,eccleſia non tenetur *capitul. primo de ſolut.*vbi patet,quod tunc tantū tenetur ſucceſſor ſoluere debita præde-

ceſſo-

ceſſoris, quando pro neceſſitate eccleſię
ſunt contracta, vndè nec Camera Apoſto
lica in locum eccleſiæ ſuffecta, probatur
ex littera *d. capit. ex præſentium*. vbi cali-
ce in pignoratum per prælatum, pro ſui,
non eccleſiæ neceſſitate, hæres de hæredi-
tate ex patrimonio defuncti, non ſucceſ-
ſor, nec eccleſia tenetur ſolurre, & eccle-
ſiæ reſtituere. Nec eſt (inquit) bona ra-
tio *d. Anton.* dicentis, quod ex quo cleri-
cus habet adminiſtrationem in rebus ec-
cleſiæ, quod poteſt de illis rebus, & red-
ditibus ſatisfacere; quia licet habeat ad-
miniſtrationem, debet tamen diſpenſare
ad eum vſum, ad quem tales redditus ſunt
inſtituti, & ſi talis diſpenſator contrariũ
facit, reuocatur. *cap. ſi quis de ſeruit. 12. quæſt. 2. capit monemus capit. diaconi* 12.
q. 1. poteſt addi quod dicit *Zabarella in capit. ſi. de peeul. cler per tex. in cap. inqui-
rendum.* eo quod licet Clericus poſſit di-
ſpenſare fructus, & res eccleſiæ in alios,
non tamen poteſt diſpenſare in ſeipſum,
nec pro ſua cauſa; quia iſta non eſſet di-
ſpenſatio, ſed ſubtractio, & ſubtrahendo
ſic fructus eccleſiæ, non ſolum committit
furtum, ſed & ſacrilegium.
Nec valet dicere poteſt modicum donare,
eleemoſynam facere de rebus eccleſiæ, er-
go ſua debita ſoluere; quia dico, quod il-
lud facit tanquam adminiſtrator eccleſiæ
diſpenſando bona in pias cauſas, ſed ſua
debita ſoluendo, non eſſet diſpenſator, ſed
diſſipator, & vti prædo, vt per *glo. in cap. ſi. 12 q. 1.* nec minus valet illud, quod ad
minus debet poſſe ſatisfacere debita de
fructibus de quibus viuebat; quia fieri nõ
poteſt, nam primo clericus habet priuile-
gium, ne conueniatur vltra quam facere
24 poteſt, ſicuti habet miles armatæ militię
cui comparatur. *ff. de re iud. miles. vbi glo. & l. milites. C. loca.* ſecundo eccleſia tene-
tur clericos alere ad ſui decorem, vnde ſi
Clericus non alitur, non tenetur eccleſia
in aliquo ei contribuere; quia eccleſia
vult contribuere in alimoniam clericorũ,
& ſi cædat verè in alimoniam, non in
aliam cauſam per *Abb. in capitulo repræ-
benſibilis. de appellat.* tertio non debent
cogi Clerici mendicare in opprobrium
Clericorum; quia eſto quod Clericus pro
pter crimen ſit ſuſpenſus à beneficio, in-
de tamen habere debet moderatam ſub-
ſtentationem. *per gloſſ. in capitulo vinto-
nien. de electio. in cap. ſtudeat,* 50. *diſtinct.*
per quod apparet, quod non etiam po-
teſt Clericus ſoluere debita de illis fructi-
bus; de quibus habet viuere, ex quibus
inquit idem *Abb.* concludo, quod Cleri-
25 cus etiam ſi ſit perſonaliter, & ſimplici-
ter beneficiatus, de fructibus ſui beneficij
ſuis creditoribus ſatisfacere nequit, niſi
debita eſſent facta pro ſubſtentatione, pro
quo *optimus tex. in capitulo peruenit. de ar
bitr.* vbi caſus ſic *Abb. in repet. dicto capi-
tulo cum eſſet, de teſtamen. dicto loco. & Abb. in capitulo ex præſentium. de pignor.*
dicit quod ſacerdos debet viuere de fru-
ctibus beneficij, per dictum *Innocent. ca-
pitulo epiſcopus, de praben* vbi dicit, quod
26 Beneficiatus habens patrimonium, de-
bet viuere de illo, tamen cum bona con-
ſcientia poteſt viuere de redditibus ec-
cleſiæ, cum ergo gratia illius pignorauit
bona eccleſiæ pro ſua ſubſtentatione, &
pro ſua neceſſitate, non habet compelli
hæres ad pignorata redimenda, ſed habet
compelli ſucceſſor in beneficio; ſecus quã
do contraxit debita, non pro ſua neceſſi-
tate, aut pro ſua ſubſtentatione, ſed pro
neceſſitate ſui patrimonij conſeruandi, pu
ta pro reparatione ſuæ domus paternæ
ruinam minantis, vel pro ſua vinea, quæ
erat inculta cultiuanda, & ſimilibus; quia
eo caſu non tenetur eccleſia, vel ſucceſſor.
Ita intellexit, & tenuit *Hoſtien. d. capitul.
primo*, ibi, ſed eccleſia non tenetur niſi
de contractibus ob neceſſitatem eccleſię.
Innocen. ibidem, idem tenet ſi debitum
contractum ob neceſſitatem ſit verſum
in vtilitatem eccleſiæ, alias non, vnde di-
ctum *Innocen.* videtur exigere quod pro-
betur verſum in vtilitatem, & quod cre-
ditores teneantur probare debita conuer
ſa in vtilitatem eccleſiæ, dicit *gloſſ. in au-
then. hoc Ius. canonizata in ver. in ſolutũ.*
10. *q. 2.* ſic, vbi *Archid per Hoſtien. & do-
ctores cap. grauis extra de depoſit. ſuper
verb. vtilitatem, capitulo quòd quibuſdam*
vbi *Innocen. & alij de fideiuſſor.* Et per
*Hoſtien. in ſumma de fideiuſſor. & teſta-
men. capitulo cum in officijs. Rota deciſion.
37. incip. cum Camera Apoſtolica, deciſion.
vltim. in fin.* ſed *Abb.* magis placet dictum
Hoſtien. in dicto capitulo, vt probare ſuf-
ficiat, quod debitum contractum fuit pro
eccleſiæ neceſſitate, vt per eum, vbi & no
ta, ex hoc, & ex *tex.* quod in debito con-
tracto per prælatum, eccleſia obligatur,
etiam poſt mortem contrahentis, dum-
modo probetur, quod pro neceſſitate Ec-
cleſiæ debitum fuit contractum, & bene
pondera *tex.* quod non exigit probationẽ
verſionis in vtilitatem eccleſię, ſed ſolum
requirit, quod pro neceſſitate eccleſię fuit
contractum debitum,

Alio;

Aliorum opinio, veluti *glo. in l. ſtipendia, C.*
de exequut. rei iud. Bart. in l. commodis, ff.
de re. iudic. & Specul. de ſenten. excomm.
§. ſequitur, eſt quod fiat executio in fru-
ctibus beneficiorum in ſubſidium, nullis
alijs exiſtentibus bonis, vt per *Io. de Imo-*
la, d. capitulo peruenit de fideiuſſor. circa
finem, vbi etiam tenet ſecundum *Flor.* per
illum *tex.* quod indiſtincte poſſit fieri exe
quutio in redditibus beneficij, pro debi-
to clerici, etiam nulla facta diſcuſſione, &
etiam ſi ſit beneficium, habens admini-
ſtrationem, opinio verò aliorum, vt *Ho-*
ſtien. & Ioan. Andreæ d. cap. peruenit, de fi-
deiuſſor. eſt, quod ſi clericus habeat bene-
27 ficium, quod habeat adminiſtrationem,
puta, ſi ſit rector, vel prælatus quod tunc
tenetur ſatisfacere debita de patrimonio,
per id, quod habetur in *cap. reprahenſibi-*
lis, de appellat. vt per eundem *Io. de Imola*
in d. cap. peruenit, colum. antepen. & quod
indiſtincte poſſint ſolui quæcunque debi-
ta clerici, vel prȩlati, de illis fructibus be-
neficiorum, quos facit ſuos; quia de alijs,
vt dico non fieret ſolutio, cum nec illos
clericus obligare poſſit, veluti eſt in cleri-
co adminiſtrationem non habenti, & ſim
pliciter, & perſonaliter beneficiato, qui
etiam fructus facit ſuos in morte, quia de
illis teſtari poteſt, *glo. in cap. præſenti, de*
off. ord. Hoſtien. in cap. fin. de pecul. cleric.
qualiter diximus ſupra in quæſt. de pote-
ſtat. cler. vel prælat. de diſtributionibus
quotidianis, quæ acquiruntur clerico, etiã
quoad dominium, *cap. vnico. de cler. non*
28 *reſid. in 6.* quas Clericus facit omninò
ſuas, quia dantur propter ſeruitium, &
corporale miniſterium, & in recompen-
ſam laboris perſonalis, de quibus clericus
ita poteſt diſponere veluti ruſticus de
diurni operis denario.

Item de penſionibus, ac penſionum fructi-
bus, quæ cum ſint quid non eccleſiaſticũ;
ſed prophanum, ſunt ad omnimodam po
teſtatem, & diſpoſitionem penſionarij;
adeò quod poteſt de illis pro libito diſpo
nere, teſtari de illis, ac etiam ab inteſtato
terminos maturos, non exactos, ad ſucce-
dentes tranſmittere, per *Gigan. in q. 52.*
tractat. penſio, ibi, erit ex præmiſſis firma-
29 ta concluſio, quod penſiones decurſæ in
vita penſionarij non exactæ, tranſeunt in
eius hæredes ſiue ab inteſtato, ſiue ex te-
30 ſtamento ſuccedant, ſed in contrarium
vide quæ deduco ſupra in quȩſt. de poteſt.
clerici, ſuo loco maxime per *bullam Pij*
V. nouiſſime editam.

Item qualiter diximus de illis, quæ lucratur
ſacerdos ratione ſuæ dignitatis clericalis
vel ſacerdotalis officij, puta pro miſſis di
cendis, vel pro alijs horis canonicis, di-
uinis laudibus celebrandis, aut decantan-
dis, dummodo non ſint ei, veluti proprio
parrochiali data, nec reſpectu, ſeù contem
31 platione eccleſiæ, ſed reſpectu perſonæ
tantum Clerici, vel ſacerdotis, & pro re-
compenſatione ſuorum laborum, quia
talia Clericus acquirendo, facit ſua, & de
eis omnimode poteſt diſponere per *Abb.*
in cap. cum in officijs, de teſta. Et hæc opi-
nio *Ioan. And. & Hoſtien.* quòd de fructi-
bus quos facit ſuos Clericus poſſit ſatisfa
cere creditoribus, dicit *Abbas. in capitulo*
reprahenſibilis. de appellat. poteſt admitti
ſtante generali conſuetudine, quæ inole-
uit apud omnes, quòd Clerici perſonali-
ter Beneficiati faciunt fructus ſuos, dum-
modo Clerici non mendicarent; quia hoc
redundaret in opprobrium eccleſiæ, quia
iſto modo per indirectum puniretur ec-
cleſia, in perſona clericorum, quod eſſe
non debet, *arg. reg. delictum perſonale, de*
reg. iur. in ſexto.

Sed in iſto caſu, quando petitur ſolutio de-
biti à Clerico in vita, dicit *Collectaneus in*
capitulo Odoardus, de ſolutio. vt refert
Abb. in capitulo peruenit de fideiuſſ. quod
vidit in curia ſeruari, quod clericus poteſt
cædere fructus ſuorum beneficiorum, lo-
quendo indiſtincte, & nullam faciendo
differentiam inter fructus, & fructus in
32 ſatisfactionem ſuorum creditorum pro
eius debitis, & idem dicit d. *Anton, in ca-*
pitulo cum olim, de reſtitut. ſpoliat. vbi di-
cit eſſe caſum, id quod approbat *Abb.* ibi,
quia inquit communis opinio inualuit,
quod hodie clerici appropriant ſibi om-
nes fructus, ac redditus beneficiorum, &
diſponunt ad libitum, vndè viſum fuit cu-
riæ, & iudicibus; quòd melius ſit, vt cle-
rici darent redditus ſuis creditoribus, quã
vt diſperdant illos in aliam cauſam, ſed ſi
facerent, vt deberent, non deberent exten
di manus ad redditus beneficiorum, quã-
uis (inquit) firmiter credo, quòd de rigo-
re iuris inſpecto ſtatu beneficiorum, &
deputatione, non debet aliquo modo de
redditibus beneficij ſatisfieri creditori-
bus, quia de redditibus beneficiorum, id
ſolum eſt clericorum, quod probabili ra-
tione conſumunt, ergo non debent fru-
ctus appræhendi, cum ſint conuertendi
in cauſam piam. Idem videtur dici in al-
legata *deciſione 855: in antiquis incip.*
cum camera. in prima parte. ibi aliud eſſe
in prælato viuente, vel beneficiato, quia

tunc

Digitized by Google

tunc cum fructuario comparetur, fructus, & prouentus beneficij facit ſuos, & ideò cum perſona ſua ſit ad huiuſmodi debita obligata, nimirum ſi etiam de fructibus beneficiorum quos facit ſuos, ſatisſacere tenetur, & loquitur deciſio generaliter de quibuſcunque fructibus, quia non diſtinguit, prout facit in ſecunda diſtinctione, & habetur in *Rota deciſione* 330. *in antiquis. rubrica de obligation. & ſolution. incipien. nota quòd clericus*; quòd licet clericus ſe ſimpliciter obligando, non obligat fructus beneficiorum, ad hoc quòd ratione obligationis fructus debeant creditoribus applicari, niſi debitum eſſet conuerſum in vtilitatem eccleſiæ, tamen Auditor Cameræ tenet contra, quia pro debito fructus beneficiati ſequeſtrabitur, & concludit *Rota*, quod ſi clericus habet adminiſtrationem, quòd tunc fructus poteſt obligare in vita, ſi ſit ſimplex beneficiatus, etiam id poteſt poſt mortem vt ibi.

Quando verò petitur ſolutio debiti contracti per clericum poſt mortem, quæ eſt materia noſtra, tunc ſi debitum ſit contractum pro neceſſitate eccleſiæ, ſucceſſor, vel Camera Apoſtolica, quæ loco ſucceſſoris habetur in ſpolijs, & cum eo quantum ad ſpolia vnum, & idem cenſetur per ſpeciale Papæ reſcriptum, *dict. Rotæ deciſion.* 855. ad illius ſolutionem tenetur, per *tex. in capitulo primo de ſolution.* qui dicit ad literam, vbi *Hoſtien. Ioan. And. Abb. & alij*, quia ſucceſſori, & cameræ nunc reſeruantur bona relicta per defunctum, ſolutis tamen debitis per *tex. in capitulo præſenti. de offic. ordinar. in ſexto.* vbi *glo.* intelligit debita ad quæ eccleſia, & ſucceſſor remanet obligata.

Et pro eccleſię neceſſitate contractum videtur debitum, ſi ſit contractum pro ſubſtētatione clerici, vel prælati; quia dicit *Abb.* ibi, quod ſi prælatus contraxit debita pro ſua ſubſtentatione, tenetur ſucceſſor
33 ad illorum ſolutionem; quia pro neceſſitate eccleſiæ videtur contraxiſſe, quia eccleſia tenetur illum alimentare; expenſæ etiam, ſalaria ſeruitorum, vel ſeruitiorum debent ſolui de ſpolijs; quia clericus habet viuere, & ſubſtentare ſe bonis eccleſiæ, iuxta conditionem ſuam, quia ſi ſit nobilis, vel doctor, non habet ſtare ſine famulo, per ea, quæ adduco ſupra in quæſt. ex quibus præſumatur clericus acquiſiſſe verſ. & in tali ſubſtentatione, & ſeruitia præſtita prælato, videntur præſtita eccleſiæ, dico ſupra in *quæſtione de licentia, vel diſpenſatio teſtandi in princ. verſ. Item ex* eo. eſt *deciſio Rotæ deciſio. Fabij Peregrini de ſolutio. in manuſcrip.* quod ſucceſſor teneatur ſoluere ſalarium aduocato, qui patrocinatus fuit pro mortuo epiſcopo; dum eſſet carceratus, quę fuit ſacta in vna *Zamoren.* vbi doctor præſtiterat patrocinium, & mutuauerat pecunias, & pro eius neceſſitatibus expenderat, & cum iſta fuerint debita contracta pro neceſſitate perſonæ epiſcopi, fuit dictum, quod ſucceſſor teneatur, per *Abb. in capitulo præſentium, & capitulo per tuas, de donat.* & ſalarium etiam aduocati propter ſeruitium, & operam præſtitum, per *Abb. in capitulo relatum el ſecondo de teſtamen. Iaſ. conſ.* 222. *libro ſecundo*, ſed ſalaria famulorum quæ famuli in vita prælati petere, & conſequi diſtulerunt, non debent ſolui poſt mortem, per cameram de bonis, & ſeù ſpolijs prælati meo iudicio indiſtincte, quia ſuper hoc emanauit motus proprius Pauli tertij, quo determinatur, quòd ſalaria, quæ famuli non habuerunt in vita prælati, niſi pro biennio petantur, & poſt mortem infra annū petantur, & alias quod ſoluta præſumantur, vt eſt videre, in dicto motu proprio, qui in cauſis ſpoliorum ſæpe fuit exhibitus, eſt in *lib. Bullarum Pontificum in Bullis Pauli tertij mihi folio* 102. *incip. Motu proprio, Cum ſicut nobis &c. publicatum Romæ in Cancellaria anno* 1545. *die vigeſima prima Aprilis Pontificatus eiuſdem Pauli anno vndecimo.* Sed cum diſpoſitio iſtius motus ſit exorbitans, & contra iuris communis diſpoſitionem, crederem, quod non deberet extendi vltra perſonas in ea ſpecificatas, & nominatas, cum in iſtis ſtricte, & non large ſit facienda interpretatio, & inquit *Abb. d. loco.* pluries ego in facto reſpondi, in iſtis maxime rectoribus eccleſiarum, qui in firmitate ſua, de qua decedunt, multa debita contrahūt, nam ſucceſſor tenetur illa ſoluere, facit *Ludou. Rom. conſil.* 440. quod conſilium eſt factum in cauſa cuiuſdam hoſpitalarij qui contraxerat certa debita in vita pro ſuis veſtimentis, vndè quærebatur, an talia debita deberent ſolui per ſucceſſorem in hoſpitali, an verò per hæredem hoſpitalarij, vbi dicit, quòd hoſpitale tenetur alere, & conſequenter veſtire hoſpitala-
34 rium, cuius opera, & ſeruitio vtitur tribus fundamentis. Primo, quia eſt regula quod tenetur alimentare, & veſtire illum, cuius opera vtitur, *l. in rebus. §. poteſt. ff. commod* cum alijs ibi allegatis. Secundo quia ſcriptum eſt, qui eccleſiæ ſeruit, debet

bet de eccleſia viuere, *capitulo cum ſecũdum, de praben.* Tertio appellatione victus compræhenduntur etiam veſtimenta, adeo quod eccleſia dans victum, intelligitur etiam dare veſtimenta, *l. legata, ff. de alimen. & cib. leg.* ſubdens ibi, ex his ergo cõcludo, quòd pro pretio, quòd titulo emptionis ille hoſpitalarius pro ſuis veſtimentis, atque alimentatione percepit, tenetur ſucceſſor in hoſpitali, non hæres defuncti hoſpitalarij, cum ſucceſſor præcedentis rectoris, debita expedientia eccleſiæ, vel hoſpitali contracta ſoluere teneatur, quod eſt verum etiam, ſi non probent creditores iſta talia venditionia titulo, in expedientia hoſpitalis cõuerſa fore in vtilitatem per dictum *Innocen. in capitulo grauis. extra. depoſit.* vbi allegat *glo. in l. prima. C. de venden. reb ciuitat. lib.* 12. qui dicit, quod contrahens cum eccleſia, vel hoſpitali debet eſſe ſollicitus, vt res conuertatur in vtilitatem, in tribus caſibus, qui ſunt à iure expreſſi; primus eſt in mutuo, *l. ciuitas, C. de loca. capitulo quod quibusdam. extra. de fideiuſſor.* ſecundus caſus eſt in depoſito *d. capitulo grauis. extra. depoſit.* tertius caſus, cum rea eccleſiæ pro debito venduntur *authen hoc ius.* 12. *quæſtio. ſecunda.* in alijs autem caſibus licet verſio non probetur in expedientiam eccleſiæ, vel hoſpitalis, ſi in hoc datum ſit, ipſa eccleſia tenetur, idem videtur, ſi debitum contractum per clericum ſit verſum in vtilitatem eccleſiæ quo caſu debet fieri ſolutio per ſucceſſorem per *d. text. in capitulo primo. de ſolut. capitulo præſenti. de offic. ordin in 6. in fine. d. tex. capitulo quod quibuſdam. de fideiuſſor. cap. primo. de depoſit. vbi glo. in verſ. vtilitatem. per Abb. in d. cap. peruenit. de fideiuſſ.* ibi dicit nota. *glo.* quod clericus non poteſt obligare redditus futuros ſui beneficij, quod inquit, intelligo, niſi contraheret pro vtilitate eccleſiæ, *arg. cap. nulli, de reb. eccleſiæ non alien.* videtur dicere *Innoc. Abb & alij in d. cap. primo. de ſolut.* & hoc dummodo verſum in vtilitatem, non prouenerit ex induſtria clerici, vel prelati per *Abb. in conſ.* 102. *ſecunda parte.* ſequitur *Hoſtien. in ca. cum in off. §. hoc igitur. de teſtam.* ibi ſolas autem expenſas deducet de bonis eccleſiæ, quæ factæ ſunt in alimonia Prelati, pauperum, redemptionem captiuorum, hoſpitalitatem, & alias pias cauſas, vel pro oneribus eccleſiæ ſupportandis, dicit *Abb. in capit. ſi quis. de pecul. cler. circa princip.* ibi nota 2. quod ſi prælatus ex induſtria perſonæ ſuę, facit rem meliorem eccleſię, non poteſt repetere illud, quod impendit ex induſtria, ſed cædit eccleſię; credo tamen, quod ſi prelatus ex ſuis patrimonialibus impendit eccleſiæ aliquid, non ſua contemplatione, ſed eccleſiæ, poterit ipſa, aut
36 ſuus hæres repetere id quod impendit de ſuo, per *tex.* nota. cum *glo.* 12. *quaeſt.* 4. *capit. ſecundo.* idem dicit *Rota d. deciſio.* 855. ibi, vel poſſit fieri diſtinctio inter habentem adminiſtrationem, & tunc tenetur ſucceſſor, vel Camera, etiam de fructibus acceptis in vita prædeceſſoris, niſi ad debita conuerſa in vtilitatem eccleſię, ad quę ſolum tenetur eccleſia *d. cap.* 1. *de ſolut.* ad alia debita contracta per clericum, puta pro reparandis ſuis domibus patrimonialibus, pro putandis vineis, vel pro aptandis prædijs, & locis paternis, & conſimilibus extra ab eccleſia indiſtincte dicendum, quod Camera non teneatur per ea, quæ dicit *Abb. d. capitul. cum eſſes. verſ. quarto principaliter,* & habetur. 10 *d. deciſio. in tertia parte primæ diſtinctionis* ibi, ſed ſecus, cum moritur, quia tunc vſuario comparatur, & poſt mortem omnia bona ſua, quæ ab eccleſia acquiſiuit, tamquam bona eccleſiæ remanent eccleſię, & futuro ſucceſſori reſeruantur, vt *d. capitulo præſenti. de offic. ordin. in ſexto.* in cuius præiudicium bona illa non potuit obligare, maxime, quia non habet cauſam ab illo, nec cenſetur habere ius, ad not. per *Innocent. in capitulo quanta. de iud.* & ideo non mirum, ſi ſucceſſor ad debita illa non tenetur, ex quo ad illa, eccleſia non cenſetur obligata. & in eius ſucceſſoris locum hodie Camera apoſtolica per ſpecialem Papę reſeruationem ſuccedit in iſtis ſpolijs, ſeù bonis ad eccleſiam pertinentibus, & eius occaſione per ipſum acquiſitis, quia in alijs bonis patrimonialibus ſuccedit hęres ſuus, qui ad omnia alia eius debita tenetur *authentica. licentiam. C. de epiſcopis, & cleri.*

Dicta deciſio facit aliam diſtinctionem, an Reu. Camera Apoſtolica, quæ hodie ſuccedit in ſpolijs, ac bonis relictis per defunctum clericum, teneatur ad ſolutionem debitorum creditoribus, & an creditores teneantur probare debita conuerſa eſſe in vtilitatem eccleſię. Facit dico aliam diſtinctionem, cum qua, vti ultima loco facta, videtur tranſire, vel (inquit) poſſet fieri

diſtinctio inter habentem adminiſtrationem, & tunc tenetur ſucceſſor, vel Camera, etiam de fructibus acceptis in vita prædeceſſoris, niſi ad debita conuerſa in vtilitatem eccleſiæ, ad quæ ſolum tenetur eccleſia *d. cap primo de ſolut.* aut non habuit adminiſtrationem, & tunc ad omnia tenetur, quatenus ſufficerent fructus, & prouentus, quos ante mortem fecerat ſuos, quia talis beneficiatus, non habens adminiſtrationem, omnes illos fructus, & prouentus perceptos in vita, adeò facit ſuos, quod poteſt de illis teſtari. Idem habetur *deciſio 330. in antiq. incip. nota quod clericus, rubr. de obligat. & ſolutio.* & ſi non teſtetur de illis ab inteſtato clerico decedenti ſuccedit eccleſia, *glo. d. cap. præſenti de off. ordin. libr. ſexto.* & probatur *de teſta cap. relatum. el ſecundo.* per *Hoſtien. capitul. fin. de pecul. cler.* id quod eſt intelligendum in quo Camera ſuccedit clerico, decedenti ab inteſtato, quia, ſi non habens adminiſtrationē, de illis teſtetur, non ſuccedit ei Camera, ſed hæres qui teneretur ipſe ad debita, quatenus ſufficerent prouentus, & ideſt ex eo, quia clericus tales fructus videtur facere ſuos, & hanc eſſe generalem conſuetudinem, atteſtatur *Abb. in cap. reprehenſibilis. de appella. in additio. num. ſecundo. in cap. fi. de pecul. cler. in cap. peruenit. de fideiuſſor.* licet ipſe in dictis locis fateatur ſe tenere contrarium, maxime in *capitul. cum eſſes. de teſta. in verſ. ſecundo principaliter. in repet.* & hanc opinionem vltra alios tenet *Innocen. & d. Anto. in d. capit. fi.* ſed tamen iſta diſtinctio nunquam placuit *Abb.* vt late dicimus in quæſtione de poteſtate cler. vel vbi ad longum per rationes quas adducit *Abbas* ad confutationem *glo. in capitul præſenti, de off. ordin. in ſexto*, & dixi, prout etiam dico, quod eius opinio mihi magis amplexanda videtur, quia eſt magis amica, & magis fauoralibus eccleſiæ, ſed hodie talis ſimplex beneficiatus, non habens adminiſtrationem, non poteſt teſtari de fructibus talis beneficij, niſi obtento priuilegio apoſtolico, vel niſi de conſuetudine legitime perſcripta per breue ſanctiſſimi Pij quarti ſub dat. die ſexto Martij anno 1560. directum Franciſco Odeſcalco generali Collectori, & per aliud eiuſdem Pij quarti ſub Datum Romæ die trigeſima Iulij dicti anni Milleſimo quingenteſimo ſexageſimo anno primo directū Mattheo Minali.

Vnde habetur ex præmiſſis concluſum, ſecundum doctrinam *Abb.* quod debita cōtracta per clericum pro ſua ſubſtentatione, vel pro neceſſitate, & vtilitate eccleſię tantum, ſolui debent à ſucceſſore, vel à Camera de illis fructibus in quibus ſuccedit, & de peruentis in eam.

Et ſecundum doctrinam *Hoſtien. Ioan. Andr.* & eandem deciſionem, nedum, ita contracta, ſed omnia indiſtincte debent ſolui, de illis tamen fructibus, quos clericus facit ſuos puta de illis, quando clericus non habet adminiſtrationem, ſed eſt perſonaliter, & ſimpliciter beneficiatus, & ratio iſtius diſtinctionis *Rota* poteſt eſſe, quod cum clericus iſtos fructus faciat ſuos, ſuccedendo Camera in illis, prout ſuccedit ab inteſtato *d. glo. capitul. præſenti. de off. ordin. in ſexto.* efficitur hæres, & vti hæres clerici, merito ad illius debita ſoluenda, pro eo quod de illis ad cameram peruenerit tenetur, & obligata eſſe debet, quia etiam hæres ſuus, ſi clericus decedit de his teſtatus, tenetur debita ſoluere, doctrina *Abb.* indiſtincte loquitur, cuius opinio videtur magis de iure ſubſiſtere, & magis amica eccleſiæ, & Cameræ, quia diſtinctio iſta, quod clericus de beneficijs non habentibus adminiſtrationem, & ſimpliciter, & perſonaliter, faciat fructus ſuos, ſibi nunquam placuit, imo illam in *capit. fi. de pecul. cler. & in capit. cum eſſes in repet. de teſtam.* pluribus rationibus reprobauit, tamen in dictis locis, & alijs quos notauimus paulo ante, atteſtatur ita ſeruari de conſuetudine generali apud omnes, & maxime *in capitul. reprehenſibilis. de appella.* vbi dicit, quod veritas quęſtionis, de ſoluendis debitis, dependet ab illa, nunquid clerici faciunt fructus beneficij ſuos, & pro hac concluſione faciunt ea quæ habentur, per *Socin. conſil. 13. prima parte. num. 39.* vbi dicit, quod ſi debita fuerint contracta pro neceſſitate, aut vtilitate eccleſiæ, prædictarum dignitatum, præceptoriarū, ſeù commendatariarum, dignitas, & eccleſia eſſet obligata, ſecundum ea quæ traduntur in capitulo primo, de depoſito; nec eſt obligatus aliquo iure hæres ipſius beneficiati, etiam, ſi fuiſſet prælatus ſecularis, ſiue eſſet hęres ex teſtamento, vel ab inteſtato, vt traditur in *d. cap. primo*, Imo, ſi pręlatus, vel rector ſecularis expoſuiſſet de proprio patrimonio pro vtilitate, aut neceſſitate eccleſiæ, ſeù dignitatis, ſuus hæres qui ſuccedet ex teſtamento, vel ab inteſtato repeteret, & poteſt ipſe

rector;

Digitized by Google

rector,quas fecit pro neceſſitate, aut vti-
litate eccleſiæ de ſuo expenſas, in alium
teſtari *tex.*& ibi *Abb.in cap.cum pro cau-
ſa.de procurat.* Facit *tex.* *cum gloſſ.* 12.
quaſt.4.capitul.2. tenet *Abb.in capit.fin.
de pecul.cler.*idem tenet in *capit. de mul-
ta.de praben.*facit quod not. in *§.ſi V aſ-
ſallus.* hic finitur *lex Corradi. in vſibus
Feud.*tenet etiam *Abb.in ſua diſputatione
latè diſputando, quæ incipit Sempronius,
quæ eſt ſecunda,*vbi vult,quod hæres præ
lati poſſit repetere omnes expenſas,quas
fecit pro impetratione, & prouiſione di-
37 gnitatis prælaturæ,vel beneficij,etiam ſi
ſint factæ pro literis ſuper prouiſione
confectis,vel propter aliam ſimilem cau-
ſam, ad quod etiam faciunt notata per
*glo.& doctor.in cap.fin.de electio.lib.6.*fa-
cit,quia expenſæ factæ in negotio electio
nis indiſtincte debent, & poſſunt per ca-
pitulum recipi de bonis prælaturæ,etiam
ſi fecerit illas de proprijs bonis, poterit
eas repetere à ſucceſſore, ſiue fuerint pro
electione fienda, puta pro conuocandis
canonicis abſentibus,vel pro notario ſcri
bente proceſſum electionis, vel pro con-
ſulendo iuris peritis,& ſimiles, pro obti-
nenda confirmatione electionis iam fa-
ctæ, vel pro habendo conſenſu electi ab-
ſentis,& ſimiles,per *Compoſtell. in dicto
capitul.vt præterita.* quem ſequitur *Ar-
chid.capit.fin.64.diſt.* ne officium capituli
in eligendo uacat ſibi eſſe damnoſum,
*capit.cum expedita de electio. lib.6. capit.
cum pro cauſa.de procur.capit.cum ſit ro-
mana.de ſimonia.cap.cum ex offic. de præ-
ſcription.*vt per *Ioan.Franciſcum Pauin.
in tractat.de offic.& pot.capit.Sed.vacan.
qu.8.ſecunda partis ad fi.*cuius verba re-
fero infra, & illud quod mutuatur pro
proſequutione electionis factæ de præla-
to,abſque aliqua probatione præſumitur
verſum in vtilitatem eccleſiæ, *Alber.in
authen.hoc ius.C de ſacroſan.eccleſ.* ſequi-
tur *Bald.conſil.298.primo volum. verſic.
alij dicunt,*vbi tenet, quod expenſum in
promotione prælati, vel in cauſis præla-
turæ,poteſt ſolui de fructibus eccleſiæ *gl.
ad Capell.Tholoſ.deciſion.497.*Si verò de-
bita fuiſſent contracta per prælatum, vel
rectorem abſque neceſſitate, vel vtilitate
eccleſiæ,non eſt dubium,quod eccleſia,
vel dignitas ad expenſas reſtituendas nõ
tenetur,per not.in *d.capit.primo.de depo-
ſito.& in authen.hoc ius porrectum. C.de
ſacroſan.eccl.canonizata 12.q.2.* hoc ius
porrectum,quia ſucceſſor, & ſeu Camera
non ſunt, nec habentur loco vniuerſalis
hæredis clerici,qui ſuccedit in vniuerſum
ius defuncti, & in omnibus bonis illius;
quia imo in bonis proprijs ſuccedunt a-
gnati.*Iacob.de Beluis.in authen. vt nulli
iud.§.& hoc.* per ea quæ habentur in *ca-
pitulo cum in officijs.de teſtamen. capitulo
primo de ſucceſſion.ab inteſtat.* quia ſuc-
ceſſor in beneficio, & ſeu Camera Apo-
ſtolica tenetur tantum ad debita pro vti-
litate, & neceſſitate contracta,. *capitulo
primo,& ſecundo.de ſolution.* hæres verò
tenetur ad debita quæcunque defuncti re
gulariter *l.fin.§.& ſi poteſtate.Cod.de iur.
delib.Alexand.conſil.160. lib.6. Rota in
nouiſſ.232.de rebus eccleſ.non alienan. in-
cipien. ſi prælatus;* idcò eſt quod iudex
eueniente caſu bene animaduertat ad qua
litatem debiti contracti, & cuius contem-
platione,vel intuitu ſit contractum,quia
ſi ratione patrimonij ſit contractum,non
erit iuſtum quod ſoluatur à Camera de
fructibus beneficiorum, & ſi ſit taliter
contractum,quod veniat ſoluendum de
acquiſitis ab eccleſia, relictis per defun-
ctum,quæ defunctus fecerat, vel facere
poterat ſua, erit etiam conſiderandum
meo iudicio quantum de huiuſmodi per-
uenit ad hæredes, & quantum ad Came-
ram & pro rata ſucceſſionis erit me iudi-
cio ſoluendum, quia bene eſt æquum,
quòd qui commodum habet, ſentiat etiã
de incommodo pro rata commodi, &
ſuccedens in hæreditate ſoluat debita pro
portione hæreditaria *l.prima,* & ibi *Bart.
C.ſi cert.petat.*per notat.in *l.pro hæredita-
rijs. C.de hæred.actio.* quia expenſæ fu-
neris, & funeralia pertinent ad hæredes
bonorum, non ad ſucceſſores in benefi-
cijs, nec ad Cameram Apoſtolicam, ita
conſuluit *Decius in conſil.* 157. verum
tradit *Abba. in capitulo vt præterita, co-
lum.penult.verſicul.& ex prædictis, de
electiom.* quod expenſæ concernentes ſo-
38 latium,vel remedium animæ defuncti,de-
bent fieri ex bonis prælaturę, & ſic ex
ſpolijs, quantumcunque prælatus defun-
ctus habuerit proprium, expenſæ verò
quæ fiunt ad conſolationem, & pompam
viuorum, vt magnus apparatus funerum
in veſtibus, & alijs ſimilibus, non ſunt
ſoluendæ à Camera, nec ex bonis præla-
turæ,ſed ſolui debent ab hæredibus, & de
iſtis intelligit *Decius*, ita *Petr. Rebuff.
in ſuo enchiridion. iudic. eccleſiaſt. not.*
159. quia licet aliàs ſponſa teneatur ad
funeris impenſas, quando inſtituitur hæ-
res,vel quando eſt diues, ex quo affi-
ceretur iniuria, ſi ſponſus inſepultus

remaneret, & pater eſt impotens. *l. cenſus & l. quod ſi nulla; de relig. & ſump. fun.* tamen eccleſia, & hodie Camera, non tenetur ad impenſam funeris rectoris, quæ fit ad ſolatium viuorum; puta ad longam pompam, & veſtes lugubres; licet teneatur ad illam, quæ fit ſolatio animę, puta pro candelis, & aliquibus venientibus ad illud funus: ita *Abb. in diſputatione quæ incip. Sempronius clericus. in primo dubio* teſtet *Benedictus Canophilus in expoſit. conſtitutionis paulinæ, ſecundo tracta. tit. de ſepulturis. eſt deciſio Antonij Capatij in terminis noſtris facta* 84. quam vide pro præſenti materia; an videlicet cultra ſerica, ſepulchrum marmoreum, veſtes lugubres, & aliæ impenſæ funerales debeantur de ſpolijs, an verò de hæreditate, vbi concludit, quod Camera, & eccleſia tenetur tantum ad impenſas, quæ tendunt ad remedium animæ defuncti, veluti ſunt impenſæ, quę fiunt circa clericos confluentes ad officium ſepulturæ, in quibus, inquit, tenetur eccleſia, etiam ſi defunctus alium hæredem habeat in patrimonialibus, non ad impenſas, quæ tendunt ad viuorum ſolatia, veluti eſt apparatus funeris, conſtructio ſepulturæ, præcioſa exequiorum pompa, quòd multi induantur veſtibus luctuoſis; allegat parimodo *Abb. d. diſputatione.* Item per *Ioan. Franciſcum Pauinum in ſuo tracta. de officio, & pot. capit. Sede Vacan. quæſt 8 ſecundæ partis ad fin.* ibi ſimiliter, & expēſæ, quæ fiunt pro exequijs prælati defuncti, debent fieri de bonis prælaturę, ſecūdum *Cardin. Floren.* qui ita pluries conſuluit per *tex in capit. bonæ el ſecundo de electio. Calder. conſil. primo. & ſecundo. de ſolutio Abb. in diſputatione Sempronius*: in expenſis concernentibus ſolatium ſeu remedium animæ defuncti. *arg. capit. ad apoſtolicæ. de donatio. capit. bonæ rei.* 12. *quæſt. 2. capit. vbi periculum. de electio lib.* 6. ſecus in expenſis concernen. pompam viuorum, & magnos apparatus veſtium, & ſimilia *arg.* 13. *quæſt.* 2 animæ defunctorum &c. & dicit *Bertachinus in tracta. de epiſcopis. quarta parte. quinquageſimo quarto quæro. verſi. vltimo.* quod prælatus ſucceſſor tenetur ad funeralia ſui prædeceſſoris, quia eccleſia arctatur ad id onus, cum ex bonis eccleſiæ, ſit alendus prę latus, 12. *quæſt. prima. illi autem qui* 16. *quæſtion.* 1. *quoniam quicquid* 1. *quæſt. 2. clericos.* idem debet de eiſdem curari infirmus, *capitul. 1. & capitul. de rectoribus. de cleri. ægrot.* facit *l. verbo vi-ctus, de verb ſigni.* & quod not. *in l. alimenta. C. de neg. geſt.* item, & debet ſepeliri prælatus, vel rector ſumptibus eccleſię, etiam ſi velit epiſcopus, vel prælatus ipſe pro hoc largiri centeſimam bonorū eccleſię 12. *quæſt. 2. bonæ rei. de donatio. capit. apoſtolicæ.* quod intellige ſcilicet in vita; quia id non poteſt in teſtamento diſponere pro magnificando ſepulchro ſecundum *Ioan. & doct. d. capit. apoſtolicæ,* & intellige ſepeliri debere ſumptibus menſæ ſuæ, etiam ſeparatis à menſa capituli, ſecundum *Petrum de Peruſio in tracta. canon. parochi. capitul.* 8. vbi plene vide; quid de Papa, quid de Cardinali; quid de Abbate, quid de alijs clericis, cuius ſumptibus ſint ſepeliēdi, & idem habetur per *dominum Bartol. Capol in conſ ſuo* 51. *incip. in Chriſti nomine verſic. circa ſecundum.* & debita, quę fuerint contracta, aut contrahentur, ſede vacante, vel per ſucceſſorem; pro oneribus eccleſiæ, circa diuinum cultum, fabricam, hoſpitalitatem, vel ſimilia neceſſaria ſupportanda, credo quod debent ſolui de prouentibus ſedis vacantis; qui ſi nulli ſint, vel non extent, puta quia Camera collegerit ſpolia, & fructus futuri temporis, credo quod Camera, vel ſpolia tenebuntur, pro ea rata fructuum, qui in ſpolia, & in Cameram peruenerunt, vt ſi collegerint Collectores fructus, aut redditus tantos, qui ſint fructus trium menſium, ad ratam fructuum vnius integri anni, ſpolia, & Camera ad onera trium menſium ſupportāda teneantur, vt ſinguli fructus ſingula onera ſua pro rata æqua lance ſupportent, per *tex* qui dicit in terminis *cap præſenti. § porro de off. ordin. in ſexto.* ibi & his, quæ fuerint neceſſaria pro ſeruitoribus, miniſtris, ac incumbentibus oneribus vſque ad nouos redditus &c. quia ſi integri anni fructus, integra onera totius anni ſupportant, ſucceſſor non debet teneri ad onera; niſi pro rata fructuum per ſe, non per Cameram perceptorum ita videtur intelligere *Did Couarr. var. reſol. cap.* 15. *verſ. prius tamen. in fine.*

Ad obiecta deuenio, & dico, quod licet per ſupradicta videantur contraria ſatis concordata, volo nihilominus hic ſubiungere quæ occurrit particulariter, & ſpecialius reſpondere.

Et primo ad illud in *cap. peruenit, de fideiuſſ.* quod mandantur ſolui debita clerici de redditibus beneficiorum, & quod fructus beneficiorum obligari poſſunt in cauſam iudicati, eſt intelligendum de illis fructibus

bus, quos clericus facit ſuos, vt per *Hoſti. Io. And.* ibi, ſecus eſt de fructibus qui ſunt conuertendi vtilitatem eccleſiæ, id quod non placet Abbati, & propterea dicit id procedere; quia communis opinio inualuit, quod hodie clerici approprient ſibi omnes fructus, & redditus eccleſiæ, quia de rigore iuris, inſpecto ſtatu beneficiorum, & deputatione, & ſi clerici facerent quod deberent, non extenderent manus ad redditus beneficiorum, vel ſecundum eum, ille tex. deberet intelligi de redditibus proprijs patrimonialibus, vt exponit glo. in ſimilibus terminis in *cap. de multa. de praben. in verſ. de ſuis prouentibus*, vel fuit, inquit ſpecialis prouiſio Papæ per rationem, de qua ibi, &c.

Ad illud quod dicitur Clericus litigans condemnatus, ſoluet expenſas de redditibus beneficij quos facit ſuos ſecundum *Hoſti.* dicit *Abb.* ibi quod illa opinio attenta conſuetudine generali, ſecundum quam clericus perſonaliter beneficiatus facit fructus ſuos, iuxta diſtinctionem *glo. in cap. præſenti. de offic. ordin. in 6.* poſſet admitti, dummodo clerici non mendicarent, id eſt, quod ſolutis debitis, tantum remaneret clerico, quod viueret; quia hoc redundaret in opprobrium eccleſiæ.

Illud quod dicit *d. Anton. in cap. olim. de reſtit. ſpol.* quod prælatus debitum perſonale poteſt ſoluere de fructibus eccleſiæ, intelligitur procedere, per illud quod diximus ſupra, quod approprient ſibi clerici omnes redditus, quod facere non debent.

Nec obſtat illud, quod dicitur in *cap. præſenti. de off. ord.* quod relicta per defunctum, reſeruantur futuro ſucceſſori ſolutis debitis, quia intelligitur de debitis, pro quibus eccleſia remanet obligata, non de alijs debitis, puta quæ cauſa neceſſitatis, vel vtilitatis eccleſiæ, eſſent contracta, vt per *glo.* ibidem.

Nec obſtat, quod clericus, qui damnum eccleſiæ ob negligentiam, aut prauam adminiſtrationem intulit, ſoluet debitum eccleſiæ; quia illud procedit in caſibus a iure ratis, in quibus expreſſe a iure, eſt obligatus ad reſarciendum damnum illatum eccleſiæ, quia ſi debita habent ſolui de acquiſitis ab eccleſia alijs perſonis, debeat etiam ſolui eccleſiæ, quia agris eccleſiæ ſitienti, alij rigandi non ſunt.

Nec valet dicere, quod ſi non ſoluerent clerici de redditibus eccleſiæ, quòd fraudarentur creditores, vel quod clerici eſſent, veluti iudæi inter Chriſtianos, qui non inuenirent, qui eis crederet, quia dico primo, quia creditores ſibi habent imputare cum debeant non ignorare conditionem contrahentis.

Item Clerici debent habere pro ſuo victu ſufficientem eccleſiam, alias epiſcopus eis
39 prouidere tenetur *capitulo cum ſecundū, de praben. tex. & gloſſ. in cap. ſi quis ordinauerit. de ſimonia. in ver. per triennium*; & ſibi imputet clericus, ſi minus ſufficientem eccleſiam acceptauit, per *Abb. in capitulo ex præſentium, de pignor verſ. ſed aduerte quod Ioan Andr.* vnde meritò nō haberent contrahere debita, & ſi contrahunt videtur clericus habere priuilegiū, quod non poteſt conueniri, vltra quam facere poteſt, dicit *Abb. in capitulo cum eſſes. in repetit. verſiculo quarto principaliter. in verſ. nec obſtat.* ſi diceretur; quod ad minus; quæ omnia debent eſſe non incognita contrahentibus.

Et illud *Specul.* quod prius clericus ſoluet debita de ſuo, ſi habet, deinde de redditibus eccleſiæ, intelligi debet, de illis redditibus eccleſiæ quos facit ſuos, & de illis etiam ſibi tantum retinebit, ne mendicet, vt dixi ſupra per *Abb.* id quod pari modo dici poteſt ad illud, quod clerico conuenit ſoluere debita de ſtipendij in ſubſidium, ſicut militi, ex quo clericus, & milites æquiparantur.

Ad quod dicitur, quod poteſt fieri alienatio rerum eccleſiæ in ſatisfactionem creditorum intelligitur in caſibus, modis, & formis à iure expreſſis, & non aliter.

Et quod clerici ſint domini fructuum, intellige ad bene, & canonice diſpenſandum, non autem ad illos in malum, vel alium vſum, quam ſit à iure ſtatutum, conuertendum, quia clericus non vtitur rebus, & fructibus eccleſiæ tanquam ſuis, ſed tā quam ad diſpenſandum ſibi creditis; per ea quæ tradit *Abb. in cap. cum eſſes in repet. de teſta. verſ. ſecundo principaliter. Zabarella in capitulo fin. de pecul. cler.*

Quod verò clericus poſſit donare, & eleemoſynam facere &c. intelligitur in caſibus, & pro cauſis à iure expreſſis, & permiſſis, vt in iuribus allegat.

Et ad doctrinam *Abb. in c. quod quibuſdam, de fideiuſſor.* reſponde quod *Abb.* loquitur ibi, & intelligit de contractu facto nomine eccleſiæ, & pro eccleſia, non autem quod illud eſſet debitum ſpectans ad prælatum particulariter, vndè nimirum ſi poteſt illud prælatus ſoluere de redditibus eccleſiæ, quos libere adminiſtrat canonice diſpenſando.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Quod non mutatur ſtare non prohibetur.*
2 *Figura iudicij, & verum iudicium quid ſit.*
3 *Quid ſit, quaſi figura iudicij.*
4 *Subſtantialis iudicij.*
5 *Citatio eſt de ſubſtantia circa abſentem.*
6 *Subſtantialibus iudicij non poteſt renunciari.*
7 *In ſpolijs fuit datus certus modus procedendi.*
8 *In cauſis ſpoliorum, quomodo procedatur.*
9 *In cauſis ſpoliorum verbum ſummarie reijcit ſolemnitates.*
10 *Clauſula ſummarie in cauſis magni praiudicij admittit probationes plene in cauſis non magni preiudicij ſemiplene.*
11 *Item importat, quod libellus ſubſtinetur etiam ſine die, & ſine loco.*
12 *Item quod tolluntur dilationes.*
13 *Item facit agentem ex vna cauſa, obtinere ex alia.*
14 *Item, quod poſſit peti debitum naturaliter.*
15 *Item, quod debetur ex nudo pacto.*
Item, quod credatur vni teſti cum fama.
16 *Clauſula ſimpliciter remouet omnes ſubtilitates.*
Difficultates.
Duplicitates, ambiguitates, &c.
17 *Clauſula de plano importat, quod poteſt procedi ſine proceſſu.*
Et ſine cauſa cognitione.
Item ſine libello in cauſis modicis.
In cauſis vilibus proceditur ſine libello.
Sufficit, quod petitio deſcribatur apud acta.
18 *Libello, euidenter inepto, non eſt reſpondendum.*
19 *Iudex poteſt procedere in domo.*
Item reiectis exceptionibus, appellationibus dilatorijs per verbū ſine ſtrepitu.
Quod importat, quod poſſunt poſtponi feria non in honorem Dei.
20 *Quid ſit ſtrepitus iudicij.*
21 *Vide quid importet clauſula ſine figura iudicij.*
22 *Importat, quod iudex pronunciat incognita veritate per indaginem.*
Non citatur pars ad videndum iurare teſtes.
Admittitur libellus generalis.
Admittitur libellus ſine ſollemnitate.
Pars poteſt incipere ab articulis.
Probatis articulis poteſt cauſa terminari.
23 *Clauſula inſpecta veritate importat.*
Quod proceditur ſine apicibus iuris.
Caſus in quo valet probatio perſuaſiua etiam non concludens.
Aequipollet clauſula ſecundum meram voluntatem.
Item facit, quod ſeruatur lex fori, non lex poli.
24 *In cauſis ſpoliorum poteſt procedi etiam criminaliter.*
25 *In cauſis appellationis ſpoliorum proceditur prout in prima inſtantia.*
Theſaurarius eſt collector generalis ſpoliorum.
26 *Cauſa ſpoliorum non poſſunt cognoſci ab alio, quam à Theſaurario regulariter.*
27 *Cauſa appellationis eſt vna cum principali.*
28 *Eſt vtendum contra impetrantem iure, quod impetrauit.*
29 *Legitima ſemper admittitur exceptio licet Papa mandet aliquid praciſe fieri.*
30 *Illa forma nunquam debet omitti, ſine qua negotium non poteſt expediri.*
31 *Quid importet clauſula, vocatis vocandis.*
32 *In cauſis ſpoliorum admittitur appellatio facto depoſito.*
33 *Item proceditur appellatione poſtpoſita friuola tamen.*
34 *Quid importat clauſula appellatione remota.*

De modo procedendi in cauſis ſpoliorum.

QVAESTIO XI.

MVlti, etiam aduocati, in foro cauſarum huiuſmodi Cameraliū non verſati hæſitare, dubitare, ea petere ſolent, quomodo, ac per quos terminos in cauſis ſpoliorum procedi habeat, vnde ad tollendum illis hęſitationem, & dubietatem, ac ad ſatisfaciendum illorum petitioni ac deſiderio, neceſſarium eſſe exiſtimaui aliqua dicere de modo in cauſis huiuſmodi procedendi, ratus etiam meo iudicio non eſſe bonum, nec integre ſatisfactionem patronis cauſarum huiuſmodi me afferre, ſi poſito quid ſint ſpolia, quomodo diſcernantur, cognoſcantur, & iudican-

dicantur, non poneretur etiam modus, quo pro patrocinio cauſarum, auxilio ſuorum clientulorum, & veritatis aſſiſti poſſit, & procedi, tam per aduocatum cameræ, quam per alium.

Et quia in cauſis iſtis poſſet dici, quod ſpecialis modus procedendi non ſit traditus, vel alius, vel diuerſus a reliquis cauſis ordinarijs, videtur dicendum meo iudicio primo loco, quod in cauſis ſpoliorum procedi habeat per eoſdem modos, ac terminos, per quos regulariter, & ordinarie procedi ſolet in omnibus cauſis, & ijdem proceſſus fieri, & formari ſolent in cauſis ordinarijs; quia quod regulariter eſt traditum, regulariter, & ſemper ſeruari debet, & in omnibus, & quod non eſt immutatum ſtare ſemper non prohibetur
1 vbique, & in omnibus, *l. præcipimus*, C. *de appellat.*

Vnde in hoc iudicio illa habent interuenire & eſſe, quæ regulariter eſſe, & interuenire ſolent, & debent in iudicijs ordinarijs aliarum cauſarum, vt videlicet in cauſis huiuſmodi ſit vera, & ſolita figura iudicij,
2 & iudicium verum, quod eſt actus trium perſonarum, iudicis videlicet, actoris, & rei. *inſtit. de interd. § retinendæ, & l. in tribus. ff. de iudic. in l. inter litigantes.* & ibi *Bar. eo. tit.* cuius forma, & figura conſiſtit in his principaliter, & altero iſtorum de-
3 ficiente, non dicitur figura, ſed quaſi figura. Item habent interuenire alia ſubſtantialia iudicij, & veluti ſunt citatio, libelli oblatio, litis conteſtatio, iuramentum de
4 calumnia, & quod ſententia feratur in ſcriptis, congruo loco, & tempore ſeruatis ſolemnitatibus debitis, quamuis citatio
5 ſit tantum de ſubſtantia circa abſentem, 3. q. 8. *caueant.* non contra præſentem per notat. per *Inno. in cap. ſi. de elect.* per *Bar. in l. prolata. C. de ſent.* per *Bal. in authen. ſi omnes. C. ſi vt ab hære.* & alias vt late per *Abb. in c. cum I. & A. extra, de ſent. & re iud. col. 3.* & ſubſtantialia iſta appellantur, quia ſine iſtis iudicium eſſe non poteſt, *l. precia ff. de contrahen. empt. & § precium inſtit. de empt. & vend.* & huiuſmodi ſolemnitates iudiciorum, adeò videntur neceſ-
6 ſarie, quod non poſſunt per partes relaxari, nec illis modo aliquo poteſt per conſenſum renunciari per ea, quæ dicit *Bar. in l. quoties verſ. vltimo nota. C. de priuileg. ſcholarium lib. 12. cap. de cauſis. de off. de leg. Bart. in l. 1. § 1. in verſ. quid de alijs ſolemnitatibus. ff. de ferijs. Bar. in l. ſi ſocietatem, §. arbitrorum. 3. col. in fin. ver. dices tu iſtud falſum. ff. pro ſocio,* quod eſt verũ, quando litigatur coram iudice, ſeu ſi coram arbitro, vt per eundem ibidem, & eundem in *authen. offeratur. in ſi. cap. de litis conteſt.*

Verum rem aliter ſeſe habere puto, quia in cauſis ſpoliorum non venit aliquo modo ſeruanda figura iudicij ordinarij, tam circa ſolemnitates, quam circa ſubſtantialia, quia quomodo in talibus procedi habeat & qui proceſſus fieri, & quæ iudicij forma, vel figura ſeruari debeat, fuit expreſſe per Sanctiſſimorum Pontificum conſtitutiones in materia ſpoliorum æditas ſtatutum, & ſpecialiter ordinatum, & præſertim per litteras Pij Quarti in forma Breuis ſub anulo piſcatoris expeditas Mat-
7 thæo Minali Collectori ſpoliorum generali Theſaurario directas, ſub Dat. Romę trigeſima Iulij 1560. Anno ſui Pontificatus primo, in quibus datur expreſſa, & ſpecifica forma in talibus cauſis procedendi. Mandat enim ibi Papa procedi
8 ſummarie, ſimpliciter de plano, ſine ſtrepitu, & figura iudicij, ſola facti veritate inſpecta, &c.

Per quæ verba, nedum videtur datus modus procedendi alius, & diuerſus ab alijs cauſis ordinarijs, ſed & ordo iudiciarius, qui in cauſis ordinarie ſeruatur, penitus in cauſis ſpoliorum remotus, & ſublatus videtur; iſtud enim videntur importare iſtę clauſulæ, & iſtud illa verba ſignificare. Quia nullæ ſolemnitates ſeruari debent
9 in cauſis ſpoliorum; ita enim importat verbum ſummarie, per ea quæ dicit *Bar. in l. iudicis, ſecunda oppo. C. de iudic.* interpretatur enim ſummarie, ideſt remotis ſolemnitatibus; ſed tamen, ſi cauſa ſit magni præiudicij, non excludit iſta clauſula quin recipi, ac fieri nõ debeant plene pro-
10 bationes; ſi verò ſit cauſa non magni præiudicij ſemiplene ſufficiunt, vt ibi per eum.

Id quod in tantum videtur verum, quod ſi
11 in libello ſit omiſſus dies, vel locus; nihilominus virtute talis clauſulæ ſubſtinetur & ſufficit, vel agatur in cauſa ciuiliter, vel criminaliter, quia etiam in cauſis ſpoliorum poteſt agi criminaliter, per extrauagantem Pij quarti deſuper æditam, vel melius per breue Suæ Sanctitatis directum Matthæo Minali Theſaurario die 20. Aprilis 1561. per ea, quæ tradit *Abb. in ſuo conſ. 6. in 3. vol* & tolluntur dilationes per *Bar. in extrauagan. ad reprimendum, verſ. ſummarie,* per *Alex. in l. in ſumma de condit. indebit.* & ſeruantur, vel ſeruari habent tantummodo termini, de quibus

in

in *clem.ſape,de verb ſignif.* vigore iſtius
clauſulæ,per *dominos de Rota deciſ.*35.*in-
cipien.quando committatur. in nouis*, qui
etiam abbreuiari puſſunt, vt per eoſdem
*dominos deciſione, quæ incip.quando cau-
ſa,num.*488 quia dicit *Bal.*quod clauſula,
ſiue verbum ſummarie,importat idem,&
eſt eiuſdem qualitatis, & naturæ, cuius
eſt clauſula ſecundum æquitatem, vel de
æquitate,per ea,quę idem *Bal. in l. obſer-
uari.§.proficiſci ff.de off.pro conſul.* quæ
clauſula impottat,quod intelliguntur re-
iectæ ſubtilitates, & ſolemnitatea iuris,
quæ veritatem negocij non tangunt, vt
per *Bal in l ſi pro ea.vltima column.verſ.
vnde facit ad quæſtio. C.mandat.Bar.in l.
ſi fideiuſſor.§.quadam,ff.eo.Bar.in l.quin
tus,ff.mandati*,quæ etiam operatur, quia
facit agentem ex vna cauſa, obtinere ex
alia,vt per *Alex.l.ſi ita, §. Griſogonus* 9.
13 *col.verſ.ſequitur,de verb.obligat.* per *Fe-
lin.in cap.ſi cautio.de fid.inſtr* per *Fran.
de Aret d.§.Griſogonus,7.colum.*per *Butr.
cons.viso dicto puncto.*
Item operatur,quod poteſt peti illud, quod
14 eſt debitum naturaliter,vt per *Bal. d.l ſi
pro ea.C.mand.*
Item illud,quod ſolo pacto nudo debetur,vt
15 per eundem *Bal.in l.nemo in fi.C.de ſen-
ten.* item etiam operatur, quod creditur
vni teſti cum fama, ſicut in arbitro, qui
credit teſti reddenti rationem veriſimilē,
licet non concludentem, vt per *Aretin.
conſ.*60.ſed hoc intellige, ſi ſit ęquitas le-
gibus approbata,vt per *Bal. dict.l.nemo.*
quia alias ſecus,item in cauſis ſpoliorum
debent reijci,& remoueri omnes rigoro-
ſæ ſubtilitatea,difficultates, duplicitates,
ambiguitatea, obſcuritates,ſcrupuloſita-
16 tes,doloſæ machinationes,rigor ordina-
rij iudicij, & de æquitate procedi. Ita
enim importare dicitur claoſula, vel ver-
bum ſimpliciter, vt per *Bar. in extraua-
gan. ad reprimen. in verſiculo summarie,
in fin.*exponit enim ibi ſimpliciter, ideſt
ſine rigoroſa ſubtilitate, *capitulo dilectus
extra.de iud.*reiectis difficultatibus,dupli-
citatibus,ambiguitatibus,obſcuritatibus,
& doloſis machinationibua,ſeqoitur *An-
gel.in l.prima,§.ſi quis,de verb.ſign.* vbi
allegat *d. Anto.d.cap.dilectus.*
Et propter claoſulam de plano, poteſt pro-
17 cedi in caoſis ſpoliorum ſine proceſſu,&
cauſæ cognitione,per ea,quæ dicit *glo.&
Bart.in l. ne quicquam vers.de plano,ff.de
off.proconsul.*Item ſine libello,ſi caoſa ſit
parua.quia in modicis, & in vilibus cau-
ſis, vbi ſcriptura non requiritur, non re-
quiritur libelli oblatio,per *gloſſ.in capit.
primo de libelli oblat.verſicul.libelli*,quia
non eſt neceſſarius libellus per *Bar.*dicto
loco,ſed ſufficit,quod petitio deſcribatur
apud acta, quod etiam fieri debet prop-
ter iudicem,vt pronunciationem petitioni
conformet,& propter actorem,ne fruſtra
fatigetur, & vt videat ſuper quo articu-
los,& poſitiones formet,& vt ſibi ex alia
cauſa agenti non obſtet exceptio rei iudi-
catæ. Item expedit reo,vt poſſit ſuas de-
fenſiones formare,itaut ex ineptitudine
abſoluatur ab inſtantia, & abſolutua in
principali non poſſit iterum conueniri.
Credo tamen, quod ſit intelligendom de
ineptitudine euidenti,propter quam libel
lo non eſt aliquo modo reſpondendum,
nec ſuper eo lis conteſtanda, & de qua
18 *Rota deciſione trigeſima quinta in nouis.
in additio. incip.ſi quis in cauſa*; quia li-
bellus alia ineptitudine conceptus ſubſti-
netur,& valet. Item iſta clauſula opera-
tur,quod ſi quis agit inepte, propoſita
actione obtinere poteſt, vt per *Alex. in l.
vinum ff.ſi cer.pet.& in l.ſi filio ff de lib.
& poſthu.*nec in libello requiritur locus,
neqoe etiam dies, ſi criminaliter agatur,
aut procedatur,per *Alexand.conſilio ſex-
to,tertio uolu.per Aretin conſil.*61.*col.fin.*
poteſt procedi ferijs in fauorem, & vtili-
tatem hominum, non in honorem Dei,
vel Sanctorum indictis non obſtantibua.
19 Item iudex poteſt procedere in domo
de plano,non pro tribonali ſedendo, per
glo. dict. Clemen. ſæpe, in uers. feriarum.
abbreuiat dilationes, & excludit excep-
tiones,quæ requirunt altiorem indaginē,
per *gloſſ.dict. clemen. ſæpe*, & per *Iacob.
Butr.in l ſi certo,§.cuſtodiam, ff.cōmoda,*
& hic ſufficit vna citatio, alias trina re-
quiretetur,*gloſſ.in dict.clemen.in uer.cita
tionem*, nec requiritur aliqua litia coote-
ſtatio,quam tollit iſta clauſula de plano,
quia dicit *gloſſ.in l.pro eadem, la ſeconda.
ff ad l.aquil.*quod iudicium debet ſolem-
niter incipere per litis conteſtationem,
& finire per ſententiam in omnibus cau-
ſis,niſi quando proceditor de plano.Item
proceditur in iſtis caoſis reiectis excep-
tionibus, & appellationibus dilatorijs,
quæ fruſtratorie,& ad differendum iudicij
proceſſum malitioſe opponuntur, qoia
iſtud importat verbum ſine ſtrepitu in
conſtitutionibus poſitum, talia enim per
quendam connocum clamorem,& tumul
tum ſolent examen obſtrepere.& verita-
ti habendæ obſtaculum præbere,vndè di-
citur; quod cultum ſuum iuſtitia perdit,
quan-

quando ſilentia iudicij obſtrepentium turba perfundit, *quinta quaeſtione quarta in loco* refert *gloſſ.in allegat.clemen ſaepe, in verſiculo exceptiones*, quia inquit *Innocen.in capitulo olim de accuſat.* quod exceptio excommunicationis contra impetrantem inquiſitionem, vel ob aliam cauſam oppoſitam, propter quam repelleretur à proſecutione inquiſitionis, quod non admittitur, quia nihilominus habet procedi ad teſtium receptionem, & ad ſententiandum, & poteſt iudex refrenare teſtium multitudinem, & reprobationem, etiam in omnibus alijs, tam partium, quã aduocatorum probationes, exceptiones, & allegationes, compeſcere. Item poſtponere ferias indictas, non in honorem Dei, etiam partibus reclamantibus, vel contradicentibus vigore talis clauſulæ. Item ſententiam ferre etiam ſine ſcriptis & ſine libello; quia ſecundum quoſdam
20 appellatur ſtrepitus iudicij, ille totus proceſſus, qui non pertinet ad rem petitam, nec principaliter, nec acceſſorie, & alias, vt ibi per eum. Subdens ibidem, quod ſi adſit clauſula ſine figura iudicij in reſcripto commiſſionis cauſæ, prout eſt in materia noſtra, quod nullus tunc ordo iudi-
21 ciarius requiritur ſeruari, nec per indagi-
22 nem cognita veritate pronunciabit, ſed mandata ſibi iniuncta iudex exequutioni mandabit, veluti exemplum datur ſi Papa mandat alicui, quod de plano, ſine ſtrepitu, & figura iudicij, ſi ei conſtiterit eccleſiam tanto tempore vacaſſe, quod eius collatio ſit ad Sedem Apoſtolicam deuoluta, tandem eccleſiam enim clerico conferat, amoto quocunque illicito detentore; quia tunc non citabuntur aliqui, non fiet litis conteſtatio, non iurabitur de veritate dicenda, teſtes tamen recipientur, nec citabitur aliquis ad iurare videndum: nec admittetur aliquis ad dicendum contra teſtes, vel eorum dicta, nec fiet aliqua publicatio: ſed ſi ex dictis teſtium conſtiterit de præmiſſis, nulla interiectione ſententiæ, eccleſiam conferet, detentorem amouendo: & ſi de falſitate litterarum, aut alias excipiatur, quod iudicem moueat, non cognoſcet de hoc iudex, ſed ſicut merus exequutor ſuperſedebit, & ipſas exceptiones ad ſedem Apoſtolicam deferret. *capitulo de cætero. de re iudic.* Item cum tali clauſula poteſt admitti libellus generalis, qui alias parte opponente non eſſet admittendus, vt per *Alexan. conſilio 186. ſecunda parte*, & per *Bart. in extrauagan. ad reprimendum, verſiculo figura*, *idem Alexan. conſilio trigeſimo primo, prima parte.* Item libellus ſufficit in tali iudicio, licet careat ſolemnitatibus regulariter requiſitis per *Alexan. in l. ſi ita. §. Criſogonus 8. columna, de verb. obligator.*

Item poteſt pars incipere ab articulis, quibus probatis poteſt cauſa terminari per *Io. Mon in c ſi. de haeret.* quia cum per iſtã clauſulam ſit ſublata figura iudicij, iudex non videtur aſtrictus ad aliquas formas, formulas, vel figuras iudiciorum, vnde merito dici poteſt, quod collector, vel iudex in cauſis ſpoliorum, tali cum clauſula iuriſdictionem habens, non teneatur ſeruare formam iudicij.

Vnde nimirum, ſi etiam tribus ſolitis perſonis non interuenientibus, id eſt actore, iudice, & reo, cauſas expedit: quod facere videtur virtute dict. clauſulæ ſine figura iudicij; quia cum figura iudicij dicatur quando contradictor compareat, & ſic tres perſonæ ſunt in iudicio, ſcilicet iudex, actor, & reus, per *Bal. Alex & Doct in l. prima. C. qui admitti*, & ibi *Salic. Bal. in l. ne quiſquam. ver. de plano. de off. proconſul & Io. And. in nouella, in cap. de indemnitatibus. de electio in 6.* poteſt iudicium & cauſas terminare, etiam non interueniente actor. &c. nõ tollit tamen iſta clauſula defenſiones, & probationes. per *Dominos de Rota decif 33. in nouis per Bald. in l. nemo. C de ſenten. & in l. iuſtitia de iuſt. & iur. & in capitul ſin. de not. for. ſidelit.*

Et per clauſulam inſpecta veritate, maxime
23 quia non eſt de per ſe poſita, ſed adiuncta clauſula, ſiue figura proceditur in cauſis ſpoliorum, ſiue apicibus iuris, qui non habentur in conſideratione; imo per talem clauſulam tollitur etiam iuris ordo, dicit *Aretin conſilio 84. column 3.* immo licet probatio ſit perſuaſiua, & non concludens tamen in iuditio, vbi eſt talis clauſula valet, & tenet; vt per eundem *conſilio 61.* immo poteſt iudex cum tali clauſula procedere, vt vult; quia æquipollet clauſulæ ſecundum meram voluntatem, vt per *Imol. in capitulo dilecti. de iudi: Lanfranch. in ſaepe allegata clementina ſaepe*, facit agentem ex vna cauſa, & probantem ex alia obtinere, per *Felin in capitulo ſi cautionem. de fid. inſtrument.* cum alijs ſup. allegat. Item facit, quod in contingentia caſus non ſeruatur lex poli, ſed lex fori.

Inſuper vltra prædicta in cauſis ſpoliorum poteſt etiam agi criminaliter contra

occupatores vſurpatores illorum vigore
litterarum Santiſſimi Pij 4. in forma bre-
uis ſub anulo piſcatoris Mattheo Minali
24 generali ſpoliorum collectori ſub die 20.
aprilis 1561. expeditarum pro faciliori
ſpoliorum recuperatione, & recollectio-
ne æditarum, quarum tenor in calce præ-
ſentis laboris deſcribitur, & Paulus quar-
tus in breui deputationis Hieronymi
epiſcopi torcellani, dat quod poſſit coge-
re quoſcunque ad coram ſe comparendũ
ad ſeſe examini ſubijciendum, expedita
ſub die 8. feb. 1556.

Per quæ habes meo inditio, quod cauſę ſpo-
liorum omiſſis ſolemnitatibus, & paucis
etiam ſeruatis ſubſtantialibus iudiciarijs,
non tamen illis omiſſis, ſine quibus non
poteſt negocium expediri, ſed illis tan-
tum prętermiſſis, per quæ poſſit expedi-
tio negocij prorogari, vel impediri, &
quali, quali petitione, articulis, vel par-
tis intentione probatis in ſtatuto partib.
termino, parte citata, vel præſente, non
citata, expediuntur in prima inſtantia.

In cauſis verò appellationum in hac mate-
ria proceditur pari modo ſine figura iu-
25 dicij, & cum pręallegatis clauſulis, & mo-
dis in reſcripto primę inſtantię conten-
tis, per iudicem; qui de appellatione co-
gnoſcit, qui eſt regulariter collector ge-
neralis, qui eſt in Romana Curia pro tē-
pore Reuerend. Theſaurarius generalis,
cui cauſę omnes ſpoliorum facta adoca-
tione, à quibuſcunque iudicibus in Italia
cõmittũtur, cum expreſſo decreto, quod
cauſę ſpoliorum non poſſint ab alio iudi-
ce cognoſci, vel terminari; niſi ſint ſpe-
cialiter à Papa commiſſę, commiſſione
Santiſſimi manu ſignata; vt per *bullas
Iulij tertij. Sub Datum. Romæ die deci-
26 ma Ianuarij* 1553. *& Pauli quarti datis
die* 21. *Octobris* 1557. *anno tertio*, quę
ſunt in calce pręſentis laboris deſcriptę,
ad quem à grauaminibus commiſſariorũ,
vel ſubcollectorum appellatur in locis
vel terris eccleſię, quia in Regno Neapo-
lis, vbi eſt collector generalis ſpecialiter
deputatus, appellatur à ſubcollectoribus
ad collectorem regulariter, prout ego ſer-
uari vidi, ſed ego conſulerem ad tollendas
dubietates, quod appellaretur ad San-
ctiſſimum Papam, vel Sedem Apoſto-
licam, vel ad cameram Apoſtolicam; à
quibus ego poſſem valide obtinere, vel
cauſam committi per reſcriptum vel per
decretum, vel Reuerend. Theſaurario vel
alteri; quia non vidi breue aliquod colle-
ctoris in Regno Neapolis cum tali facul-
tate, & in cauſis appellationum procedi-
tur pari modo ſine figura iudicij, & cum
clauſulis primæ inſtantiæ, niſi ex forma
27 litterarum appellationis aliter appareat,
quia cauſa appellationis eſt vna cũ prin-
pali, & quaſi vnus articulus, vt *C. ne in
vna*, eademque cauſa tertio prouocetur,
& eſt viendum contra impetrantem iure,
quod impetrauit, *l. ſi quis, ff. quod quiſque
28 iur.* vt per *Innoc. dict. capitulo cum olim.
de accuſa.* vbi dicit, quod iudex cum clau-
ſula ſine ſtrepitu, & figura iudicij deputa-
tus, eccleſiam conferendo voluerit illici-
tum detentorem amouere, prout illi ex
forma commiſſionis iniũgitur, & ob hoc
appellari contingat, quod iudex appella-
tionis pari modo, ſine figura iudicij de
appellatione cognoſcat, quia cauſa ap-
pellationis eſt vna cum principali, & qua-
ſi vnus articulus, & ibi facto quæſito
quomodo iudex appellationis, qui habet
recenſere actu prioris iudicij, & cauſæ, vt
cognoſcat an bene, aut male ſit appel-
latum, cum nulla acta per iudicem
primum facta inuenit procedere debe-
at, reſpondendo dicit, quod iudex
appellationis quærit a iudice, qui ita
pronunciauit, quid eum ad ſic proce-
dendum mouit, & teſtes ab eo receptos
repetet, & ſi tam ex reſponſo iudicis,
quam ex dictis teſtium, reperiet illum
perperam proceſſiſſe, reuocabit non pro
tribunali ſedendo, nec in ſcriptis, quod
male fuit per primum iudicem factum.

Quia licet Papa mandet ſine figura iudicij
procedi, inquit idem, iuriſdictionis eſt, te-
ſtes recipere, & eos ad perhibendum te-
ſtimoniũ cohercere, & quod nõ prouide
factũ eſt in prima inſtãtia, iuriſdictionis
ſit, & quantumcunque Papa mandet aliã
quod præciſe fieri, ſemper tamen intel-
ligitur, quod legitimæ exceptiones admit-
tantur *c. ex parte, de off. deleg.*

Et licet Papa mandet ad celerem expedi-
tionem negocij deueniri, & procedi ſine
forma iudicii, non tamen intelligitur, il-
lud de iudicij forma debere omitti, ſine
quo non poteſt negocium expediri, quia
30 illud tantum vult Papa prætermitti, per
quod poteſt expeditio negocij prorogari,
vel impediri. Si verò litteræ appellatio-
nis ſint diuerſę, & diuerſã cõtineant for-
mã ſecundum illarum formã eſt proce-
dẽdum, & forma ſeruãda ſicut eſt, ſi in
cõcluſione ipſarũ litterarũ, eſſet clauſula
vocatis illis, qui fuerint euocandi *8. q. vlt.
nouit.* quæ clauſula importat, vt iudex te-
neatur ſeruare ordinẽ iudiciarium, per ea

quæ

quæ habentur per *Dec.conſ 173.& conſil. 275.* quæ clauſula poſita in litteris Papæ, operatur quod exequutor non poteſt ſub delegare alteri. *Rot deciſ.375.in nouis.ſi in forma,& dec. 385.in antiq.*

Sed à ſententijs in cauſis ſpoliorum latis nõ licet appellare, nec executio ſententiæ differri, vel ſuſpẽdi poteſt, niſi facto prius per condemnatos rerum, de quibus condemnati fuerint, in manibus collectoris, seù miniſtrorum ſuorum actuali depoſito
32 quo facto videntur poſſe audiri in ſecunda inſtantia, & in cauſa appellationis, per verba Breuis Sant. Pij IV. Matthæo Minali directo, ſub Dat. Rom. Ann. 1560. die 30. Iulij ſui Pont. Anno 1. cuius tenor deſcriptus erit in fine.

Et licet breue deputationis Illuſtriſſ. & Reuerendiſſ. D. Nicolai Fliſci Epiſcopi Sauonen. Collectoris in Regno Neapolitan. deputati Domini mei, habeat, quod cogno
33 ſcat cauſas, & terminet cum clauſula omni appellatione poſtpoſita, per quæ verba generaliter prolata, & per ſignum, ſeu terminũ, omni, quod eſt vniuerſale, quod omnia compræhendit, & nixil excipit per *Specu.in tit.Sind. verſ.quid ſi in aliquod. l. a procura. C.mandatore*, poſſit intelligi, quod ſit ſublata appellatio, & quod exequutio per appellantem retardari, aut impediri non poſſit; quia verba generaliter prolata, habent generaliter intelligi. *l.de pretio.publi.in rem. actio.* tamen facto depoſito, vidi ſeruari ſemper, quod appellãti defertur, & appellationes in forma admittuntur; licet poſſit dici, quod iudex à quo, non deberet appellationem admittere, ſtante dicta clauſula, appellatione remota, quæ operatur, quoad iudicem à quo vt non teneatur deferre appellationi, vt per *Felin.in c.nonnulli,de reſcr.colum.25. Bal.in addit.ad Specul.de Appel.ver.clauſula appellatione remota.*

SVMMARIVM.

1 *Actio rei perſequutoria cõpetit ad ſpolia.*
2 *Dominium eſt cauſa directa actionis.*
3 *Fructus eccleſiæ, & inde acquiſita, ſpectant ad eccleſiam iure dominij.*
4 *Clericus ſubtrahendo, vel donando, non poteſt diſponere de rebus eccleſiæ.*
5 *Clericus expendens fructus luxurioſe, tenetur ad reſtitutionem.*
6. *Eccleſia in fructibus eccleſiæ, habet poſſeſſionem, & proprietatem.*
7 *Acquiſita de bonis eccleſiæ, eccleſia vendicat.*
Etiam ſi ſint empta nõ nomine eccleſiæ.
8 *Sex caſus; in quibus res empta de pecunia alterius, fit illius cuius fuit pecunia.*
9 *Emptum de pecunia aliena; ementi acquiritur regulariter.*
10 *Diſtinctio doctorum circa occupationẽ bonorum Clerici defuncti.*
11 *Eccleſia vel camera petit ſpolia, non vt hæres, ſed vt domina.*
12 *Prælatus poſſidet nomine eccleſiæ, & vti commodatarius.*
13 *Agitur contra hæredem prælati, pro eo, quòd prælatus gratiam fecit de bonis eccleſiæ.*
14 *Quilibet laicus poteſt agere pro recuperatione ſpoliorum nomine Cameræ.*
15 *Item poſſeſſor ſemper eſt conueniendus, licet exhibeat authorem ſuum.*
16 *Acquiſita de illicite negociatis, pari modo ſunt ſpolia.*

Quæ actio competat Cameræ Apoſtolicæ ad Spolia.

QVAESTIO XII.

1 REmedium, vel actio, quæ competat Cameræ ad cõſequẽda, vel recuperanda ſpolia ab hæredibus clerici, vel ſacerdotis defuncti, vel alijs detentoribus ciuiliter agendo, mihi videtur eſſe rei proſecutoria, vel actio directa in rem, quæ competit eccleſiæ, vel ſucceſſori in eccleſia, ratione directi dominij, quod habet eccleſia in fructibus eccleſiæ, ac in rebus, vel ex fructibus, vel occaſione eccleſiæ acquiſitis: in cuius locum hodie Camera à Papa fuit poſita, & ſuffecta in ſpolijs *Rot.dec.855.in aut.* per ea, quæ dicimus in 1.q. quia directum dominum eſt cauſa directæ actionis in rem *l.in rem,ff.*
2 *de rei vend. gl. in §. namq. inſt. de act. in ver.directum*, Quia quòd fructus eccleſiæ, vel prouentus, redditus, aut emolumenta, & ex eis prouenientia, vel inde acquiſita per clericum, ſpectent ad eccleſiam, etiam iure dominij, videtur clarum per *tex.in cap. videntes,* 12.q.1. vbi inquit *tex.* ratione maioris vtilitatis, agri, hæreditates, prædia, & alia bona quæ antea vendebantur, matricibus eccleſijs tradita fuerunt per ſummos ſacerdotes, & lenitas, vt de redditibus illorũ, elegantius cõmunem vitã degẽtibus ſubminiſtraretur. Quorum adminiſtratio, & diſpenſatio ſpe-

ſtaret in omni tempore, ad Epiſcopos
Apoſtolorum locotenentes, eſt *tex. in c. Epiſcopi eiſdē cauſ. & q.* vbi dicitur, quod
quicquid de prouiſione fuerit, ſiue de
fructibus, ſiue de oblationibus, quæ omnia debent conſeruari eccleſiæ, & quod ſi
Epiſcopus aliter præſumpſerit, poterit deponi.

Similiter habetur in *tex. c. epiſcopus,* 12. *q.* 2.
4 vbi clericus, vel Epiſcopus non poteſt diſponere, vel ſubtrahendo, vel donando de
rebus eccleſiæ, quia non ſunt eius, ſed eccleſiæ, & ſi aliter facit, factum irritum, &
inane cenſetur, quia clericus in fructibus
beneficij, & eccleſiæ habet tantum vſum,
& vſuarius tantummodo reputatur, eſt
glo. in cap. fin. de pign. c. quia nos, de teſt. c. ſi quis ſane, de pecul. cler, quia debet victu
& veſtitu eſſe contentus, quia de rebus
eccleſiæ ſolummodo eſt clericorum, quantum probabili ratione conſumunt. *glo. eſt in c. res eccleſiæ,* 12 *q* 1. & clerici tantum
neceſſaria habere debent ab eccleſia, &
talis neceſſitas arctatur ad victum, & veſtitum; imo dicit *Io. de Lignan. in clemen. gratia,* quod ſi clericus vltra debitum expendit aliquod, luxurioſe viuendo de rebus eccleſiæ, tenetur ad reſtitutionem ec-
5 cleſiæ, idem dicit *Abb. in c. ſi. de pecul. cler, in ſi.* & dicit *Abb. in c. inquirendum. in primo not. de pecul. cler.* quod rector eccleſiæ
nec redditus, nec oblationes, nec data eccleſiæ prætextu voti, facit illa ſua, ſed cedunt eccleſiæ vtilitatibus.

Quia eccleſia in fructibus, & rebus eccleſiæ
habet poſſeſſionem, & proprietatem, per
6 *Abb. in c. cum eſſes. in repet. de teſt. verſ. 5. principaliter.* vndè ſecundum eum dicit
Innocen. quod ſi aliquando inueniuntur,
hæc bona Deo oblata eſſe epiſcoporum,
prælatorum, aut capitulorum, debet intelligi, quod ſunt eorum quoad gubernationem, ſubijciendo ibi, quod hæc bona propter vtilitatem communem, diuiſa ſunt in
eccleſijs diuerſorum locorum, auctoritate ſummorum Pontificum, & epiſcopia,
& alijs Prælatis conceſſa extitit adminiſtratio eorum. *c. videntes. 12. q. 1. & capit. præcipimus.*

Et dicit *Abb. in repet. c. cum eſſes. de teſtam. verſ. ſecundo principaliter.* quod dici con-
7 ſueuit, quod acquiſita de bonis eccleſiæ,
poteſt eccleſia vendicare. 12 *quæſt. 4. ſacerdotes. & c. fin. 12. quæſt. vltima.* quia quicquid acquirit prælatus de rebus eccleſiæ,
vel occaſione eccleſiæ, poſt ſuam inſtitutionem, eccleſiæ eſt. *glo. in capit. vt onus. de pecul. cler. & gloſſ. in cap. res eccleſia. 12. q. 1.* dicit, quod de bonis eccleſiæ illud tantum eſt clericorum, quod probabili ratione conſumunt, vbi infert, quod ſi clericus
emit equum de bonis eccleſiæ, clerici nō
eſt, ſed eccleſiæ, eſt bona *glo. in cap. cum in officijs. de teſtam.* quæ multa allegat, quæ
dicit, quod quicquid acquirit ſacerdos, vel
quilibet alius clericus intuitu eccleſiæ, ad
eccleſiam pertinet. Idem *glo. in cap. primo eo. in verb. acquiſiſſe.* & habetur in *tex. in cap. primo* 12. *q.* 3. de quolibet clerico indiſtincte, quod quæcunque acquiſierit de
eccleſiæ bonis, debet conferre eccleſiæ,
alias punitur; quia dicit *Abb. præalleg. loco in cap. cum eſſes.* ſi faceret clericus fructus ſuos, non video, quare de illis non
poſſet clericus ſibi emere prædia.

Habetur in *tex. in cap. relatum. el ſecundo de teſtam.* quod acquiſita per eccleſiam debent remanere penes eccleſiam, vbi *Abb. ſecundo not.* dicit, quod ſi clericus de redditibus eccleſiæ emat equum, vel prædiū
hęc poſſunt dici acquiſita per eccleſiam,
vnde ſunt eccleſiæ, non autem clerici, *bonus tex. in cap. placuit.* 12. *q.* 3. vbi *glo. in verb. ſuo.* quod licet clericus de pecunia
eccleſiæ aliquid ſuo nomine emat, quod
res illa ſtatim facta eſt eccleſiæ. Idem inquit *Abb. in cap. primo. verſ. nota ibi. de pecul. cler.* id quod eſt ſpeciale in eccleſia
per *d. glo. optima glo. in cap. inquirendum. de pecul. cler. in verſ. comparauit,* quod ſi
clericus nomine alieno prędia comparauit, puniendus eſt, & eccleſia taliter empta vendicare poteſt, licet ſua non ſint, &
eſt ſpeciale inquit in eccleſia, vbi *Hoſtien.*
enumerat ſex caſus ſpeciales, in quibus
res empta de pecunia alterius efficitur illius, cuius eſt pecunia, quod eſt contra regulam; quia licet res ematur de pecunia
alterius, tamen ementi acquiritur, non
domino pecuniæ, & primus caſus in eccleſia, inquit, ſecundum magiſtros, vt ſcilicet res empta de pecunia eccleſiæ, ipſi
8 eccleſiæ acquiratur, & vendicari poſſit;
ſecundus in re empta pecunia militis; tertius in pecunia pupilli; quartus in re empta à marito de pecunia ſibi data ab vxore; quintus in re empta à liberto de pecunia domini, vel patroni; ſextus in re empta de pecunia funebri. Et ſi aliquid de
meo peruenit ad te bonum, & æquum eſt
vt illud mihi reddas, vt per *Io. And. d. capit. inquirendum,* & dicit *glo. in capitul. vt onus, de pecul. cleris.* quod clericus, acquiſita occaſione eccleſiæ, habet eccleſiæ reſtituere, quemadmodum quis tenetur,
quando occaſione rei tuæ, aliquid ad eum

per;

Digitized by Google

peruenit. *cap. ad noſtram. de iure iur.*
Sequitur *Couarruuias Doctor Hiſpanus in*
cap. primo. de teſtam. verſ. tertio ex vltim.
quod res empta à prælato de pecunia ec-
cleſię, dominio eccleſiæ quęritur à die
emptionis, etiam ſi proprio prælati nomi-
ne fiat emptio, & hęc eſt inquit commu-
nis opinio, licet in contrarium ſit opinio
Hoſtien. & id colligitur optime in *authen.*
licentia. C. de epiſcopis, & cler. nec obſtat
regula in contrarium, quod emptum de
9 pecunia aliena, ementi acquiritur, non il-
li cuius eſt pecunia. *Lex ea. C. de rei vend.*
quia in rebus eccleſiæ, eſt ſpeciale, vt em-
ptum de rebus eccleſię, acquiratur domi-
nium eccleſiæ, non ementi. *Barbat. & Car*
dinalis d. cap. inquirendum. glo. in capitul.
Apoſtolicos. 12. q. 2. Corſet. in ſing. in verſ.
emptio. Roman. in authen. ſimiliter. C. ad l.
fal. col. ſexta. Bal. in l. ſi quis presbyter. C. de
Epiſcopis & cler. dixi latè in q. *de poteſtat.*
clerici, vel prælati. & maxime in *verſ. imo*
dicit Couarruuias.
Per quæ meo iudicio manifeſte apparet,
quod tam fructus eccleſiæ, quam proue-
nientia ex fructibus, ac occaſione eccleſię
acquiſita per Clericum, & relicta poſt
eum, vti ſpolia ſunt eccleſiæ, & per conſe-
quens Camerę Apoſtolicę in loco ſuc-
ceſſoris, & eccleſię ſuffectæ, ſępe allegata
Deciſio Rotæ in antiquis 855. incip. cum ca
mera apoſtolica. & ad illam ſpectant ratio
ne dominij, merito ſi dici poteſt, quod ad
illa conſequenda, vel recuperanda, compe
tat actio rei vendicationis, cum eccleſia,
cuius loco ſuccedit Camera, habeat in ta-
libus dominium, per *Abb. in repet. in capi.*
cum eſſes. de teſta. vers. quinto. ſecundum
vnam opinionem, & *glo. in §. & quoniam*
in authen. de alien. & emphi. vbi eccleſiæ
ad res eccleſiaſticas, competit rei vendi-
catio, ſed *Innoc. in capit. cum in officijs. de*
teſta. poſita quæſtione quis occupabit bo
10 na clerici defuncti ab inteſtato, diſtinguit
quod vel ſunt bona eccleſię, & talia occu
pabit eccleſia, vel ſunt bona defuncti, &
de eis eſt certum, quod fuerunt illius, &
illa occupabit hęres ſanguinis, vel ſunt bo-
na de quibus dubitari poteſt, ſint ne ec-
cleſię, vel defuncti, & tunc quia pro eccle-
ſia, pręſumitur, occupabit eccleſia, & ſi
forſan illa occupet hæres ſua auctoritate,
habet actionem eccleſia, vel Camera ex
Conſtitutione *l. ſi quis in tantam. C. vnde*
vi.
Item quia in rem, quam poſſidebat eccle-
ſia, per clericum defunctum, ſibi, & à ſe,
ipſa ius dicit, competit edictum diui Mar-
ci, vel furti, aut vi bon. rapto. vel ad exhi-
bēdum, vt in ſingulis notare poteris, actio
autem expilatæ hæreditatis, vel edictum
diui Adriani non competunt eccleſiæ,
quia prædicta non petit vt hæres, ſed vt
domina, ſi autē prælatus in alium trans-
ferret, tunc ad recuperandum non habet
eccleſia, niſi rei vendicationem, vel ad
exhibendum. Idem dicunt *Hoſtien. Ioan.*
11 *And. Zabarella*, vbi vide per eos vniformi-
miter loquentes, quid ſit in caſu, in quo
hæres inſtitutus, occupat bona clerici de-
functi ſibi relicta, an formidare habeat
pœnam conſtitutionis *d. l. ſi quis in tãtam.*
ſubdens ibidem *Innocen.* quod ſi clericus
ſolummodo dimittat rem poſt mortem
ſuam inter alias res ſuas proprias, ciui-
lem poſſeſſionem retinet eccleſia, cum
prælatus non poſſideat nomine ſuo, ſed
eccleſiæ, ſicut commendatarius. *ff. de ac-*
qui. poſſeſſ. ſi colonus. capitul. ſine exceptio-
ne. 10. quaſtion 2. quo loco etiam habetur
12 per *Innocen. Hoſtien. Io. And.* quod pro
damno illato eccleſiæ per prælatum, ad
ſatisfaciendum agetur contra hæredem
prælati. *12. quæſtion. 2. epiſcopus.* qui filios
ſi tamen ante mortem prælati lis ſit con-
teſtata, & licita non conteſtata, de illis
quæ peruenerunt ad illum, & quatenus
ad illum peruenerit, quia hæres tenetur
de dolo, & culpa prælati, ſi tamen non ſit
leuis culpa, reficiendo, & recompenſādo
eccleſiæ.
Item poteſt agi cōtra eum, ſi prælatus de re-
bus eccleſię alicui gratiam facit, allegant.
l. cum oſtendimus. ff. de fideiuſſor. pro quo
13 vide *Francisc. Mar. in deciſ. Delph. deciſ.*
117. vbi dicit, quod ſucceſſor in benefi-
cio, tenetur remota adminiſtratione prę-
lati, iuxta vires ſpolij quę ad illum proue-
nerint, id quod hodie eſt dicēdum de ca-
mera apoſtolica, vel de illo ad quem ſpo-
lia vadant. & *deciſ.* 105. habetur, quod bo-
na clericorum habent inuentariari per iu-
dicem eccleſiaſticum &c. vt ibi late, quā
deciſio. vide pro hac materia; & pro re-
cuperatione rerum eccleſiæ, & ſpolij nō
ſolum camera apoſtolica poteſt agere,
ſed & quilibet laicus poteſt intentare rei
vendicationem nomine cameræ, per *tex.*
in cap. ſi quis presbiterorum. de reb. eccleſ.
non alien. vbi *Abb. Sicul.* & per *Doctor. in*
14 *l. iubemus. la ſecunda. verſ. œconomus. C. de*
ſac. ſan. eccleſ. contra quemcumque detē-
torem, & ſeu poſſeſſorem rerum eccleſię,
quia poſſeſſor eſt ſemper conueniendus,
licet exhibeat auctorem ſuum per *glo.*
capitul. quicumque. 12. quaſt. 2. quam vi-
de.

de, quæ diſtinguit an res ſit mobilis, vel immobilis, & an poſſideat nomine ſuo, an alieno, pro quo vide etiam *glo. in capit. ſi quis. de reb. eccleſ. non alien. in glo. fin.*

Et hæc pro nunc ſufficiant, pro eo quod mihi occurrit dicere in hac materia ſpoliorum prouenientium ratione fructuum eccleſiæ, vel occaſione eccleſiæ. Ad illa vero ſpolia, quæ non veniunt cauſa eccleſiæ

15 ſed occaſione illicitarum negociationũ, vel alias contra ſacros canones acquiſitorum, quæ itidem ſunt effecta, & declarata ſpolia, per bullam Sanctiſſimi Pij IV. ædita ſub anno 1560. Anno ſui Pontificatus primo, quæ eſt inſerta in quæſtione, quæ negocia ſint permiſſa, aut interdicta Cler. Credo quod poſſit pari modo dici, quod competant actiones illæ, quæ competunt pro ſpolijs eccleſiaſticis, quia pari modo ſunt ſpolia, & parimodo applicata, & incorporata Cameræ, parique modo committitur illorum exactio, veluti fit aliorum ſpoliorum, vel ſaltim poſſet dici quod ad illa competat conditio ex lege, ex noua obligatione, quæ datur ſi non caueatur de nomine actionis, *l. idem §. primo ff naut. caupo. ſtab. glo. in §. namque. in ver. deficiente inſtit. de actio. pignor.*

Vlterius eſt facta conſtitutio per Paulum 4. contra occupatores bonorum Cameræ Apoſtolicę, debitoreſque illius, &c. ædita anno 1556. 8. Kalen. Nouembris, in qua renouata bulla Gregorij 12. & pœnis in ea contentis contra inuaſores, & occupatores talium bonorum, ac conſtitutionib. aliorum prædeceſſorum Pontificum, ſententijſque Reuerendiſſimorum Cameræ Apoſtolicæ Clericorum, deſuper latis, ac proteſtationem Alexandri Palauterij Cameræ Apoſtolicę procuratoris fiſcalis, de nouo ſtatuit, & mandat, quod pro recuperatione talium bonorum, contra detentores, & occupatores procedat, & procedi poſſit ad varias atroces pœnas, cuius conſtitutionis vigore poterit procedi cõtra occupatores, & detentores ſpoliorum ad pœnas in d. conſtitutione contentas, modo, & forma in eadem conſtitutione traditis, & expreſſis, cuius tenor eſt in fine deſcriptus.

SVMMARIVM.

1 *Contra agentem datur conuento exceptio.*
2 *Exceptiones ſunt comparatæ gratia reorum defendendorum.*
3 *In cauſis ſpoliorum proceditur ex forma reſcriptorum.*
4 *Quid importet verbum ſine ſtrepitu.*
5 *Iuſtitia perdit cultum ſuum, per turbam obſtrepentium.*
6 *Quid importet clauſula ſola facti veritate inſpecta.*
7 *In cauſis ſpoliorum admittuntur exceptiones releuantes.*
8 *Exceptiones ſunt de iure naturali.*
9 *Exceptio habuit ortum in Paradiſo ab Adam peccante.*
10 *Defenſio, nec per reſcriptum, nec per ſtatutum tolli poteſt.*
11 *Princeps non poteſt tollere illa: quæ ſunt de iure naturali, vel gentium.*
12 *Iudex non poteſt aliquid immutare; vbi ius eſt alteri quæſitum.*
13 *Exceptio peremptoria non tollitur, per reſcriptum de certa ſcientia.*
14 *Ius præſcriptionis, fuit inductum auctoritate Principis.*
15 *Durum eſt coram ſuſpecto litigare. Et lites habent procedere ſine ſuſpitione.*
16 *Ex leui cauſa remouetur, iudex ſuſpectus.*
17 *Delegatus à Principe ſuſpectus recuſatur de iure ciuili, & canonico.*
18 *Iudex delegatus impetratus à procuratore non recuſatur à domino.*
19 *Exceptio ſuſpicionis, tollitur per conſenſum procuratoris.*
20 *Quando iudex delegatus poſſit recuſari.*
21 *Quando de iure ciuili, vel canonico ordinarius poſſit recuſari.*
22 *Allegans iudicem ſuſpectum, proponat in ſcriptis cauſam ſuſpicionis.*
23 *Exceptio ſuſpicionis propoſita impedit procedi in cauſa.*
24 *In notorijs non eſt locus ſuſpicioni.*
25 *Vide de cauſis ſuſpicionum n. 70.*
26 *Delegatus ad vniuerſitatem cauſarum æquiparatur ordinario.*
27 *Quæ ſit exceptio litis finitæ.*
28 *Omnis lis finitur iuramento.*
29 *Iuramentum & tranſactio à pari procedunt.*
30 *Pactis, & conuentionibus eſt ſtandum.*
31 *Quid ſit tranſactio.*
32 *Vide de effectu tranſactionis.*

33 Quid

33 *Quid ſit res iudicata.*
34 *Exceptio ſolutionis elidit actionem.*
35 *Iudex ſupplet pro reo non opponente exceptionem ſolutionis, de qua conſtat.*
36 *Exceptio compenſationis tollit obligationem naturalem, & ciuilem.*
37 *Vide effectus exceptionis compenſationis.*
38 *Decimæ ſunt integræ ſoluendæ, & portandæ ſumptibus ſoluentis.*
39 *Exempti non veniunt in generali ſermone comprehenſi.*
40 *Exempti non tenentur ad collectas Papæ.*
41 *Pauper non tenetur vltra quam facere poteſt.*
42 *Per paupertatem actum redditur inane.*
43 *Vide de effectu, ac de priuilegijs paupertatis.*
44 *Pauperes cancellantur de libro extimi.*

De exceptionibus in cauſis ſpoliorum opponendis, & de præſcriptione.

QVAESTIO XIII.

VT in cauſis, & litibus aliarum rerum
euenire ſolet, quod licet actio inten-
tata in ſui ſubſtantia ſit efficax, puta quæ
intentatur contra ciuiliter, & naturaliter
obligatum, qui prima facie videtur con-
demnandus, ſed tamen non eſt efficax
quantum ad opem exactionis, ſæpe enim
accidit, vt licet ipſe proſecutio, qua actor
experitur iuxta ſit, tamen iniqua ſit aduer-
ſus eum, cum quo agitur; ideoque contra
agentem datur conuento exceptio. *§. pri-
mo. inſtit. de exceptio.* ita pari modo cre-
do, quod in cauſis ſpoliorum accidere ſo-
1 let, vt actio intentata per Cameram con-
tra hęredes defuncti, & ſeu ſpoliorum de-
tentorem, aut alium obligatum, clypeo ex-
ceptionis oppoſitę ſubmoueatur, & ineffi-
cax reddatur; quia exceptiones ſunt com-
paratę gratia defendendorum eorum, cũ
2 quibus agitur. *inſtit. eo. in princ.* vnde meo
iudicio non erit factum ſine aliqua ratio-
ne, ſi hic ſubnectam, an, & quæ, & quan-
do competant, vel opponi poſſint excep-
tiones in cauſis ſpoliorum reis conuentis
ad impugnandam actionem contra eos
intentatam, & more ſolito per contraria
procedendo, quomodo magis elicitur, &
habetur veritas. *l. munerum. § mixta. ff.
de mun. & honor. & Bartoli ingenium il-
luſtrauit procedere per contraria per Lud.
Gom. quæſt. ſecunda prohem. 2 in reg. Can-
cellariæ.* Dico, quod in cauſis ſpoliorum
non videntur admitti debere, nec poſſe
aliquæ exceptiones, vel dilatoriæ, vel pe-
remptoriæ, vel ſubreptionis, aut nullitatis,
contra reſcriptum, vel recuſationis con-
tra iudicem, aut alias cuiuslibet generis
exceptiones; quia in cauſis huiuſmodi nõ
proceditur, nec procedi habet, niſi ex for-
ma reſcriptorum à Romanis Pontifici-
3 bus deſuper æditorum, ſecũdum quorum
formam propter cauſas in eis appoſitas,
& maxime propter clauſulam ſine ſtrepi-
tu, & figura iudicij, proceditur ſemotis
omnibus exceptionibus, per *tex.* & ibi
glo. in clem. ſæpe. de verb. ſignif. quia ver-
4 bum ſine ſtrepitu, importat, quod proce-
datur reiectis exceptionib. & appellatio-
nib. dilator. quæ fruſtratoriè, & ad differen-
dum iudicis proceſſum malitioſe oppo-
nuntur, talia enim per quendam conuo-
cum clamorem, & tumultum, ſolent exa-
mẽ obſtrepere, & veritati habendæ ob-
ſtaculum præbere, vndè dicitur, quod cul-
tum ſuum iuſtitia perdit, quando ſilentia
iudicij obſtrepentium turba perfundun-
tur, *6. q. 4. in loco glo. in dicta clem. ſæpe, in
5 verbo exceptiones*; quia inquit *Innocen. in
cap. olim. de accuſ.* quod exceptio excom-
municationis contra impetrantem inqui-
ſitionem, vel ob aliam cauſam oppoſita,
propter quam repelletur à proſequutio-
ne inquiſitionis, non admittitur, quia nihi-
lominus habet procedi ad teſtium recep-
tionem, & ad ſententiandum; quia poteſt
iudex magis refrenare teſtium multitudi-
nem, & reprobationem, & in omnibus
alijs, tam partium, quam aduocatorum
probationes, exceptiones, & allegationes
compeſcere; item poſtponere ferias indi-
ctas, non in honorem Dei, etiam partibus
reclamantibus, vel contradicentibus, &
alias, vt ibi per eum. Item per clauſulam
ſola facti veritate inſpecta adiuncta clau-
ſula ſine figura in reſcriptis appoſita, pro
6 ceditur in cauſis ſpoliorum ſine apicibus
iuris, & vt vult iudex, quia talis clauſula
æquipollet clauſulæ ſecundum meram vo-
luntatem, & per *Io. de Imol in c. dilecti. de
iud.* & per tales clauſulas tollitur ordo iu-
ris per *Aret. conſil. 84 colum. 3.* per quæ,
& per ea, quæ deducimus in *qu. de modo
procedendi in cau. ſpolior.* vbi diximus de
clauſulis, & de virtute clauſularum, in re-
ſcriptis ſuper ſpolijs, & materia ſpoliorũ
fa-

ſactia appoſitarum, videtur quod nullæ
exceptiones in cauſis huiuſmodi admitti
debeant, imo quod quibuſuis exceptioni-
bus remotis, & reiectis, procedere habeat
iudex ad expeditionem, & ſeu terminatio
nem cauſarum.

Verum his non obſtan. ego credo, quod ex-
ceptiones maxime, quæ ſint releuantes, &
quæ non calumnioſe, & malitioſe ad diſ-
ferendum, & quæ fruſtratorie non oppo-
7 nantur admitti debeant, nec poſſit in cau
ſis ſpoliorum reijci per iudicem, aut ſub-
moueri; quia exceptiones proueniunt á
iure naturali, per *Abb. in rubr. de excep.*
8 *extra.* cum exceptiones ſint defenſiones.
l. ſiquidem. l. defenſiones. C. de exceptio. capi
tul. dilecti ex. eod. tit. ſed defenſio eſt de iu
re naturali. *l. prima. §. arietes. ff. ſi quad.*
paup fec. dic. l. vt vim. ff. de iuſt. & iur. &
dicit *Abb. in rub. de exceptio.* quod excep-
tio habuit ortum in Paradiſo, Adam ex-
cepiente, quod deceptus ab Eua peccaue-
rat, per *Specul in §. ſane. in proœmio,* ſub
9 dens *Abb.* ego credo quod proceſſit ab
ipſa natura; quia exceptio eſt quædam
defenſio, quæ eſt de iure naturali, quæ de-
fenſio, nec per reſcriptum, nec per ſtatu-
10 tum tolli poteſt, per *Bal. in d. l. vt vim*
merito exceptiones tales non poſſunt nõ
admitti, & per *Felin. in capitulo cauſam*
quæ de reſcrip. extra. verſic. ſimiliter dicit
Car. vbi dicit, quod ſtatutum tollens ex-
ceptionem, intelligitur de iniuſta excep-
tione, non de iuſta; quia illa quæ ſunt de
iure naturali, vel gentium, princeps non
poteſt tollere, niſi ſubſiſtente cauſa iuſta,
11 & rationabili. *glo. & doctor. in l. fin. C ſi*
contra ius, vel vtil public. imo quęcunq;
clauſula ponatur in commiſſione, ſub qua
cunque verb. form. nunquã prætextu talis
amplæ commiſſionis, poteſt iudex reijce
re exceptionem acquiſitam parti, quan-
tumcunque ſit talis exceptio de rigore iu
ris inducta, veluti eſt dare exemplum in
exceptione præſcriptionis, quia in his,
quę ipſe iudex habet facere, verũ eſt, quod
non tenetur ſequi regula iuris, ſed in his,
quæ iam facta ſunt, ex quibus eſt ius alte
ri quæſitum, iudex non poteſt aliquid im
12 mutare, ſed tantum illud ſequi. *l. bonæ fi-*
dei ff. depoſ. alias eſſet auferre ius alterius,
quod eſt contra naturalem ęquitatem, per
Bar. ſolemniter in extrauag. ad reprimen.
in verſ. videtur. in fin. id, quod dicit *Iaſon.*
ſemper eſt cordi tenendum, & nunquam
obliuioni mandandum, vt per eum in *l. ſi*
ſit legatum in principio de. leg. primo.
col. 6 mihi num. 29. & dicit idem *Iaſ. in l.*
ſi quis iniquum §. ſi is pena. 2. col. ff. quod
quiſque iur. quod exceptio peremptoria
non tollitur licet in reſcripto adſit clau-
ſula de certa ſcientia, & clauſula non ob-
ſtan. niſi expreſſe ſit dictum, & expreſſe
facta mentio quia niſi de eo fieret men-
tio, princeps nullo modo intelligeretur
peremptoriam exceptionem tollere, cum
ſit nimis grauis præiudicij, not. *Anton. de*
Butr. in cap. ex parte, de for. competen. 1.
not. per *Innoc. in cap. ſuper litteris, de re-*
ſcrip & quod princeps ſi expreſſe dicat,
poſſit tollere exceptionem peremptoriã
tertio competentem, credo quod ſit in-
telligendum de exceptione, quæ ſit ac-
quiſita tertio iure poſitiuo, & iure ſupra
quod eſt princeps, puta ſi mihi competat
exceptio acquiſita iure præſcriptionis,
quod eſt ius inductum auctoritate prin-
cipis, in quo princeps poteſt mihi ſuo
14 modo præiudicare, etiam ſine cauſa, *l.*
dig. vox. C. de leg. ſecus ſi alio iure puta iu
re naturali ſit mihi acquiſita illa exceptio
quia cum non poſſit tollere princeps iura
naturalia ego credo, quod non poſſit pre-
iudicare in inductis, & mihi acquiſitis á
iure naturali, vt dixi ſupra.

Nec obſtant in aliquo in contrarium ſupra
adducta, & primo illud, quod clauſula ſi-
ne ſtrepitu &c. in reſcriptis, importat
quod procedatur reiectis exceptionibus,
& appellationibus dilatorijs, quia intelli-
gitur de exceptionibus, quæ fruſtratorie
etiam ad differendum iudicis proceſſum
malitioſe opponuntur, non autem, quãdo
vere, & cum cauſa opponuntur, vt per
glo. dict. clem. ſæpe, loco ſupra allegato. Itẽ,
non obſtat, quod vigore clauſulæ, ſola fa-
cti veritate inſpecta, importetur, quod iu-
dex poſſit procedere ſine ordine iudicia-
rio; & ſine apicibus iuris, & vt vult, quia
per hoc nõ intelligitur, quod habeat pro-
cedere demptis ſubſtantialibus, tam pro
parte rei, quã pro parte actoris, nec quod
per hoc auferatur, vel ablata intelligatur
facultas alicui ex partibus faciendi ſuas
defenſiones, quæ per iſtam clauſulam non
tolluntur, per *dominos de Rot, decis. 33 in*
nouis. per *Bald. in l. nemo, C. de ſenten. &*
in l iuſtitia, de inſtit. & in capitul final de
no. for. fidel. vnde merito poſſet dici, quod
in cauſis ſpoliorum poſſunt admitti ex-
ceptiones, quæ in alijs cauſis venirent
admittendæ, quia illud expreſſe non repe-
riatur prohibitum, regulariter in omni-
bus permiſſum eſſe intelligitur, vulgatis
iuribus, qualiter poſſet dici de exceptione
ſuſpitionis, vel recuſationis iudicis ſu-
ſpecti,

ſpecti, quæ ex multis cauſis poteſt coram
quolibet iudice, tam ordinario, quam de-
legato opponi, nec vllo modo videtur
poſſe reijci, vel non admitti, quia lites
habent procedere ſine ſuſpicione, quia
15 durum eſt litigare coram iudice ſuſpe-
cto, & a quo quis non ſperat poſſe con-
ſequi iuſticiæ complementum *3. q. 5. ſu-
ſpecti, & l. apertiſſimi. C. de iudic. glo. in
cap. accedens. il ſecondo. ut lite non conte-
16 ſta.* imo ex leui cauſa remouetur iudex
ſuſpectus, per *d. glo. in c. accedens il ſecun-
do vt lit. non contes.* & per *glo. in capit. po-
ſtremo. de appella.* & ego poſſum atteſtari
eſſe de ſtilo ſignaturæ, & Romanæ curiæ,
quod præſtito ſolum per partem iuramē-
to per horreſcentiæ, cauſæ auocantur, &
alteri comittuntur, prout ſeruari vidi, &
practicaui, maxime ſi ſit Iudex delega-
tus, & inſtantiam partis procuratus, quē
in curia iudicem affectatum vocant: Quia
iudex delegatus etiam à principe, de iure
ciuili, vt ſuſpectus recuſatur, & multo
fortius de iure canonico, non tamen ab
illa parte, ad cuius inſtantiam eſſet dele-
17 gatus, ex quo ſemel in eum conſenſit, *au-
then. offeratur. C. de litis conteſta.* per *Iaſ.
in l. apertiſſim. C. de iud.* imo ſi procura-
tor in ſpecie delegatum impetrat, non
poteſt dominus eum recuſare, per *glo.* quę
eſt notabilis, in *cap. cum olim. in glo. 2. de
18 cauſ. poſſeſ. & propriet.* quod tamen in-
telligitur, niſi noua cauſa ſuperuenerit,
per *Iaſ. dicto loco*, quia exceptio ſuſpe-
ctionis, tollitur per conſenſum procura-
toris in iudicem. per *Bal. in additione ad
Spec. in tit. de reſcrip. praeſenta. vers. con-
19 ſenſus.* ſi verò eſſet delegatus ad inſtan-
tiam partium, & de conſenſu vtriuſque
partis, puta data liſta confidentium, &
ſuſpectorum, vel viua voce eum partes
elegiſſent, tunc à neutro poſſet, vt ſuſpe-
20 ctus recuſari, quia recuſatio tunc eſſet
temeraria propter interuentum conſen-
ſus ab vtraque parte, & licet de iure ciui-
li poſſet fieri, tamen eo caſu non fit, niſi
cum iuſta cauſa per not. per *Angel. in l.
quia poterat. ff. ad trebel.*

Iudex etiam ordinarius poteſt allegari ſu-
ſpectus, & recuſari de iure canonico *cap.
cum ſpeciali. vbi gl. & Doctor. de appella.
capit. ſi quis contra. de for. compet. cap. ſu-
ſpitionis de off. delega.* & de iure canonico
eliguntur arbitri iuris, qui de cauſis ſu-
21 ſpitionis cognoſcunt. *cap. ſecundo requi-
ris. §. fin. de appella. & capit. cauſam quæ
de offic. deleg.* de iure vero ciuili, an ordi-
narius, poſſit vt ſuſpectus recuſari, di-
ſputat *glo. secunda in l. apertiſſime. C. de
iud.* idem facit in *l. quia poterat. ff. ad tre-
bel.* ſed tamen communis concluſio Do-
ctorum videtur eſſe, quod de iure ciuili
non poſſit recuſari, vt remoueatur, tam-
quam ſuſpectus à cauſa, ſed ſi eſt ſuſpe-
ctus, poteſt peti ſibi dari aliquem adiun-
ctum, cum quo procedat in cauſa, *authen.
ſi verò contigerit. C. de iudic. per Iaſ. in
praallegata l. apertiſſimi. prima colum.
verſic. nunquid.* fallit tamen in caſibus e-
numeratis per eundem. *Iaſ.* ibi.

Et in caſu noſtro, cum cauſæ ſpoliorum ſint
cauſæ camerales cameræ apoſtolicæ, &
cauſæ eccleſiaſticæ, videtur quod in
eis habeat ſeruari diſpoſitio iuris cano-
nici, non ciuilis, tamquam magis propi-
tia, & magis fauorabilis, *glo. 3. in capitulo
fin. de conſuet. not. in capitulo illud de præ-
ſcrip. & in capitulo ſanctorum eo. Cardin.
Flo. in d. capitulo fin. de conſuet. capitulo
lege c. ſi in adiutorium 10. diſtinct.* refert
*Alex. conſ. 5. vol. 5. col. 3. rep. in clemen.
prima de off. ordin.* & eſt argumento à
minori ad maius, quia ſi ſecundum *Bar-
tol. in l. quia poterat. ff. ad trebel.* in terris
imperij ſeruatur, & ſeruari habet ius ci-
uile indiſtincte, & in terris vero eccleſię
ius canonicum, multo fortius id videtur
dicendum in cauſis, vt ſcilicet in cauſis
eccleſiaſticis ſeruetur dictamē canonum
potiuſquam cenſura legum ciuilium *glos.
3. c. fi. de conſuet. not. in cap. illud cap. ſan-
ctorum de præſcription.*

Et qui iudicem recuſare intēdit, debet cau-
ſam iuſtæ recuſationis allegare coram
22 ipſo, & taliter cauſam alleget, quæ ſi eſ-
ſet probata deberet legitima reputari, *ca.
cum ſpeciali de appellat. & capitulo vt
debitus*, & iſta recuſatio, ſiue ſuſpecti al-
legatio, non eſt oretenus facienda, ſed eſt
danda in ſcriptis. *c. quoniam. de probatio.*
& ſemel quod fuit propoſita iſta exce-
ptio, impedit procedi in cauſa, quouſque
ſit probata, per *glo. in ca. quoniam de pro-
bation. in verſ. recuſationis, & in glos. ſe-
quenti.* quia eſt exceptio dilatoria *3. quæ-
23 ſtione 3. afferatur.* & probari debet co-
ram arbitris à patribus electis *capitu. ſu-
ſpitionis. de off. deleg.* qua probata ſuper-
ſedere habet iudex, nec in cauſa habet ſe
aliquo modo intromittere, quia apparet
ipſum non habere iuriſdictionem, poſt
pronunciationem arbitrorum; ſi verò nō
ſit probata, delegatus in cauſa procedit.

Item habet proponi ante litem conteſta-
tam, vt exceptio dilatoria *cap. intra mo-
naſterii. de re iud. l. apertiſſimi. C. de iud. et*

3. *quæſt. 3.* afferatur, aut ſaltem infra
terminum ſtatutum à lege ad proponen-
das dilatorias, *c. paſtoralis, extra de excep-
tio.* & poſt litem conteſtatam non op-
ponitur, niſi ex noua cauſa, *cap. inſinuan-
te. de off. deleg.* non tamen opponitur, ſi
ſuperuenerat poſt concluſum in cauſa per
Io. And. in capit. dilect. de ordin. cognit.
tex in cap. de auditis. de procura. quia iu-
dex in notorijs non allegatur ſuſpectus,
& concluſio in cauſa facit notorium. per
24 *glo. in cap. ſignificauerunt de teſti. Ludou.
in ſingu. vers. exceptio dilatoria.*

Secundum tamen leges habent proponi uſ-
que ad viginti dies *d. §. afferatur. & au-
then. conseq. C. de sent. & interlocutorijs.
per glo. in cap. secundo requiris. in verbo
coram eo. de appella.*

De cauſis vero ſuſpitionis, quæ allegari poſ-
ſint contra iudicem, vide per *glo. in cap.
cauſam quæ de off. deleg.* vbi multas enu-
merat, puta ſi iudex ſit vaſſallus aduerſa-
rij: ſi ſuffraganeus impetrantis: ſi conſan-
guineus: ſi extitit aduocatus in eadē cau-
ſa: ſi habet conſimilem caſum in cauſa
propria, vbi ponit verſum; quatuor iſta;
timor, odium dilectio cenſus, ſæpe ſolent
hominum rectos peruertere ſēſus, & *glo.
in capit. super. eodem tit.* allegat alias cau-
ſas, puta quia habet litem, vel cauſam cū
ſuo monaſterio, quia illum redeuntem à
Romana curia nō admiſit ad oſculum pa-
cis; Item quia ei dixit, quod ſi poſſet ei
noceret in illa cauſa.

Item maxima amicitia aduerſarij cum iudi-
ce, non enim omnis amicitia eſt cauſa ſu-
ſpitionis. *l. late. §. amicos. de verb. ſignif.
per glo. in capit. accedens. el secundo ut lit.
non conteſt.* vide cauſas iſtas numeratas
ad longum per *Dec. in cap. poſtremo. de
appella.* Item per *Spec. in tit. de iud. dele-
gat. in §. super eſt videre*, & per *Io. And.
& alios in capit. legitima. de appella. in 6.
per Abb. in capit. ſecundo. vt lit. non cōteſt.
per Iaso. d. l. apertiſſimi. C. de iud.* vbi late;
ſed vltra omnes vide *Card. Alex. in d.
capitulo poſtremo. de appella.* vbi in
25 cauſa ſuſpitionis enumerat ſeptuaginta
caſus.

Sed quæque ſint, & quot cauſæ ſuſpitionū,
quæ contra iudicem allegari poſſint, non
videntur poſſe allegari, neq; contra gene-
ralem Collectorem, nec contra eius ſub-
delegatos commiſſarios in cauſis ſpolio-
rum, quia tam collector generalis, quam
ſubſtituti, ſeu ab eo ſubdelegati commiſ-
ſarij, ſunt delegati regulariter ad vniuer-
ſitatem cauſarum, ſubdelegantur enim
commiſſarij ad omnes, & ſingulas cauſas
quorumcunque ſpoliorum occurſorum,
& occurrendorum in diœceſibus, in qui-
bus deputantur, & ſubdelegantur, quia
delegatus ad vniuerſitatem cauſarum di-
citur, quando fit delegatio ſub nomine
territorij, puta delego omnes cauſas ta-
lis caſtri, *glo. eſt in lege primo & ibi Bart.
Bald. Saly. ff. quis & a quo per Iaſ. in l. a
iudice. 2. col. C. de iudic.* vnde contra eos
non videtur quod poſſit allegari ſuſpitio,
quia deputati, & delegati ad vniuerſita-
tem cauſarum de iure ciuili non poſſunt
26 recuſari; per glo. quæ ſingulariter dicit in
l. final. in gloſſ. prima. C. de iudic. quia de-
legatus ad vniuerſitatem cauſarum, æqui-
paratur ordinario, per ea, quæ dicit *Iaſ.
in lege a iudice. C. de iudic.* quia regula,
quod poteſt iudex delegatus allegari ſu-
ſpectus, intelligitur ſi ſit delegatus in
cauſa particulari, per *d. glo. ſed d. glo.* vti
non bonam, nec approbatam reprobant
Iac. Butr. Bal. Saly. & Rapha. Fulgo. vnde
forſan poſſet dici, quod talis exceptio
poſſet admitti contra commiſſarios ca-
meræ, aliqua iuſta, & legitima cauſe ſu-
ſpicionis ſubſiſtente, licet videantur &
ſint delegati ad vniuerſitatem cauſarum,
vt per d. doctores, quia lites, & cauſæ
habent procedere, ſine ſuſpicione, per
*glo. in capitulo accedens. el ſecundo vt lit.
non conteſta.* & cum non reperiantur ex-
preſſe excluſæ in cauſis ſpoliorum, me-
rito in illis quoque, prout in alijs, tales
exceptiones admitti debent, quia illud,
quod non reperitur prohibitum, permiſ-
ſum regulariter, & conceſſum videtur, &
illud, quod non eſt immutatum ſtare, ſē-
per non prohibetur. *l. conficiuntur. C. de
codicil.*

Item videtur, quod poſſit opponi quæcun-
que exceptio, quæ eſt induſta, vt ſir ſi-
27 nis litium, qualis eſt exceptio litis fini-
tæ, quæ eſt ſcilicet iuramenti, tranſactio-
nis, rei iudicatę, & etiam præſcriptionis.
*l. 1. & 2. vbi Bar. ff. de iureiur. leg. fin. C. de
exceptionibus.* enumerantur, per *Bart. in
l. fratris. C. de tranſac.* quæ impediunt li-
tis conteſta. & proceſſum, vt per *Bar. d. l.
fratris.* & per *Bal. in l. poſtquam liti. C. de
pact.* ſi tamen non requirat exceptio,
quæ opponitur altiorem indaginem, quia
tunc non impedit, ſed reſeruatur poſt li-
tem conteſtatam diſcutiende. *not. in l.
nam, & poſtea.* vbi *Alex. & Doct. ff. de
iureiur.* & dicit *Bar. in dicta lege fratris.*
de exceptione tranſactionis probatur
ibi, de exceptione iuris iurandi probatur.
in *l.*

in. l. prima. de iureiur. de exceptione rei
iudicatæ probatur *l fin. ff. de re iud.* & de
præſcriptione probatur in *l. ſi pro ſuo de*
præſcrip. long. temp Quia omnis contro-
uerſia dirimitur, & finitur iuramento, per
28 *tex. in capit. ſi Chriſtus. de iureiur.* quia
(inquit ibi *glo. in ver omnis controuerſia)*
poſt iuramentum delatum, & præſtitum
nihil amplius eſt quærendum. *l non erit.*
§. delatum. ff. de iureiur. & iuramentum
parem habet anctoritatem cum tranſa-
ctione, & maiorem quam habeat res iu-
dicata. *l. ſecunda. ff. de iureiur.* quod eſt
verum de iuramento delato à parte par-
29 ti, iſtud enim retractari non poteſt. *l. ad-*
monendi. ff eo. tit. debet etiã eſſe delatum
cum approbatione iudicis, per *Bar. in l.*
manifeſte. ff. eo. & dicit *Abb. d. capit. & ſi*
Chriſtus. ſecunda col. verſ. nota. quarto.
quod licite iuratur vt recedatur à lite, &
infertur ex hoc, quod exceptio iſta, quod
cauſa fuit iuramento finita, impedit litis
conteſtationem; ſicut quælibet aliqua
exceptio litis finitæ, cum iuramẽtum de-
beat eſſe finis controuerſiæ, *gloſ in capit.*
primo de lit. cõteſt. lib. 6. per eundem *Abb.*
d. loco. Et parimodo per tranſactionem
ſequutam inter partes, videtur finitum &
terminatum litigium ſuper re, ſuper qua
fuit tranſactum, vnde ſi ſemel fuit ſuper
ſpolijs facta concordatio, vel tranſactio,
Cameræ apoſtolicæ de nouo agenti, ha-
bet obſtare tranſactionis exceptio, quia
30 pactis, & conuentionibus eſt ſtandum, *l.*
ait prætor. ff. de pact. quia per tranſactio-
nem quælibet pars videtur à lite receſſiſ-
ſe, quia tranſigere eſt ab actione tranſire,
& a lite recedere. *l. eius 6. ff. de res vend.*
31 *Bar. in l. prima. ff de tranſac.* quia tranſa-
ctio licite facta, impedit ſequẽs iudicium
per *Specul. in tit de reſcrip. præſenta. §. 4.*
verſ. item ſi quid; & ſi ſit facta tranſactio
poſt ſententiam, impedit ſententiæ exe-
quutionem, idem *Specul. de exequut. ſen*
ten. §. poſtremo, verſiculo 12. ſi obijcitur.
vide tamẽ *Bar in l. eleganter, ff. de condit.*
indeb. vbi dicit, quod non poteſt fieri trã-
ſactio poſt ſententiam, vbi rationem
aſſignat, videlicet quod tranſactio fit ſu-
per re dubia, & lite incerta, ſed poſtquam
eſt iudicatum, non eſt dubia; ergo, ſed e-
go intelligo iudicatum, id eſt in caſu rei
iudicatæ, quoniam poteſt verè dici res iu-
dicata, nõ quando eſt ſententiatum, vt per
eundẽ *Bar. in l. litigatoribus, C. de appella.*
vbi ponit differentiam inter ſententiam,
& rem iudicatam, quia cum res iudica-
ta pro veritate habeatur, tunc non po-
teſt dici res dubia, imo exceptio tranſa
ctionis impedit fieri accuſationem de
crimine, de quo non potuit tranſigi, per
Alex. in l ſi maritus, §. ſi negauerit ad l.
iul. de adul. per *Bal. in l. ſi accuſationis, C.*
de accuſat. & exceptio tranſactionis, im-
pedit petitionem reſidui, *l. poſt deciſio-*
nem, vbi *Bald. in principio, C de fur.* imo
tranſactio, maxime ſi ſit facta cauſa a
lite recedendi, non poteſt reſcindi etiam
ex capite, vel prætextu enormis læſio-
nis, per *Alex. in conſ. 42. columna quar-*
ta, libro primo, quia magnum commo-
dum ſentit, qui a lite recedit. *Lud.*
Gomes, in reg. de annali, quæſtione ſecun-
da, mihi numero quarto, & pactum de
non petendo, quod eſt in tranſactione,
parit duas exceptiones, ſcilicet declina-
toriam, & peremptoriam *Bal. in marga-*
rita, vers. pactum, vers. primo, & debet
allegari talis pacti exceptio, quia non
repellit agentem, niſi per eum allegetur,
Bar in l. ſi vnus §. pactus 6. colum. ff de
32 *pact.* & exceptio pacti de non petendo,
eſt de iure naturali, vel gentium, *l. prima,*
ff de pac. & exceptio tranſactionis, ad-
mittitur etiam poſt litem conteſt. in *Spe-*
cul. de exceptio, §. 3. vers. ſed pone quod in
cauſa appell. & verſ. ſequen & per *Bart.*
in l. eleganter, §. ſi quis poſt, ff de condi-
tione indeb. vbi dicit quod iſta exceptio
poteſt opponi in quacunque parte iudi-
cij, vbi vide pro iſta materia.

Item rei iudicatæ exceptio, opponitur con-
tra agentem in cauſis ſpoliorum, quæ
tunc competit, quando non fuit appella-
tum infra decennium, quo caſu fecit ſen-
tentia tranſitum in iudicatum, aut quan-
do appellatio non fuit legitime proſe-
33 quuta, vel quando fuut latæ tres ſenten-
tiæ conformes, quia tunc eſt res iudica-
ta per *Abb. extra. de ſenten. & re iudic.*
in rubrica, & per *Bart. in lege litigatori-*
bus, C. de appellat. & per eundem *in l.*
prima, ff. de re iud. quæſt. 1. & per Paul.
de Caſt. in conſil. 38. quod incip. in caſu
præſenti, quæ exceptio poteſt opponi
etiã ſtante ſtatuto, quod nullæ exceptio-
nes opponantur, vt per *Docto. in lege pri-*
ma, ff. de re iud. & impedit litis conteſt.
per eundem *Bart. in l. fratris. C. de tran-*
sac. & per eundem *in l. eleganter, §. ſi quis*
ff. de condi. indeb.

Item poteſt opponi exceptio rei conceſſæ,
gratiæ factæ, & ſeu ſpoliorum condona-
torum; puta quando a ſede, vel came-
ra apoſtolica eſſet facta gratia conceſ-
ſionis; ſeu condonationis ſpoliorum

alicui, qualiter quotidie, quę eſt eius beni
gnitas, & liberalitas ſolet facere Sanctiſ-
ſim. Pius Quintus, quia talis exceptio op-
poſita, excludit agentem, vt per *glo. in c.*
cauſam. in verbo detinere. de praſcriptio.
in fi. glo.

Item quando eſſet per alia tempora ſolutū,
& ſatisfactum cameræ pro ſpolijs, tunc
etiam poteſt opponi exceptio ſolutionis,
quæ de ſui natura actionem elidit. per
Bal. in l. iuſiurandi. ff. de iureiuran. Paul.
34 *de Caſt. conſ.* 405. quia ſolutione illius
quod debetur, tollitur omnis actio. *inſtit.*
quib. mod. tol. oblig. vbi *glo.* ſiue re, ſiue
verbis, ſiue conſenſu fit obligatio. Item
ſiue ex delicto, vel quaſi, Item ſiue ex ci-
uili, ſiue naturali, vt ibi per eam, quia ex-
ceptio ſolutionis dicitur exceptio litis fi-
nitæ, de quaſi conſtet in actis, licet de ea
35 non opponatur iudex poteſt ſupplere
pro reo non opponente exceptionem,
quando *Bar. in l. ſi. vnus. §. pactus 6. col.*
& ibi *Bal. ff. de pac.* & exceptiones ſolu-
tionis, præſcriptionis, iuramenti, & rei
iudicatæ ęquiparantur ad effectum libe-
rationis, per *glo. in l. vbicunque in princi-*
pio. ff. de fideiuſſ.

Item ſi ex alia cauſa liquida quis eſſet cre-
ditor cameræ apoſtolicæ, qui pro ſpolijs
teneretur, ſi petat compenſationem admit-
ti pro ſuo credito, ego credo, quod liqui-
dato pariter ſpolio, eo caſu poſſet admitti
exceptio compenſationis contra came-
ram agentem, quæ regulariter admitti ſo-
let de liquido ad liquidum, per *Fel. in ca.*
cum Io. heremita extra de fide inſtrum.
quia exceptio compenſationis, tollit obli-
gationem naturalem, & ciuilem, per *Bal.*
in l. reiudicata. §. heredi. ff. ſol. mat. & quia
36 exceptio compenſationis, eſt exceptio
peremptoria, quæ non venit ad impugnā-
dum ſententiam, ſed venit ad limitādum,
vel moderandum exequutionem, ſi non
fuit oppoſita ante ſententiam poteſt ni-
hilominus opponi poſt ad impediendum
exequutionem, quia ſe compatitur cum
ſententia. *l. ſecunda,* & ibi *Bald. C. de com-*
penſa. per *Iaſ in l. prima. C. de iur. & fac.*
ignor. ſecunda col. per *Felin. in cap. Io. he-*
remita. de fid. inſtru. vbi dicit, quod etiam
poſt ſententiam, quæ tranſiuit in rem iu-
dicatam poteſt opponi talis exceptio, &
37 fieri poſſent poſitiones de compenſatio-
ne, & tenetur pars reſpōdere, non obſtan-
te iudicato, quia ſecundum *Bal. in l. iulia-*
nus, ff. de condi. & demonſt. exceptio com-
penſationis, dicitur ficte exceptio ſolutio-
nis, & ſic vides, quod poteſt opponi exce-
ptio compenſationis, ſed poſſet inſtari de
vno contrario, quod non poſſit opponi
talis exceptio in ſpolijs, quemadmodum
non poteſt admitti, vel opponi in deci-
mis, & in tributo, per *Abb. in capitul. ſua*
nos. ſecunda col. de decimis. num. 50. in fin.
quod dicit ibi tenere omnes doctor. Sed
poteſt reſponderi, quod illud eſt ſpeciale
in decimis, quę habent ſemper ſolui ſub
præcepto integræ eccleſiæ ſine diminu-
tione, & ſunt portādæ vſque in horreum
eccleſię à debentibus illas ſoluere.

Item ſumptibus ſoluentis per *Abb. in cap.*
ex parte, & cap. peruenit. de decimis. &
38 *cap. tua nos.* vbi dicit, quod debentur de-
cimæ non facta deductione ſeminis, &
ſumptuum.

Item ſi quis haberet priuilegium, aut con-
ceſſionem exemptionis a ſpolijs à ſede
apoſtolica, propter quod non poſſet pro
ſpolijs conueniri per cameram, qualiter
ego vidi per aliquos exemptos prętendi,
ego pari modo in iſto caſu puto debere
admitti exceptionem exemptionis, vel
priuilegij conceſſi, & per iſtam impediri
actionem per cameram intentatam, quia
licet conſtitutiones, & extrauagantes in
materia ſpoliorum editæ ſint generales,
& generaliter formatæ, adeo, quod com-
prehendant, & comprehendere intelligā-
tur clericos cuiuſuis ſtatus, & conditio-
nis exiſtētes. *l. de precio. de public. in rem*
actio: tamen clypeo à generalitate legis
non ſe defendant, quia exempti non ve-
niunt in generali ſermone comprehenſi,
39 per *Bal. in l prima. pen. col. C. de furt. per*
l. legatorum §. qui plures. de leg. ij. quia e-
xempti non tenentur ad collectas, pro
quibus exigendis miſſus eſt per prouin-
ciam Collector Papæ, *Angel. in l. fin. C.*
ſine conſ. vel. rel. ſed exemptio allegata de-
bet probari ante omnia, veluti quando
excommunicatus allegat ſe exemptum
per *Innocen. in capit. ſolet. de ſenten. excō-*
mun. in ſexto.

Item quando fuiſſet mandatum Collectori,
ſeu Commiſſarijs ſubdelegatis per ſupe-
riores, quod in exactione ſuperſedere-
tur, prout meis temporibus fuit de ordi-
ne Sanctiſſ. Pij quarti iniunctum domino
meo generali collectori, vt in certis ciui-
tatibus & diœceſibus regni Neapolis ſu-
perſederet pro tunc in exactione certo-
rum ſpoliorum, propter deuaſtationes, &
ſeu direptiones locorum in dictis diœce-
ſibus ab infidelibus per annos antea fa-
ctas, à quibus magnas plagas homines
prædictorum locorum receperant. Ego
& in

& in iſto caſu exceptionem quoque competere, & admitti debere puto, ad inſtar pacti de non petendo, vel pacti prærogatiui in vim dilatoriæ ad impediendum proceſſum, & pacto durante ad impediẽdum ſententiam, *inſtit. de exceptio. §. perpetua, & glo ibi & per Bal. in l. lecta. ff. ſi cer. pet. per Iaſ. in l. creditori tuo, C. de pactis*, vbi dicit, quod tale pactum eſt ad impediendum litis ingreſſum, quod poteſt opponi etiam poſt litem conteſtatam etiã per iudicem, ſi ſibi de eo cõſtet ante, per *Innocen. in capitul. præterea, de dilat. extra Angel. in l. ſi. de pet. hær. Bar. d. l. lecta Io. And. in nouel. in c. exceptionis, 2. col. de ſor. comp.*

Sed quid dicendum in caſu, quando mortuo, prælato per multos annos hæredes, ad quos ſpolia peruenerunt abliguriarunt, & conſumpſerunt omnia bona, tam ſpoliorum, quam ſua, & ſunt in effectu pauperes, an clypeo exceptionis paupertatis ſe defendant à Camera, contra eos actionem ſpoliorum intentantem, & videtur quod ſic quia debitori pauperi, datur exceptio, ne teneatur vltra quam facere poſ-
41 ſit *glo. & Abb. in capit. cum tu. de vſur.*
id quod procedit ſecundum *Abb.* ibi in foro conteotioſo ſi debitor ceſſit bonis, tũc habetur ratio, ne egeat, quia per *Abb. in capitulo cum extra de decimis*, ad inopiam debitoris nõ habetur reſpectus, niſi poſt ceſſionem, dixi, inquit, in *capitulo 2. de pignor.* Imo per paupertatem redditur inanis actio, qua intentatur contra pauperem, quia inanis eſt actio, quam in co-
42 pia excindit debitoris *capitulo olim, el ſecondo, de reſtitut. ſpoliator l. nam is, ff. de poſit. gloſſ. in capitulo ea neſcitur, in verſiculo iuxta, extra de ſenten. excõmunicat. gloſſ. in capitulo cum tu, in ver. euidenter extra. de vſur.* Item pauperes in foro cõſcientiæ abſoluuntur ab excommunicatione, non facta ſatisfactione, ob paupertatem, *capitulo à nobis, el ſecondo, de ſenten. excommun. extra. & in clemen. prima §. verum, & clemen. ſecunda, §. primo, de haret.* pro hoc facit, quod dicit *Abb. in capitulo cum homines, de decim.* vbi dicit, quod ſi quis tanto tempore non ſoluerit decimas eccleſiæ, quod ſi vellet integre ſatisfacere, oporteret vendere omnia bona ſua, quod licet teneatur hoc facere, eccleſia tamen debet ſibi remittere, vnde poſſit viuere, ſubdens ibi credo etiam, quod vbi eſſet tanta inopia, quod fame periret, ſi decimam ſolueret, quod non teneatur ad ſolutionem, quia in tali neceſſitate omnia ſunt communia, vnde licite ſine vitio furti poteſt ſubtrahere de bonis alterius, vt not. in *capitulo ſicut 47. diſtinct. & in capit. ſi quis per neceſſitatem de fur.* id, quod tanto magis videtur facere in caſu noſtro, quia decimæ ſunt debitæ de iure diuino, vt per *Abb. in cap. parrochianos, de decim.* facit, quia pauperes non tenentur ad ſolutionem collectarum, *indictiones, C. de annuis tribu. lib. decimo, l. final. C. de his qui num. fil.* imo in caſu
43 paupertatis adminiſtrator reipub poteſt remittere impoſitam collectam pauperi, & illum à collecta liberare, per *Bar. in l. omnes, C. de ann. tribu. lib. 10.* refert & ſequitur *Fel in cap. ſignificantibus, de offic. deleg.* Item dicit *Angel. in lege non facile, ff. ſi cui pluſquam per l. falcid.* quod pauperi propter paupertatem, remittitur onus cautionis præſtandæ, & dicit *Bal. in c. ſedes. de reſcr.* quod per clauſulam quoſdam alios, non poſſuut conueniri pauperes, & ſi pauper, propter paupertatem non proſequitur cauſam appellationis, eſt iuſta cauſa dandi ſibi bienninm, per *Bar. in l. 2. §. ſi quis in ff. ſi quis cautio.* id quod dixit *Innocen. in capit. ex ratione. de appellat. ex. per Fel in capitul. ſignificantibus. de off. deleg.* vbi enumerat ſex priuilegia paupertatis, facit, quia debitor pauper non poteſt excommunicari, nec interdici; ſed carcerari, niſi cædat bonis, per *Innocen. in capit. P. & G. de off. deleg.* de hac materia vide *Abb. in capitul. Odoardus. extra de fideiuſ. verſ. in glo* quæ eſt in verbo non valente, & pauperes nõ tenetur ad ſolutionem collectæ, & debent cancellari de libro eſtimi. per *Bal. in authen. deſun. tertia col. ad Tertullia.* ibi; ad quam præſtandam non tenentur pauperes, quorum opera vix ſufficiat alimentis, & ſi tales ſcripti ſunt inęſtimo, debent cancellari de ipſo per habentes officium ad hoc eis ſupplicatione porrecta &c. & exceptio, ne quis conueniatur vltra quã facere poſſit, videtur dilatoria, & perem-
44 ptoria ſecundum quod not. *glo. & Abb. in l. prima. C. de iur. & fac. ignoran.* vbi vide *Iaſ. col. quarta.* qui tenet, quod ſit tantum dilatoria per *glo. in §. appellant. inſtit. de exceptio.* quæ id dicit, & *Iaſ.* mouetur per rationes adductas à dicta *glo.*

SVMMARIVM.

1 *Exceptione præſcriptionis, tollitur ciuilis, & elidilur naturalis obligatio.*

2 *Tutus*

2 *Tutus præſcriptione 30. annorum, ſoluens repetit.*
3 *Tempus non eſt cauſa entis, nec priuationis.*
4 *Præſcriptio operatur vti decretum.*
5 *Præſcriptio eſt ſimili ſolutioni.*
6 *Præſcriptio prodeſt fideiuſſori.*
7 *Præſcriptione firmatur, quod alias eſt inualidum.*
8 *Vſucapio; & præſcriptio ſunt inducta in fauorem publicum.*
9 *An ſpolia poſſint præſcribi.*
10 *Spolia ſunt bona temporalia.*
11 *Contra Rom. eccleſiam præſcribitur centum annis.*
12 *Quæ, & quot requiruntur ad ſubſtantiã præſcriptionis.*
13 *Quid ſint ſpolia.*
14 *Spolia non ſunt res ſacræ, nec ſacris annexa.*
15 *Fructus eccleſiæ non ſunt ſpiritualitati annexi.*
16 *Rector eccleſiæ rem patiens præſcribi, tenetur eccleſiæ de damno.*
17 *Res eccleſiæ, vel principaliter, vel ſecundario ad Papam ſpectantes, omnes præſcribuntur.*
18 *Spolia ſunt de pertinentibus ad Papam principaliter, non ſecundario.*
19 *Verbum ſpectare importat principaliter.*
20 *Eccleſia inferior, præſcribit contra Papam.*
21 *Res fiſci, tam vacantes, quam denuntiatæ præſcribuntur.*
22 *Illa quæ ſunt pro vſu publico; nunquam præſcribuntur.*
23 *Præſcribuntur etiam patrimonialia Cæſaris.*
24 *Etiam dos eccleſiæ poteſt præſcribi.*
25 *Spiritualibus annexa præſcribuntur.*
26 *Rei eccleſiæ poſſeſſio nunquam vacat, nec etiam per mortem prælati.*
27 *Chriſtus, & eccleſia ſemper poſſidet res eccleſiæ.*
28 *Relictum Eccleſiæ, Deo relictum cenſetur.*
29 *Oblata eccleſiæ, Deo ſunt oblata.*
30 *Parietes eccleſiæ, mortuo prælato poſſident vendicant &c.*
31 *Dominis non currit præſcriptio.*
32 *Vnius rei poſſeſſio, penes duos inſolidum eſſe non poteſt.*
33 *Tempus non eſt modus perdendæ poſſeſſionis.*
34 *Verbum pertinere, & ſpectare eſt vnius ſignificati.*
35 *Verbum pertinere, importat dominium, & poſſeſſionem.*
36 *Item in libello poſitum importat petitorium, & poſſeſſorium.*
37 *Probibitum alienari, eſt prohibitum vſucapi.*
38 *Verbum alienationis, continet vſucapionem.*
39 *Detentores ſpoliorum, ſunt excommunicati.*
40 *In illis in quibus tractatur de animæ periculo, non currit præſcriptio.*
41 *Semel Deo dicatum, non reuertitur, ad vſus prophanos.*
42 *Ignoranti, & abſenti non currit præſcriptio.*
43 *Ignorantiæ eſt ſubueniendum.*
44 *Nulla antiqua poſſeſſio iuuat mala fide poſſidentem.*
45 *In inuaſis non currit præſcriptio.*
46 *Quæ actiones competant contra inuentã spolia.*
47 *Quod non eſt ex fide, peccatum eſt.*
48 *Quomodo intelligatur bona fides.*
49 *Bona fides ſemper præſumitur.*
50 *Semper præſumitur ignorantia; niſi probetur ſcientia.*
51 *Res eccleſiæ non poſſunt præſcribi ſine titulo, & bona fide.*
52 *Succeſſor vniuerſalis non præſcribit mala fide ſui auctoris.*
53 *Perſona hæredis cenſetur vna cum perſona defuncti.*
54 *Spolia bene poſſunt præſcribi.*
55 *Requiritur centenaria in rebus vicariorum, rem eccleſiæ.*
56 *In illis, quæ poſſunt poſſideri iure communi, ſufficit ſola bona fides ſine titulo.*
57 *Laicus percipiens decimas, ſi ſpoliatur à rectore eccleſiæ, non intentat ſpolium.*
58 *Res eccleſiæ poſſunt alienari cum ſolemnitatibus.*
59 *Spolia præſcribuntur centenaria præſcriptione.*
60 *Verbum pertinet importat principaliter.*
61 *In ſpectantibus ad Papam principaliter, currit centenaria.*
62 *Eccleſia ſuccedens in re priuati, vtitur ſuo, non priuati priuilegio.*
63 *Tempus finitum, importat canonem latæ.*
64 *Quæ eccleſiæ gaudeant hodie centenaria.*
65 *Quomodo probetur centenaria.*
66 *Fiſcus eſt vbique præſens.*

De

De exceptione præſcriptionis.

QVAESTIO XIV.

ET ſi cum bona fide, ac iuſto titulo, per
tempus à iure ſtatutum ſint poſſeſſæ
res ſpoliorum ab aliquo, interuenientibus
alijs cõcomitantijs à iure expreſſis, adeo
quod incurrerit præſcriptio, eo caſu debi-
torem tempore liberatum eſſe puto, tali-
ter, quod ſi Camera, aut eccleſia contra
eum pro ſpolijs agat, quod ſit præſcriptio-
ne tutus, & contra actionem intentatam,
poſſit, per eum opponi de exceptione
præſcriptionis, per quam tollitur obliga-
tio ciuilis, & illiditur naturalis, quæ tolli
1 non poteſt tempore, *l. ſi. §. 1.* & ibi *glo. in*
verbo conditio, ff. rem rat. haberi vbi *gl. &*
Bar. quod tutus præſcriptione triginta ã-
norum, ſi ſoluat repetere poteſt *arg. l. ſi*
pupillus, de adminiſt. tut. vbi dicit, quod
præſcribens eſt ſimilis ſoluenti, & licet
2 liberatus tempore, adhuc remaneat obli-
gatus naturaliter, quia tempore non tol-
litur naturalis obligatio, quia tempus ſo-
lum, cum non ſit cauſa entis, non poteſt
eſſe cauſa priuationis, tamen tollitur om-
3 nis eius effectus, vt ibi, per eundem *Bar.*
& per *Bal. in auth. ad hæc, verſ. Item dubi-*
tatur, C. de vſur. per *Abb. in c. ad aures, de*
præſcrip. verſ. not. vlt. vbi per *Fel.* pul-
chre, imo præſcriptio etiam cum mala
fide, acquirit præſcribenti iſtam exceptio-
nem, licet non dominium, videtur dicere
tex. in l. quis emptionis. § quid ſi quis, in
ſi. C. de præſcr. 30. vel 40. an & præſcriptio
operatur vti decretum, & habet vim de-
4 creti in illis, quæ non poſſunt alienari, ni-
ſi ſub certa forma, puta cum decreto, *l.*
poſt mortem, ff. de adopt. & l. 1. C. qui ad-
mitti idem per *Bar. in l. fin. C. in quibus*
cauſis in integ. reſt. non eſt neceſſ. col. fin.
ibi quod res minoris, non eſt prohibita
ſimpliciter alienatio, ſed eſt permiſſa cum
decreto, merito præſcribi poteſt, &c. vide-
tur dicere *tex. in l. cum de rem verſo. ff. de*
vſur. ſecundum *Barba. in additio. ad Bal.*
in l. prima. C. de ſeruis fugit. vbi dicit, idem
in conſuetudine, tantoque magis videtur
poſſe excipi de iſta exceptione præſcrip-
tionis, quia præſcriptio, eſt ſimilis ſolu-
tioni, & qui præſcripſit, videtur ſoluiſſe,
per verba *Bal. in l. tam mandatori. C. de*
non nume. pecun. colum. tertia. ibi item
dubitatur, an præſcriptio rei proſit fide-
iuſſori, & videtur quod ſic, quia præſcrip-
tionis exceptio eſt rei cohærens, ergo
tranſit ad fideiuſſores, & quod ſit rei co-
6 hærens, patet quia eſt ſimilis ſolutioni. *l.*
ſi pupilli. ff. de adminiſtratione tutorum
& præſcriptio, & abſolutio procedunt à
pari, vnde qui præſcripſit, videtur ſatisfe-
ciſſe, & debitam ſatisfactionem impen-
diſſe, per *tex. in l. ſed ſi vnus §. ſi autem. in*
fin. ff. de iniur. & quod alias eſſet ipſo iu-
re irritum, & non validum, per præſcrip-
tionem firmatur, per *Bal. in l. prima C. ne*
de ſtat. defun. &c. imo exceptio præſcrip-
tionis, non poteſt per partes pacto renũ-
7 ciari, quia vſucapio, & præſcriptio ſunt
inductæ in fauorem publicum, ne domi-
nia ſint incerta, per *Bar. in l. nemo poteſt.*
de leg. primo, Abb. in rub. extra de præ-
ſcript. ergo de neceſſitate exceptio præ-
8 ſcriptionis debet admitti, quia finem liti-
bus imponit, & punit negligentes, prout
per eundem *Abb. ibidem* dicitur in diffi-
nitione præſcriptionis.

Sed an ſpolia præſcribantur, vel præſcribi
poſſint, videamus, pro quo videtur eſſe
reſpondendum affirmatiue, quia conſide-
rato verbo ſpolia quod importet bona ac
quiſita de fructibus eccleſiæ, aut occaſio-
9 ne eccleſiæ relicta per clericum, vel fructi-
bus eccleſiæ, vel bona acquiſita ex nego-
ciationibus, & illicitis factis, per clericũ
ſua vita durante, prout dicimus ſupra in
prima q. vbi de diffinitione ſpoliorum di-
cimus, ſpolia omnino videntur eſſe bona
temporalia eccleſiæ, vel eccleſiæ debita,
in quibus ſi ſint mobilia non ſacra, præ-
ſcriptio currit trium annorum, *glo. in. §.*
res fiſci. verſ. non poteſt. inſtit. de vſucapio.
& long. temp. præſcri. Abb. in capit. pla-
cuit. de præſcriptio. & etiam triennio. vſu-
capitur res Romanæ eccleſiæ, per *Ang. in*
authen. vt eccleſia Romana, in principio.
Abb. in capitulo 1. de reſtit. in integ. tertia
col. ſi immobilia corporalia, veluti fundus,
ager domus, aut incorporalia, veluti ſunt
iura, actiones, & huiuſmodi, ſpatio anno-
rum quadraginta præſcribuntur, per *tex.*
in authen. de eccle. tit. §. pro temporalibus
autem, text. gloſſ. & Abb. in c. de quar-
ta de præſcriptio. extra glo. in d. § res fiſci,
quia tanto tempore bona immobilia iura,
& actiones præſcribuntur, niſi tamen cõ-
tra Romanam eccleſiam, contra quam
11 non præſcribitur, niſi ſpatio centum an-
norum *l. ſi. & authen. quas actiones. C. de*
ſac. ſanc. eccle. per glo. in l. vniuerſus; C. ne
rei dom. vel templo. Item, per *Dynum in*
reg. poſſeſſor. de reg. iur. verſ. in præſcript.
autem. vſque ad ver. Item nunquid. vbi di-
cit,

cit, quod in præſcriptione quadraginta
annorum in rebus eccleſiæ, requiritur ti-
tulus,& bona fides, aut ſaltim bona fides
ſecũdũ diſtinctionẽ: quã ipſe dicit ratio-
nabilẽ de iure nouiſſimo, in illis rebus ec-
cleſiaſticis, quę de iure communi poſſunt
poſſideri, nec præsũptio eſt cõtra poſſeſ-
ſores, in quibus ſufficit bonã fidẽ habere,
ſed in his rebus eccleſiaſticis; quæ de iure
cõmuni nequeunt poſſideri, vel cõtra poſ
ſeſſorem eſt pręſumptio, non ſufficit bona
fides, ſed eſt neceſſarium etiam habere vl-
tra bonam fidem titulum, qui poſſeſſori
cauſam tribuat præſcribendi, niſi tanti
temporis allegatur præſcriptio, cuius cõ-
trarij memoria non exiſtat, vt ibidẽ, per
eũdem *Dynum*, idem habetur ad literam
in *tex. in capit. primo*, *& ibi gloſſ. de præ-
ſcrip. in sexto, bona glo. in capit. cum eccle-
ſia sutrina. de caus. poſſ. extra in glo. ante-
pen.* pro quo vide, quæ dicit *Abb. in capit.
illud. extra. de præscrip. col secunda. vers.
ad cuius.* vbi dicit, quod ad ſubſtantiam
præſcriptionis, quandoque requiruntur
12 tria, quandoque duo, quandoque vnum
dumtaxat; ſecũdum naturam præſcriptio-
nis tria requiruntur, quando præſcriptio
eſt talis, quæ deſiderat titulum bonam fi-
dem, & poſſeſſionem, vt in præſcriptione
contra ius commune, vt *cap. 1. co. lib. 6.*
vel in pręſcriptione decem, vel viginti an-
norum, contra prælatum; duo requirun-
tur, vbi non eſt titulus neceſſarius, vt re-
gulariter cõtingit in præſcrip. 40. annorũ
iure communi non refragante, vt *d. cap.
illud*; *& capitulo de quarta*. ſcilicet
poſſeſſio, & bona fides; vnũ requiritur in
præſcriptione, inducta in odium negligẽ-
tis, vt in actionibus præſcribendis, ſcili-
cet curſus temporis, vt *leg. ſi quis em-
ptionis. C. de præscriptio. 30. ann* ſubdens
ibidem, quod vbi alterum de requiſi-
tis perit, naturaliter præſcriptio inter-
rumpitur, quia deficiente altero ſubſtan
tialiter requiſito ad confectionem actus,
naturaliter deficit actus, *capit ſi. de cond.
appos & capitulo cum super abbatiam. de
offic. deleg.*

Per quę videtur, quod res eccleſiæ, & ad ec-
cleſiam pertinentes, vel ſint mobiles, vel
immobiles, vel incorporales poſſunt præ-
ſcriptione, vel vſucapione emitti, vel ac-
quiri reſpectiue, per quemlibet, & appel-
latione iſtorum bonorum, veniunt omnia
bona, quæ ſunt in mundo *l. bonorum, ff. de
verb. ſignif.* vnde etiam, & ſpolia, quia ſpo-
lia, vel ſunt bona mobilia, ſe mouentia,
vel immobilia, vel iura, vel actiones de

fructibus eccleſiæ, vel occaſione eccleſiæ,
vel de illicitis negociationibus proue-
nientia, vel fructus ipſius eccleſiæ perce-
pti, vel percipiendi; vt dicimus in prima
q. & ſunt inſertæ bullæ extrauagantes, à
Pontificibus Roman. factæ in materia
ſpoliorum in fine, vnde ſpolia, vel conſi-
deres ea quatenus fructus, vel quatenus
de fructibus acquiſita, vel ſint ab illicitis
negociationibus deſcendentia, ſunt res
14 temporales, non ſacræ, nec rei ſacræ ali-
quam adhærentiam habentes; imo res
prophanæ, & in mera temporalitate con-
ſiſtentes, contractabiles, per cuiuſuis no-
minis contractum, per *tex. in capitul. ſin.
ne prælati uices ſuas.* vbi fructus benefi-
ciorum, & eccleſiarum precio venduntur
ad ſeptennium, *clem. 1. §. fin. & ibi gloſſ.
in uerb. ut tempus. de reb. eccleſiæ non alie-
nan. per Feder. de Sen. conſ. 123. incip. quæ-
ritur an conſtitutio.* Item fructus eccle-
ſiaſtici, nedum venduntur pretio ad ſep-
tennium, vt in *d. cap. fin.* ſed. & pro toto tẽ-
pore vitæ beneficiati venduntur, etiam
abſque ſimonia; per *Præpoſit. in capit. ſed
adbuc. quæſtion. 1.* & nedum fructus per-
cepti, & in aliquam acquiſitionem con-
uerſi, qualia ſunt ſpolia acquiſita de fru-
ctibus, ſed etiam fructus percipiendi, id
quod videtur plus in caſu noſtro, vt per
Præpoſitum d. loco. dicit enim quod perci-
piendos fructus etiam ex præbenda, &
beneficio emere licet, quia non ſunt ſa-
cris adiuncti officijs, cum etiam à laicis
haberi poſſint, quia fructus beneficij, aut
eccleſiæ non ſunt, nec poſſunt dici ſpiri-
tualitati annexi, vt per *Archid. in capitulo
adbuc. prima q. prima* vnde ſi fructus emi,
15 vel contractari poſſunt, ergo multo magis
ſpolia de fructibus acquiſita, & à fructi-
bus prouenientia, quia ſunt temporalia,
& emere, vel contractare temporalia, non
eſt de genere prohibitorum; vt de ſe pa-
tet ſecundum *Hyeron. Gig.* qui ita refert
in ſuo *tracta. de penſio. q 87. per totum*, fa-
cit quod dicit *Bar. in leg. Paulus ff. de ac-
quir. bæred. in ſi. verb.* quod ſi res eccleſię
tranſeunt ad priuatum, perdunt priuile-
gium, & efficiuntur vſucapibiles.

Facit quia, ſi Rector eccleſiæ ob negligentiã
ſuam patiatur res eccleſiaſticas pręſcribi,
16 tenetur de ſuo proprio patrimonio ſatiſ-
facere eccleſiæ, per *glo. in cap. placuit. el
ſecondo 16. q. 3. in ver. pertineant*, per *Ab-
bat. in cap. ex præſentium. de pignor. uer.
not. 3.* ibi nam, per iſtum tex. dicit, quod
hæres ſuus poteſt compelli ad ſatisfa-
ctionem faciendam, per *Abb. in ca. audi-
tis,*

*tis.de præſumptio.col.10.num.*34.ibi taci-
turnitas Prælati nocet eccleſiæ in præ-
ſcribendo,tenetur tamen Prælatus de ſuo
ſatisfacere eccleſiæ,in quo læſit eccleſiã,
permittendo præſcriptionem contra eam
currere,&c.& quod ſpolia poſſint pręſcri
bi,videtur eſſe ex eo ſolum manifeſtum;
quia ſpolia ſpectant ad cámeram apoſto-
licam Papæ,& ad Papam ipſum principa
liter,per *extrauag. de quibus in 1. quæſt. & in ſecunda.* quæ inſeruntur in fine prę
ſentis tractatus, & illa quæ ſpectant ad
Papam principaliter,vel ſecundario om-
nia præſcribuntur, & præſcribi poſſunt,
17 per ea,quę dicit *Abb.in cap.audientiam. extra de præſcriptio.in 3.colum.verſ.quæ-
ro,quare.*vbi diſtinguit *Abb.*inter illa,quę
ſpectant principaliter,& illa quæ ſpectãt
ſecundario, illa enim, quę principaliter
ſpectant, inquit requirunt centenariam
præſcriptionem,quæ verò ſecundario lx.
an.tantum præſcribuntur,vt ibi per eum;
& quod ſpolia ſint de pertinentibus ad
Papam principaliter,non ſecundario, id
ex eo apparet, quia in bullis, vel in con-
ſtitutionibus æditis in materia ſpoliorũ,
dum Papa declarat,quod ſpolia ad ſe ſpe-
18 ctant,vel ad eius Cameram Apoſtolicã,
vtitur verbo ſpectare,pertinere, ſpectaſſe,
vel pertinuiſſe, vt eſt videre in *Bulla
Pauli Tertij in principio.*quæ eſt inſerta,
quod verbum de ſui natura importat prin
cipaliter,non ſecundario. *l. non ſolum. §. quæritur.ff.de procur. l. qui libertis.§.hæc
verba. C. de vulgar. & pupill. per Bal.
lege licet. C. de pactibus*, vbi dicit,
quod verbum pertinet, eſt verbum dire-
ctum.

Item facit,quia in rebus incorporatis eccle-
ſię Romanę, qualia ſunt ſpolia, currit
pręſcriptio centum annorum, in delatis
vero rebus, currit tantum quadraginta
annorum,in rebus vero aliarum eccleſia-
rum, vel ſint incorporatę ſpatio quadra-
19 ginta annorum pręſcribuntur, per *Abb.
in cap. cum nobis 3.col.ver.& ex poſpone.
de præſcriptio.* vbi dicit pone vnum ſin-
gulare dictum,quod licet in iuribus prin-
cipis, ſeu fiſci fiat diſtinctio in caſu præ-
ſcriptionis, in bona fiſco incorporata,&
bona delata,nondum incorporata, tamen
reſpectu eccleſię non videtur differentia
fienda,ſed ſemper vniformis eſt pręſcri-
ptio,requirit enim tempus quadraginta
annorum, vt probatur in *d. cap. ſecundo.*
quatenus loquatur eccleſijs citra Roma-
nam eccleſiam,ſed in eccleſia Romana
eſt differentia ſaltim, quoad illum caſum,
quia in incorporatis requiritur curſus
centum annorum, in delatis vero ſufficit
tempus quadraginta annorum, ſicut in
alijs eccleſijs.

Item facit,quia eccleſia inferior poteſt pręſ-
ſcribere bona,& iura ad Papam ſpectan-
20 tia not. *Abb. per illum tex. in capit. ſi di-
ligenti,de præſcriptio.3.col.verſ.ex prædi-
ctis;& columna ſecunda*, ibidem, quod
contra Romanam eccleſiam poteſt pręſ-
ſcribi de rebus, de ciuitatibus, & re-
gnis, ad eam pleno iure pertinentibus,
ſed requiritur pręſcriptio non minor cen-
tenaria.

Facit quia res fiſci,tam vacantes,quam ini-
tiatę,ſeu denunciatę, & incorporatę pręſ-
ſcribuntur,*inſt.de vſucap.§.res fiſci*,quia
ſi ſint bona vacantia, pręſcribuntur vi-
21 ginti annorum ante denunciationem fi-
ſco factam,ſed poſt quadriennio,*glo.in
l.penult.C. communia de vſucap.* vbi dicit
quod res fiſci vacantes,vſucapiuntur om-
ni titulo iure communi,& ſine titulo tunc
xx.annorum computandis à tempore,
quo cæperunt bona eſſe vacantia, ſi vero
vellet computare ab eo tempore,quo fuit
initiatum, tunc ſufficit quadriennium.
*idem glo.in l.prima. C. de quadrien. præ-
ſcrip.*ſed melius per *Bal.*ibi,vbi dicit,quod
illa,quę ſunt in vſu publico,nunquam pręſ-
22 ſcribuntur.*l.viam publicam.ff.de via pu-
blic.*alia vero, ſi ſunt incorporata in fiſ-
cum,non vſucapiuntur,niſi an.quadragin-
ta *l. omnes. de præſcrip. 30. anno.* ſi vero
non ſunt incorporata, titulo & bona fide
vſucapiuntur, quia mobiles triennio, im-
mobiles longo tempore. x. ann. &c. per
*Bal. in l. iam pridem. C. communia
de vſucap.* vbi dicit etiam, quod res
cæſaris præſcribuntur, & quo ad illo-
rum præſcriptionem, hodie requiritur
ſpatium centum annorum.

Item pręſcribuntur patrimonialia cęſaris
vel principis. *l. prima. C. ne rei dom.
23 vel templo. Baldus in d. l.iam pridem
C. communia de vſucap.*

Item præſcribuntur res ciuitatum, vel
caſtri. *leg. final. C. de ſacroſanct. ec-
cleſia. gloſſa. in dicto §. res fiſci.* quia
dicit *gloſſa*, quam ſequitur *Abbas* ibi
*in capitulo cum nobis extra de præ-
ſcriptione*, quod contra eccleſiam Ro-
manam reſpectu prælationis, & ſu-
premæ poteſtatis non currit pręſcri-
ptio, ſed in rebus, & poſſeſſioni-
bus, & in iuribus, eccleſię ipſius
bene currit, *Abbas prima columna*.
ibi.

Digitized by Google

Facit argumen. à maiori ad minus; quia cō-
tra eccleſiam præſcribuntur etiam iura
ſpiritualia. *c. ad aures. extra. de præſcripti.*
vbi *Abb.* primo nota. quod iura ſpiritua-
lia ſunt præſcriptibilia &c. & ibidem *Fe-*
lyn. in principio, vbi dicit, quod etiam dos
24 eccleſiæ poteſt præſcribi, vt per *Bal. No-*
uellum, quem allegat *in tractatu de dotis*
25 *primo fol.* Item, & ſpiritualibus annexa
præſcribuntur, veluti eſt ius patronatus,
quod eſt ſpirituali annexum præſcribitur,
venditur, donatur, ad hæredes tranſmitti-
tur, per *Fel in cap. quanto. de iud.* propter
quod multo magis videtur dicendũ, quod
præſcribi poſſunt ſpolia, quæ ſunt tempo-
ralia, nec ſunt de genere prohibitorum
præſcribi, per *Gigantem quæſt. 87. per to-*
tum in tract. de penſio. argumento à maio-
ri ad minus, quod in iure eſt validum. *glo.*
in clem. prima. in verb. profecto. de reli-
quijs. & vene. ſanct. authen. multo magis.
C. de ſac. ſan. eccleſ.

In contrarium multa faciunt, per quæ vide-
tur, quod ſpolia cum ſint res eccleſiæ, &
templorum dicimus ſupra in quæſt 1. ad
longum, non poſſint alia vſucapione, aut
ſpatio temporis præſcribi; quia id vide-
tur prohibere titulus, qui videtur in ma-
teriam factus. *C. ne rei dominicæ*, vel tem-
plorum vendicatio, temporis exceptione
ſubmoueatur; per quam inſcriptionem
res eccleſiaſticę videntur eſſe tutæ, & de-
fenſæ à cuiuslibet temporis curriculo, &
voracitate, ſemper enim videntur, & à
quocunque detentore poſſe vendicari,
temporis lapſu non obſtante. Item facit
in contrarium vnum, quod vrgere vide-
tur; quia ſpolia, quatenus bona acquiſita
de fructibus eccleſiæ, vel eccleſiæ occaſio
ne relicta per clericum defunctum, de ſu-
pra in diffinitione ſpoliorum in prima q.
ſunt, & poſſunt dici res eccleſiæ; quarum
26 poſſeſſio nunquam dicitur vacare, nec
etiam per mortem Prælati; quia vniuer-
ſalis eccleſia, vel melius Chriſtus habet
illarum dominium, & poſſeſſionem, &
ſemper Chriſtus, & eccleſias illas poſſi-
det; per *Bar. in l. ſicut. §. fi. ff. quod cuiuſq.*
27 *vniuer.* per eundem in *l. prima. § munici-*
pes. ff. de acquiren. poſſeſ. vbi *Paul. de*
Caſt. dicit: *Quod quicquid relinquitur ec-*
cleſiæ, Deo relictum cenſetur. in authen. de
28 *eccleſ. tit. §. ſi quis innominatus. colla. 9.*
late per *Abba. in repet. c. cum eſſes de teſt.*
& licet Rector eccleſiæ mortuus ſit, poſ-
ſeſſio tamen non perditur, ſed remanet
apud eccleſiam, ideſt apud Deum, & apo-
ſtilla ad eundem Paulum ibidem dicit,
quod *Rota* voluit in *deciſion.* ibidem ad-
ductis; quod Prælatus confirmatus, qui
nondum eſt adeptus poſſeſſionem ſuę di-
gnitatis, poteſt agere interdicto vnde vi;
quia licet vacet dignitas, non vacat poſ-
ſeſſio bonorum eccleſiæ, & eccleſia eſt in
anima viuentis, quod ſecus eſt in hæredi-
tate iacenti, de quo per *Oldradum conſil.*
172. vt per dictam apoſtillam; quia dicit
Innoc. quem dicti doctores adducunt in
cap. cum ſuper. de cauſa poſſeſ. & propriet.
prope finem; quod non prælatus, ſed eccle
ſia, & Chriſtus dominium, & poſſeſſionē
rerum eccleſiæ habet, vnde quæcunque
homines offerunt eccleſijs, dicuntur eſſe
oblata Deo, & aliquando inueniantur
29 hęc bona Deo oblata eſſe Epiſcoporum,
vel Prælatorum, vel Capitulorum, dic, in-
quit, eſſe eorum quoad gubernationem;
propter quod dicimus, quod quantumcũ-
que moriatur Prælatus, & omnes clerici,
tamen proprietas & poſſeſſio remanet
penes Chriſtum, qui viuit in ęternum, vel
penes vniuerſalem, vel ſingularem eccle-
ſiam, quę nunquam moritur, nec eſt vn-
quam nulla, & etiam ſi ſpolietur eccleſia
aliquibus rebus, antequam earum poſſeſ-
ſio obtineatur, veluti poſſet dici, quando
hæredes Prçlati, vel alij mortuo Prçlato
immiſcent ſeſe in ſpolija, ac bonis illius
de beneficijs acquiſitis; in quorum poſ-
ſeſſione eſt eccleſia, vel Chriſtus, vti erat
Prçlatus ante, ita hodie Camera, quę lo-
cum Prçlati obtinet, habet interdictum
vnde vi, ſicut tutor nomine pupilli, vel
quilibet adminiſtrator nomine eccleſię,
per iura per eundem *Innocen.* ibidem ad-
ducta.

Immo parietes ipſius eccleſiæ, vel ipſa ec-
cleſia parietibus circumdata, & conſecra-
30 ta, & hodie Camera Apoſtolica in ſpo-
lijs loco eccleſiæ, vel Prçlati ſuffecta, &
ſubrogata videtur ius habere, & poſſide-
re, & vendicare etiam mortuo Prçlato,
vel collegio ſecundum opinionem *Moyſis*
Archiepiſc. quem refert *glo. in fin. in d. l. ſi-*
cut. ff. quod cuiuſque vniuerſitatis nomi-
ne.

Facit id, quod habetur per eundem *Innoc.*
in cap. ex parte. de arbitr. prima col. & per
eundem *capit. in præſentia. ex. de proba-*
tio. vbi dicit, quod licet præbendæ ius
vacet, res tamen, & iura pertinentia
ad præbendam non vacant, imo poſſiden-
tur ab eccleſia, etiam dum viuit pręben-
darius, quia poſſidet illa nomine eccle-
ſiæ, ut nota. in *capitulo. ex litteris. de*
probatio. circa finem. facit *Bald. in mar-*

gari-

garita. iu ver. mortuo idem Bal. iu l. minus. ff. de hæredibus inſtit. ſequitur *Abb. d. capit. cum eſſ.ſ. verſic. quarto principaliter. de teſtam.* idem *Abb. in capitul. cum ſuper. de cau. poſſ. & proprie. quarta col.* quia dominis nõ currit præſcriptio, *tex. cum gloſs. in leg. male agitur. C. de*
31 *præſcription. 30. anno in gloſſ.* ibi eſt autem ratio prędictorum, quare non pręſcribitur à dominis, quia ipſi habent poſſeſſionem, & poſſidenti non currit pręſcriptio, per *Abb. in c. vigilanti. prima col.* ibi addo tamen ad prędicta notabile dictum extra de præſcriptio.

Vnde ſi poſſeſſio rerum eccleſiæ, & ſpoliorum, vt vides per mortem clerici, vel prælati non vacat, quia ſemper eſt penes Chriſtum, penes eccleſiam, penes parietes eccleſiæ, & hodie penes Cameram, non poſſunt ab aliquo præſcribi, quia non poſſunt ab aliquo poſſideri, quia vnius rei poſſeſſio, nec ciuilis, nec naturalis penes duos inſolidum eſ-
32 ſe poteſt. *l. 3. §. ex contrario ff. de acquir. poſseſs. Dynus in reg. ſine poſseſſione. de reg. iur. ver. præterea autem, & in fi.* vbi pulchre. *l. ſi vt certo. §. ſi duobus. ff. commoda cum glo. ibi in ver. dominiũ. Spec. in tit. de reſti. ſpoliat. §. primo. verſ. item circa*, & quia tempus non eſt modus perdendæ poſſeſſionis, *l. ſi mulieri. ff quibus mo. vſufruct.*
33

Vnde, nec præſcribi poſsũt, quia ſine poſſeſſione non procedit præſcriptio, *cap. ſine de reg. iur. in 6.* quia poſſeſſio eſt ſubſtantia præſcriptionis, qua deficiente deficit actus præſcriptioni, per *Abb. capitul. illud ſecunda colum verſic. ad cuius declarationem in fin. ex. de præſcriptio.*

Item quia, quando Papa declarat, bona relicta per clericum, acquiſita de beneficijs, eſſe ſpolia, & eſſe, ac fuiſſe Cameræ apoſtolicæ, vtitur modo verbo ſpectaſſe, ſpectare, modo pertinuiſſe, vel pertinere, vt videre eſt in *bulla Pauli tertij ædita ſuper ſpolijs ann.* 1541. *nonis Ianuarij* ibi ſpectaſſe, & ſpectare, illaque tanquam ad ipſam cameram ſpectantia, &c. & in *breui Pij 4. ſub Dat. Romæ die tertia Iulij.* 1560. ibi ad camerã apoſtolicam ſpectare, & pertinere, decreuit, & declarauit, & paulo poſt, ibidem, ad ipsã camerã pertinẽtiũ, & in *bulla eiuſdem Pij quarti ædita anno* 1560. *nonis Februarij, quæ incipit bulla confirmationis, & innouationis priuilegiorũ &c.* ibi ad eandem Cameram, & non alios ſpectaſſe, & ſpectare, ac ſub nomine ſpoliorum venire, illaque temquam ſpolia ad eandem Camera pertinentia, &c. quæ bullæ ſunt in fine huius laboris inſertæ, item in *bulla eiuſdem Pij quarti ædita ſuper declaratione ſpoliorum anno* 1563 *nonis Nouembris*, quæ eſt inſerta in ſecunda quæſt. quæ verba pertinere, & ſpectare vnius, & eiuſdem ſignificati, & promiſcue
34 vnum pro altero ponitur, vt videre eſt in bullis, & affirmat *Marius Nizola locutionum latinarum Ciceronis magnus enucleator, in ſuo repertorio in verbo ſpecto*; vbi declarando ſignificatum verbi ſpectat exponit ideſt pertinet, attingit, &c. quibus verbis vtendo Papa, denotat, & intendit, quod ſpolia ſpectent, & pertineant ad Cameram Apoſtolicam pleno iure, tam quoad proprietatem, & dominium, & quam quoad poſſeſſionem, quod camera in illis habeat dominium, & poſſeſſionem; quia id videtur importare verbum pertinere, de ſui natura, quod latiſſimum eſt, & importat, tam illa, quæ ſunt noſtri dominij, quam illa, quæ alio, aliquo iure poſſidemus, *l. uerbum pertinere. ff. de uer. ſig.* per *Innocen. in capitulo cum eccleſia Sutrina. de cauſ. poſſeſ. & propriet.* vbi dicit, quod per verbum pertinere, poſitum in commiſſione, vel in libello, cenſetur, & intelligitur deductum omne ius in iudicio tam quoad proprietatem, quam quoad poſſeſſionem, quam etiam alias quouis modo parti competens, & intentatum in iudicium tam quoad petitorium, quam quoad poſſeſſorium, per *tex. in l. ſi quis intentione ambigua. ff. de iudic.* & ibi *glo.* per *Abb. in c. primo. de ſequeſt. poſſ. & fruct. tertia column. verſiculo ſed circa.* idem *Abb. ca. cum contingat ex. de decim. t. not.* ſequitur *Alex. in conſil* 42. 4. *vol.* vbi dicit, quod tale verbum poſitum in libello, importet petitorium, & poſſeſſorium ſecun-
36 dum *Feder. de Senis. conſil.* 283. *incipien. conſilium latum. in glo. & Abb. in capitulo inter dilectos. de fide inſtrum. Rota. deciſio.* 396. *in nouis. incipien. ſi committatur cauſa.* vbi propter verbum pertinere poſitum in commiſſione, inclinat Rota, quod intelligatur commiſſa cauſa, tam quoad proprietatem, quam quoad poſſeſsionem, & tam in poſſeſſorio, quam in petitorio, vnde ſi ſpolia ſpectant ad Cameram, tam quoad dominium, quam quoad poſſeſſionem, & ſi dominium, & poſſeſsio eſt Cameræ Apoſtolicæ, non videtur quod in illis procedat præſcriptio, quia præſcribens non habet in illis dominium,

Cc 2 titu-

titulum,vel poſſeſſionem,quæ ſunt penes
alium,vnde penes eum eſſe non poſſunt ,
quia dominium , & poſſeſſio inſolidum
non eſt reperiri penes plures , ſed penes
vnum tantum *l ſi vt certo,§.ſi duobus* , &
ibi *gl.in verb.dominium.ff. commoda* , &
quod noſtrum eſt ad alios ſiue facto no-
ſtro transferri non poteſt, *l.id quod no-
ſtrum de reg.iur.*

Item poteſt dici alia ratione, & alio funda-
mento,quod ſpolia non poſſunt per quē-
quam præſcribi , quia negari noo poteſt ,
quin ſpolia, quatenus à fructibus benefi-
ciorum, non ab illicitis negociationibus
prouenientia,non ſint bona eccleſiaſtica
de fructibus eccleſiæ,vel occaſione eccle-
ſiæ acquiſita,quæ debent eccleſiæ, vel in
ea ſucceſſoribus reſeruari,*cap.præſenti.de
off.ordin.in ſexto.* quæ nullo modo poſſunt
alienari,vel ſunt alienari prohibita 12. *q.
2.ſine exceptione*,& *tota illa cau. & q. &
toto tit.de rebus eccleſiæ non alien. ac d. c.
præſenti.*& res prohibita alienari,eſt pro-
hibita vſucapi,& præſcribi.not.*gl. in leg.
vbi lex:de vſucap.tex.in l.alienationis ver-
37 bum.de verb.ſignific.* ſibi dicitur, quod
alienationis verbum continet vſuca. me-
38 rito ſpolia non vſucapiuntur,aut præſcri-
buntur,quia qui contra iura mercatur,bo-
nam fidem præſumit non habere,*capitul.
qui contra de reg.iur.in 6.& l. qui ius. de
reg.iur.*

Item, & alia ratione, quia detentores ſpo-
liorum , vel occupatores ſunt occupato-
res,& detentores rerum Cameræ, & ſe-
dis apoſtolicæ, quia ſpolia ſunt applicata
cameræ,vt per extrauagantes,per Ponti-
fices factas in materia ſpoliorum,& detē-
tores huiuſmodi ſunt excōmunicati etiā
excommunicatione maiori,*c.ſi quis,de re-
39 bus eccleſiæ non alien.c.indignum*,12. *q.*
2.& prout in annuali proceſſu, vel Bulla
in cœna domini nuncupata in ſingulo
anno in hebdomada ſancta coram Papa
legi ſolita,& in *Bulla Pauli 4. contra oc-
cupatores bonorum cameræ apoſtolicæ ſub
Datum Romæ* 1556.*Kal. nouembris anno
ſecundo*, vnde in huiuſmodi tractatur de
periculo animæ, & in illis,in quibus tra-
ctatur de animæ periculo, non currit ali-
40 qua præſcriptio, per *Spec. in tit. de ſent.
§.1.verſ.& not.*merito per aliquem ſpo-
lia præſcribi non poſſunt, quouis tempo-
ris ſpatio interueniente .

Item,& alia ratione,quia ſpolia eccleſiaſti-
ca ſunt de prouentibus bonorum eccle-
ſię,& Deo dicatorum acquiſita, vt de ſe
patet,& ſemel dicata Deo,nec in totum,
nec in partem ad vſus humanos, aut pro-
phanos reuerti poſſunt , reg.ſemel Deo
dicatum.*de reg.iur. in ſexto*.merito, nec
41 etiam per viam prę́ſcriptionis,quia illud
quod vna via,& directo prohibetur, non
debet alia via cenſeri permiſſum , per re-
gulas iuris .

Item Camera apoſtolica : ad quam hodie
ſpectant ſpolia relicta per clericos dece-
dentes,reſpectu clericorum decedentium
in quibuſcunque locis remotis , longin-
quis in qualibet mundi parte,de quorum
obitu nullam habet notitiam, vel habere
poteſt,dicitur ignorās,& abſens,& igno-
ranti,& abſēti,qui habet dominiū, & poſ-
ſeſſionē in re,veluti habet Cam. apoſt. in
ſpolijs,quę ſuccedit hodie loco eccleſię ,
42 prout dicimus ſupra,non currit prę́ſcrip-
tio aliqua,per *tex.in l.male agitur, C de
præſcrip.*30.*anno.& glo.ibi in ver.poſſidē-
tibus*,per *Abb in capit. vigilanti. de præ-
ſcriptio*, ibi addo tamen nobile dictum ,
quod prę́ſcriptio currit contra abſentem,
& ignorantem , niſi abſens,& ignorans
poſſideat ciuiliter,quia ſi poſſidet ciuili-
ter,non currit contra eum prę́ſcriptio.*di-
cta.l.male agitur,&c.glo. eſt notab.in.§.
ſed aliquando inſtit. de vſucap. in verſic.
ſeruum*,imo, & ignorantię, ſi ſit iuſta, &
probabilis , licet non impediat prę́ſcrip-
tionem , regulariter eſt ſubueniendum
43 *argumen. capitul. cum illorum ; de ſent.
excommunicationis,ver.circa.per Abb. d.
loco* .

Merito poteſt dici,quod Cameræ Apoſtoli-
cæ in ſpoliis non currat præſcriptio , ex
quo in illis ſemper retinet dominium, &
poſſeſſionem, & in iſto caſu propter im-
pedimentum ignorantiæ æquiparatur, ac
æquiparari poteſt non valenti agere, cui
non currit præſcriptio.*l.ſed & ſi per Præ-
torem. ff. ex quibus cau.maior.* latè per
*Abb.*vbi diſputat regulam in *cap.ex tran-
ſmiſſa.extra.de præſcriptio.*

Stantibus tot contrarijs in hac materia,quæ
eſt multum difficilis,puto diſtinguendum
eſſe , an videlicet ſpolia poſſideantur ab
aliquo,qui ſciat illa eſſe ſpolia eccleſiaſti-
ca,& ad Cameram Apoſtolicam , vel ec-
cleſiam ſpectare,& pertinere,puta ab hę-
rede clerici defuncti, vel alio eius imme-
diato ſucceſſore,aut ab alio,qui id neſciat,
ſed bona fide accipiat,putans tradentem
dominum eſſe,& qui de mala fide, etiam
ex poſt ſuperueniente redargui non poſ-
ſit.

Et primo caſu puto dicendum, quod ſpolia
non poſſunt vllo, quantumuis longiſſimo
tem-

tempore ab illo vſucapi, vel præſcribi, attento eius animo, & mala fide, cum qua fuit ingreſſus, & cum qua detinet poſſeſſionem rei alienæ, quoniam nulla antiqua dierum poſſeſſio iuuat mala fide poſſidentem, *cap. vigilanti extra. de præſcriptio;* quia mala fides illius, indiſtinctè vitiat præſcriptionem, vbi præſcriptio cauſatur facto poſſidentis, per *Abb. ibidem*
44 *verſ. an autem ſecunda col.* quia dicit *Bal. in l. res creditoris C. de pignor. actio. ſecunda quæſt.* quod præſcriptio impeditur per ſcientiam rei alienæ, quam habet etiam bone fidei poſſeſſor, exemplum dat in creditore poſſidente pignus, qui habet bonã fidem, cum habeat pignus à domino, ideſt à debitore, tamen, quia ſcit pignus alienum, nullo tempore præſcribit ipſe, nec hæres; quia in d. primo caſu, talis hæres ſucceſſor, vel occupator, poteſt dici inuaſor rerum eccleſiæ, & inuaſis non currit
45 præſcriptio, notatur, & ſumatur in *cap. nihil de præſcriptio*, vbi *Abb. verſiculo venio ad gloſſ.* per *tex. in capitulo licet. in regul. 16. quæſt. 3. & 93. diſt. illud gloſ. d. cap. nihil.* & contra talem ſcienter inuadentem ſpolia, & bona ad eccleſiam, vel Cameram ſpectantia, competunt Ca-
46 meræ interdictum vnde vi, actio furti, remedium legis, ſi quis in tantam, & alia, de quibus per *Innocen. in capit. cum in off. de teſta.* quia mala fides, tam à principio, quam poſt ſuperueniens, ſemper impedit pręſcriptionem, *d. cap. vigilanti. cap. ſi diligenti. cap. fin. extra de præſcript.* vbi *glo. in ver. tam canonica.* dicit ſecundũ vnum intellectum ad illum tex. quod omnia iura ciuilia, quæ tractant de præſcriptione triginta, vel quadraginta annorum, quæ procedunt etiam cum mala fide, in odium rei ſuę negligentis, in male fidei poſſeſſoribus non tenent hodie, per illum tex. attenta cauſa peccati; quia, quod non
47 eſt ex fide, peccatum eſt, *d. cap. fin.* & per *glo. d. cap. ſi diligenti extra eo. in verſic. bona fides,* quæ dicit illud generaliter verum eſt, quod ſecundum canones bona fides præſcribentis neceſſaria eſt, ſiue de re ſpirituali, ſiue ciuili; ſubdens ibidem, & fides bona intelligitur, cum accipiens credit tradentem eſſe dominum, vel habere
48 ius diſtrahendi, licet erret in facto. *l. bona fides. ff. de verbor. ſignif.* & hæc bona fides ſemper pręſumitur, niſi probetur cõ-
49 trarium, cum lex dicat pręſumi ignorantiam, niſi probetur ſcientia. *ff. de probatio.* verius, & alias vt ibi per eandem *glo.* nec
50 etiam iſte talis ſucceſſor habet titulum, qui pari modo de iure ciuili in præſcriptione rerum eccleſię requiritur, & eſt neceſſarius; quia non poſſunt pręſcribi res eccleſiæ ſine titulo, & bona fide, etiam in pręſcriptio. 40. an. & etiam de iure cano-
51 nico veteri, vt per *Dyn. in reg. poſſeſſor. de reg. iur.*

Secundo vero caſu, quando accipit bona fide putans tradentem dominum eſſe, & habere ius diſtrahendi: qui rei veritate non fuerit dominus, ſed fuerit in mala fide, ego puto ſubdiſtinguendum eſſe, quod, vel ille eſt ſucceſſor ſingularis, vel vniuerſalis, quia ſi ſuccedit in rem ſingularem vſucapit, & pręſcribit, etiam cum mala fide ſui auctoris, quę ei in nihilo nocet *glo. eſt notab. in § furtiuæ. inſtit. de vſucapio. in ver. competat. per Abb. in capitul. nihil ſecunda colum. de præſcrip.* ibi ſecus in pręſcrip. longiſſimi temporis 30. vel 40. ann. nam illa procedit etiam in inuaſis, & violentis, ſi ſucceſſor ſit ſingularis, & fuit bonę fidei poſſeſſor, & velit à ſe incipere pręſcriptionem, vt not. *glo. d. § furtiuæ quoque res.* pro hoc facit *tex. in l. ſicut. & l. omnes. C. de præſcriptio. 30. annor.* ad quam *gloſſ.* eſt additio in fine, ſed hodie vitium perſonæ, nocet ſingulari ſucceſſori. per *authen. malæ fidei. C. de præſcrip. long. tem.* propter quam additionem, videtur peruerti ſenſus omnium, quæ ſuperius *gl.* dicit: ſed illa authen. loquitur, & intelligitur in pręſcrip. x. vel 20. an. vt *Felin in cap. ſi diligenti. quinta col. in fin. verſ. dum gloſ. bona fides.*

Si vero non ſit ſingularis ſucceſſor, ſed vniuerſalis in omnibus ſpolijs. dicit *Dyn. in reg. poſſeſſor. circ. fin.* quod talis ſucceſſor, ſi habuit bonam fidem præſcribit, non obſtante, quod eius actor, & defunctus malam fidem habuerit, ſi tamen velit a ſeipſo præſcriptionem inchoare de æquitate canonica; ſed imo videtur contrarium verius, quod ſi iſte vniuerſalis ſucceſſor, habuit auctorem male fidei, eius mala fides ei noceat, quia ſucceſſor vniuerſalis non præſcribit de iure ciuili, ſi defunctus habuit mala fidem, etiã
52 ſine violentia. *l. cum hæres. ff. de diuerſ. & tempo. præſcrip.* quia cenſetur eadem perſona cum defuncto, vt *authen. de iureiur. à mori. præſtan.* per ea quæ dicit *Abb. in capitulo nihil de præſcrip. tertia colum.* vbi reſpondendo ad iura adducta per *Dyn.* reprobat talem illius opinionem, & tenet indiſtinctè, quod hæres vniuerſalis, non poteſt præſcribere cum mala fide ſui authoris defuncti, quia hæres,

cum

cum ius ſuum cauſat a defuncto, cenſetur
53 eadem perſona cum defuncto idem *Abb. in d. capitulo ſi diligenti.* & ibi *Felin. colum. 5. verſ. contra opinionem famoſam, Dyn.* vbi recitat, qui teneant opinionem, Dyni, & qui teneant opinionem contrariam Dyno, affirmat tamen, quod opinio contraria eſt magis communis, vt ibi per totam vnam col. vbi dicit ſaluando, & declarando Dynum, quod oportet quod mala fides fuerit authoris immediati, nõ autem mediati, ſecundum *Alex. in l pomponius ff. de acqui. poſſeſſ.* Item quod opinio Dyni habet locum in terris eccleſiæ, vbi ſeruatur ius canonicum, non in terris imperij, vbi ſeruatur ius ciuile, per *Angel: in l. ſi ego §. ſi pactus. ff. de publ. in rem actio.* Item opinio Dyni habet locum in terris imperij, ſi hæres non vult vti adminiculo defuncti, quia tunc præſcribit cum bona fide, non obſtante, quod probetur mala fides defuncti. per *Marian. in rub. de cauſ. poſſeſſ. & proprie.* Item ſaluatur opinio Dyni, in hærede, qui adiuit hæreditatem cum beneficio inuentarij, quia non tenetur reſtituere illam, quam cum bona fide præſcripſit, cum eam habeat ex alia cauſa, quam hæreditaria, nec vult vti titulo defuncti, neque quoad dominium, neque quoad poſſeſſionem, per *Alex in d. l. pompo.* Item ſaluatur etiam Dynus, quando defunctus non fuiſſet in mala fide vera, ſed pręſumpta, puta cauſata ab errore iuris, quia illa non nocet hæredi, per *Paul. de Caſt. in l nunquam ff. de vſucap. per gloſ.* ad hoc extollit in *l. tutor rerum. in glo. magna. in fin. de adminiſt. tuto.*

Sed ſi non adſit mala fides ab aliqua parte, ſi adſint, concomitantiæ iuris, & cano-
54 num requiſita, ego puto, quod ſpolia, & res ſpoliorum poſſint bene præſcribi, quia mobilia, immobilia, iura, & actiones, caſtra, ciuitates, & regna, etiam ſpectantia ad Papam, & Romanam eccleſiam ſpatio temporis pręſcribuntur, per *Abb. in cap. ſi diligenti. & gloſ. & Abb. in cap. cum nobis. de praſcriptio. per Felin. in cap. ad audientiam col. nona. de praſcriptio.* ibi per iſtum tex. habes, quod requiritur præſcriptio centenaria ad præſcribendum bona, & iura vicariorum Ro-
55 manæ Eccleſiæ, adduximus ſupra in contrarijs, quia iudicio meo, licet ſpolia ſint, & poſſint dici res eccleſiæ, & eccleſiaſtica, tamen ſunt res eccleſiæ, quæ poſſunt poſſideri iure communi, nec in illis pręſumptio contra poſſeſſores habetur, vnde ſola bona fides, etiam ſine titulo, ſufficit in illorum præſcriptione, vt per *tex.* & ibi *gloſ. in cap. 1. de præſcriptio. lib. 6.* vbi ſecundum *Dyn. in reg. poſſeſſor. de reg. iuris.* rationabiliter diſtinguitur, quia in rebus eccleſiaſticis, quæ poſſunt poſſideri iure communi, nec præſumptio habetur contra poſſeſſores ad pręſcriben-
56 dum, ſola bona fides ſufficit, etiam ſine titulo, ſecus eſt in illis, quæ de iure communi nequeunt poſſideri, vel eſt præſumptio contra poſſeſſorem, quia tunc non ſufficit bona fides, ſed eſt neceſſarius titulus, qui poſſeſſori cauſam tribuat pręſcribendi, niſi tanti temporis allegetur pręſcriptio, cuius contrarij memoria non exiſtat, vt etiam per *Abb. in cap. ſi diligenti. de præſcriptio. extra,* exemplum ego darem in rebus ſacris, vel ſpiritualibus, quę non poſſunt poſſideri à laicis, merito etiam nec præſcribi, niſi cum titulo, velut dicit *gloſ. in cap. de decimas, de reſtit. ſpol.* quod licet perſona ſit capax iuris decimarum, tamen non poteſt decimas præſcribere; niſi mediante titulo, nec etiam poſſidere quod plus eſt cum titulo, & titulus legitimus poterit eſſe donatio Epiſcopi de conſenſu capituli, vel legitima pręſcriptio, pro 40. an. tam de iure ciuili, quam de iure canonice; de iure ciuili per *tex. in authen. quas actiones, C. de ſac. ſan. eccl. de iure canonico in cap. de quarta. de præſcrip* & ideo dicit *gloſ.* quod laicus quantocunque tempore percipit decimas in aliqua Eccleſia Parrochiali, ſi rector illius eccleſiæ ſpoliauerit illum, non poteſt laicus contra rectorem intentare interdictum vnde vi, niſi allegat titulum ideſt infeudationem ante
57 concilium Lateranen. non autem ante auditur, ſi allegat præſcriptionem, quia non poteſt pręſcribere, cum non poſſit poſſidere, cum ſi poſſideat, poſſideat contra formam iuris, ſubdens *Dyn.* paulo poſt ibidem quæro vtrum bona fides requiratur tempore contractus, & tempore traditionis, & tempore continuatæ poſſeſſionis, dicens, quod de iure ciuili in titulo emptionis, & venditionis requiritur bona fides, vel probabilis error, qui bonę fidei pręſumptionem inducat tempore contractus, & tempore traditionis, in cęteris verò requiritur tempore traditionis tantum. *ff de vſucap. ſi his qui pro tempore. §. fin.* ſed de iure canonico non requiretur tempore contractus in his, quę de iure communi poſſunt poſſideri cum ſine titulo pręſcribuntur, ſed tempore

tra-

Digitized by Google

traditionis, continuatæ poſſeſſionis,
vſque in finem completæ præſcriptionis,
ſed in his, quæ de iure communi non poſ-
ſunt poſſideri: in quibus præſcriben-
dis requiritur titulus; eſt dicendum, quod
bona fides non requiritur tempore con-
tractis, & tempore traditionis, & tempo-
re continuatæ poſſeſſionis, ſecus in cæte-
ris, niſi poſt tempus contractus mala
fide celebrati error facti probabilis in-
terueniant, qui malæ fidei præceden-
tis ſuſpicionem remoueat, vt ibi per eum:
vbi vide, quando fuit erratum in iure, &
quando in facto, etiam quando in iure,
& in facto, quæ fides bona, ne, an mala
fides arguatur &c. vbi magiſtraliter, per
eum.

Nec valet, quod poſſet allegari, quod ſpolia
vti res eccleſiæ non poſſunt poſſideri iure
communi, quia res eccleſiæ; iure commu-
ni in tertiam perſonam alienari prohi-
bentur, vnde videntur non poſſe poſſideri
58 regulariter de iure communi, ſtante iuris
communis prohibitione, ſuper alienatio-
ne, *totis titulis de reb. eccle. alienand.* Quia
reſponderi poteſt, quod non eſt verum
obiectum, quod res eccleſiæ ſint prohibi-
tæ, à iure communi alienari, ſed bene ſunt
prohibitæ ſine ſolemnitate, & ſine cauſa,
quia cum cauſa, & ſeruata ſolemnitate
à iure tradita, quotidie alienantur, & alie-
nari poſſunt, totis dictis titulis de rebus
eccleſiaſticis alienan. vnde illæ poſſiden-
tur, & poſſideri poſſunt de iure commu-
ni, vt per *Abb. in cap. cum non liceat. de
præſcriptio. col. 3. verſic. & circa*, vbi dicit,
quod res eccleſiæ non prohibentur alie-
nari ſimpliciter, & indiſtincte, ſed bene
prohibentur ſine certa ſolemnitate: & da-
ta bona fide, & excluſa iuris errore, in
illis procedit preſcriptio, ſi habet conco-
mitantiam ſuam, vnde ego puto, per ſu-
prad.cta, quod ſpolia præſcribantur, &
præſcribi poſſint in preiudicium eccleſie,
& cameræ apoſtolicæ.

Sed ego credo, quod ſpolia, dato quod præ-
ſcribantur, non præſcribuntur, nec præ-
ſcribi poſſunt, niſi centenaria preſcriptio-
59 ne, quia ſunt applicata Cameræ apoſtoli-
cæ, & Papæ, vt bona Papæ, & Cameræ,
& vti bona ad Papam; & Cameram apo-
ſtolicam ſpectantia, vt per *Bullas*, & ma-
xime, per *extrauagantem Pauli* 3. in ma-
teria ædi.as: in quibus Papa vtitur verbo
ſpectaſſe, & ſpectare, pertinuiſſe, & perti-
nere, quod verbum de ſui natura impor-
tat principaliter, non ſecundario, per *tex.
in l. non ſolum. §. quæritur. ff. de procura.*
facit, *l. qui liberis. §. hæc verba. ff. de vulga
& pupil.* & per *Bal. in l. licet, C. de pact.*
vnde ſi ſpolia ſunt principaliter applicata
Cameræ, & Papæ, & principaliter ad Pa-
pam ſpectant, ſuccedit illud quod regula-
riter dicit *Abb. in capitul. ad audientiam.
extra de præſcrip.* quod in ſpectantibus
61 principaliter ad Papam, non currit præ-
ſcriptio; niſi centum annorum quia tanti
temporis, & non minoris currit preſcri-
ptio contra Papam, & Roman. eccleſiam
*cap. ad audientiam, cap. cum nobis extra de
præſcriptio.*

Nec valet illud, quod poſſet obijci, quod cũ
Camera apoſtolica capiat ſpolia, per obi-
tum Prælatorum quarumcunque eccle-
ſiarum de mundo, in quarum locum, eſt
ſuffecta, & ſubrogata Camera apoſtolica
in ſpolijs, *Rota deciſio. 855. in antiquis, in-
cipit. cum Camera*, quod propterea iure,
& priuilegio illarum eccleſiarum, in qua-
rum iuribus ſuccedit, vti debeat, non ſuo,
& ſic gaudere præſcriptione 40. an. non
centum, prout quilibet eccleſia gaudet;
Quia reſpondetur, quod imo Papa, licet
ſuccedat in loco, & iure priuati, tamen
debet habere ſuum priuilegium, & habet
vti etiam in illa re ſuo priuilegio, ſaltim
futurum, & à tempore quo ſuccedit, quia
ſi preſcriptio incipit contra priuatum, &
62 eccleſia illi ſuccedit, preſcriptione pen-
dente, preſcriptio habet compleri, tanquã
contra eccleſiam, non tanquam contra
priuatum, licet in priuati iuribus ſuccedat
eccleſia, quia eccleſia, vtetur iure ſui pri-
uilegij, per *glo in authen. quas actiones, C.
de ſac. ſan. eccleſ.* vbi *Bal. ſecunda col. verſ.
7. & vltimo quæritur.* vbi poſita quæſtio,
an priuilegiatus, qui ſuccedit non priuile-
giato vtatur ſuo priuilegio quantum ad
preſcriptionem, & tenet quod à tempore,
quo ſuccedit in futurum, & pro tempore
futuro, priuilegiatus habere debeat ſuum
priuilegium, etiam in re priuati, in qua
ſuccedit. Idem tenet *Abb. in cap. de quarta
6 col. verſ. ſed quæritur.* vbi dicit, quod *gl.
in d. authen. tangit. q. ſed non firmat pedẽ.*
idem dicit *Io. And. in capit. primo de iure
patronat. And. de Iſern. in conſtit. regni. in
titulo de purgatio. præſcrip. circa princi-
pium.* Idem tenet *Abb. in capit. ad aures
extra de præſcript.* Idem *Bar. in d. authen.
quas actiones.* vbi ponit, & diſputat, an
priuilegiatus vtatur priuilegio ſuo con-
tra priuilegiatum, licet videatur de iure
regulariter contrarium, cum ille, qui in
ius ſuccedit alterius, eo iure vti debet,
quo ille, cui ſuccedit, *cap. is qui. de reg. iur.
in 6.*

in 6.& ſubrogatus ſapere debet naturam, & conditionem ſubrogatis in re ſubrogata *§. fuerit inſtit. de actio.* & ceſſionarius plus iuris in receſſa &c. ſed Papa debet habere à die obitus Prælati ſuum priuilegium centenariæ præſcriptionis, quia ſtatim, quod moritur clericus, rector, vel Prelatus, ſpolia decedentis ſunt applicata Cameræ, vt per extrauagantes in materia æditas, & maxime in *extrauag. Pauli tertij*, vbi declarat ſpolia à die mortis ſemper ſpectaſſe, & pertinuiſſe ad Cameram apoſtolicam, vtendo verbo ſpectaſſe, quod eſt finiti, & perfecti temporis, quod importat canonem latæ, non ferendæ ſententiæ, per ea quæ late adducimus, in q. de priuilegijs Cameræ, &c. primo priuilegio
63 ante verò obitum Prælati, & in eius vita ſi quis incipit præſcribere pro illo tempore, vſque ad diem mortis, non currit præſcriptio Cameræ, ad rationem centenariæ preſcriptionis, ſed ad rationem preſcriptionis 40. annorum cuilibet ecclesię currentis, vt per *glo. Bal. Abb. Io. And. in dictis locis*, vnde videtur concludendum, quod ſpolia, ex quo ſunt de ſpectantibus ad Papam principaliter, non preſcribuntur, niſi centenaria preſcriptione Papę, & Romanæ eccleſię conceſſa, quia etiam tanto tempore præſcribitur vſusfructus ciuitati relictus, per *gloſſ. in c. nemo 16. q. 3.* quæ dicit, quod hæc pre-
64 ſcriptio centum annorum habebat locū olim in qualibet eccleſia, ſed hodie tantū Romanę eccleſię eſt appropriata, iſtud etiam habet locum in eccleſia Nonantulana *glo. in authen. quas actiones, C. de ſac. ſan. eccleſ.* & in omnibus eccleſijs, quę ſunt de patrimonio Roma. eccleſię, *Fely. in c. ad audientiam, de reſcrip.*

Sed quomodo iſta preſcriptio centenaria probetur, vide per *Bal. in l. fin. C. de ſac. ſanc. eccleſijs, per Abb. in c. ſi diligenti. de præſcrip. capitulo cum vobis 2. colum.*
65 *verſ. 2. principaliter eo.* vbi ponit multos modos, primo per inſtrumenta, & viam conſtituti, & ſecundum *Bal.* quod in preſcriptione centenaria ſufficiat probatio, per præſumptiones, quia directa probatio eſt difficilis, & per *Fely. d. capitul. cum nobis. præallegato.*

Et ad reſponſionem, ſeù concordationem contrariorum deuenio: & primo non obſtat illud, quod adduxi in contrarium de titulo, ne rei domini, vel templo, quia tēpus indefinitum illius rubricę, per quod videbatur excludi omnis preſcriptio, fuit per ſubſequentia tempora determinatum, & generalitas illius declarata, & limitata per titulos ſubſequentes, quia poſt illam rubricam factus eſt titulus de præſcriptione, 30. vel 40. annor. per quem videtur excluſa, & adempta facultas vendicādi cuique rem præſcriptam, vel poteſt dici, quod illa rubrica loquatur de præſcriptione x. & xx. anno. non de alijs præſcriptionibus 30. 40. & centum annor. quæ currunt in rebus eccleſię, etiam de iure ciuili. *l. fin. & authen. quas actiones C. de ſac. ſan. eccle.* quia tali rubrica non obſtante, præſcribuntur res eccleſiæ, & templorum, vt dictis iuribus, vel quod generalitas illius rubricæ, intelligatur generaliter loqui in caſibus in nigro contentis.

Nec obſtet pari modo illud: quod rerum eccleſię poſſeſſio, & dominium nunquam vacet, nec etiam per mortem prelati, quia illarum poſſeſſio, & dominium eſt penes Chriſtum, & eccleſiam vniuerſalem, vel particularem, vel quod parietes eccleſię vel eccleſia ipſa conſecrata ſemper poſſideat, vendicet, & ius habeat, & quod ſpolia per verbum pertinere poſitum in bullis, ſpectent, tam quoad dominium, quam quoad poſſeſſionem ad Cameram apoſtolicam, vnde cum ſint in poſſeſſione, & dominio Camerę, non videntur poſſe ab aliquo poſſideri, ne ſequatur abſurdum quod inſolidum duo poſſideant, & duo preſcribant, vnde nec etiam preſcribi. Quia reſpondetur quod etiam illa, quę ſunt in dominio, & poſſeſſione alterius, concurrentibus, & concomitantibus cōcomitantijs præſcribi poſſunt, & præſcribuntur, & per præſcribentem rei preſcriptæ, vel vſucaptæ acquiritur dominium, & poſſeſſio, & etiam dominium, nedum vtile, ſed & directum, per *tex. in l. 3. ff. de vſucapio.* vbi definiendo vſucapionem dicit, quod vſucapio eſt acquiſitio dominij per continuationem poſſeſſionis temporis lege diffiniti. Idem videtur dicere *tex. in l. traditionibus. C. de pact.* id quod intelligi debet, etiam de directo dominio per *Dyn. in reg. poſſeſſor. de reg. iur.* quia appellatione dominij intelligitur de directo *l. prima, & ſecunda. ff. ſi ager vectigal. vel emphiteo.* & hæc in vſucapione fauore poſſidentis, in preſcriptione vero x. & xx. anno. acquiritur vtile dominium poſſidenti bona fide, propter bonam fidem, quam habet: in præſcriptione verò longiſſimi temporis 30. vel 40. ann. quando cum bona fide, vel contra eccleſiam, vel contra priuatum, ſine titulo, quod vti-

le

le dominium acquiritur, ſicut in præſcriptione longi temporis, & etiam directum *per glo.in l.ſi quis emptionis.C.de præſcriptio.30.ann.*per *Io.Andr.in regul. poſſeſſor.ver.quartum præponebatur*, vbi concludit, quod quoad modum vtendi, præſcribens acqnirit omne dominium, quia poteſt illa re vti vt vult, & ſicut poteſt quilibet dominus diſponere de re ſua, & per *Innocen.in cap.cæterum de iudic.* extra quod per præſcriptionem acquiritur directum, & vtile dominium. Idem dicit *glo.in authen.niſi C.de bon.mater.per Archid.in cap.1.de præſcrip. lib.6.* per *Abb. in cap.ad aures.ver. item facit*, vbi dicit, quod ille *tex.* Facit pro eo, quod per præſcriptionem de iure canonico acquiritur dominium vtile, & directum, &c. & per eundem in *rubrica extra de præſcript.*

Et per præſcriptionem perditur, & acquiritur reſpectiue poſſeſſio rerum, quia licet contra ciuiliter poſſidentem non curat præſcriptio, *l.male agi. C.de præſcr. xxx. anno.* tamen, ſi ſcio poſſeſſionem meam naturalem vacantem, ab alio eſſe occupatam, perdita eſt naturalis poſſeſſio, & ſi negligo per modicum tempus illam recuperare, perdo etiam ciuilem, quia videor ſuſpicari me poſſe repelli. *l.clam. poſſidere.in fin.cum l.ſequenti. ff de acquir. poſſeſſ.* vbi ſi volo ad fundum reuerti, quia vim maiorem timeo, amitto ciuilem poſſeſſionem, non ex facto illius poſſidentis, ſed ex voluntate mea, fac. *l. 3. §. ſi quis nunciat.eod.tit.* vbi ſi ego audiens domũ meam à latronibus occupatam timore conterritus nolui accedere, amitto ciuilem, etiam ſi timor eſſet falſus, vt ibi in *glo. per Bart. & Angel. in l. ſi de eo. §.1. eo. tit.*

Item perditur ciuilis poſſeſſio, quando ignoro rem meam ab alio occupatam, & negligo tanta negligentia, quod res quaſi perijt. per *Bar.d.l.ſi de eo. §.1 de acquir. poſſeſſione*. Item quando ignoro rem meam ab alio occupatam; nec perijt, tunc perditur ciuilis tanto tempore, quo præſumor de ea oblitus, vt per *Bar.d.loco* per *Abb.in cap.vigilanti* vbi *Fel.* enumerat caſus, quibus perditur ciuilis poſſeſſio, *extra. de præſcriptio*, quia dicit *Dynus in reg. poſſeſſor. circa finem*, quod licet tempus non ſit modus perdendæ poſſeſſionis, & contra ciuiliter poſſidentem præſcribi non poſſit, tamen iure cauetur, quod tempus eſt modus inducendi obliuionẽ, & obliuio eſt modus inducendi diſpoſitionẽ animi, & diſpoſitio animi eſt modus perdendi poſſeſſionem, vt legitur & not. in *l. furtum. §. fundi. C. de vſucapi.* ſubdens idem *Dynus*, & propterea dico, quod ſi ciuiliter poſſidens neglexerit naturalem poſſeſſionem per decem annos, vel vltra, quod illa negligentia circa poſſeſſionem naturalem, priuat eundem poſſeſſionem ciuili, ſicut alias cauetur in iure, quod negligentia commiſſa in adipiſcenda, vel recuperanda poſſeſſione naturali, inducit amiſſionem ciuilis. *l. ſi ideo. §. ſi forte. ff de acquirend. poſſeſſ.* & alias, vt ibi per eum: vnde per hæc non videntur obſtare argumenta in contrarium adducta, quia ad illa, vt vides reſpondetur.

Nec obſtat pari modo illud, quod ex quo ſpolia, vt res eccleſiæ ſunt prohibitæ alienari, quod non poſſunt etiam præſcribi, vel vſucapi, quia quod prohibetur alienari, & præſcribi, & vſucapi prohibetur, quia non eſt verum, quod res eccleſiæ prohibeantur alienari indiſtinctè, ſed bene non ſeruata ſolemnitate, & ſine cauſa, per *Abb.in c.cum nõ liceat.de præſcript. col. 3. verſic. & circa præſcriptionem &c.* & quod dicit *gloſ. in l.vt lex.ff. de vſucap.* quod non poteſt alienari, non poteſt vſucapi, vel præſcribi, intelligitur verum in terminis, quibus loquitur: quia ſi res minorum, durante minoritate, non poſſunt alienari, nec etiam poſſunt præſcribi, quia præſcriptio venit appellatione, & vocabulo alienationis, &c. vnde contrarium non obſtat.

Ad illud etiam: quod adducebamus pro contrario, quod detentores, & occupatores rerum ſedis, vel Cameræ Apoſtolicę ſunt excommunicati bulla in cœna Domini, & alijs iuribus reſpondetur, quia bulla cum iuribus loquitur in ſcienter occupante, & ſcienter detinente res Cameræ, & talem etiam dicimus ſupra, quod attenta eius mala fide non præſcribit.

Nec minus facit, contra quod ſemel dicata Deo non poſſunt ad prophanos vſus remeare, ergo non poſſunt præſcribi, quia res eccleſiæ, & etiam ſpiritualia de iure canonico, & ciuili præſcribuntur, totis titulis de præſcriptio, & regula quod ſemel, debet intelligi in illis, quæ omnino ſunt prohibita, vel præterquam per viam à iure permiſſam, & conceſſam.

Nec facit contra illud, quod vltimo adducimus, quod Camera Apoſtolica, cũ non

habeat notitiam de morte clericorum, qui in qualibet parte mundi decedunt, ęquiparatur ignorāti, & abſenti, cui ſi retinet ciuilem poſſeſſionem, non currit pręſcriptio, & æquiparatur pari modo non valenti agere; qui præſcriptione rem non amittit: quia reſpondetur per *Dynum in reg. poſſeſſor. in fin.* quod quandiu abſens retinet poſſeſſionem ciuilem, nunquam inchoatur præſcriptio contra illum duplici ratione: primo quia contra poſſidentem ciuiliter non præſcribitur, *l. ſecunda C. de præſcriptio. ſecundo*, quia qui poſſider ciuiliter præſcribit, ergo alius non pręſcribit eodem tempore, ne plures inſimul inſolidum quærerent, ſed ſi ſcio poſſeſſionem meam naturalem vacantem, ab alio eſſe occupatam, ſi eam negligo per modicum tempus recuperare, perdita eſt naturalis, & perditur ciuilis, quia videor ſuſpicari poſſe me repelli, *l. clam. poſſidere, in fine cum l. ſequen. ff. acquir. poſſeſſ.* & alias, vt dixi paulo ante, per quod eſt etiam reſponſum ad regulam non valenti agere, pro qua vide *Abb. in cap. ex tranſmiſſa, de præſcrip.* vbi illam regulam diſputat, declarat, limitat, & ampliat multis modis.

Item poteſt reſponderi etiam alio modo, quia videtur, quod ignorantia, vel abſentia Cameræ Apoſtolicæ, non ſit modo aliquo in ſpolijs conſiderabilis, etiam in quacunq; mundi parte decedant clerici, quia eccleſia Roman. ad quam ſpectant ſpolia, vel Camera Apoſtolica habet ſuū fiſcum, per *Feli. in capitulo ad audientiā, de præſcrip. & per tex. in clem. ſecunda, §. primo, de hæretic. vbi Cardin. not.* & fiſcus
66 regulariter vbique eſſe præſumitur, & ſemper, & vbique præſens, *gl. not. in l prima, C de quadrien præſc.* vnde non poteſt dici abſens, merito non obſtat obiectum. Has exceptiones, puto poſſe opponi & admitti in cauſis ſpoliorum per reos conuentos, cōtra actionem aduerſus eos intentatam. Item puto poſſe opponi omnes alias exceptiones, vel ſint dilatoriæ, vel ſint peremptoriæ, aut cuiuſuis generis ad differendum, impediendum proceſſum, litis conteſtationem, ſententiā executionem, limitandum, moderandum, ſeu quouiſmodo impugnandum, & maxime, quæ non cauilloſe, calumnioſe, malitioſe, & fruſtratorie opponantur, prout diximus ſupra in principio quæſtionis: ſi nō reperiantur expreſſe prohibitæ. Et ex his pro nunc ſit abſolutum: quod volumus dicere in præſenti quæſtione ad laudem omnipotentis Dei, & eius glorioſiſſimę Virginis Matris.

SVMMARIVM.

1 *Duobus modis Camera facit ſpolia.*
2 *Acquiſita tempore Epiſcopatus, vel beneficij præſumuntur Eccleſiæ.*
3 *Prælatus tenetur acquirere eccleſia.*
4 *Acquiſita poſt beneficium adeptum, eccleſiæ acquiſita præſumuntur.*
5 *In dubio prælatus præſumitur acquirere eccleſiæ.*
6 *Immobilia acquiſita per clericum, præſumuntur eccleſiæ acquiſita.*
Nec prodeſt alteri poſſeſſio.
7 *Quilibet ordinari debet ad beneficium.*
8 *Eſt bona ſimilitudo de vxore ad eccleſiam.*
9 *Negociator clericus, vt peſtis vitandus.*
10 *Spoliorum, & rerum acquiſitarum de eccleſia, poſſeſſio eſt penes eccleſiam.*
11 *Prælatus habet interdictum vnde vi ad bona eccleſiæ occupata.*
12 *Præbendarius poſſidet bona nomine eccleſiæ.*
13 *Hæredes habent probare, ſi eccleſia ſit in poſſeſſione.*
Et econtra.
14 *Clerici ſimplices, non præſumantur acquirere, niſi intuitu perſonæ.*
15 *Clerici in minoribus poſſunt exercere quælibet negocia licita.*
16 *Præſumere negocium in clerico eſt præſumere delictum in eo.*
17 *Etiam clericus in minoribus prohibetur hodie negociari.*
18 *Sacerdos factus præſumitur beneficiatus.*
19 *Quolibet beneficium præſumitur habere redditum pro victu duorum.*
20 *Aliquando quis ordinatur ad titulum patrimonij.*
21 *Acquiſita ob ſeruitia ſunt clerici propria.*
22 *Diſtinctio Doctorum pro præſumptionibus faciendis circa ſpolia.*
23 *Induſtria æquiparatur patrimonio clerici.*
24 *Adminiſtrator perpetuus præſumitur acquiſiſſe ex adminiſtratione.*
25 *Spolia capiuntur a Camera legitime, & per actus ſolemnes.*
26 *An Camera ſcienter occupans bona hæredis, incidat in conſtitutio. l. ſi quis in tantam.*
27 *Prælatus non præiudicat eccleſiæ, ſi poſ-*

poſſeſſionem rei eccleſiæ legat alteri, vel dimittat.

28 *Non eſt præſumendum hæredem velle alio modo poſſidere, quam, vt defunctus.*

29 *Cautela pro hærede ſeſe immiſcente in bonis clerici defuncti.*

30 *In illicite per clericum acquiſitis, non eſt præſumptio pro Camera.*

31 *Acquiſita per clericum, numquam præſumuntur ex negociatione.*

32 *Negocia ſunt prohibita tantum beneficiatis.*

33 *Probet Camera, ſi prætendat acquiſita eſſe ex negociatione.*

De probationibus, & ſeù præſumptionibus pro capienda poſſeſſione ſpoliorum faciendis.

QVAESTIO XV.

MOrtuo clerico, vel prælato, hæredes omnia bona illius, vti propria ſimpliciter, & temere nulla habita diſtinctione occupant, illorumque poſſeſſionem indiſtincte in damnum eccleſiæ, & hodie Cameræ apoſtolicæ, quæ illius loco ſuccedit inuadunt, & in illa ſe conſonent, allegantes vel defuncti omnia bona, ſibi fuiſſe in teſtamento à defuncto relicta, vel illa clerico ex patrimonio, vel alio modo obueniſſe, vt in illis ſucceſſionem ab inteſtato etiam de iure habeant, ita & taliter, quod ſi eccleſia, vel Camera apoſtolica contrarium prætendat, illorum ob temerariam occupationem, inuaſionem, ſeù detentionem neceſſe habeat probare de ſuis iuribus, contra iuris debitum. Et quia in tali cauſa ſæpe ſuboriuntur dubia, Cameræ ne, an verò hæredibus incumbat probatio, tam in petitorio, quam in poſſeſſorio, merito mihi viſum fuit, non eſſe extra propoſitum hanc de præſumptionibus, & probationibus faciendis in cauſis ſpoliorum quæſtionem ponere, vt conſtito pro qua parte ſit præſumptio, & Cameræ nę, an verò hæredi onus probandi incumbat, & vter bona clerici, vel illorum poſſeſſionem illo defuncto, licite capere, vel apprehendere poſſint, abſtinere habeant hæredes ab occupando, vel vſurpando res, quæ ad eos non ſpectant, & bona clerici defuncti detentando, ad onus ſuperfluę probationis Cameram reuerendam indebite non aſtringant.

Et cum duobus modis hodie Camera faciat
ſpolia, per viam videlicet acquiſitorum
1 de beneficijs eccleſiaſticis, & per viã negociationum, & alias illicite acquiſitorum, pront diximus in prima quęſtione præſentis materiæ: primo loco attingendo relicta per clericos, acquiſita de eccleſijs, & bonis beneficiorum. Videtur, quod quomodocumque relicta, vel remãſa poſt mortem clerici, acquiſita per eum, ſint, & eſſe intelligantur eccleſiæ, & eccleſię, vel Cameræ acquiſita, per *tex.* qui dicit ad litteram in *capit. primo 12.q.3.* vbi habetur, quod epiſcopi, Presbyteri, Diaconi, vel quicunque clerici quæcunquę comparauerint, vel acquiſierint poſt adeptum ordinem, vel tempore ſui epiſcopatus, presbyteratus, vel clericatus, debent eccleſiæ conferre, alioquin
2 tenentur crimine, tamquam inuaſores rerum dominicatum.

Et in *cap. quicunque ſeq q.* habetur, quod clericus, vel ſacerdos tenetur acquirere ſuæ
3 eccleſiæ, quia ſi prælatus negligit acquirere eccleſię, & maluit ſibi quam eccleſię, imputatur ei, & de hoc tenetur ad inſtar tutoris, quia non debet præponere vtilitatem ſuam, vtilitati eccleſiæ, vt per *tex. & glo. ibidem*.

Idem videtur dicere *Abb. in capit. presbyter. de pecul. cler. in finalibus verbis*, & in *cap. ſacerdotes. ead. 12.q.4.* habetur quod ſi clericus aliquid emit de pecunijs ſuis, & eccleſię, quod de eo debet conficere inſtrumentum, vt ſciat, quantum de ſuo impedit, & quantum de rebus eccleſiæ, quia aliter pręſumitur de rebus eccleſiæ, & pro eccleſia, vt ibi. facit quod habetur in *tex. cap. pontifices. 12.q.3.* vbi datum pontifici, datum eccleſiæ cenſetur, vnde illud Pontifices computabunt inter res, & bona eccleſiæ, facit *tex. in cap. presbyter. d. q. 4.* vbi Presbyter: qui diœceſim tenet, de omnibus quæ comparat ad eccleſiæ nomen ſcripturam facere debet, alias remouetur, ad eccleſiæ adminiſtratione, eſt bonus *tex. in cap primo. de pecul. cler.* vbi acquiſita, per præsbyterũ poſt præsbyteratus ordinẽ adeptũ, iuris eccleſię cẽſetur.

Et acquiſita per clericum poſt clericatum, de quibus ex ſui natura, & qualitate in vita poterat diſponere, & ordinare, ſi decedat non diſpoſito, vel ordinato de illis, vadunt illa ad eccleſiam, cui pręfuit, vel vbi fuit clericus, aut miniſter. *tex. eſt in capitul. quicunque. 12. quæſt. 3* facit quod habetur in *authen. de eccleſiaſt. tit. §. interdicimus.* vbi interdicitur epiſcopis, &

perſonis eccleſiaſticis ſimpliciter diſpo-
nere in cognatos, vel alio modo, de bonis
poſt epiſcopatum, vel ordinem adeptum,
quouiſmodo acquiſitis, quia ſunt & intel-
liguntur eſſe eccleſia, & eccleſiæ, per eum
acquiſita.

Hoc idem dicit *Io. And.* per dicta iura in *ca.
cum in officijs. de teſtam.* ibi de his; quæ
acquiſiuit poſt clericatum, præſumitur
quod intuitu eccleſiæ, & de redditibus
4 eccleſiæ acquiſierit, hoc autem licet præ-
ſumatur in ſingulis clericis, vt in prælle-
gatis iuribus, in prælatis tamen, maxime
pręſumitur, ſubdens quod in tantum valet
iſta pręſumptio, & in tãtum eſt ſtandum
huic pręſumptioni, quod per eam ſenten-
tia fertur pro eccleſia, niſi exaduerſo pro-
betur, vel præſumatur de contrario, vt in
*prælleg. §. interdicimus. prælleg. authen-
tico.* Idem dicit *Inno. & Hoſtien.* per eadẽ
verba *d. cap. cum in officijs,* quos ſequitur
Card. Zabarella ibidem, idem videtur di-
cere *Bal. in l. cum ipſe, C. de contrahen.
emptio. & vend.* ibi tertio caſu ſcilicet
quando dubitatur, quod in dubio videtur
emiſſe nomine eccleſiæ, & eſt ratio, quia
tenetur acquirere eccleſiæ, & ideo præ-
ſumitur pro eccleſia, quando dubitatur
vtrum clericus, vel pręlatus, quo nomine
eccleſiæ ne verò ſuo proprio, quia præſu-
mitur feciſſe illud, quod facere debuit, &
5 illud, ad quod tenebatur. Idem *Bald. in au-
then. licentiam, C. de epiſcopis, & cler.* ibi
ſecunda ratio eſt, quia ex quo Prælatus
repetitur in poſſeſſione, præſumitur poſſi-
dere nomine eccleſiæ; quia ad officium
ſuum pertinet acquirere eccleſiæ &c.

Quia Prælatus in dubio videtur emiſſe, &
comparaſſe rem nomine eccleſię, merito
in caſu iſto pro eccleſia, & Camera eſt
pręſumendum, quia dicit *Hoſtien. d. cap.
cum in officijs.* quod ex quo clericus de-
bet inire contractum nomine eccleſiæ
12. q. 4. *epiſcopus & capit. presbyter. de pe-
cul. cler.* in dubio debeo magis præſume-
re, quod contractum inierit nomine ec-
cleſię, quod eſt ſecundum ius, quam no-
mine ſuo: quod eſt contra ius.

Idem videtur dicere *Hoſtien. in cap. 1. §. hor-
tamur de teſtam.* vbi dicit, quod in acqui-
ſitis, per clericum eſt pręſumptio pro ec-
6 cleſia, ſaltem quoad bona immobilia, ibi
& ſic patet quod quoad bona immobilia,
eſt præſumptio pro eccleſia, nec prodeſt
alteri poſſeſſio, niſi aliud probet.

Facit, quia nemo ordinari debet, niſi habeat
beneficium, alioquin videtur quod epi-
7 ſcopus ei teneatur ſupplere de victu, *cap.
non liceat extra de praeben. & dignita.* fa-
cit quia ſponſa, & vxor quicquid acquirit
matrimonio conſtante, matrimonio ac-
quirit, & de illius bonis acquirere præſu-
mitur, *leg. etiam, C. de donat. inter vir. &
vxor. & ff. eo. quintus, Abb. in cap. primo,
de pecul. cler.* per *Hoſtien. Io. And.* & *Inno.
& alios d. cap. cum in officijs. de teſta.* quia
bene infertur de vxore ad eccleſiam, &
8 eſt bona ſimilitudo, prout dicit *Bal. in l.
cum ipſe, C. de contrahen. emptio.* quia in-
quit prælatus dicitur ſponſus, & eccleſia
dicitur ſponſa. *l. vxor. marito ff. de donat.
inter virum & vxorem.*

Idem dicit *Hoſtien. in cap. primo. §. quicquid
de teſta* vbi reddendo rationem talis præ-
ſumptionis, ideo eſt, quod ſponſa, & vxor
præſumitur acquirere de rebus mariti, &
marito, quia vix de alijs mercimonijs ſe
intromittunt mulieres, quam de rebus
mariti, & ſi hoc faciunt, faciunt de rebus
mariti, vnde bene eſt, quod ſit præſump-
tio pro marito: & hac etiam ratione præ-
ſumitur pro ſponſa ſpirituali ideſt eccle-
ſia, vt videlicet clericus, vel prælatus prę-
ſumatur de rebus eccleſiæ acquirere;
Quia videlicet omnia mercimonia ſunt
illicita ſpõſis ſpiritualibus, & ſi exerceãt
ipſa, turpis eſt quæſtus, quia negociator
9 clericus, eſt vt peſtis vitandus, 85. *diſtinc.
negociatorem*, ſed ſi talis negociator hoc
conſueuit facere de rebus eccleſiæ, ergo
bene eſt, vt eadem ratione pro ſponſa ſpi-
rituali contra ſponſum ſpiritualem præ-
ſumatur, quamuis in multis differat, vt
per *Doct. ibidem,* vnde per videtur, quod
præſũptio eſt pro eccleſia hæc, & in tãtũ
valet iſta præſumptio, quod pro eccleſia
ſententia eſt ferenda, niſi aliud exaduerſo
probatur, vel præſumatur, vt ſupra fuit di-
ctum, Imo *Sãctiſſ. D. N. Pius Papa 4. per
ſuam, quam edidit conſtitutionem ſub
Datum Romæ anno 1560. die 26. Maij,*
qua ordinat, quod de rebus eccleſiaſti-
cis, vel occaſione eccleſiæ acquiſitis non
poſſit fieri donatio, vel diſpoſitio, vult,
quod rerum donatarum huiuſmodi, con-
tra dictam conſtitutionem relictarum ca-
pi poſſit poſſeſſio, per Cameram, ſine vi-
tio ſpolij.

Et ſpoliorum, ac rerum per clericum relicta-
rum, acquiſitarum de eccleſia, poſſeſſio
ſemper eſt penes eccleſiã, & penes Chri-
10 ſtum, per *Inno. capit. cum ſupra, de cauſ.
poſſeſſ. & propriet.* vbi dicit, quod quan-
tumcunque moriatur prælatus, & omnes
clerici, tamen proprietas, & poſſeſſio re-
manet penes Chriſtum, & eccleſiam; quæ
nun-

Digitized by Google

nunquam moritur, & non eſt vnquam
nulla, per *Archid. cap. hoc conſultiſſimo. de*
reb. eccleſ. in 6. in ver. ipſarum. ad hoc 16.
q. 3. inter memleg. & not. 12. q. 2. expedit.
& capit. cauſa. de verb. ſig. late *Ruin. con-*
ſil. 156. incip primo videndum. vol. quarto.
Et ſi ſpolietur eccleſia aliquibus bonis,
antequam illius poſſeſſio apprehendatur,
11 prælatus ſucceſſor haber interdictum vn-
de vi, vt per *Bar. in l. prima, §. municipes.*
de acquir. poſſeſſio vbi *Paul. de Caſtro*,
quod licet rector eccleſiæ mortuus ſit,
poſſeſſio tameu non perditur, ſed rema-
uet apud eccleſiam. i. apud Deum, & Apo
ſtilla ibidem ad eundem Paulum, quod
prælatus confirmatus: qui nondum eſt
adeptus poſſeſſionem ſuæ dignitatis, po-
teſt agere interdicto vnde vi, Quia licet
vacet dignitas, non vacat poſſeſſio bono-
rum eccleſiæ, & eccleſia eſt in anima vi-
uentis, & per *Bart. in l ſicut, § fin. ff. quod*
cuiuſque vniuerſitatis nomine.

Merito videtur ſemper præſumendum pro
eccleſia, & agentes Cameræ poſſunt cape-
re poſſeſſionem relictorum, per clericum,
quia non videutur alienam poſſeſſionem
capere, ſed ſuam continuare, quia cleri-
cus etiam viuens illa poſſidet, nomiue ec-
cleſiæ, nou ſuo, vt per *Innocen in capit. in*
præſtitia. extra de probatio. vbi dicit, quod
licet ius præbendæ vacet, non ta-
men vacant res, & iura pertinentia ad
12 præbendam, imo etiam poſſidentur ab
eccleſia, etiam dum viuit præbendarius,
quia poſſidet illa nomine eccleſiæ not. in
cap. ex litteris, de probatio. tex. ad literam
in cap. ſine exceptione, 12. q. 2. vbi habet.
quod clericus vtitur rebus eccleſiæ, non
vti proprijs, ſed vti ſibi commendatis; er-
go in iſtis taliter, per clericum, acquiſitis,
probabit hęres, ſi de contrariç prętendet,
vnde ſeſe non intromittet poſſeſſionem,
vel proprietatem pręoccupando, vel in-
uadēdo, ſtāte præſumptione, quouſque de
meliori iure ſuo contra Cameram nō do-
cuerit, quia dicit *Hoſtien. in capitul. vnico*
vt eccleſia beneficia. &c. quem refert ibi
Io. de Imol. quod quando eccleſia petit
bona, quæ clericus tempore mortis poſſi-
debat, videtur quod hæres conuentus ha-
bet probare quod non ſunt bona eccle-
ſię, &c.

Sed uidetur, quod non præſumatur, neque
pro eccleſia, neque pro hærede in bonis,
per clericū, vel prçlatū acquiſitis, & poſt
mortē relictis, ſed pro eo qui eſt, vel repe-
ritur in poſſeſſionē bonorū, vel ſit hæres,
vel eccleſia, vnde non poſſidēti, vel extra
poſſeſſionem exiſtenti incumbit probatio
eſt bona *glo. in cap quicunque.* 12. q. 3. vbi
13 habetur, quod ſi eccleſia ſit in poſſeſſio-
ne, hęredes habent probare, ſed ſi hęre-
des eſſent in poſſeſſione, oporteret eccle-
ſiam probare de iure ſuo, *ead. cau q. 5. c. 1.*
in fin. & eadem cauſa quaſtio. 1. ſint mani-
feſti ibi, Vel dic quod ſi poſt mortem epi-
ſcopi eccleſia inuenitur eſſe in poſſeſſio-
ne rerum, per clericum relictarum, hære-
dibus incumbit onus probandi, ſed ſi hæ-
redes ſunt in poſſeſſione, tūc eccleſia pro-
babit, 12. q 5. *in fi.*

Idem ſentit *glo in capitulo. primo. 12. quæ-*
ſtio. 5. in glo. fin. ibi ideo epiſcopo incum-
bit onus probationis, quia illa erat in
poſſeſſione, & ibi in margine allegatur
Bal. in authen. ex teſtamento 7. colum. 11.
verſ. C. de collat. & quod notat *Bart. in*
l. ſi inter, ff de rebus dub. Ioan. And. in ad-
dit. ad Specul. tit. de act. §. primo. verſ. ſed
quid ſi dubitatur moderni legiſtæ. in leg.
cum fundus, §. ſeruum. in fin. ff. ſi cer.
pet.

Sed pro intelligentia materiæ, & pro con-
cordatione contrariorum iſtorum, ego
puto dicendum, quod aut defunctum fuit
clericus ſimplex, nullum officium habens,
vel beneficium, aut fuit beneficiatus præ-
ſumptiue, veluti ſi in ſacris, aut ad ſacer-
dotalem ordinem promotus; aut benefi-
ciatus apparenter, veluti prælatus: & pri-
mo caſu videtur, quod in bonis relictis, ſit
prçſumendum, & ſit prçſumptio facienda
pro hçredibus, quia iſte cum non fuerit
prçlatus, ſed clericus ſimpliciter, creditur
acquirere intuitu perſonç, non eccleſię,
quando ad hoc quçrendum, ſcilicet nomi-
ne eccleſię nullum habuit officium, ideo
ſuo nomine quærere videtur, ſi aliunde
habet bona, quam de eccleſia: vnde eius
legitimus, licite poſt eius mortem, bona
relicta occupabit, dicunt *Io. And. Innoc.*
& Hoſtien. d. capit. cum in officijs. de teſta.
ſecundum aliquorum opinionem, quam
omnes atteſtantur eſſe non malam, & eam
ſequuntur: clerici .n. inquiunt, ſimplices,
qui nullum in eccleſia habent certum of-
ficium, ſiue dignitatem non præſumūtur
acquirere intuitu eccleſiæ, ſed perſonæ,
14 vnde & hæres ſuus legitimus ſuccedit eis
ab inteſtato, *argumen. cap. requiſiſti §. fin.*
de teſtam. ex quia clerici in minoribus
conſtituti non beneficiati, minime prohi-
15 bentur exercere quælibet negocia ſecula-
ria; alias licita, vt per *Abb. in cap. primo,*
ne cler. vel monac vnde ob hoc poſſet di-
ci, quod pro tali clerico eſſet præſumen-
dum,

Digitized by Google

dum, quod potuiſſet acquirere ex nego-
ciationibus, & ex negociando, ſi nego-
ciari poteſt, quod videtur contra regulã,
quam facit *Abb. in cap. primo de pecul.
cler. & cap. cum eſſes. de teſta* 11. *col. num.*
26. vbi dicit, quod clericis eſt indiſtincte
prohibitũ negociari, & præſumere quod
clericus acquiſierit ex negociationibus,
eſt præſumere in eo crimen, & delictum,
16 ſed intellige pro concordatione de alio
clerico, quam de ſimplici, puta de in ſa-
cris conſtituto, de miniſtro altaris, & de
beneficiato, vt per eundem *Abb. ibidem.*
Et poteſt clericus in minoribus impune re-
dire ad ſæculum, & laicare, quia apoſta-
ſia in eo non conſideratur, quia impune
poteſt ſeculariter viuere, & renunciare
in totum ordini clericali, & ſi non verbo,
17 ſaltem facto, exercendo actum omnino
contrarium, vt docetur per *Abb. in capi-
tulo tuæ. de apoſta. ex.* Sed negociari, &
negocia ſecularia exercere, prohibetur
clericos *toto tit. ne cler. vel monac.* & etiã
tacito modo conſtitutione Pij quarti, de
qua diximus ad longum in quæſtione,
quæ negocia ſint permiſſa, aut interdicta
clericis, vbi inſeritur copia dictæ conſti-
tutionis. Sed de præſumptione in cleri-
cos, quoad negociationes, dicemus infra
in præſenti quæſtione.
Si vero ſit beneficiatus præſumptiue, puta,
quia defunctus fuerit in ſacris ordinibus,
vel ad ſacerdotium promotus, videtur
quod circa acquiſita relicta per eum, ſit
præſumendum pro eccleſia, & Camera,
& quod ſi hæredes aliquid prætendant
ipſi de eorum iuribus probare habeant
vnde nec bona occupare, nec in illis ſe
intromittere debẽt, quia talis defunctus,
ex quo fuit ad ſacros ordines promotus,
vel ſacerdos factus fuit præſumptiue be-
18 neficiatus, & illum habuiſſe beneficia prę
ſumitur, quia ad tales ordines regulari-
ter, & de iure ordinario promoueri non
debet, nec poteſt ſine titulo beneficij, de
quo neceſſaria vitæ percipiat, per *tex. ad
literam in d. capit. epiſcopus.* idem dicit
*tex. in capit. cum ſecundum apoſtolum. §.
licet autem capit. de monac. capitulo ſuis
quæſtionibus extra. de præben. capit. acce-
pimus. de ætat. & qualitat.* & beneficium
19 præſumitur habere redditum ſaltim pro
vita duorum, *capitulo vt quiſquis de vit.
& boneſt. cler. Card. in conſil. decimo &
Card. in capitulo fin. col. 2. de præſumpt.
Fel. in capitulo conſtitutus. col. 1. verſ. &
ſubdit. Hier. Gig. in tracta. de penſio. quæſt.
9. in fin.*

Sed quia non ſemper intitulatur ad benefi-
cium eccleſiaſticum d. capit. accepimus,
cum ſimilibus, quia etiam aliquando pro-
mouetur ad ordines ſacros ſine titulo be-
neficij, puta quando ordinatus habet in
bonis ſuis patrimonialibus ſubſidium vi-
tæ. vt per *tex. in cap. epiſcopus. de præben.*
vbi notat. *gloſ. in verb. ſubſidium*, quod
poteſt ordinari ad titulum patrimonij. Et
quia etiam ſi non habet ex patrimonio,
vnde viuat, debent ei, de ſuo neceſſaria
victui ſubminiſtrari per epiſcopum, vel
per eum, qui ordinauit eum, quouſque ei
in aliqua eccleſia conuenientia ſtipendiã
militię clericalis aſſignet, *capit. non licet
& d. capit. epiſcopus. de præben. & d. capit.
cum ſecundum apoſtolum. §. licet.* vbi
*glo. in verb. donec. d. c. accepimus de ætat.
& qualitat.* & melior *glo. in cap. tuiſque-
ſtionibus. eo in verb. patrimonialibus.* vbi
dicit, quod ſi patrimonium, ad cuius ti-
tulum fuit clericus promotus periret
cauſmate, vel alluuione, quod epiſcopus
ei tenetur prouidere de beneficio eccle-
ſiaſtico, quia cum iſte ad ſeculum redire
non poſſit, redundaret in opprobrium
ordinis clericalis *arg. 93. diſt. Diacont. &
cap. Ioannes. de cler. coniugat.* habetur in
*glo. in capit. ſi quis ex. de ſimonia in verb.
per triennium.* Iſtis attentis, non vide-
tur quod præſumptio circa bona relicta
per taliter promotum ſit talis, quod non
poſſit admitti probatio in contrarium, &
quod hęredes ſi iſta probare intendant;
non debeant audiri, & illorum probatio-
nes admitti; imo ſtante, quod non ſem-
per ad titulum beneficij, ſed etiam quo-
tidie ſit promotio ad titulum patrimo-
nij, non videtur præſumendum pro ec-
cleſia, & Camera, cum non probat hoc
eſſe, quod ab hoc contingit abeſſe. *l. quod
attinet. C de probatio.* Et maxime, quia
etiam ratione clericalis dignitatis, potuit
talis ſacerdos multa ſibi acquirere, puta,
vt cum pro miſſis dicendis fuerint ſibi le-
gata centum, vel ducenta contemplatio-
ne ſui ipſius, non autem eccleſię, iuxta
diſtinctionem quam facit *Abb.* in hoc ar-
ticulo in *cap. cum in off. de teſta.* vel cum
fuerit capellanus alicuius principis, qui &
ex hoc multa acquiſiſſet, vt per eundem
*Abb. in cap. cum eſſes. in repet. de teſta. col.
11. §. ſed cõtra verſ. quid autem in acqui-
ſitis.* quia de taliter acquiſitis, quia ſunt
ſibi data in recompenſationem laboris,
& ſui ſeruitij, & ſunt ſibi proprie acqui-
ſita, poteſt pro libito in vita, & teſtamẽ-
21 to diſponere, & in illis etiam ab inteſta-
to de-

to decedente, ſuos hęredes ſuccedere, vt
per *Abb.d.locis*, facit *deciſio.Rotæ in antiq.*
263.incip nota, quod qui rubricatur cle-
ricus qualiter probetur, &c. Vbi ſecun-
dum *Io.And in cap.licet.de ſent.excomm.*
lib.ſexto. habetur quod licet poſſeſſio cle-
ricatus, ſine alia probatione tituli, inducat
præſumptionem, tamen in beneficialibus
præſumptio non eſt ſufficiens ad adiudi-
candum beneficium, niſi verus titulus
probaretur, ſuper quo cogita pro hoc
membro diſtinctionis.

Sed ſi fuit beneficiatus apparenter, puta epi
ſcopus, vel Pręlatus, *Abb.in cap. vt vnus.*
de pecul.cler. vbi ponit & diſputat, an bo-
na, quæ emit beneficiatus nomine pro-
prio, intelligantur acquiſita hæredibus,
an vero eccleſię, & in *capit.cum eſſes.in*
repe.de teſta.col. 10. *verſ. vnde*, complectē-
do omnia &c. bonis rationibus reproba-
ta diſtinctionem, quam in hoc caſu faciūt
Ioan. And. & Hoſtien. ipſe ſic diſtinguit
quod aut conſtat prælatum habuiſſe pa-
trimonium: aut non conſtat, aut dubita-
tur, & ſi dubitatur ſubdiſtinguit, quod
aut dubitatur an habuerit vnde potuerit
acquirere illa bona, de quibus eſt lis, &
contentio: aut non habuit illa bona, de
quibus eſt contentio, tempore ſuę pro-
22 motionis ad prælaturam, vel benefi-
cium.

Et quoad primum membrum diſtinctionis
pręſentis, ſcilicet quando certum eſt, quod
habuit patrimonium tempore promotio-
nis ad prælaturam: & tunc poteſt conſta-
re, ex quibus redditibus illa bona acqui-
ſierit, de quibus eſt contentio; aut non
poteſt, vel dubitatur.

Et primo caſu, ſi poteſt, bona erunt illius, ex
quibus redditibus erunt acquiſita. 12. *q.*
3.cap.quicunque.cap.inquirendum. extra.
de pecul.cler.cap.ſint manifeſte. 12. *quæſt.*
1. ſi non poteſt, quia dubitatur, ex eo quia
ſacerdos, aut prælatus fuit permixtim, &
promiſcue vſus patrimonio, & rebus ec-
cleſiæ, quod facere nō debuit, quia debuit,
res ſuas tenere ſegregatas à rebus eccle-
ſiæ, & de eis ſingulariter inuentarium fa-
cere cap. ſint manifeſtę, debet primo de-
duci, quantum veriſimiliter prælatus po-
tuit expendere, in victu ſuo, & ſuorum, &
pro eccleſia deinde præſumptio eſt, quod
illa bona ſint acquiſita tam ex redditibus
proprijs, quam ex redditibus eccleſiæ: &
ideo eum debeant in rei veritate inter
hęredem, & eccleſiam ęqualiter diuidi, ita
etiam pari modo pro vtroque erit in caſu
iſto præſumendum. Vnde vterque poterit
ſine aliquo periculo occupare, cum tam
pro Camera, quam pro hęrede, tunc prę-
ſumatur, & hęc poſſunt intelligi habere
locum, quando facultas patrimonij, & be-
neficij bonorum illam acquiſitionem pa-
tiebatur ęqualiter, iuxta not. *Inno.in cap.*
cum in officijs.de teſta. & facit quod in ſi-
mili not. *gloſſ. in l. cum oportet. C.de bon.*
quæ lib.

Et dico ęqualiter, quia vnum in hoc non
debet præualere alteri, ad hoc, vt ſit ęqua
lis præſumptio, quia ſi patrimonium ſit
ſufficiens ad acquirendum, illa bona in
totum, vel in partem, eccleſia verò non,
nec in totum, vel in partem, tunc eſt præ-
ſumptio pro hærede, & eccleſia, vel Ca-
mera habet tunc probare, quia ceſſat prę-
ſumptio, *capit.primo.de pecul.cler. & cap.*
primo. 12.*q.*4.

Vel eſt contrarium, quia eccleſia erat opu-
lenta, & ſufficiens ad acquirendum, patri-
monium verò, vel induſtria perſonæ erat
tenue, & tunc eſt præſumendum pro ec-
cleſia, & habet locum prǫſumptio. *capit.*
primo præallegato. quia tunc, ſi prætendat
aliquid hęres, probare habet, quia omnis
præſumptio eſt pro eccleſia, & Camera
facienda, ſi verò vterque erat ſufficiens,
puta eccleſia, & patrimoniū, & induſtria
perſonæ, quæ hoc caſu æquiparatur pa-
trimonio, & eſt vt patrimonium, & ſuc-
23 cedit in locum patrimonij; & tunc ſecun-
dum plus, & minus erit facienda diuiſio-
nis, ponderationis, & pręſumptionis cō-
ſideratio; & diuiſio, & præſumptio fiet ſe-
cundum qualitatem vtriuſque, ſecundum
qualitatem patrimonij, vel induſtriæ, &
rerum eccleſiæ: & patrimonij, & indu-
ſtriæ, & rerum eccleſiæ, ſi omnia iſta in-
ſimul concurrerint, & ponit exemplum
Abb. eccleſia habebat in redditibus tre-
centum, patrimonium ducentum, poteſt
addi ex induſtria ducentum lucrabatur,
pręlatus, detrahatur de redditibus tantū,
quantum potuit expendere pro ſuo victu,
& ſuorum defunctus. Sed non facias ex-
penſas, nimis delicatas, quia de redditi-
bus eccleſię habet expendere clericus
pro ſuo victu, & patrimonium, & alia ſua
pręſeruare, prout late fuit dictum ſupra in
quæſtione ex quibus pręſumatur cler. ac-
quiſiſſe, & pone quod iſta expenſa aſcen-
dant ad centum, pręſumptio, tunc inſur-
git, quod de bonis eccleſię in acquiſitio-
ne impenderit ducenta, de patrimonio
alia ducenta, de induſtria, alia ducenta,
ſic fiet ęqualis pręſumptio, & ęqualis di-
uiſio, & ſi minus percepiſſet de patrimo-
nio.

Digitized by Google

nio, minus de induſtria, minorem partem de acquiſitis haberet, & minus etiam præſumetur.

Et hoc, inquit, intelligo in caſu, quo Prælatus emiſſet, vel acquiſiſſet nomine ſuo; quia non eſt ſibi credendum, ex quo facultates eccleſię exuberant, & non apparet, in quem vſum ſint conuerſę, ſed ſi non habet neque patrimonium, nec induſtriã, præſumitur tunc pro eccleſia, vt per *Cyn. in authen. licentiam. C. de epiſcopis, & cleric.* vbi idem ſentit in adminiſtratoribus rerum ſecularium, nam dicit quod ſi adminiſtrator erat perpetuus, & nihil habebat ex adminiſtratione acquiſiſſe pręſumitur: ſi verò temporalis erat, & reddebat com-
24 putum adminiſtrationis, tunc non præſumitur acquiſiſſe ex adminiſtratione, ſed potius ex ſua induſtria; ſecũdo caſu principali, ſcilicet quando non conſtat, & certum eſt, quod nihil in patrimonio habebat & eo caſu eſt videndum, an habuerit aliquod artificium, vel ſcientiam, vel doctrinam, ex quibus potuiſſet acquirere, & tũc idem dicendum, prout diximus de patrimonio; quia per omnia idem eſt dicendum de induſtria in iſto caſu, quod dictũ fuit de patrimonio, vt per *Abb. d. capit. vt vnus, de pecul. cler.* Aut non habebat induſtriam, ſiue doctrinam, vel artificium aliquod, & tunc fit omnis præſumptio pro eccleſia, ſecundum diſpoſitionem *capit. primo de pecul. cler. & cap. 1. 12. q. 3.* Aut dubitatur, an aliquid habebat defunctus, tempore quo fuit promotus, & ſumus in tertio membro principali; & tunc, aut dubitatur, vtrum habuerit aliqua bona, ex quibus potuit iſta acquiſita comparare, & pręſumitur pro eccleſia, vel dubitatur, an acquiſierit iſta bona, de quibus eſt cõtentio, antequam promoueretur, vel poſt promotionem, & tunc pro nemine eſt præſumendum, ſed ille qui erit in poſſeſſione, erit tuendus, & defendendus quouſque per alium de contrario probetur, hæc *Abb. d. repetit. in capitulo cum eſſes. de teſtamen. & capitulo vt vnus. de pecu. cler.* ſubdens paulo poſt *Abb. in d. repetit.* ex iſtis tales elicio concluſiones; prima eſt bona per clericum beneficiatum, & patrimonium habentem acquiſita, in dubio acquiſita præſumuntur, tam de redditibus proprijs, quam de eccleſiæ bonis. Alia concluſio eſt, ſi dubitatur, an bona clerico decedente dimiſſa, ſint acquiſita ante promotionem ad beneficium, vel poſt, hęres clerici in poſſeſſione defendatur, quouſq. de iure eccleſiæ conſtiterit, vel Cameræ.

Idem dicitur de eccleſia, vel Camera, ſi ſit in poſſeſſione, quia ex quo parimodo eſt pro ea, vel eſſe poteſt præſumptio, in eadem poſſeſſione venit tuenda, & manutenenda, quia verba *Abbatis*, quod hæres eſt defendendus in poſſeſſione, intelliguntur, ſi hæres in poſſeſſione reperiatur, & ideo ita præſumendum in iſtis caſibus eſſe dicit *Abb.* ne fiat captioſa præſumptio, tam contra hęredem, quam contra eccleſiam, aut cameram in hac materia; ſi opponatur, quod beneficium fuit tenue vel quod fructus ſunt diminuti, debet opponens hoc probare, quia pręſumitur de contrario, per *tex in authen. de æqualitat. dot. §. ſin autem fortuita.* per *Ang. in conſ. 270. incip. Bonifacius. in vltima col. Calder. in tit. de probatio. conſ.* 10. *Card. in capit. fin de præſumptio. in 2. col.* per *Andre. Mocenigum in additio. ad Felin. in capitulo propoſuiſti. de probatio.* ſed quia hodie hominum laicorum, & ſecularium multũ excreuit malitia, & temeritas, qui etiam vſque ab antiquis temporibus ſemper clericis infeſti, & moleſti fuerunt. *cap. cleric. de eccleſ. immunitat.* qui non habito reſpectu, quem debent ad religionem, & ſanctimoniam, nullo iure res eccleſiæ occupant inuadunt modis quibus poſſunt eccleſiã, & Cameram defraudantes, & quia etiam quidam clerici contra canonum diſpoſitionem, & eorum conſcientiam, quotidie eccleſiam defraudantes res illius cognatis, & conſanguineis ſuis applicant, & appropriant, facientes cantare inſtrumenta, & contractus emptionum factarum de rebus eccleſiæ in perſonam patris, fratris, vel conſanguineorum, vt per *Cardin. Zabarellam in capit. fin. de pecul. cler. circa fin.* videtur ob hoc eſset melius & ęquius in cauſis dubijs dictæ diſtinctionis, præſumere ſemper pro eccleſia, et Camera tantum non autem pro hærede.

Et eccleſiam, vel Cameram apprehendere debere poſseſſionem ſpoliorum, et in illa manuteneri potius, quam hęredem, vt per *glo. in cap. ſecundo. de ſucceſſ. ab inteſta. in ver. morientium.* vbi tenet, quod in rebus acquiſitis intuitu perſonæ, ſi ſint diſtinctæ, ſuccedunt conſanguinei decedentis clerici ab inteſtato, ſi verò ſint permiſtæ cum rebus eccleſiæ diſtinguit, quod aut dubitatur, an habuit proprium, vel certũ eſt, quod habuit, ſi dubitatur ſemper pro eccleſia eſt pręſumendum, & totum ſemper vendicabit eccleſia etc et per doctrinam, vel regulam generalem *Innocen. in cap. cum in officijs. de teſtam.* vbi in fine

pri-

primæ col. dicit, quod relicta per clericum, de quibus poteſt dubitari ſint nè hæredum, vel eccleſiæ, debent occupari ab eccleſia, quia pro illa præſumitur. Quę doctrina, & illius verba, videntur generalia quoquomodo dubitetur, vel dubitari poſſit, vnde videntur etiam poſſe extendi ad caſus diſtinctionis *Abbatis*, & etiam doctrinam *Io. And. & Hoſtien. d. lo co.* Dicunt enim ibi *Innoc. Io. Andr. & Hoſtien.* generaliter, quod ſi clericus inteſtatus decedat, bona relicta occupantur hoc modo, videlicet, bona eccleſiæ occupat eccleſia, illa de quibus eſt certum, quod fuerunt teſtatoris occupat hæres, ea de quibus dubitari poteſt, cum pro eccleſia præſumatur occupabit eccleſia. Id quod ſentire, & ſequi videtur *Bal. in l. cum ipſe C. de contrahen. empt.* vbi dicit, quod clericus, aut emit nomine eccleſiæ, aut nomine ſuo, aut dubitatur. primo caſu acquirit eccleſiæ poſſeſſionem, & proprietatem, ſecundo caſu acquirit ſibi, & hæredibus ſuis, tamen ſi de bonis eccleſiæ emit, debet Eccleſia conſeruari indemnis, alioquin in ſubſidium vendicat rem emptam de pecunia ſua in quacunque perſona canet inſtrumentum. Tertio caſu ſcilicet, quando dubitatur dicit *Innocentius*, inquit idem *Bal.* valde eleganter quod in dubio videtur emiſſe nomine eccleſiæ, & eſt ratio, quia tenetur acquirere eccleſiæ, & ideo in dubio præſumitur feciſſe, quod debuit facere, intelligendo maxime de prælato, cuius ad hoc eſt officium, dicimus in q. ex quibus præſum. & ſi bona, aut pecuniæ de quibus agitur, tempore mortis epiſcopi, vel prælati erant intra domus epiſcopatus, in quibus habitabat epiſcopus, quamuis poſt mortem fuerint aſportatæ præſumendæ ſunt eccleſiæ, *Ruin. conſ.* 156. primo videndum *lib.* 4.

Quia per eundem *Innocen.* & alios, eccleſia prælato mortuo, ſi occupat bona ipſius prælati nomine empta, ignoranter non incidit in pœnam conſtit. *l. ſi quis in tantam. Cod. vnde vi.* quia iuſtam cauſam habet ignorantiæ, & contrariæ præſumptionis, cum enim præſumantur, inquit idem omnia acquiſita de bonis eccleſiæ, Itē, cū quicquid emit prælatus, præſumatur emiſſe nomine eccleſiæ, vel nomine eccleſiæ emere debeat, ſi aliud non appareat, debeo potius præſumere feciſſe, illud quod ius præcipit, quā contra ius, ſcilicet quod emerit, & poſſederit nomine eccleſię.

Id quod non eſt dicendum in hærede clerici defuncti, qui occupando incidit in pœnam. *d. l. ſi quis.* qui occupans non excuſaretur, vti eccleſia; quia pro eo non facit præſumptio, ſicut facit pro eccleſia, de cuius bonis ſemper præſumitur prælatus acquirere; vide per *glo. in l. etiam. in verbo merito crediderint. C. de donat. inter vir. & vxor. & in authen. licentiam in ver. probatam C. de epiſcopis & cler. in 6. Spec. de ſtat. monac. cum alijs ſimilibus. D. Quintilianus Mandoſius vir doctiſſimus, & rerum Rom. Curiæ peritiſſimus, in ſua praxi ſignaturæ gratiæ, in rubrica licentia teſtandi, & ſpoliorum conceſſio* : quod in cauſis ſpoliorum, commiſſarius apoſtolicus poſſeſſionem bonorum mobiliū, & immobilium aſſequi ſolet non expectata declaratione, an defunctus teſtamentum condiderit, & an illud facere potuerit, vel ſuper quibus bonis facere potuerit, & conſanguineos, ſiue clerici defūcti hæredes, ſi quid prætendunt contra cameram agere, ſeu experiri neceſſe eſt, eius opinio mihi placet per ſupradicta.

Pro quo cogita, quia eccleſia, & Camera legalius, & magis legitime ſe intromittit
25 in rebus ſpoliorum, quam faciant hæredes mortui, quia Camera apprehendit ſpolia auctoritate iudicis commiſſarij deſcribendo in inuentario particulariter omnia bona, & per eam conſeruantur, percipiuntur itidem fructus, redditus, & prouentus eorum, & pari modo conſeruantur omnia legaliter manu notarij publici cum ſolemnitatibus in forma requiſitis faciendo.

Vnde magis, quod ſuum eſt poteſt conſequi hæres, & integrius obtinere à Camera apoſtolica, quam poſſit Camera ab hæredibus, qui de facto nullo ordine iuris, vel ſolemnitate ſeruata, pauca cum religione & reuerentia, vt ita dicam, ſeſe intrudunt in bonis: & ſpolijs, occupando, inuadendo, occultando, aſſumendo, & defraudando, vt vidi ſæpè fieri poſtquam cauſas ſpoliorum audio: ſed tamen, quandoq; hæres occupando bona, & ſpolia per clericū relicta incidat in pœnā. *d. l. ſi quis.* ex cuius diſpoſitione eſt, quod violenter inuadens poſſeſſionem rei ſuæ apud aliū conſtitutæ, illā tenetur reſtituere, & in dominio eius priuatur, & vbi res ſit aliena illam reſtituet, & in eius extimationem condemnatur, omnino vide per eoſdem. *Innocen. Hoſtienſ. Ioannem Andream*, vbi dicunt, quod tunc demum

incurrit hæres dictæ conſtitutionis pœnam, quando rem, quam quoquomodo ecclesia incæpit poſſidere ſcienter, & violenter occupat, vltraque etiam tenetur interdicto vnde vi, puta, quia eſſet empta per clericum nomine eccleſiæ, vel alias nomine eccleſiæ per clericum poſſeſſa, imo nedum ſcienter & violenter, ſed & ſi clandeſtine eſt *deciſio Rotæ quæ. l ſi quis.* ita interpretatur *de eiſ. Putei 33. incip. diſpoſito. de reſtitutio. ſpoliat. in manuſcriptis.*

Si verò clericus teſtator hæredi relinquat rem quam emiſſet, non nomine eccleſiæ, ſed ſuo: vel ſi alij dictæ res poſſeſſionem tradidiſſet, vel ipſe, vel alius inuitus de illa fuiſſet expulſus. tunc hæres ab eo inſtitutus, cum poſſeſſio fuerit penes clericum teſtatorem, non nomine eccleſiæ, ſed ſuo, rem illam occupando, non incurrit pœnam, d. conſtitutionis, quia tunc bene poteſt occupare abſque aliqua ſuſpitione pœnæ.

Idem quoque videretur dicendum de eccleſia, vel hodie de Cam. apoſtolica, quod ſi Prælatus emit rem ſuo nomine, ſi ſucceſſor, eccleſia, vel camera ipſam ſcienter occupat, quod tenetur pœna d. conſtitutionis, ſi leges ſeculares Cameram ligare
26 poſſent apoſtolicam, vel conditione ex *illo* ... *16. q. 6. placuit.*

Si verò ignoranter, non quia iuſtam cauſam habet ignorantiæ, & contrariæ præſumptionis, tum quia clericus quicquid acquirit, prima facie eccleſiæ acquirere præſumitur, tum quia nomine eccleſiæ debet prælatus inire contractum; & in dubio debeo potius præſumere, quod inierit contractum nomine eccleſię, quod eſt ſecundum ius, quam nomine ſuo, quod eſt contra Ius.

Si verò Prælatus dimittat rem eccleſiæ, inter alias res ſuas proprias, eſto quod poſt mortem ſuam inter eas inueniatur, nihilominus eccleſia eiuſdem rei ciuilem poſſeſſionem retinet, cum ipſam prælatus
27 nomine ſuo, non nomine eccleſię poſſederit, vndè non præiudicat eccleſiæ ſi illius poſſeſſionem dimittat, vel eam alteri leget.

Vnde eccleſia, vel Camera bene illa occupare poterit, & econtra ſi illam occupat hæres, incidet in conſtitutionem, & tenebitur vnde vi, quia ad hoc ſufficit, quod eccleſia quoquomodo poſſidere incipiat, & hoc verum eſt, quando prælatus relinquit, vel dimittit res, quas conſtat eſſe eccleſiæ.

Si verò relinquat illa, de quibus poteſt eſſe dubium, cum bene ratione dubij, poterit illam occupare hæres abſque periculo incurſionis alicuius in pœnam, puta quando illam acquiſiuit Prælatus poſt ſuam promotionem, cum in opnione ſua fuerit, quando acquiſiuit, vtrum illam nomine ſuo receperit, an verò nomine eccleſiæ; quia quamuis male faceret, ſi ius eccleſię perverteret, non tamen hoc eſt præſumendum *arg 1. q. 7. ſancimus.*

Facit etiam, quia ad hęredem veniunt, & per eundem occupari poſſunt, non ſolum ea omnia, quæ poſſedit teſtator, ſed etiam ea, quæ non poſſedit, puta commendata, depoſitata, dummodo in hæreditate inueniantur.

Ideoque non incidit occupando illa in pœ-
28 nam aliquam, vel etiam dictæ conſtitutionis, cum non debeat pręſumi ipſum hęredem aliter ea velle poſſidere, quam teſtator poſſederit, & per conſequens, nec proprietate, nec poſſeſſione eccleſiam ſpoliat.

Sed ſi vult eſſe tutus hęres in huiuſmodi ſe immiſcendo, vel illo occupando, faciat
29 proteſtationem ante actum occupationis, vel in ipſo actu, quod talia occupat, vel apprehendit, ſaluo iure eccleſię, tam in proprietate, quam in poſſeſſione, vt ibi per eoſdem *Hoſtien. Io. And. & Innocen.* vbi etiam ponunt, quę actio competat hęredi contra eccleſiam occupantem, vel detinentem res Pręlati defuncti, & econtra, quę competat eccleſię contra hęredem, vel alium detentorem, vbi videre, & recurrere ſemper potes.

Ita materia intellecta, & diſtincta, non habet, vt videmus difficultatem, quia tam primò, quam ſecundo loco adducta in contrarium, ſunt conciliata per diſtinctionem *Abb. d. cap. vt vnus, prææallegato,* intelligendo, prout ipſe intelligit & per eundem *d. cap. cum eſſes, col.* ... *repetit.* vndè remanet ſine aliqua repugnantia, vel difficultate, circa quorum concordationem non inſiſto, quia eſſet labor, ſine fructu aliquo, & penitus inanis; & iſta ſufficiant pro nunc quantum ad pręſumendum circa ſpolia prouenientia ab eccleſia, vel a beneficijs eccleſiaſticis.

Quia quantum ad illa ſpolia, quę facit cleri-
30 cus illicite negociando, & ex illicitis negociationibus deſcendentia, ego credo, quod nulla poſſit eſſe, vel fieri pręſumptio pro Camera contra clericum defunctum; imo quod ſi Camera aliqua ſpolia ex huiuſmodi pręt endat, quod pro-

bare

bare ipſa habeat, quia negociari, vel quod quis negocietur, eſt quid facti, quod regulariter non præſumitur, quia facta non præſumuntur per *Doctor. in l. ſciendum, ff. de verb. oblig.* imo clericis eſt penitus interdicta, & prohibita negociatio *capit. fornicari. 88. diſtinct.* vbi antequam quis ſit eccleſiaſticus negociari licet, facto autem iam eccleſiaſtico non licet, quia id dicunt apoſtolica verba, nemo militans Deo, implicat ſe negocijs ſæcularibus, & cantat *pſalmiſta Dauid, quoniam non cognoui negociationem, introibo in potentia Domini*.

Et clericum negociatorem veluti, quaſi peſtem fuge, diximus late ſupra in *q. illa qua negocia ſint permiſſa, aut interdicta clericis in ſecunda parte diſputationis. §. vtrum contrarium.* imo nullo modo debet fieri præſumptio, quod clericus ex negocijs acquiſierit, quia dicit *Abb. in cap. cum eſſes. de teſtam. in rep. col.* 11. *nu.* 26. quod acquiſita per clericum nunquam præſumuntur acquiſita ex negociationibus, quia clerico non eſt li-

31 citum aliquo modo negociari, *cap. fin. ne cler. vel monac. & plene 24. quæſt. 3. in ſumma*, & ideo inquit eſt præſumendum, quod acquiſita per eum, ſint acquiſita ex redditibus beneficiorum, non ex negociationibus: quia ſi ex negociationibus, præſumeretur crimen in clerico, quod eſſe non debet, vt ibi per eum.

Idem *Abb. in cap. 1 de pecul. cler.* vbi dicit, quod prælatus non præſumitur, acquiſiſſe ex negociatione, quia ſi præſumeremus in eo negociationem, præſumeremus delictum, id quod non eſt fiendum. Idem per *Lud. Rom. conſ.* 159. vbi dicit, quod quæſiſſe præſumitur clericus ex fructibus beneficiorum, ne alias dicendo præſumeremus in eo crimen commiſiſſe negociationis, vt ibi per eum.

Id, quod non eſt intelligendum ſimpliciter,

32 & indiſtinctè, quia non omnibus clericis eſt interdictum negociari, & negociationem facere: ſed beneficiatis tantum & miniſtris altaris, quos iura prohibent exercere negocia ſecularia, quia in clerico in minoribus cõſtituto eſt ſecus, quia ei non eſt interdictum negociari, vel negocia ſæcularia exercere, ſecundum ius commune per *Doct. Abb. in capit. primo. ne cler. vel monac. in finalibus verbis.* Vnde in clerico in minoribus conſtituto, ceſſat ratio præſumptionis ex prohibitione, vel interdictione, quia ex diſpoſitione iuris, poteſt quiquis negocia facere, quamuis ſecus ſit ex diſpoſitione Bullæ Pij quarti, quæ generaliter loquendo complectitur, & comprehendit clericos cuius cuiuſuis generis, de qua in quæſtione, quæ neg. ſint permiſſa, & interdicta clericis. Sed qualitercunque ſit, ego credo pro nunc, quod ſi Camera prætendat

31 relicta, & per clericum fuiſſe ex negociatione acquiſita, quia negociari eſt facti, quod non præſumitur pro ipſa, imo, quod probare habeat intentionem ſuam, & ſibi incumbentia.

SVMMARIVM.

1 *Intereſt Cameræ, quod quis potius præſumatur ſacerdos, quam clericus.*
2 *Sacerdos ordinatur ad titulum eccleſiaſticum.*
3 *Quis eſſe præſumitur talis, qualem eſſe requirit beneficij qualitas.*
4 *Regulariter currit annus ad faciendum ſe promoueri.*
5 *Quilibet præſumitur eſſe talis, qualem habitum portat.*
6 *Habitus non facit monacum.*
7 *Maius bonum eſt in ſacerdotio, quam in alijs ordinibus.*
8 *Bonum eſt obiectum voluntatis.*
9 *Magis lucroſa, magis deſiderabilia.*
10 *Eſſe ſacerdotem eſt quid facti.*
11 *Illud quod facti eſt, non præſumitur.*
12 *Seruitus eſt contraria naturæ.*
13 *In Sacerdotio plura requiruntur.*
14 *In beneficialibus præſumptio non eſt ſufficiens ad iudicandum.*
15 *Arcta eſt via, quæ ducit ad vitam æternam, & lata eſt via, quæ ducit ad perditionem.*
16 *Cogitatio cordis prona ad malum.*

An quis præſumatur potius ſacerdos, quam clericus.

QVAESTIO XVI.

His volo annectere, quæ mihi ſuccurrerunt tunc, & quæ reſpondi ad quæſtionem mihi propoſitam de quodam clerico defuncto, an eſſet præſumendum, quod eſſet clericus tantum, an ſacerdos.

Quę etiam ad materiam præſumptionum, in cauſis ſpoliorum faciunt, quia multũ intereſt pro camera, quod potius preſbyter, & in ſacerdotali ordine, quis fuiſſe

præſumatur, quam ſimplex clericus, quia
ſi presbyter, aut ſacerdos, erit dicendū
ſemper, quod fuit beneficiatus, vel ap-
1 parenter, vel præſumptiuè, prout dicimus
ſupra, cum ſacerdos non promoueatur,
niſi ad titulum eccleſiaſticum de iure or-
2 dinario, vnde eius bona per eum relicta,
erit præſumptio pro camera.

Et pro ſolutione iſtius quæſtionis quærebā
ego, an talis clericus fuiſſet prçlatus, vel
alias apparenter beneficiatus, & etiam
quærebam de qualitate prælaturę, vel be-
neficij, quia ſi beneficium, dignitas, vel
prælatura illius fuiſſet talis, quod de ſui
natura requireret altaris adminiſtratio-
nem, & ordinis ſacerdotalis exequutio-
nem, & quod non poſſet conſiſtere in
perſona, quæ non eſſet presbyter, vel
quę non haberet ordinis ſacerdotalis gra
dum puta beneficium curatum parochia,
& huiuſmodi.

Quia tunc indiſtinctè tenendum putabam,
eſſe præſumendum, quod ille fuiſſet preſ-
byter, & talis qualem eſſe requirebat be-
3 neficij qualitas, *cap præterea & cap. cum*
te. de ætat. & qualit. cap. extirpande. §. qui
vero. de præben. ſi tamen à die quo bene-
ficiū obtinuit, cucurrerit annus datus ad
4 faciendum ſe promoueri, *capitulo cum*
ex eo. de electio in ſexto.

Item quærebam de alio, an ne incederet ta-
lis in habitu ſacerdotali, vel incedere vi-
ſus fuerit, quo caſu ſtante, quod quilibet
debet præſumi eſſe illius ordinis, ſtatus,
& profeſſionis, cuius habitum gerit, &
5 eſſe talis qualem habitum portat, *l. mi-*
nor. & ibi *Bar. C. ſi ſerui export. veni.* vi-
deretur pro ſacerdotio præſumendum,
quamuis propter multa, & frequentem
facti contingentiam, in contrarium de
hoc eſt valde dubitandum, quia quotidie
videmus canonicos cathedralium, & alia-
rum eccleſiarum, & etiam clericos, in-
cedere in habitu ſacerdotali veſtes vſque
ad talos protenſas portantes.

Item in monaſterijs videmus regulares indi-
ſtinctè habitum ferre, nulla facta differen-
tia inter ſacerdotes, & non ſacerdotes,
pariformiter vnum, & eundem habitum
geſtantes monachalem, quia habitus nō
facit monachum, *gloſ. in cap. ex parte. de*
6 *conuerſ. coniugato*,

Item quia *Matthæi 6.* legitur: *cauete à fer-*
mento phariſeorum, quod eſt hypocriſis,
qui veniunt ad vos in veſtimentis ouium,
intrinſecus autem ſunt lupi rapaces, &
diuus Paulus: Sathanas ſe transfigurauit
in Angelum lucis: & lucifer in forma
ſerpentia, Euamque decepit, vnde meo iu-
dicio non eſt in hoc vis aliqua facienda.

Et pro præſumptione ſacerdotij, recordor,
quod reſpondendo vtebar iſtis argumen
tis, quod videlicet vita ſacerdotis, & ſta-
tus vitæ ſacerdotalis, eſt vita qualitatis
magis perfectæ, & gradus, ſeu conditio-
7 nis melioris, quia maius bonum in ſacer-
dotio eſt, quam in alijs ordinibus habe-
tur in *cap. cleros. 21. diſtinct.* & ibi per
Doct. ad cuius officium ſpectat ſacramen
tum corporis, & ſanguinis domini con-
ficere, orationes dicere, & Dei dona be-
nedicere, *cap perlectis. 25. diſt.* ergo vita
magis appetibilis magiſque deſiderabi-
lis propter ſui perfectionem, & bonitaté,
cum quilibet magis appetere debeat illud
quod eſt magis bonum, quam illud, quod
eſt minus, ſic *Luc. quinto; Chriſtus ma-*
gis laudauit vitam contemplatiuam Mag
dalenæ, quam vitam Marthæ, quia eſt vi-
ta nobilior ratione finis, & ratione obie-
cti vt habetur *Ariſt. in ſecundo Meth. 4. &*
primo de anima. probat *Sanctus Bona-*
uentura in primo ſenten. diſtin. prima,
vtens hoc argumento *bonum eſt amabile*
magis bonum, magis amabile; ergo ſum-
mum bonum, ſummum amabile, quia bo-
num eſt obiectum voluntatis, & hæc ratio
8 nes fuerunt *Platonis in libello de pulchro,*
& huius ſententiæ eſt *Sanctus Thomas in*
prima parte ſumma, ergo magis ineſſe,
& adeſſe in appetente prçſumitur, vel prç
ſumi debet, maximè, ſi appetens fuit æta
tis habilis ad ſacerdotium.

Item illa, quæ maius lucrum, & maiorem
commoditatem afferunt, ex quo ſunt ma-
gis appetibilia, & magis deſiderabilia ho
9 minibus, pari modo magis in homine
ineſſe præſumi debent quale eſt ſacerdo-
tium, & presbiteratus, quæ in eccleſia
debent habere de iure commoda propen
ſius, & largiori manu propinata, quam
clerici, diaconi, & alij ordines inferiores
per *tex in cap. conſuluit,* quod eſt *cap. vl-*
timum 79. diſt.

Quia de ſimilitudinem, & exemplum gra-
duum, & dignitatum ſæcularium, ſingu-
lis maioribus gradibus eccleſiaſticis, ma-
iores dignitates, & maiora præmia de-
bentur: *tex. & glo. cap. ſi off. 59. diſt.*

Quia inter alios ordines, ordini ſacerdo-
tali maximè datur beneficium, vel ti-
tulus, quia ad illum regulariter iure ordi
nario promoueri nemo debet, niſi titu-
lum habeat, vel beneficium, vt ſupra di-
ximus, ergo &c. Hæc recordor, quod
adduxi pro præſumptione ſacerdotis.

Sed

Sed rem ſeſe aliter habere, de iure tenui:
quia imo non pro ſacerdotio, ſed pro ele-
rico, & clericatu tantum eſt præſumen-
10 dum: quia cum effici ſacerdotem ſit quid
facti, vti de ſe patet, & quod facti eſt nun-
quam præſumitur, per *Doct. in l. ſtipulandum*
ff. de verb. oblig. merito non poteſt dici,
quod ſit pro ſacerdotio præſumendum.

Item quanto magis eſt facti in aliquo nego-
cio, tanto minus præſumitur, & ſi minus
11 facti negocium habet, magis præſumitur,
nam aucto ſubiecto, augetur qualitas, &
diminuto diminuitur qualitas, vt per
Doct. in cap. ſimiliter §. de manſo. ſi de in-
ueſt. feud. fuer. & in l. 4. ff. de cond. & dem.
Sed magis, & plus facti habet ſacerdotalis
ordo, quam clericatus, nam ſacerdotalis
præſupponit alios præcedentes per *Spe-*
cul. in tit. de ætat. & qualit. ergo, &c.

Item natura fecit homines magis procliues
appetentes, & inclinatos ad ſtatum libe-
12 rum, quam ad obligatum, magis ad vitam
liberam, & laxiorem, quam ad vitam ſtri-
ctam, facit *l. arianus. ff. de actio. & obligat.*
quia vita ſubiecta, eſt contraria naturæ;
quia ſeruitus eſt contra naturam, *§. ius*
autem. de iur. nat. gen. & ciuil. inſt.

Merito non videtur præſumendum pro ſa-
cerdotio, quod requirit ordinare vitam
multis regulis, & ordinationibus ſubie-
ctam, quod repugnat naturæ, quæ regula-
riter libertatem appetit, & ſubiectionem
abhorret.

Item ex eo etiam non eſt præſumendum pro
13 ſacerdotio, quia ad illud obtinendum plu-
ra requiruntur, quæ de facili non reperiũ-
tur in homine: idoneitas videlicet in æta-
te, in moribus, in ſcientia litterarum, *cap.*
cum te. & toto tit. de ætat. & qualitat. per
quæ putaui, quod non eſſet in dubio præ-
ſumendum pro ſacerdotio, imo quod quis
potius eſſet præſumendus clericus, quam
ſacerdos.

Pro quo in hac materia facit *Deciſio Rotæ*
263. in antiquis. quæ eſt rubricata, cleri-
cus qualiter probetur, vbi habetur, quod
Rotæ opinio eſt, vbi clericus fuit in poſ-
ſeſſione per aliqua tẽpora, & vixit vt cle-
ricus, ſufficit probare poſſeſſionem cleri-
catus, licet alias per literas, & teſtes non
probetur titulus; contrarium videtur in
deciſio. eiuſdem Rotæ in antiquis 864. in
cap. mortuo. de teſtam. vbi clericatus ha-
bet plene probari, ſed intellige hoc, vt
in fine dictæ deciſionis.

Et licet poſſeſſio clericatus ſecundum *Io.*
Andr. ibi allegatum, ſine alia probatio-
ne tituli inducat præſumptionem, tamen
in beneficialibus præſumptio non eſt ſuf-
ficiens ad iudicandum beneficium, niſi ve-
14 rus titulus probaretur. Nec obſtat illud:
quod vita magis perfecta, eſt magis ap-
petibilis, & magis deſiderari debeat, ſe-
cundum dogmata religionis chriſtianæ:
quia non valet conſequentia, eſt appeti-
bilis, vel magis appeti debet, ergo ineſ-
ſe magis præſumitur. Quia imo videtur
contrarium, quia ex quo eſt magis perfe-
cta, magis difficilis videtur, per illud
Matthæi 7. Arcta eſt via quæ ducit ad vi-
tam æternam, & pauci ſunt, qui ingre-
diuntur per eam, lata eſt, quæ ducit ad
15 *perditionem, & multi ſunt, qui ingrediũ-*
tur per eam: ergo minus ineſſe in homine
præſumitur, quia ſepties in die cadit
iuſtus.

Et multo difficilius inueniuntur homines
ſancti, & vitæ ſanctæ, quam peccatores
quia homines magis ad malum, quam ad
bonum natura inclinat, ſenſus, enim &
& humani cordis cogitatio, in malum
16 prona ſunt ab adoleſcentia, 8 *gen. & in*
authen. de monac. §. ſi vero. ibi humana
enim natura labitur quodammodo ad de-
licta, merito dici poteſt, quod contra-
rium non obſtat. Nec minus obſtat il-
lud, quod ſecundo loco adduxi, quod ex
quo gradus ſacerdotalis magis honori-
bus, & præmijs honoratur, quam cæte-
ri ordines, magis deſiderari, vel appeti
debet, quia ex hoc non infertur pari mo-
do ergo magis in homine ineſſe præſu-
mitur: quia multa bene deſiderantur,
quæ tamen à deſiderantibus, vel appetẽ-
tibus nõ obtinentur, vel habentur, diuitiæ
honores, dignitates non habentur, quan-
doque tamen cum difficultate obtinentur
niſi alicui ſit proſpera fortuna. Quia ad
obtinendum ſacerdotium non requiritur
ſolum, quod quis velit fieri ſacerdos,
ſed multa alia, de quibus ſupra. Quæ re-
gulariter in quolibet homine non repe-
riuntur, aut ineſſe præſumuntur, quia
cum illis homo non naſcitur, puta mo-
rum, litterarum, & ætatis idoneitas,
quod ſit legitimus: item aliorum proce-
dentium ordinum in eo exiſtentia, meri-
to illud in aliquo non contrariatur.

SVMMARIVM.

1 *Spolia ſunt res eccleſiæ.*
2 *Camera Apoſtolica ſubrogata eſt in ſpo-*
lijs, loco eccleſiæ.
3 *Eccleſia habet fiſcum.*
4 *Fiſcus Papæ eſt Camera Apoſtolica.*

Ver-

5 Verbum ſpectaſſe importat canonem latæ ſententiæ.
6 Lex promulgata per tempus præteritum importat canonem latæ.
7 Verbum præſentis temporis in dubio eſt canon. latæ.
8 Spolia ſunt applicata Cameræ ipſo iure.
9 In cauſis ſpoliorum non requiritur ſententia diffinitiua: ſed declaratoria.
10 In cauſis ſpoliorum, admittitur appellatio, facto depoſito.
11 Fructus percepti de rebus ſpoliorum, ſunt Cameræ à die vacationis.
12 Caſus in quo adhuc non declaratus delinquens, non facit fructus ſuos.
13 Dominium ſpoliorum, tranſit in cameram ſine traditione.
14 Dominium, & poſſeſſio ſpoliorum eſt penes Chriſtum, & eccleſiam.
15 Acquiſita per clericos illicitè ſunt ſpolia.
16 Non eſt neceſſaria ſententia declaratoria; quando eſt notorium, ſpolia prouenire ex beneficijs, vel ex illicitè negociatis.
17 In ſpolijs non currit præſcriptio, niſi vt contra eccleſiam.
18 Præſcriptio contra eccleſiam, currit ſpatio 40. ann.
19 In rebus mobilibus eccleſia nullum habet priuilegium.
20 Poſſeſſor tenetur ad omnia ſpolia, & ad annexa.
21 Spolia ante ſententiam non poſſunt alienari.
22 In ſpolijs occultus poſſeſſor afficitur.
23 Debitores ſpoliorum non debent ſoluere poſſeſſori, ſed cameræ.
24 Confeſſio circa ſpolia facta, non poteſt reuocari.
25 Vbi ſententia eſt lata à lege, non poteſt reuocari confeſſio.
26 Spolijs alienatis non agitur reſciſſoria, ſed rei vendicatione.
27 Debitor ſpoliorum non poteſt purgare moram.
28 Cum debitore ſpoliorum confeſſo non agitur mitius.
29 Vide, quando confeſſi, & conuicti pariſicentur.
30 Spolia poſſunt peti, etiam ſi conſtitutio ſpoliorum abierit in deſuetudinem.
31 In cauſis ſpoliorum poteſt quis allegare de iure tertij, quia conuentus poteſt dicere, quod res ſpectat ad cameram.
32 In ſententia excommunicationis, regulariter factum hominis requiritur.
33 Dictio ex tunc importat canonem latæ.
34 Verbum incurrat, importat pœnam ipſo iure.
35 Camera apoſtolica poteſt cedere iura potentiori, cauſa iudicij mutandi.
36 In cauſis ſpoliorum, etiam mulier poteſt eſſe teſtis, procuratrix, & arbitrix.
37 Vbi tractatur de ſalute animarum non diſputatur de apicibus iuris.
38 Emens ſpolia, non tenetur ſoluere aliqua vectigalia.
39 Obligatus exigere ſpolia, ſi deficit tenetur de ſuo.
40 Spolia poſſunt exigi, etiam conditione in ſpecifica forma non adimpleta.
41 Reſpectu eccleſiæ, & Cameræ, attenditur leuior conditio.
42 Regulariter non eſt recedendum à verbis teſtatoris.
43 Conditio appoſita in ſpolijs, reſoluitur in modum.
44 Confeſſio in ſpolijs, abſente parte facta pro Camera valet.
45 Confeſſio prælati præiudicialis Cameræ, non valet.
46 Confeſſio in vltima voluntate non valet; niſi ſit iurata.
47 Confeſſio in teſtamento, etiam non iurata, in fauorem Cameræ valet.
48 Camera gaudet ſuis priuilegijs, in bonis, & in creditis.
49 Camera contra confeſſionem, petit reſtitutionem in integ.
50 Valet conſuetudo, per quam eccleſia acquirit, rerum dominium.
51 Dominium transfertur in Cameram, ex ſolo contractus abſque traditione.
52 Valet in fauorem Cameræ contractus factus calore iracundiæ.
53 Merita, & ſeruitia debent probari, reſpectu Cameræ.
54 Pro Camera valet promiſſio ſine ſtipulatione, ſiue cauſa.
55 In debitis Cameræ non valet regula; de liquido ad liquidum debet fieri compenſatio.
56 Camera non tenetur de depoſito facto penes prælatum.
57 Camera poteſt agere contra illum, qui accepit eccleſiam, non animo ſe promouendi, ſed fraudandi.
58 Occupantes ſpolia ſunt ſuſpenſi.
59 Camera in ſoluendo debita habet prælationem.
60 Rei emptæ de pecunia eccleſiæ, acquiritur Cameræ, non dum dominium: ſed actio perſonalis.
61 Licet contractus factus eccleſia vacante ſuper rebus eccleſiæ eſt ipſo iure nullus,

63 Ca.

tamen poteſt ratum haberi, ſi ſit vtilis.

62 *Camera poteſt opponere exceptionem nõ numeratæ pecuniæ ſemper, & omni tempore.*

63 *Camera poteſt vti pro libito legibus ciuilibus.*

64 *Solum cedit ædificio facto de pecunia Cameræ.*

65 *In cauſis ſpoliorum, poteſt procedi etiam ferijs indictis in honorem Dei.*

66 *Mulier obligata pro ſpolijs, non iuuat ſe beneficio velleiano.*

67 *Camera agit hypothecaria contra tertium poſſeſſorem, non diſcuſſo principali, & contra fideiuſſorem non diſcuſſo principali.*

68 *Camera vtitur priuilegijs minoris.*

69 *Camera petit reſtitutionem in integ. ex duplici capite.*

70 *Contra Cameram iuſtus titulus non excuſat.*

71 *Camera non poteſt renunciare reſtitutioni in integ.*

72 *Camera læſa reſtituitur ante ſententiã.*

73 *Camera reus tenetur exhibere etiam ad fundandam eius intentionem contra ſe ipſum.*

74 *Quilibet admittitur ad intentandum interdictum, pro rebus Cameræ recuperandis.*

75 *Quilibet agit pro iniuria illata Cameræ.*

76 *Quilibet poteſt agere pro Camera, etiam ſine mandato.*

77 *Camera habet regreſſum contra male adminiſtrantes res ſuas.*

78 *Camera poteſt exigere debitum ante diem, ſoluto interuſurio.*

79 *Camera creditrix, vel debitrix non tenetur cauere.*

80 *Verba in iudicijs interpretantur in fauorem Cameræ.*

81 *In dubio pronunciatur in fauorem Cameræ.*

82 *Camera agit de euictione ante rem euictam. l. ad intereſſe.*

83 *Camera eligens vnam viam, illa omiſſa, diuertit ad aliam.*

84 *Inuadens ſpolia eſt ſacrilegus.*

85 *Prædia acquiſita de ſpolijs, ſũt exempta.*

86 *Pro rebus Cameræ agi poteſt ex officio, & iudex ſupplet in his, quæ ſunt facti.*

87 *Pactum, vt quis ingrediatur propria auctoritate, non ligat Cameram.*

88 *Quilibet poteſt ſtipulari pro Camera.*

89 *Pro Camera agitur ex ſola pollicitatione.*

90 *Omnes contractus Cameræ, ſunt contractus bonæ fidei.*

91 *Impoſſibilitas non vitiat promiſſionem factam Cameræ.*

92 *Camera etiam per alternatiuam ſtipulationem acquiritur.*

93 *Camera læſa ex contractu, venit contra contractum.*

94 *Stantibus pluribus inſtrumentis vno tempore factis, præſumptio eſt pro inſtrumentis Cameræ.*

95 *Aedificia, habentia inſignia Cameræ, præſumuntur eſſe Cameræ.*

96 *Præſumitur in dubio pro hypotheca Cameræ.*

97 *Res inter alios acta prodeſt Cameræ, contra regulam.*

98 *Poteſt ferri ſententia pro camera, etiam ipſa non inſtante.*

99 *Exigens plus debito à Camera, tenetur in duplum.*

100 *Camera agit ante diem, ſtãte neceſſitate.*

101 *Solutum Cameræ, etiam ex falſa cauſa, non repetitur.*

102 *Camera conuenit inſolidum hæredes portionarios.*

De priuilegijs Cameræ Apoſtolicæ circa ſpolia.

QVAESTIO XVII.

QVia multum facere ad propoſitum duxi ad cauſas ſpoliorum, & illarum expeditionem ſcire; quæ, & qualia priuilegia, vel ſingularia habeant, vel habere poſſint ſpolia: Ideo hanc de ſpoliorum priuilegijs, quæſtionem facere volui, quia vltra ſpecialia, etiam illa omnia priuilegia, & ſingularia ſpolijs, & ſpoliorum cauſis competere videntur, quæ rebus eccleſiæ, competunt, quia ſpolia relicta per clericum defunctum, acquiſita de fructibus, & emolumentis eccleſiæ, ſunt res eccleſiæ, eſt *tex. in terminis in capitulo relatum. el ſecundo. de teſtam.* ibi ijs bona, ſicut, & alia in Dei timore diſpenſet, &c. Et paulo poſt ibi, licet autem mobilia, &c. & denique facit totus ille tex. & de iure nouo, & antiquo, vti res eccleſiæ, & res ad eccleſiam ſpectantes conſeruabantur, & cuſtodiebantur eccleſiæ, vel in eccleſia, ſeu in prælatura ſucceſſori, per *tex. in capitulo quia ſæpe. de electio. in ſexto*, vbi determinatur, quod tam bona demiſſa per prælatum, quam obuenientia tempore vacationis, & tempore mortis prælati, non vſurpentur modo aliquo per capitulum, conuentum, collegia, vel ſin-

ſingulares perſonas corundem, ſed reſeruentur.

Item per *tex.in capitulo præſenti. de off.ord. din.in ſexto.* vbi bona rectorum, vel miniſtrorum eccleſiæ inuenta poſt eorum mortem, ſiue eccleſiarum vacationis tempore obuenientia, quæ in vtilitatem eccleſiarum expendi debent, vel ſucceſſoribus in eccleſia fideliter reſeruari, &c. & ante ius nouum hoc fuerat, & per iura antiqua ſtatutum per *tex. in c. illud. & c. non liceat. 12 q. 2. cum ibi gloſ.* vbi habetur, quod bona epiſcoporum, & prælatorum decedentium, debent ſub cuſtodia fideliter reſeruari, vbi glo. tradit quomodo, & per quos debeant cuſtodiri: faciunt hic quæ adduco *in quæſtione. de poteſtate cler. vel præl. verſic. in acquiſitis.* vbi multa deduco quod acquiſita de fructibus, & occaſione eccleſiæ, vti res eccleſiæ conſeruantur, & cuſtodiuntur, & non alienantur, vel diſtrahuntur, niſi vt res eccleſiæ, & de eis mandatur, & ſtatuitur vti de rebus Eccleſiæ.

Item eſt præſupponendum, & præmitten-
2 dum vnum aliud, quod in locum talis eccleſiæ, aut ſucceſſoris, hodie ſubrogata ſuccedit in huiuſmodi bonis dimiſſis, pleno iure, Reuerenda Camera Apoſtolica prout per conſtitutiones extrauagantes in materia ſpoliorum æditas per Romanos Pontifices, vt per *Rot. Deciſio. 855. incep. cum Camera apoſtolica. in antiquis. in rubrica de probatio.*

Item eſt etiam præmittendum, quod eccle-
3 ſia habet fiſcum per *Bal. in authen. bona damnatorum. C de bon. damn. & gloſ. ſingul. in capit. quia diuerſitatem. in verbo prætor. de conceſſ. preben.* vbi *Butr. & Imo. Abb. Anan. Marian. in capit. excommunicamus. de hæreticis. Card. in Clem. volentes. de hære. §. 1. Oldrad. in conſ. 302. Alberic. de Roſa. in ſuo dictiou. in verbo fiſcus.* & quamuis aliqui Doctores dubitent, ſi Epiſcopi fiſcum habeant, vt *Bal. in authen. vt nulli. iud. §. vt autem.* tamen nemine diſcrepante in hoc conueniunt, eccleſiam Romanam habere fiſcum, vt in locis allegatis, qui fiſcus Papæ, eſt Camera apoſtolica, vt elicitur ex *capit. ſecundo. §. eo tamen prouiſo, & ibi glo. Doct.*
4 *de elect. in clementinis*

Iſtis ita præſuppoſitis, & præmiſſis, eſt videndum, quia in bulla, ſeu conſtitutione Pauli 3. facta in materia ſpoliorum, ſub Dat. Romæ tertio nonas Ianuarij anno 1541. anno Pontificatus Octauo, adſunt
5 illa verba videlicet, Declaramus ſpectaſſe, & ſpectare, quæ important canonem latæ, non ferendæ ſententiæ: quia quando lex promulgatur per participium, vel per verbum temporis præteriti, regulariter eſt latæ ſententiæ *glo. eſt capitulo. in quicunque. de hæret. lib. ſexto. facit tex. in cap. ſecundo. de teſt. cogen.* & per alia iura, quia dicit *Abb. in cap. ſi diligenti. extra de for. comp.* & iſta ſunt verba declaratoria, quæ important canonem latæ, & per Abb. ibi ſi dicat decernimus, &c. imo verbum, aut participium, etiam præſentis temporis, in dubio eſt canon la-
7 tæ ſententiæ, dicit *glo. in l. ſi quis maior. in §. infamia C. de tranſact.* & ibi eam ſequuntur *Doct. Bar. Bal. Saly. & expreſſius glo in l. 1. § afficerentur. C. ne lic. pot. & in l. ſicut. in verbo nomine. C. de teſt. milit & in l. ſi quis in tantam. in glo. magna. verſic. 4. quæro. & ibi Bar. & Angel. C. vnde vi. Bar. in l. iubemus nulli. § ſane ſi hoc. C. de ſacroſan. eccl. col. vltima. & ibi Alex. & authentico. qui ſemel. ante fin. C. quomodo & quan. Archid. in cap. inolita. col. prima ad fin. 1 1. quæſt. prima. Bal. in l. ſecunda in addit. in 3. quæſt. & ibi Saly. C. de iure empbyt.* Sed dubium eſt ſi lex habeat verbum, ſpectare, quod eſt infinitum præſentis temporis, & poteſt trahi ad omnia tempora *glo. Bar. in l. 2. §. ſtipulatio. in verſic. datur. ff. de verb. oblig. Io. And. in proœmio libri ſext. Saly. in l. vt proponis. paulo ante fin. C. de condit. ob cauſ* tamen in dubio potius ferendæ eſt, quam latæ, *gloſ. in §. 1. in verſic. imminere. in authen. de inceſ. nup. & in cap. primo. in verſic. ſuſtinere. ſecunda quæſt. 3. Card. Alex. in cap. primo. in prin. quibus mo. feud. amit.* Sed hoc dicendum eſt in dubio: ſecus in caſu noſtro, vbi verba ſunt prolata temporis præſentis expreſſè, vbi expreſſè verba ſunt declaratoria. Item in conſtitutione Pij quarti ſub Dat. Die 7 Decembris 1560. ſui Pontificatus Anno primo, ſunt iſta verba, videlicet incorporamus, & appropriamus, applicamus, illaque applicata, incorporata, appropriataque ſore, & eſſe decernimus, & ſtatuimus, ideo ſpeculemur, an etiam per dicta verba Camera Apoſtolica ipſo iure, an verò per ſententiam habeat ſpolia, & certe, cum ponatur verbum ſint, cum dictionibus illis incorporata, appropriata &c. conſtitutio importat vim, quod ipſo iure
8 ſint Cameræ Apoſtolicæ, per ea, quæ dicit. *Alex. in additio. ad lecturam Bar. in l. imperator. ff. de iure fiſc.* vbi dicit, quod vbi ponitur verbum ſit, vel erit, cum iſtis di-

dictionibus excommunicatus, priuatus, & ſimilibus importat actū ipſo iure, nec opus eſt ſententia, allegat *tex. in cap. à vobis, de ſententia excommu. & cap. fin. in fine, de tempo ordin. in ſexto, & capit. quia in omnibus, de vſu. Bal. in l. 1. C. de rit. nup.* & hoc ipſe pro regula ponit, additque aliquas fallentias, quæ ſunt extra noſtrum caſum ad *Bar. in l. 1. ff. ad l iul. de vi. priua. apoſtillam Barba. ad lecturā Bal. in l. iubemus §. ſanè C. de ſac. ſan. eccle. in verbo. Item niſi dicatur ſit bannitus, Bely. in cap. Rodulfus in verſ. publicata ſint, de reſcript.* tamen iſta intelliguntur cum modificatione, nam quamuis non requiratur ſententia diffinitiua, tamen requiretur declaratoria, Ita *Maria. Soci. in c. iudei. de iude. & Card. conſ. 128 incip. habui talem punctū, à quodam Cardinali, et in conſ. 132. incip. 1. presbyter, & Alex. in dicta apoſtilla ad Bar. in l. imperator. ff. de iure fiſci, & Bal. in l. iubemus d. §. ſanè C. de ſac. ſan. eccle. Barba in allegata apoſtilla, & Fel. d. cap. Rodulfus circa fi.* qui multū copioſe allegat.

Et hoe erit primum priuilegium Cameræ apoſtolicæ circa ſpolia, ſcilicet quod nō
9 requiratur diffinitiua ſentētia, ſed ſolum declaratoria, ad quam tamen debet procedi rite, cum ordine iuris, & ab illa appellatur, vt dicunt *Doctor.* in dictis locis allegatis, ſed appellatio hodie nō admittitur, niſi facto actuali depoſito eondem-
10 nationis, vt per breue Sanctiſsimi Pij 4. directūm ſuo generali Theſaurario, quod eſt in fine præſētis tractatus deſcriptum.

Secundum priuilegium eſt reſpectu fructuum rerum ſpoliorum, nā cum ſit facta applicatio ſpoliorum ipſo iure, nec requiratur ſententia diffinitiua, fructus ex dicta cauſa à die vacationis ſunt Cameræ
11 Apoſtolicæ, nec requiritur ſentētia, vel diffinitiua, vel declaratoria, per ea quæ dicit *Dominic. in c. felicis, de panis lib. 6.* vbi dicit poſt *Io. And.* quod conſtitutio imponens pœnam ipſo iure, per hoc eſt
12 bona, nam quamuis aliquis nō ſit declaratus delinquens, tamen interim non facit fructus ſuos, idem *Socin. in c. iudeo de iudeis, & Fel. c. 1. de conſtit.* vbi *Abb.* per *Bar. in l. poſt contractū ff. de don.* latius *Abb in c. dilecti de arbi.*

Tertium priuilegium eſt, nam in cauſis ſpoliorum proceditur ſummarie, de plano, ſine forma, & figura iudicij, ſed ſola facti veritate inſpecta, quæ clauſulæ quomodo intelligantur, ad nauſeam *Doct. in clem. ſape de verb. ſign.* explanant, & *Bar. in extrauag. ad rep. & Specul. in tit. de ſtima. cogn. Par. de Puteo in tract. de ſindi. in verbo ſententia, Bar. in l. cum filius fami lias ff. de donat.* diximus ſupra in q. de modo procedendi &c.

Quartum priuilegium eſt, nam dominium rerum ſub ſpolio contentarum, tranſit in Cameram ſine traditione, & hoc ita pro-
13 batur, nam in iudicijs vniuerſalibus ex ſola ſentētia tranſit dominium. *Bar. & Angel. in l. & ideo ff. de cōd. furti, et Bal. in l. 2. & 3. ff. de publ. & in l. traditionibus C. de pactis, & in l. 1. C. commun. vtri iud. & Alex. in additione ad Bar. in l. ex hoc iure ff. de iuſt. & iur. in verbo dicto,* & etiam *Bart.* ibidē, ſed iudicium ſpoliorum poteſt dici iudicium vniuerſale, cum in eo contineantur actiones, iura, & corpora, per ea quæ tradunt *Doct. de dote in rubrica ſolu. mat. ff. quod ſit iudicium vniuerſale, & in rub. de acqui. hære. ff. vbi diffiniunt hæreditatem eſſe ius vniuerſale, & in l. hæreditas ff. de verb. ſigni. & in l. pecu.* neque poteſt dici, quod ſententia abſit, & ideo non transferatur dominium, nam adeſt ſententia legis, quæ ipſo iure transfert per *Ab. & Fel. in c. 1. de conſtit. Feli in d. c. Rodul. de reſcrip.* nec opus eſt aliqua ſententia diffinitiua, vt dicunt *Doct.* in dictis locis, ergo requiritur neceſſario, quod dominium transferatur ſine traditione; ſed dico
14 melius, quod dominiū, & poſſeſſio rerum ſpoliorum, eſt ſēper penes eccleſiā per *Innoc. in c. cū ſuper de cauſ. poſſeſſ. & propriet.* diximus ſupra in queſtione in probatio, ſeu præſūptio, & ſic penes camerā.

Quintum priuilegium eſt, nam quoad bona, acquiſita intuitu eccleſiæ, Camera nanciſcitur poſſeſſionē illius rei, quæ acquiritur ſine aliqua apprehenſione, quod hoc modo iure probatur; de iure antiquo, hęc acquiſita intuitu eccleſiæ, debantur ſucceſſori in beneficio, habetur in *c. relatum c. quia nos, c. ad hac, c. cū in officijs, c. filius noſter, de teſta, c. quia ſape, de electio in 6 c. illud, & c. nō liceat.* cum ibi *glo. 12. q. 2.* ſed per extrauagantes cōſtitutiones poſtea promulgatas in iſtis acquiſitis Camera apoſtolica ſuccedit, eſt *deciſ. Rota 855. in antiquis, incip. cū Camera apoſtolica,* vnde, cū ſit ſubrogata loco eccleſiarū, iure illarū vti debet vt dicunt *Doct. in l. fi. in auth. quas actiones, C de ſac. ſan. eccle. et in l. cū filius familias §. in hac ff. de verb. oblig. et in l. pola. C. de his qui vt indignis, tex. et Doct. in l. fiſcus ff. de iure fiſ. Bal. in rub. C. de priuil. fiſ.* ſed in

Ff præ-

prælatum, nomine eccleſiæ, de iure Ca-
nonum tranſit poſſeſſio. *Bar. & Doct. in*
l. 1. in fi. ff. eodem titulo ergo eodẽ modo
in Camerã, quæ ſubrogatur loco eccleſię:
ſed iſtud quintum priuilegium, poſſet di-
ci, quod locum obtinet in ſpolijs acquiſi-
tis intuitu beneficiorum, in quibus ſucce-
debat eccleſia, cuius perſona Camera
fungitur, non in bonis acquiſitis, reſpe-
ctu negociorum illicitorum, quibus non
ſuccedebat eccleſia: ſed cum per *extra-*
uagantem Pij quarti aditam ſuper illicitis
15 *negociationibus*, quæ eſt inſerta in ſecun-
da q. præſentis tractatus, hodie ſint iſta
pari modo ſpolia, pariq; modo Cameræ
incorporata, non deberent diuerſo iure
cenſeri: quia vbi eadem ratio, idem ibi
ius ſtatui debet, vulgatis iuribus.
Sextum priuilegium eſt, nam neque eſt ne-
ceſſaria ſententia declaratoria, quando
16 eſt notorium, quod bona fuerunt acqui-
ſita reſpectu beneficiorum, vel negotio-
rum illicitorum contemplatione, per ea,
quæ dicit *Abb. in c. cum non ab homine*
verſ. ſed certe ſi ſubtiliter de iud. vbi dicit
ſubſtantialiter, quod per clauſulam ipſo
iure, vel æquipollentem, quando eſt no-
torium id ſuper quo lex diſpoſuit, non eſt
opus ſententia, nec etiam declaratoria,
quia in incertis, non certis opus eſt con
iecturis, *c. 2. de reg. iuriſ lib. 6. vnde*
tex. in c. cum non ab homine: non dicit
aliquid de declaratoria ſentẽtia pręmit-
tenda, traditioni curiæ ſeculari, quia
videbatur notoria incorrigibilitas. in *d.*
c. facit quod dicit *Alber. de Roſa in 3. par.*
ſtatu quæſt. 93. nam cum ſtatutum fa-
ctum eſſet, vt vulneratus cum armis ad
effuſionem ſanguinis, ipſo facto eſt in
banno, & aliud ſtatutum permittebat
impunè occidi bannitum, modo quidam
interfecit illum, qui vulnerauerat cum
armis, antequam per declaratoriam po-
neretur in banno, quærebatur, an gau-
deret beneficio ſtatuti ille interfector, &
dixit, quod ſic, nec obſtabat, quod non
præceſſerat declaratoria; quia factum
erat notorium: quia tantum operabatur
ſententia legis, quantum hominis. *l. cũ*
quaſi §. ſi plures ff. de fideicom. lib. Idem
dicit *Abb. in clem. præſenti de cenſib. &*
in capit. peruenit. el primo de appel. & ibi
Philip. Franc. & ita etiam intelliguntur
verba *Bal. in l. iubemus. la ſecũda in §. ſa-*
ne. adſi. verſic. additio tam C. de ſac. ſan
eccle. & ita etiam intelligitur *glo. in ca-*
pit. commiſſa in verſic. iuſto impedimen-
to. de elect. lib. 6. dicens, quod in caſu
capit licet canon. eodem tit. poteſt colla-
tor conferre beneficium ipſo iure vacans,
abſque alia pronunciatione, ſuper priua-
tione, incurſa, eſt enim notorie incurſa
illa pęna priuationis, & idem dicit *Domi*
Lap. allega. 127. & Domi in d. c. commiſ-
ſa. §. 1. in fi. allegat in ſimili *Io. And.* in
duobus locis, de quibus ibi, facit etiam
glo. fi. in c. pro humani de homic in 6. vbi
dicit quod beneficia illorum conferuntur
non vocato poſseſsore: ſimilis caſus in
c. vbi periculum §. præterea, verſ. ipſos de
elect. lib. 6. vt ibi *Domin. in vlt. notab.* &
ſic per omnia dicta iſtud ſextum priuile-
gium manet firmum.
Septimum priuilegium eſt, nam quoad bo-
na, intuitu beneficiorum acquiſita, non
currit præſcriptio, niſi eo modo, quo
17 currit contra eccleſiam, ad quam de iu-
re antiquo pertinebant illa bona, quod
ita faciliter probatur Canones dictabant
quod bona acquiſita intuitu beneficio-
rum, peruenirent ad eccleſiam, cuius cõ-
templatione erant acquiſita, vt vnani-
miter *Doct. in c. relatum, & c. cum in*
officijs de teſtam. dicunt cum ſimilibus:
nunc per extrauagantes, & bullas poſtea
emanatas, fiſcus eccleſiæ Roman. qui
dicitur Camera Apoſtolica ſuccedit in il-
lis bonis, ergo, cum hodie ſit ſubrogata
Camera loco, & vice eccleſiarum, priui-
legijs, & prærogatiuis illarum vtitur quo-
ad tempus decurſum, quoad decurrẽdum
verò iure proprio, vt *Bar. Bal. Sali.* di-
cunt in l. fi. & authen. quas actiones C.
de ſac. ſanct. eccle & Doct. in l cum fi-
lius familias §. in hac ff. de verb. oblig.
18 *cum ſimilibus*, ſed contra eccleſiam non
præſcribitur niſi ſpatio quadraginta an-
norum, vt habetur in *authen. quas actio-*
nes, & ibi *Ias. & Doct. C. de ſac. eccle.*
& in authen. de eccle. titu. §. pro tempo-
ralibus 9. collat. & tex. & Doct. in c. de
quartadecima, & c. ſanctorum patrum,
& cap. ad aures de præſcrip. ergo eodem
tempore vtitur Camera Apoſtolica, ad
excludendam præſcriptionem, cum loco
illarum eccleſiarum quondam ſucceden-
tium ſit ſubrogata, vt ſupra probatum eſt
ſed hoc priuilegium limitatur primo ſolũ
procedere, quoad tẽpus decurſum, non
quoad tẽpus decurrendũ, vt dicunt *Bart.*
& Bal. in dicta auth. quas actiones C. de
ſac. eccle. & in l. cum filius familias, &
de hoc dic, vt dixi in q. de exceptionibus,
& præſcriptione vbi abunde.
Secundo limita procedere, quoad res im-
mobiles tantum, nõ quoad res mobiles:
nam

nam priuilegium procedens ex dicta au-
th. habet locum ſolum in illis rebus, in
quibus de iure communi præſcribitur cõ-
tra laicos ſpacio decẽ, vel viginti, vel tri-
ginta annorum, in illis caſibus eccleſia
habet priuilegiũ quadraginta annorum,
vt loquuntur *Iaſ. & Doct. in d. authen & Doct. in d. cap. de quarta decima*, & ſic in
rebus immobilibus tantum, in rebus verò
mobilibus nullum priuilegium habet ec-
cleſia, ergo nec Cameræ, cũm in mobili-
bus, ita præſcribatur contra eccleſiam
trlennio, ſicut cõtra laicum, *Iaſ in allega-
ta auth. Bal. in l. 2. in prima lect. C. ne rei
dom. vel templ. Dyn. in regula poſſeſſor. de
reg iur. lib. ſexto*. & amplius in omnibus
annalibus exceptionibus, ſeù præſcrip-
tionibus, vel ſemeſtribus, vt ſunt regula-
riter prętoriæ actiones, vt actio de dolo.
l. fin. C. de dol. & actio quanto minoris, &
redibitoria. *l. eum ſex. ff. de adil. edict.* ita
præſcribitur contra eccleſiam, ſicut con-
tra priuatum, iſtudq; ampliat *Panor in capit. cum cauſa. de emp. & vend.* dicitq;
quod eſt notandum pro intellectu tituli
de præſcrip. & ita etiam in præſcriptione
quadriennij quæ ita currit contra eccle-
ſiam, ſicut contra priuatum quamuis hoc
ſit de iure ciuili, vt in dict. authen. quas
actiones. per *Iaſ. ibi in 3. nota.* tamen per
ius canonicum eſt ſublatum *tex. in c. qui-
cunque militum*. & ibi *glo. 12. q. 2. et Doct.
in c. 2. de reb. eccleſ. non alien.*

Tertio hoc priuilegium poſſet limitari in re-
bus, non prouenientibus ex fructibus be-
neficiorum, ſed ex negocijs illicitis, nam
in illis cum camera non ſubrogetur loco
eccleſiæ, non obtinet dictum priuileginm
&c. ſed dixi ſupra, quod prouenientia ex
illicitis negociationibus ſunt declarata
eſſe ſpolia, & parimodo applicata Ca-
meræ, vnde non debent diuerſo iure cen-
ſeri.

Octauum priuilegium eſt, nam propter ap-
plicationem, quæ fit ipſo iure, ſtatim poſ-
ſeſſor in foro conſcientiæ tenetur ad om-
nia ſpolia, & eorum annexa *Panor. in c.*
20 *1. col. 3.* & ibi *Feli.* qui hoc admodum cõ-
firmat *col. 13. verſ. incipit enim illa glo. de
conſti.* & idem *Panor. in c. extirpandæ. §.
quia verò. in rep. col. 8. verſ. ex his dico.* &
iterum *col. ſequenti verſ. et ex prædictis. de
præb. et in c. dilecti col. 3. verſ. ſi in glo. ſi. de
arbit. Barba. in rep. c. Raynaldus, in col. 45.*
& iterum. *col. 161. de teſtamen. Card.
Alex. in c. fraternitatis. col. penul. verſ. no-
to, et glo. de teſtibus. Felin. in ea. cum nobis
col. vlt. de reſcri. Thom. Parpalia in repe-
ti. l. ſiquis maior, in 9. quæſt. extra glo. C. de
tranſac. Carol. Rui. conſ. 4.* proponitur in
*Themate col. 3. nu. 2. lib 5. Corſe. in ſuis ſin-
gular. in verbo pæna.* & iterum in eodem
verbo pæna in ſingula. in foro conſcien-
tiæ. *Matth. Afflict. in conſti. regni. violen-
tias. col. 3. q. 2.* vbi reprehendit *Yſern.* di-
centem contrarium: verum ex theologo-
rum ſententia condemnatus ad pænam,
eam debet in ſoro conſcientiæ, vt per *di-
uum Thom. 2. q. 62. artic. 3.* & voluit *Bal.
in l. id quod pauperibus. in 9. q. verſ. ſed po-
ne teſtator, C. de epiſc. & cleri. Petr. An-
char. in c. poſſeſſor malæ fidei. col. 25. verſ. 3.
quæro. de reg. iur. lib. 6. & Feli in d cap. 1.
col 14. verſ. limitatur. 2. extra de conſt.*

Nonum priuilegium eſt: nam cum ſpolia,
ſint ipſo iure applicata Cameræ, & con-
21 fiſcata, nullo modo ante ſententiam alie-
nari poſſunt: ſi autem non eſſent confiſca-
ta ipſo iure, tunc ante ſententiam aliena-
rentur, ſed propter fraudem reuocaren-
tur: ſed ante reuocationem remaneret fir-
mus contractus *Cyn. et Bal. in authen in-
ceſtas nuptias, C. de ince. nup. et Archid.
Zenz. Io. And. Pet Anch. Domin. et Phili.
Franc. in c. cum ſecundum, poſt principiũ.
de hære. lib. 6. Bar. in l. poſt contractum.
col. 4. verſ. ſecundum tempus* & ibi *Paul.
à Monte Pico in rep. col. 28. ver. circa ſe-
cundum tempus. et iterum col. 2. verſ. 3.
principaliter. ff de dona. Ang. in leg. ſi quis
poſt hæc. in col. 2. verſ. 2. limita C. de bon.
præſcript. Ancha. in c. 2. in 6. notab. de præ-
ſcrip. lib. 6. et in c. felicis. col. penul. verſ.
quæro. poſt. Ioan. And.* & ibi etiam *Phil.
Fran. in §. nullus. de pæn. lib. 6.*

Decimum priuilegium eſt; nam eccleſia de
occultis non iudicat, *c. ſicut tuis. extra de
ſymo.* tamen propter applicationem ipſo
22 iure, occultus poſſeſſor afficitur, per ea,
quæ dicit *glo. in clem. 1. §. verum. in verbo
eo ipſo*, & ibi *Card. tum in 12. not. tum in
7. q. de hæret.* vbi dicit, quod pæna quæ
imponitur ipſo iure, affligit occultum de-
linquentem, & *Pano. in c. vlt. in 2. not.* &
ibi etiam *Ioan. Anani. et Fel. de hæret. et*
idem *Panor. in c. ad falſariorum. col. 2.* &
ibi *Ioan. Anan. col. 5. extra de crimin. falſi
in c. perpetuo. col. 2. verſ. ſuper dubio glo. de
electio. lib. 6.*

Vndecimum priuilegium eſt propter prædi-
cta: quod debitores in ſpolijs contenti,
non debent ſoluere poſſeſſori ſpoliorum,
quia non liberantur: ſed debent ſoluere
23 Cameræ apoſtolicæ, per ea, quæ dicit *tex.
in leg. 3. C ad leg. iul. de vi. publ. et capitul.
felicis*, &c. vbi facta applicatione fiſco

ipſo iure, debent debitores ſoluere fiſco,
quod verum ante ſententiam declarato-
riam procedat, vide Anchar.vbi ſupra,&
vide Car.Flor.in clem paſtoralis.§.verum
ad finem. de ſententia,& re iud.

Duodecimum priuilegium eſt, nam prop-
24 ter applicationem, quæ ipſo iure fit, in-
teruenienſ confeſſio circa ſpolia,non po-
teſt reuocari, ſi eſt facta, vel præſumpta,
propter errorem allegatum, per ea, quæ
dicunt Doct.in l.qui.de his qui not infa.&
l.ſi tutor.C.de interd.mat. vbi ſententia
eſt prolata a lege, non poteſt confeſſio,
tanquam erronea reuocari, licet alias re-
uocari poſſit.l.diui ff.de pen.& in § ſi ve-
25 rò.auth.de exhi. rei. hac etiam Bal. in l.
error. paulo ante finem. C.de iur.& fact.
igno.

Tertiumdecimum priuilegium eſt:nam cum
ſit facta incorporatio Cameræ de ſpolijs
ipſo iure, & ſic tranſierit in eam domi-
nium ſpoliorum ex prouiſiono legis, vt
ſupra probatum eſt, ſi hæres, vel poſſeſ-
ſor ſpoliorum alienet aliquid de ſpolijs,
26 non valet alienatio, nec opus eſt agere
reuocatoria ad reſcindendum alienatio-
nem, ſed ſtatim poteſt intentare rei ven-
dicationem contra poſſeſſorem, per ea,
quæ habentur in l.t.§.ſed res.tit.per quos
fiat inueſt ſecus ſi non eſſet ipſo iure. eo.
tit.qual ol.ſen. alien. poterat, & mar. &
Card.in cap. tit ius. tit.ſi de feud. defunct.
mili.ſue.cont.

Quartumdecimum priuilegium eſt: nam de-
27 bitor ſpoliorum nullo modo poteſt pur-
gare moram,propter clauſulam ipſo iure
per ea, quę dicit Bar.in l.ſi is cui.de lega.
1.ff.& in l.qui ob rem non defenſam, &
ibidem Bar.Bal.Salic & recentiores.ff.de
condit. indeb.voluit glo.in cap vlt. quam
intelligit, & ſequitur Bal.ibi.col.2. verſic,
Bernar.tractat.hic de elect. & voluit glo.
in cap.licet in gloſ.vlt.& ibi Anton. col 1.
verſ.nota, quod collatio, & iterum col.2.
verſ.oppono, quod hic mora.de ſuppl. negl.
prel. & glo. in cap. vlt. in glo. vlt. & ibi
item Ant.in 2.notat. eodem tit. & gloſ. in
cap.cupientes.§.quod ſi per viginti in ver.
expectari.& ibi Io.Mona.Io.And.Archid.
de elect.lib.6.& glo.in cap. licet canon. §.
is, & in verbo priuatus in prin.& Io.Mo
nac.col.2.paulo ante finem.& per Anchar.
col.1.verſ.item nota in textu.col. vlt. verſ.
4.quaro.

Quintumdecimum priuilegium eſt: nam li-
28 cet debitor ſpoliorum, deberet mitius
condemnari confeſſus, quam conuictus,
per regulas,& communes doctrinas, ta-
men propter clauſulam ipſo iure,eſt con-
trarium per dicto Bar in l.ſi id quod ſeruo
§.1.vbi & Alex. in addit. ipſius,vbi hoc
29 reputat ſingulare,ff.de pœn lega. vbi di-
cunt,quod quando infligitur aliquid ipſo
iure.aut ius condemnet, tunc idem eſt ſi
ſit conuinctus,& ſi ſit confeſſus, & idem
Bar.in l.qui ob cauſam.ff.de rit nup.& vo
luit Bal.in l.ea quæ.in 2.q.C.de cond.inde-
bit.vbi hoc vocat notabile,& in l.peculij
§.ſed & ſi ff.de pec.Pet.Anch.in c.perpetuo
circa medium.de elect.lib.6.& in c.1.colu.
vlt.de homi.lib.6.Flor. vbi id dicit menti
tenendum in l aquilia.quæ eſt ſecunda.cir-
ca medium.ff.ad l aquiliam.

Sextumdecimum priuilegium eſt; nam quã-
do pœna,& confiſcatio ſit ipſo iure, vt
30 noſtro caſu,etiam ſi conſtitutio,vel bul-
la non fuiſſet recepta, vel iret in deſuetu-
dinem,tamen bona ſpoliorum poſſunt pe
ti per cameram apoſtolicam, argumento
c.veſtra.de loca,& c.2.de conſti.lib.6.& c.
catholica.11.diſtinct.ita voluit Matth. in
prohemio clem. in §. vniuerſitati. de quo
vide Card.Floren.ibi & Io.And.et Ant. in
cap.1.de treg.et pac. Pet.Anchar.in repet.
c.1.in 12.q.in princ.verſ.ſed hic quæro re-
peritur extra.de conſtit.et Cæpol. conſ.13.
incipiente ſtante ſtatuto.col 3.verſ.et licet
dictus.

Septimumdecimum priuilegium eſt; nam
cum quis ipſo iure non priuatur, ſed ex-
pectatur ſententia,non impeditur interim
agere,& proſequi ius ſuum, ſecus in ſpo-
lijs,nam cum ſint applicata ipſo iure per
bullam,hęres clerici,qui tenetur ad dan-
dum ſpolia Camerę Apoſtolicæ,non po-
teſt,vel ante ſententiam, vel poſt aliquo
modo agere, vel contra cohęredes, vel
contra debitores in ſpolijs exigendis, vt
diſtinguit glo.in l.his conſequenter.§.1. in
verbo non pertinere. per tex. ibi,ad alios
quos allegat, & ibi Bar. qui monet hoc
eſſe multum notabile. Bal. et Flor. qui id
reputat multum ſingulare.ff.fam.hær.vbi
dicunt,quod cum hæreditas auferatur ab
indigno ipſo iure,non poteſt aliquo mo-
do, vel ante, vel poſt ſententiam agere
contra cohæredes: ita dicendum in ſpo-
lijs,nam cum ſint ablata ipſo iure ab hæ-
rede clerici,& applicata Cameræ, non
poteſt ille hæres exercere iura in ſpolijs
contenta,& Bal.in l.1.in ſi C. qui in cau.
in integ.reg.non eſt neceſſ.

Decimumoctauum priuilegium eſt; nam
regulariter de iure tertij non poſſumus
opponere,vbi ſententia requiritur ad pri-
uationem,& incorporationem bonorum
fiſco,

fiſco, ſecus eſt in ſpolijs, nam cum ipſo
iure incorporentur, poteſt litigator, qui li-
tigat cum hærede prælati mortui dictum
31 hæredem excludere, dicendo, quod bona
non ſunt hæredis, ſed Cameræ, & ſic po-
teſt opponere de iure tertij, contra iuris
regulas communes, per ea, quæ dicit *Bal.*
in l. bis conſequenter. §. 1. & in l. eum ſer-
uum. col. 2. & ibi *Cyn.* & latè *Franc. Aret.*
C. de ſeru. fugit. vbi dicunt, quod cum bo-
na applicantur fiſco ipſo iure, tunc poſſeſ-
ſor illorum bonorum agens contra ali-
quem, poteſt ille conuentus excludere
poſſeſſorem opponendo, quod bona non
ſunt ſua, ſed fiſci, & ſic opponit de iure
tertij; ita etiam dicendum in Camera de
ſpolijs, nam camera fiſcus ſummi Ponti-
ficis eſt, vt certi iuris eſt, & ſupra proba-
ui; idem *Bal in l. cum mulier. col* 10. *verſ.*
de tertio dubito. ff. ſolut. mat. & in l. 2. poſt
principium. C. quibus res iudicata non no-
cet. not. in *l. indebiti. §. vlt. ff. de condi inde.*
& in additione Speculatoris tit. de loca.
§. nunc aliqua in 46. quæſt. & ipſe *Specul.*
in eo. §. 47. q. & iterum in 66. q.

Decimum nonum priuilegium eſt; nam re-
gulariter à ſententijs appellatur, vt patet
per totum ius ciuile, & canonicum, exce-
ptis quibuſdam caſibus, de quibus, C. quo-
rum app. rec. vel non per totum. tamen
in cauſis ſpoliorum non appellatur, niſi
prius facto depoſito, & hoc per bullas
ſummorum Pontificum, dixi ſupra in
quæſt. de modo procedendi in cauſis ſpo-
liorum, & talis diſpoſitio bullæ, quomodo
per commune ius interpretetur, & patia-
tur interpretationem paſſiuam, poſſunt
conſiderari dicta *Bar. & Doct. in l. 1. §. in-*
terdum. ff. a quibus appell. non lic. & Doct.
in c. 1. de reſcr. & in c. paſtoralis & cap. vt
debitus. de appel.

Vigeſimum priuilegium eſt: nam in ſenten-
tia excommunicat. regulariter requiri-
32 tur factum hominis, vt per *Innocen. Ioan.*
And. Hoſt. in rub. de ſententia excommu-
ni exceptis aliquibus caſibus, de quibus
dicunt idem *Doct. in d. rub. & in c. 1. eod.*
tit. & Hoſtien. in ſua ſumma. & Io. And.
in c. eos. de ſent. excom. lib. 6. & in clem. 1.
eo. tit. & forte inter iſtos caſus exceptua-
tos, poſſumus connumerare excommuni-
cationem, quæ contra detinentes res ca-
meræ datur, & incurritur, vt poſſumus
notare ex bullis ſummorum Pontificũ,
contra detinentes res Cameræ apoſto-
licæ prolatis, & poſſumus ſpecialiter
hoc elicere ex *bulla Pauli* 4. *Incipienti.*
Incumbentia nobis. ſub rub. contra occu-
patores bonorum Cameræ apoſtolicæ. nam
ibi ponitur dictio, ex tunc, quæ dictio de-
notat canonem latæ ſententiæ, *Franc*
Aret. in c. ſi diligenti col. 3. verſ. in glo. poſi-
ta ſuper verbo cauſam. de for. comp. &
33 *tex. in c. cupientes. §. cæterum.* ibi ex tunc
inchoandum volumus fore ſuſpenſos. *de*
elect. lib. 6. & Corn. in conſi. 104. licet in
hac conſultatione. *col. 2. verſ. licet ergo nõ*
fuerit. lib. 1. & tex. in c. excommunicamus.
§. credentes. ibi ex tunc ipſo iure ſit factus
infamis. & *c. cum ex eo. in fi. de elect. lib. 6.*
& alia ratione hoc probatur, nam in di-
cta bulla ponitur verbum incurrant, quod
verbum ita poſitum, infert pœnam ipſo
iure non expectata ſententia diffinitiua
34 ſed ſolum debet interuenire ſententia
declaratoria, per illa, quæ habentur per
glo. in c. vt. verſ. pars vero. in verbo incur-
rat. de officio delegati. lib. 6. vbi dicit, quod
verbum incurrat, importat pœnam ipſo
iure, & *glo. in c. eos. de ſenten. excom.* dum
inter caſus latæ ſententiæ excommunica-
tionis, ponit *c. 1. de religio. domi. & c. 1. de*
iniurijs. lib. 6. quæ *cap.* eodem verbo vtun-
tur, nec aliud addunt, quod ſignificat la-
tam ſententiam, & in *clem* 1. *in verbo in-*
currant, & ibi *Pau. Lau. Imo. Card. Flor.*
in 27. q. de vſuris, & rurſum *glo. in clemen.*
1. in verbo excommunicationis. de ſentent.
excomm. dum inter canones latæ ſenten-
tiæ allegat *clem. 1. de decim. & clem. 1 de*
vſur. quæ eo verbo vtuntur, ſine adiectio
ne dictionis latæ ſententiæ, & voluit etiã
nuncupatim *Corn. conſ. 89. viſo ſubſcrip-*
to. col. penult. verſic. poteſt etiam lib. tertio.
nec obſtat quod multi textus huic verbo,
incurrat, addunt clauſulam, ipſo iure, ipſo
facto, eo ipſo, & ſic videntur innuere,
quod ſine illis clauſulis, ſolum verbum
incurrat, non importet ipſo iure pœnam,
ſed per ſententiam, vt ſunt *textus in au-*
thent. agri. in fin C. quæ res obl. non poſſeſ-
ſor & in capitulo vlt. extra, ne cler. vel
monac. & cap. vbi periculum. §. nulli. &
rurſum. §. quod ſi præmiſſa. de electio, lib.
ſexto. et in capit. fundamenta. eodem tit. et
lib. et in c. cum ex eo. in fi. eo. tit. et lib. et in
capit. indemnitatibus. §. porro. verſ. ſed pro-
curatores eod. tit. et libro et in capitulo 2.
de iud. eod lib. et in capitul. vlt. in fine. de
reb. eccl. non alien. eo. lib. et in c. quãquam
in fin. de cenſib. eod. lib. ſed prima eſt com-
munis *Doct.* conſentientium authoritati
glo. dicentis, quod importat exequutio-
nem ipſo iure, neque ſententia diffinitiua
eſt neceſſaria: non obſtant textus allegati
in contrarium, nam vnica reſponſione tol-

luntur,

Digitized by Google

luatur, ſcilicet quod ideo verbo incurrat
adiungitur clauſula ipſo iure, vt magis
declaret, & ex aggeret voluntatem Pon-
tificis non vt diſponant, & ſic non ſunt
neceſſaria, ſed potius declaratoria.

Vigeſimum primum priuilegium eſt: quia
licet regulariter, nemo cædere poſſit ſua
iura in potentiorem, cauſa iudicij mutã-
35 di *l. 1. 2. et quaſi per totum C de alien.*
iud. mut. cauſ. fac. tamen ſi Camera non
valeat ſpolia recuperare à manibus po-
tentis, poteſt cedere ſua iura alteri poté-
tiori, vt ipſe recuperet, & recognoſcat,
prout dicitur de eccleſia, quæ non valens
recuperare feudum à manibus potentis,
cædit iura ſua alteri potenti, vt ipſe recu-
peret, & feudum recognoſcat ab eccle-
ſia, per tex. quem ibi ad hoc ponderat
Barba. in c. ſecundo de feud.

Vigeſimum ſecundum, eſt priuilegium: quia
in cauſis ſpoliorum non appellatur, quia
cum cauſa Cameræ apoſtolicæ eſt cauſa
eccleſiæ, in cuius locum ſuffecta eſt Ca-
mera, & eſt cauſa pia, & debitum fiſca-
le, in quibus non datur appellatio, arg.
eorum quæ notantur per *Bar. in l. Ancil-*
la de alim. et cib. lega. et l. fin. de acq.
poſſ. Idem in cauſis decimarum, quibus
debitum fiſcale æquiparatur *c. ſi. Epiſco-*
pi 2. q. v. et l. abſtinendum qua app. non
recip. C. & ibi *Bal. et capit. tua de decim.*
ſed de appellatione in cauſis huiuſmodi,
dic vt per nos dicitur in q. de modo pro-
cedendi in cau. ſpoliorum, & ſupra deci-
monono priuilegio.

Vigeſimum tertium item habet priuilegiũ
Cameræ in cauſis ſpoliorũ: quia ſi vult
petere reductionem ad arbitrium boni
viri à laudo per laicum, vel clericum, po-
teſt hoc facere coram iudice eccleſiaſtico
per *doct. in cap. cum ſit de for. compet.*
36 *iuncto cap. 2. de arb.* Item habent priui-
legium ſpolia, quia in eorum cauſis etiã
mulier poteſt eſſe procuratrix, & arbi-
trix, quia in huiuſmodi cauſis tractatur
de ſalute animarum, prout in cauſis eccle-
ſiæ, & decimarum per *Archid. in c. re-*
ſcriptum in 6. q. 3. quia vbicunque de ſa-
lute animarum tractatur, nunquam di-
ſputatur de apicibus iuris *c. duæ ſunt* 19.
q. 2. & iſta exceptio, tu non es procura-
tor, eſt de apicibus iuris *l. ſi fideiuſſor.*
37 *§. cum quadam ff. mandati.*

Vigeſimum quartum, item poteſt dici eſſe
38 priuilegium, quod ſi quis emat ſpolia à
Camera Apoſtolica, quod non teneatur
ad ſolutionem aliquorum vectigaliũ ma-
xime ordinariorum, per ea, quæ dicit
Bar. in l. licitatio §. mercatores ff. de pu-
blic. licet quilibet emẽs à priuato tenea-
tur *l. 1. et per totum ff de vectig.*

Vigeſimum quintum. Item eſt priuilegium
Cameræ circa ſpolia; quod qui tenetur
exigere ſpolia, vel res ſpoliorũ pro Ca-
mera, ſi ſui culpa non exigit, tenetur re-
ficere de ſuo, reſeruata ſibi actione con-
29 tra eum qui tenebatur per *Bar. in l. niſi*
de exact. tribut.

Vigeſimum ſextum. Item eſt priuilegium
Cameræ circa ſpolia: quia ſi ſit legatum
cum conditione factum, quod veniat exi-
gendum à Camera, ratione ſpoliorum,
is ab alio non poteſt exigi, niſi conditio-
40 ne in ſpecifica forma adimpleta, poſſet
tamen exigi à Camera, per ea, quæ dicit
Lud. Rom. in l. ita ſtipulatus à te de verb.
oblig. per tex. in l. pau. §. grauis ff. de li-
berali cauſa.

Vigeſimum ſeptimum. Item licet pluribus
conditionibus in legato appoſitis, vlti-
ma conditio pro exequutione legati ſit
41 adimplenda, *l. quod tradit. ff. de condit.*
& demonſt. tamen reſpectu eccleſiæ, &
Cameræ attenditur leuior conditio tantũ,
l. quinta, et l. vulgo de manumiſſ. teſta.

Vigeſimum octauum. Itẽ eſt priuilegium;
quia fauore eccleſiæ, & Cameræ, etiam
tempus interpellatum contra teſtatorẽ
coniungitur, *l. paulus §. Gayo de lib. lega.*
alias eſt *l. Aurelio, et l. ſi fideicommiſſa*
libertas §. ſi de fid. liber. & ſic ſi relictum
ſit ſub conditione, ſi cõtinuis annis quid
fecerit, nam nihilominus tale legatum
conſequitur Camera, ſi ex pluribus tem-
poribus ad inuicem coniunctis reſultaret
tempus perfectum, poſito, quod non cõ-
tinuaret, & regulariter non eſt receden-
dum à verbis teſtatoris *l. non aliter de le-*
gatis. 3.

Vigeſimum nonum eſt priuilegium, quia
donatio ſub modo, quæ alias modo non
adimpleto reuocaretur, per condict. ob.
cau. vel quia poſſet agi admodum implẽ-
dum actione præſcrip. verbis, id, quod
eſt in electione agentis *l. ſi proponas C. de*
condi. ob cau. et l. 1. C. de condi. ſub cer-
to modo, non adimpleto, non agitur fa-
uore Cameræ, & eccleſiæ ad illã reuocã-
dã, niſi in donatione id expreſſe ſit dictũ
quod modo non adimpleto donatio ſit
nulla. tex. in c. verum de dona. & de mul-
tis alijs priuilegijs, vide per *Bal. in l. 1. C.*
de ſac. ſanc. eccl. per canoniſtas in cap. cum
eſſes. de teſta. Bal. in tracta. de dote priuile-
gio 50.

Trigeſimo. Item fauore eccleſiæ, & Came-

rę,

rę,conditio appoſita reijcitur,& reſolui-
tur in modum,ſicut dicitur de liberate,
43 quæ æquiparatur *l.menia.de manum. te-
ſta.per Barba in capit Raynaldus.de teſta.*
16.*carta.*& vide de effectu,modi, & con-
ditionis, in *cap.uerum.de condi. appoſit.
extra.*& ego dixi aliquid in meo *tracta.
de Symonia. in ſymonia conuentionali.
in quæſtione an ſententia committatur
per modum : ſicut per conditionem ubi
uide.*

Trigeſimo primo,Item priuilegium eſt Ca-
meræ apoſtolicæ,& eccleſiæ: quod con-
feſſio debitoris Cameræ, facta abſente
parte,quæ alias non valeret,valet,& pro-
44 bat per *d.Anto.de Butr.in capit. ſi conſti-
terit.de accuſa.*

Trigeſimo ſecundo. Item quia ſi clericus,
aut prælatus fecit confeſſionem,alias ec-
cleſiæ,& cameræ præiudicialem,illa con-
feſſio non afficit eccleſiam, vel Came-
45 ram.per *Ioan.And.in capit.fin.de ſolu.*ni-
ſi tamen in illis quæ ſunt ſibi permiſſa,ſe-
cundum *d.Anto.in capitul.primo.de poſit.
extra.*

Trigeſimũ tertium. Item eſt priuilegium,
quia licet regulariter confeſſio in vltima
voluntate non inducat probationem,niſi
46 ſit iurata, ex quo tunc, quis non præſu-
mitur immemor ſuæ ſalutis *le. Aurelius.
§ fin.de lib.lega l.Lutius.§.1. de lega. ter-
tio.*tamen ſi quis in teſtamento confitea-
tur ſe teneri prælato eccleſię, vel Came-
ræ, vel piæ cauſæ valet, & tenet,talis
47 confeſſio,vt ibi not.per *Bal.in conſil.in-
cipit.cecus petroli*. quia optima eſt ratio,
quæ pro religione facit,*l.ſunt perſonæ.de
religio.*

Trigeſimo quarto.Item eccleſia,& Camera
habet priuilegium, quod non ſolum gau-
det priuilegijs ſuis in bonis,quæ habet in
48 dominio, ſed in illis etiam, ad quæ quis
confiteatur ſeſe teneri eccleſiæ, vel Came-
ræ,dummodo confeſſio non ſit facta in
fraudem,argumento eorum,quæ not. in
*l.in contractibus,et in l.fin. C. de dot.caut:
non numerat.*

Trigeſimum quintum eſt priuilegium. quod
ſi eccleſia, vel Camera confiteatur ali-
quid in ſui præiudicium,contra talem cõ-
49 feſſionem poteſt petere reſtitutionem in
integrum infra quadriennium not.in *cap.
ſecundo.de integ.reſt.*

Trigeſimum ſextum eſt priuilegium, quod
contra eccleſiam,& Cameram, nunquam
præſcribitur crimen falſi,dicit *Spec.in tit.
de ſent.§.quoniam licet.* alias tale crimen
regulariter præſcribatur ſpatio 10.ann. *l.
quærelam.C.de fal.*

Trigeſimum ſeptimum priuilegium Came-
rę,& eccleſiæ eſt:quod valet conſuetudo,
per quam eccleſia, vel Camera, qua in
50 ſpolijs etiam ſuccedit,acquirit rerum do-
minium,& poſſeſſ. ſine ſolemnitate legali
*cap.ſecundo.extra.de conſue.*Item conſue-
tudo inferens grauamen non valet, *cap.
primo.eo.*

Trigeſimum octauũ,eſt priuilegium: quod
quando debetur aliquid eccleſiæ, Came-
ræ apoſtolicæ,& ſimilibus locis,dominiũ
transfertur ex ſolo contractu,abſque ali-
qua traditione *l.ſi.C. de ſac.ſanct. eccl.*li-
51 cet ſit ſecus in contractibus aliorum:vbi
ita demum transfertur dominium, ſi ſe-
quatur traditio,*l.traditionibus.C.de pact.
l.ſi ego C. de rei. vend. Ant. de Butr. in
c.fin de ca.poſ. & prop.20.col. not. in c. in
præſentia. de preben.* vnde effectus eſt
maximus, quia ſtatim agit Camera rei
vendicatione.

Trigeſimum nonum eſt priuilegium: quod
contractus, factus calore iracundiæ, qui
alias regulariter de iure non tenet, quod
valeat,& teneat fauore eccleſiæ,& Came-
ræ *cap.ſunt qui opes.17.q.4.* vnde contra-
hentes cum eccleſia,vel Camera, non vi-
dentur habere exceptionem, quod ira-
52 cundia, & calore contraxerit. per *Corſe-
tum in ſuis not. incip. teſtium Alex. conſ.*
181 *quinto.vol.*

Quadrageſimum eſt priuilegium ſpoliorũ:
quia ſi clericus, vel beneficiatus donauit
aliqua alicui benemerito in recompen-
ſationem accepti ſeruitij, id quod facit
prælatus per *tex.in capit.relatum.el ſecũ-
do de teſta.*dixi ego late ſupra in quæſt.de
53 poteſtate clerici &c.& in quęſt. de licẽ-
tia teſtandi. tamen fauore Cameræ illa
merita debent probari.quia in hoc non
ſtatur confeſſioni prælati.per *tex.d.capit.
relatum* credo per illa verba in *tex.* iuxta
ſeruitij meritum &c. per *d.Ant. de Butr.
in c.1. de cauſ. poſſ.* ex quo tractatur de
damno eccleſiæ,& Cameræ,*Bald.in leg.ſi
donatio de collation.* niſi tamen donata-
rius ſtetiſſet diu in poſſeſſione rei dona-
tæ,vt ibi not.& in *cap.noſcitur.de his quæ
fiunt à præla.*

Quadrageſimum primum. Item eſt priuile-
gium, quia alias promiſſio ſine ſtipula-
tione non valet,ſi cauſa, quia ſaltim tolli-
tur ope exceptionis per *tex.in l.ſecunda.*
54 *§.circa.de dol. excep.* tamen valet fauore
Cameræ,& eccleſiæ,ſicut dicitur in dote
vnde multo fortius in rebus cameralibus
& eccleſiæ, cum maius ſit vinculum ſpiri
tuale

tuale quam carnale *l.iancymus.C. de ſac.*
eccl. videtur dicere *Bal.in ſuo tracta.de*
dot priuilegio 114.

Quadrageſimum ſecũdum eſt priuilegium :
quod temporalia collata eccleſiæ, vel Ca-
meræ cenſentur pleno iure collata, licet
regulariter contra per not. in *capitul me-*
minimus.de accus per Fel.ibi 2. col. vers.
not.3.

Quadrageſimum tertium eſt priuilegium :
quia cum regulariter de liquido ad liqui-
55 dum fieri debet compenſatio.*leg.fin. C.*
de compenſa, tamen fallit in debitis Ca-
meræ apoſtolicę, fauore ipſius eccleſiæ,
per *gloſſ in capitul.decima 16. quæſtion.*
1.exemplificat, & loquitur in cauſa de-
cimarum, per *Roma.in ſingulari incip. an*
ſacerdoti.

Quadrageſimum quartum eſt priuilegium ;
quod fauor Cameræ, & eccleſiæ eſt iuſta
cauſa abbreuiandi terminum perempto-
rium. *leg. non nunquam. in fin.* ibi pro
conditione eccleſia.C.*de iud.* licet regula-
riter contrarium ſit verum.*le. ad perĕpto-*
riam eo.tit.

Quadrageſimum quintum eſt priuilegium ;
quod Camera, vel eccleſia non tenetur de
56 depoſito facto apud clericum, vel bene-
ficiatum, niſi in vtilitate eccleſiæ probe-
tur verum.*c.1.de depos.*

Quadrageſimum ſextum Item eſt priuile-
gium Cameræ; quod illa poteſt agere, vel
eccleſia ad fructus perceptos, ab illo, qui
non animo ſe promouendi; ſed fraudulē-
57 ter fructus percipiendi, parochialem ec-
cleſiam accepit.*tex.in c.commiſſa. de ele*
ctio.lib.6.

Quadrageſimum ſeptimum priuilegium eſt
in cauſis ſpoliorum; quod illi, qui occu-
pant bona dimiſſa à prælato, vel bona
vacationis tempora obuenientia, quæ iti-
dem dicimus ſpolia, vigore extrauagan-
tium Pij 4. & aliorum canonum, vt didi-
mus ſupra in prima q. tales occupatores
58 ſunt ſuſpenſi, vſq; quo fecerint condignā
ſatisfactionem.*ca.quia ſæpe.de electio.lib.*
6.& c.generali.eo.

Quadrageſimum octauum priuilegium eſt
in cauſis ſpoliorum; quod bona acquiſita
de fructibus beneficij, vel eccleſiæ, debent
ad Cameram, & eccleſiam reuerti. *opt.*
glo.in capitul.apoſtolicos 12. quæſtion. 2.
& capitul.fixum.2.queſtion.6. & hoc ſiue
empta ſint nomine eccleſiæ, ſiue nomine
alieno. *capitul. 1. inquiren. de pecul. cler.*
extra.

Quadrageſimum nonum eſt priuilegium ;
quod res empta de pecunia eccleſię non
nomine eccleſiæ, ſed alieno, eſt effecta ec-
cleſiæ : & ſic eſt hodie camerę, per *Doct.*
in capitul. inquiren. de pecul cler. licet
regulariter ſecus *l.ſi. dominus tuo.C.de rei*
vend.

Quinquageſimum eſt priuilegium cameræ,
& eccleſiæ: quod ſi camera vendat ſpolia
diuerſis temporibus duobus, quo caſu ille
præferri habet, cui primo ſit traditio, licet
ſit poſterior emptor. *leg. quoties. de re.*
vend. & primus agit ad intereſſe contra
vendentem : præfertur ille, qui primo
emit, per *Doct.in capitul. continebatur.*
de his quæ fi. à maio.car.capitul. quia in
rebus eccleſiaſticis eluſio maxime repro-
batur.

Quinquageſimum primum eſt priuilegium
Cameræ, & eccleſiæ, quod cum in perſo-
nalibus actionibus, non habeat locum
præuentio.l.priuilegia. de priuileg credi-
torum. tamen Camera, vel eccleſia, ha-
59 bens debitorem, primo poteſt deducere
ſuum per *Ioan.And.in ca.eam. de ætat. &*
qualitat.

Quinquageſimum ſecundum priuilegiũ eſt :
quod res acquiſita de pecunia eccleſiæ,
licet alterius nomine ſit acquiſita, eius
fauore contra regulas communes, effici-
tur ipſius eccleſiæ, vel Cameræ per *tex.*
& Doct d.c.inquiren.de pecul.cler. tamen
hoc eſt intelligendum, quando contra-
hens non exiſtit ſoluendo, vt per *Lud.*
Rom.conſil.9.incip:ſuper eo quo quæritur,
an permutatio pecuniarum montis Mar-
tij.&c.

Quinquageſimum tertium eſt priuilegium :
quod non ſolum acquiritur dominium
rei emptæ de pecunia eccleſiæ, ſed etiam
60 acquiritur actio perſonalis ex contractu
per alium celebrato ſuper re ipſius ec-
cleſiæ, vel Cameræ: quod intellige, vt dixi
ſupra verum eſſe, ſi ille qui contraxit non
ſit ſoluendo, alias ſecus not.*Bal.in l.ſi vt*
proponis C.de re vend.

Quinquageſimum quartũ eſt priuilegium ;
quod contractus geſtus ſuper rebus ec-
cleſiæ, eccleſia vacante, eſt nullus ipſo iu-
re *c.ſi qua de reb.12.q.2.* quo tempore, di-
cimus ſupra in q.1.quod dimiſſa per *cler.*
& obuenientia tempore vacationis, ſpe-
ctant ad Cameram ; tamen talis contra-
61 ctus, ſi ſit in vtilitatem, poteſt per Came-
ram, vel ſucceſſorem ratum haberi. *gloſſ.*
eſt in c.1.ne ſede vacan.

Quinquageſimum quintum eſt priuilegium;
quod Camera, vel eccleſia poteſt oppo-
nere ſemper, & omni tempore exceptio-
nem non numeratæ pecuniæ per *Bal.in*
authen.

Digitized by Google

authen. hoc ius porrectum, *C. de ſac. ſan. eccle.* quia non ſufficit ſola confeſſio, ſed
expedit quod probetur verſum in vtilitatem eccl. *cap. ſi. de ſolu.* quod eſt contra
regulam, quia dicta exceptio nõ opponi-
tur regulariter, niſi intra biennium inſtit.
de literarũ obli. per totũ, & in *l. in cõtra-
ctibus C. de nõ nume. pecu. per Doct. d. c. ſi.*

Quinquageſimum ſextum eſt priuilegium:
quod eccleſia, ſiue Camera apoſtolica,
vti poteſt pro libito ll. ciuilibus, quę pro
ſe faciant, & econtra poteſt nolle illis
ſtare, quando contra ſe faciant per *Innocen. in c. nouit extra, de iud. Imol. c. ſi.
de ſolu.* vbi exceptio nõ numeratæ pecuniæ, opponitur etiam vltra biennium.

Quinquageſimum ſeptimum eſt priuilegiũ:
quod contra miniſtrum Cameræ, vel eccleſiæ opponentem pro defenſione iuris
Cameræ, & eccleſiæ exceptionem excõ-
municationis, non poteſt fieri replica-
tio exceptionis excommunicationis. *c.
dilecti. extra de exceptio.*

Quinquageſimum octauum eſt priuilegium:
quod ſi ædificas ędificium in ſolo tuo de
pecunia Cameræ, vel eccleſiæ, ad quam
ſpectat pecunia ſolum cædit ædificio *glo.
eſt ſingularis, in c. apoſtolicos 12. q. 2 &
c. conſequenti, 17. q. 7. Spec. in tit. de
emphi. §. tertio loco, verſ. quod ſi clerici*
quod eſt contra regulam iuris, quia ædi-
64 ficium cedit ſolo, reſecta ędificatione *inſtit §. cum in ſuo de rer. diuiſ.*

Quinquageſimum nonum eſt priuilegium:
quod in cauſis ſpoliorum, poteſt procedi
diebus feriatis introductis in honorem
65 Dei, *c. fi. de fer. l. dies feſtos C. eo.* id
quod nota vltra illa quæ adduxi in q. de
modo procedendi in cauſa ſpoliorum.

Sexageſimum, item eſt priuilegium: quod
ſi mulier in cauſa ſpoliorum ſe obligat, &
fideiubet pro alio, non poteſt iuuare ſeſe
66 beneficio velleiani. *Senat. conſulti l. penul. C. de velleia.* vbi per *Doct.*

Sexageſimum primum eſt priuilegium Cameræ: quod poteſt agi hypothecaria cõ-
tra tertium poſſeſſorem, nõ diſcuſſo prin-
67 cipali, & contra fideiuſſorem, non diſcuſſo principali, ſicut eſt in fiſco, & republica, quibus eccleſia comparatur *l ſi.
C. de ſac. ſan. eccle. not. in l. moſchis de
iure fiſ. l. 1. C. de decurio, lib. 10. in l. libertas §. 1. ad municip. in l. cum filius de
verb. oblig.* & præſuppoſuimus, in princi-
pio quæſtionis, quod eccleſia habet fiſcũ.

Sexageſimũ ſecundũ eſt priuilegium: quod
68 eccleſia, & Camera vtitur iure minoris,
& reip. ita quod omnia priuilegia cõceſ-
ſa minori, & reip. quæ ſunt infinita, intelliguntur conceſſa ipſi eccleſiæ, vel Cameræ in locũ eccleſiæ ſubrogatę, *c. auditis iuncta glo. & c. 1. de in integrum reſt.*
dummodo tamẽ ipſi eccleſię, vel Camerę
talia priuilegia conueniant, nam bona eccleſiaſtica dicuntur bona publica; *c. quid
ergo 24. q. 4.* et bona eccleſiarum ſunt bona
re.p. *Feli. in c. nonnulli col. 2. de reſcrip.*

Sexageſimum tertium priuilegium eſt: quod
Camera poteſt petere reſtitutionẽ in in-
tegrum cõtra præſcriptionẽ, duplici capi-
69 te 1. ex iure ſpeciali, quo eccleſia vtitur,
vt per omnes in *clem. 1. de in integrũ reſtitutione.* Itẽ ex capite probabilis igno-
rãtię per *Alex. cõſil. 168. Dec. cõſ. 29 4. col.*

Sexageſimum quartum priuilegium eſt: quia
Camera, & eccleſia non ſolum petit reſtitutionem in integrum, vbi eſt læſa. &
vbi non habet aliud remedium. *Doct. in
capit. 1. de in integrum reſt.* ſed etiam pe-
tit d. reſtitutionem, vbi etiam competit
aliud remedium, de iure communi per
*Abb. in capit. dilecti de empt. & vend. 2.
col.* licet ſit ſecus regulariter.

Sexageſimũ quintum priuilegium eſt: quia
Camerę datur reſtitutio in integrum ad
appellandum, etiã aduerſus præſcriptio-
nes iudiciales, ideſt aduerſus terminos
excluſiuos probationis faciendæ, vel ex-
ceptionis proponendæ per *tex. in clem.
1. cum ibi glo de reſt in integ. c. corã c. auditis eo. tit. Abb. in c. cũ inter de re iudi.*

Sexageſimum ſextum eſt priuilegium Camerę: quod contra illã, iuſtas titulos nõ
excuſat tertiũ poſſeſſorem à fructibus qui
percipi potuerunt, *l. fiendũ C. de rei vẽd.*

Sexageſimum ſeptimum: ſi eccleſia carens
rectore recipiat mutuum, & deinde Camera, vel eccleſia petat reſt. in integ. non
habet probare leſionem, quia præſumitur
conſumpſiſſe, niſi aduerſarius probet
contrarium, argumento, & exemplo minoris carentis curatore *l. 1. C. ſi aduerſus
credit. iuncto. c. 1. de reſt. in integr.*

Sexageſimum octauum priuilegiũ eſt: quod
Camera, vel eccleſia non poteſt renunciare beneficio reſt. in integ. niſi in caſibus, de quibus per *Abb. 5. col. de for.
compet. c. ſi diligenti.*

Sexageſimum nonum priuilegium eſt, quia
Camera, vel eccleſia probata læſione,
admittitur contra ſententiam, ex cauſa
rationabili etiam poſt quadriennium per
*tex. & ibi glo. in c. 1. de reſt. in integ. in
ſexto.* etiam ſi fuiſset ſententia Papæ ci-
tum ex literis extra eo.

Septuageſimum. Itẽ priuilegium eſt, quod

licet non detur, Cameræ, vel eccleſię re-
ſtitutio poſt peremptorium, datur tamē
per beneficium reſtitutionis in integ. *ca-
pit.coram de in integ reſt.* & ſi ſibi dene-
gatur, reſtituitur ad appellandum à ſen-
tentia denegationis *c. ſi. eo. tit.*

Septuageſimum primum. Item eſt priuile-
gium eccleſiæ.& Cameræ: quia reſtitui-
tur aduerſum leſionem ante ſententiam,
72 puta aduerſus probationes ob miſsas,
etiam non probata læſione per *Spec. in
tit de reſt. in integ. §. 2. verſ. illud.*

Septuageſimum ſecundum. Itē priuilegium
eſt: quod in iudicio, vbi Camera, vel ec-
cleſia eſt actrix, licet regulariter reus nō
73 teneatur exhibere, & edere iura, ad ſun-
dandam intentionem actoris *l. ſi. C. de
edendo*, tenetur tamen ædere Cameræ
actrici *Anto. de Butr. in capit. 1. de præ-
ben.* arguendo de fiſco ad eccleſiam, &
fortius *argumento c. vt gentes de hæreti.
in ſexto*, ſimiliter in fauorem fiſci. *l. ne
quiſquā de eden.* et in caſu noſtro dicimus
ſupra in prin. quod eccleſia habet fiſcum.

Septuageſimū tertium priuilegium eſt: quod
Camera, vel eccleſia poteſt ipſa agere in-
terdicto recuperandæ, & ſimilibus inter-
dictis, & quilibet laicus in fauorem Ca-
meræ, & eccleſię admittitur ad intētandū
74 huiuſmodi interdicta *l. 1. §. 2. l. interdicto-
rū, ff de interdict. glo. in l. 1. de iuſ. & iur.*

Septuageſimum quartum priuilegium eſt:
quia, ſi fuit illata iniuria Cameræ, vel
eccleſiæ, quilibet de populo poteſt pro
75 illata iniuria Cameræ, vel eccleſiæ com-
parere, per ea, quæ dicunt *glo. & doct. in
l. 1 §. in ſacris ff. de iuſt. & iur.*

Septuageſimum quintum priuilegium eſt:
quod quilibet poteſt agere pro Camera,
vel eccleſia, etiā ſine mandato *cap. dilecti*
76 & ibi *glo. extra de maiori. & obedien. c.
cum olim.* cum ibi *glo. & Doct. de teſti.*

Septuageſimum ſextum priuilegium eſt;
quia eccleſia, vel Camera habet regreſ-
ſum contra male adminiſtrantes bona
77 ſua, & ideo ſi inſtantia ſit perēpta, ad-
uerſum quam nō reſtituatur, recurrit cō-
tra adminiſtratores, quando tamen ſunt
ſoluendo *tex. in l. propersn. §. fin.* & ibi
*doct. ff. de iud Card. in clem. 1. decima
quæſt. de reſtit. in integ.*

Septuageſimum ſeptimum eſt priuilegium.
quod licet aliquis non poſsit exigere ſuū
debitorem in diem, ante diē, & ante tem-
pus completum, not. in *l. cedere diem, de
ver. ſigni.* tamen ipſa Camera, & eccle-
78 ſia exigit, dummodo deducatur interu-
ſurium medij temporis *Guilielmus de
Cun. in authen. hoc ius C. de ſac. ſanct.
eccleſia*

Septuageſimum octauum eſt priuilegium,
quod ſi Camera agat contra laicum, &
laicus opponat de præſcriptione, vel de
conſuetudine, in tali præſcript. & con-
ſuetudine, attenditur diſpoſitio iuris ca-
nonici, tamquam magis propitia, & ma-
gis fauorabilis Cameræ, & eccleſiæ *glo.
3. in cap. ſi de conſuet. not. capit. ſancto-
rum de præſcrip. Alex. in ſecundo conſil.
ſexto vol. repeten. in clem. prima de off.
ordin. Alex. conſ. ſecundo primo vol.*

Septuageſimum nonum priuilegium eſt:
quod vbi Camera, vel eccleſia conueni-
tur, vel eſt debitrix in aliquo, non tenē-
79 tur ad cauendum, nec de iudicio ſiſti,
nec dare fideiuſsores *Abb. cap. primo de
fideiuſſo. & capit. ſecundo, de ſolut.* quod
notet fiſcalis reuerēdæ Cameræ apoſto-
licæ Neapolitanæ, pro cauſis Cameræ,
quando magna curia vicaria Neapolis
pro pecunijs ibi per debitores Cameræ
depoſitatis, vult illum aſtringere ad fi-
deiubendum, quod non tenetur, alij ta-
men bene tenentur ipſi Cameræ ſatiſda-
re, & ſi ſit vitioſe ſatiſdatum etiā ex in-
tegro ad ſatiſdandum cogi poſsunt per
*Angelum, & Doct. in l. quoties, qui ſa-
tiſdare coga.*

Octuageſimum priuilegium eſt: quod in
iudicijs verba prolata contra eius inten-
tionem, interpretantur in fauorem Ca-
meræ, & eccleſiæ, per *glo. in ver. dubiū
cap. in præſentia, extra de probatio*, licet
80 verba dubia in iudicijs, interpretentur in
fauorem proferentis *l. ſolemus, l. ſi quis
intentione ambiguus, de iud.* & quando ſu-
81 mus in dubio in iure, vel in facto, tunc
fauore eccleſiæ, & Cameræ eſt iudician-
dū pro ipſa, quia optima ratio eſt, & me-
lior, quę pro religione facit *arg. l. ſūt per-
ſona, ff. de religio. Bar. in l. 1. C. de iur fiſci*

Octuageſimum primum eſt priuilegium:
quod licet regulariter non agatur de eui-
ctione niſi re euicta, *l. habere licere, ff.
82 de euictio*, tamen eſt ſecus fauore Ca-
meræ, vel eccleſiæ, quæ ante poteſt agere
ad intereſſe particulare not. in *l. credito.
§. prædict eo. tit. & cap. ſi. de empt. et vēdi.*

Octuageſimum ſecundum priuilegium eſt:
83 quia licet alias regulariter, quis eligens
vnam viā, non poteſt illa omiſsa ad aliā
diuertere, vel redire *l. tertia, ff. de actio
tritic.* tamen ipſa Camera, aut eccleſia id
benè poteſt cap. cum olim el ſecundo, &
ibi *Doct. de priuil. & exceſſe. priuilegiat.*

Octuageſimum tertium priuilegiū eſt, quia
defrau-

deſraudator Cameræ, vel eccleſiæ, Chriſto Iudice homicida iudicatur, & ſacrilegus *cap. non liceat iunčto cap. qui Chriſti 12. q. 2.*

Octuageſimum quartum priuilegium eſt:
84 quia inuadens rem, vel bona Cameræ eſt ſacrilegus puniri debet *cap. ſecundo*, & ibi *Dočto de rebus eccleſiæ non alien.*

Octuageſimum quintum priuilegium eſt: quia dominium, & poſseſsio ſpoliorum, & rerum eccleſiarum eſt penes Chriſtum per *Abb. in cap. cum eſſes in repet. de teſtam.* Ideo caueant ſeculares, & alij ab illicitis occupationibus, & inuaſionibus ſpoliorum, aliarumque rerum eccleſiaſticarum, quia Dei ſunt, quoad proprietatem, & poſseſsionem, qui proculdubio in talibus offenditur *glo. in capit. cum ex eo. de electio in ſexto Innocen. in capit. cũ ſuper de cauſa poſſeſſionis, et proprie Archid. in cap. ſecundo de reb. eccle. alien. lib. ſexto.* vbi dicunt quod Chriſtus habet dominium bonorum eccleſiæ, ſed vide, quæ dico in quæſt. de poteſtate clerici &c. in quæſt. de licentia teſtandi.

Octuageſimum ſextum eſt priuilegium, quod bona, & ſpolia eccleſiaſtica, poſſeſsiones, etiam prædia acquiſita de pecunijs eccleſiæ, ſunt exempta à quibuſuis exactionibus: & hoc, ſiue in acquiſitis, ſiue in acquirendis glo. notabilis in *cap. primo de immunit eccleſia lib. ſexto in verſ. bonorum.*

Octuageſimum ſeptimum priuilegium eſt Cameræ, vel eccleſiæ Roman. cuius ſunt omnia ſpolia eccleſiaſtica de mundo, vt dixi ſupra in q. de præſcrip. quia ſi qui ſint qui notorie bona mobilia, & ſtabilia, etiam oppida, & ciuitates illius teneant, contra detentores deuenitur ad ſententiam latam, & factam contra Romandiolas, notorie detinentes quaſdam ciuitates eccleſiæ Roman. & ſedis apoſtolicæ, vt per *Bal. in probe. feu.*

Octuageſimum octauum priuilegiũ eſt: quia licet non procedatur in cauſis ex officio, & iudex non impartiatur officium ſuum, niſi petenti *l. quarta §. hoc dictum ff. de dam infec.* tamen fauore Cameræ, & eccleſiæ poteſt procedi ex officio pro bonis ipſi Cameræ, & eccleſiæ recuperandis, & acquirendis *Bar. in l. ſi quis rem. de cuſto. & exhiben. reis.*

Octuageſimum nonum priuilegium eſt: quod licet iudex regulariter non ſuppleat in facto, nec in his, quæ ſunt facti, per *tex. in l. ſecunda,* vt quæ deſunt aduoca. par. iud. in cauſis tamen Cameræ, & eccleſiæ iudex poteſt ſupplere *not. in l. ſi dotem §. eo autem tempore*, ibi iudicis officium. *ff. ſoluto mat.*

Nonageſimum priuilegium eſt: quod creditor paciſcens cum Camera, vel eccleſia debitrice, vt poſsit propria authoritate
87 intrare poſseſsionem rerum obligatarũ, non poteſt intrare poſſeſſionem rerum Cameræ, vel eccleſiæ, nec valet talis conuentio cum Camera, vel eccleſia *capit. nulli liceat 12. quæſt. 2. & capit. licet de foro compet.* licet regulariter cum alia perſona tale pactum valere, *l. creditores C. de pigno.*

Nonageſimum primum priuilegiũ eſt: Cameræ, vel eccleſiæ: quod quilibet poteſt pro illa, & illi ſtipulari *glo. eſt in cap. cor-*
88 *dis oculus prima q. ſeptima l. illud C. de ſac. ſanct. eccleſ.* licet quis regulariter alteri ſtipulari non poſsit *l. ſtipulatio iſta §. alteri ff. de verb. oblig.*

Nonageſimum ſecundum priuilegium eſt: quia pro Camera, vel eccleſia agitur ex pollicitatione, ſicut agitur pro *rep. l. 1. §.*
89 *1. de pollicit.* cum à pari procedant reſpub. & eccleſia, *l. fin. C. de ſac. ſanct. eccle.*

Nonageſimum tertiũ priuilegium eſt: quod omnes contractus Cameræ, & eccleſiæ in ſpolijs, & alijs rebus eccleſiæ, ſunt contractus bonæ fidei per *Bal. in cap. 1. de plus peti. in fi.* & in ſtipulatione inter-
90 poſita pro eccleſia, & Camera, quæ eſt bonæ fidei, veniunt omnia, quæ veniunt in actio bonæ fidei. *Iaſ. in §. action. de actio inſtituta.* vbi ad longum.

Nonageſimum quartum priuilegium eſt: quod licet hæres promittendis aliquid ob cauſam finalẽ, & decedentis cauſa non impleta, non teneatur, etiam ſi ſit pro parte aduerſarij poſtea impletum, tamẽ, ſi ſit promiſsum eccleſiæ, eſt ſecus, quia hęres tenetur poſt mortem eccleſia, vel Camera adimplente *not. in l. ſi ego §. 1. de iure dot.* iuncto *textu in cap. ius publicum, prima diſtinct.*

Nonageſimum quintum priuilegiũ eſt, quia licet impoſsibilitas ex parte promitteris regulariter vitiat ſtipulationem, not in
91 *l. ſtipulatio iſta §. ſi quis ita ſtipulatus de verb. oblig.* tamen eſt ſecus ex parte promittentis aliquid eccleſiæ, vt ibidem.

Nonageſimum ſextum eſt priuilegium Cameræ, vel eccleſiæ: quia illi etiã per alternatiuã ſtipulationẽ acquiritur, not. in *l. Gaius* ibi matri, & ibi per modernos, iuncta *l. ſiit perſona, ff. de religio*, licet

92 alternatiua ſtipulatio, inter perſonas quibus acquiritur, ſit inutilis *leg. item ſi ſeruus. § fin. conſeq. ff. de ſtip. ſeruorum.*

Nonageſimum ſeptimum eſt priuilegium Cameræ, & eccleſiæ: quod ſi faciat contractum, per quem ſit læſa, aut male alienaſſe rem ſuam dicatur, poteſt venire contra contractum à ſe factum, & contra factum ſuum, & eandem alienationẽ repetere, ſicut dicimus in marito alienante rem dotalem: *l. 1. §. cum lex. C. de rei vxor. actio*, licet regulariter, nemo veniat
93 contra factum ſuum. *l. fundum ff. de ſer. vrb. præd,*

Nonageſimum octauum priuilegium eſt: quia Camera habet intentionem fundatam ſuper omnibus bonis poſſeſſis à prælato defuncto, vnde omnia bona præſumuntur eſſe eccleſiæ, niſi extraordinarie probetur illa eſſe patrimonialia. *Doct. in c. primo. de teſta. per moder. c. 1. & c. tertio. de pecu. cler.* dico ſupra in quæſt. ex quibus præſum. cler. acq.

Nonageſimum nonum priuilegium eſt. Cameræ, vel eccleſia; quod ſi reperiuntur plura inſtrumenta, omnia vno die celebrata. in dubio inſtrumentum Cameræ, & eccleſiæ, præſumitur ante factum, quia in dubio, pro religione iudicamus, *leg.*
64 *quod fauore, & quod ibi notat. ff. de religio.*

Centeſimum priuilegium eſt: quod ſi Camera, vel eccleſia non habet inſtrumenta ſuarum poſſeſſionum, terrarum, vel prædiorum, ſufficit quod habeat famam, & communem opinionem, ſicut dicitur in ipſo imperio, cui eccleſia, vel Camera æquiparatur *glo. eſt in cap. auditis. de in integ. reſt. Bal. in l. conuenticulam. C. de epiſcopis, & cler. & in l. proprietatis. de probat. & in l. cum ſuper. ff. de rei vend.* per *Innocen. in capit. veniens de verb. ſig.* & ſi in aliqua domo, vel fundo ſunt affixa
95 arma, & inſignia eccleſiæ, vel Cameræ apoſtolicæ, illa domus, & fundus eſſe præſumuntur de dominio ipſius eccleſiæ, vel Cameræ, per *Io. And. in capit. eos. de immun. eccl. lib. ſexto. Bal. in l. iubemus. C. de ſac. ſanct. eccle.*

Centeſimum primum eſt priuilegium eccleſiæ, vel Cameræ; quia licet alias inutilis contractus transferat dominium, & minus iuſtus titulus dedit cauſam præſcribendi prout not. in *cap. ſi diligenti de præſcript. l. eleganter. ff. de dolo*, fallit tamen fauore eccleſiæ, vel Cameræ, per *glo. in cap. ſecundo. verſ. præſcribendi de rebus eccleſiaſticis alien. lib. ſexto.*

Centeſimum ſecundum item priuilegium eſt; quia diſtinctio *Io. And. in capit. ſecũdo. de pecul. cler.* quod ſi clericus habebat tempore promotionis, ille, qui agit contra poſſidentem habet probare, ſi non habebat, præſumitur, quod intuitu eccleſiæ nunc habeat, in dubio habet locum, etiã, & intelligitur in promiſsis ipſi elerico: vt ſi tempore promotionis nihil habebat, Camera poſsit agere ad illa promiſsa poſt mortem clerici, & etiam ſic in aliis caſibus *Lap. deciſio* 113.

Centeſimum tertium priuilegiũ quia eccleſia, vel Camera volens agere hypotecaria, non habet probare rem hypotecatam, ſicut eſt in fiſco, cui Camera apoſtolica, & eccleſia comparatur *Bar. in l. 1. C de iur. fiſ.* licet quilibet agens hypothecaria, probare habeat hypothecam *l. de reb. C. de dona. ante nup.* & ſi quis cõ-
96 currat in hypotheca cum Camera eodẽ tempore pro hypotheca Cameræ præſumitur *not. in l. 1. circa fin. C. de his qui ſe. deſe.*

Centeſimum quartum eſt priuilegium: quod licet reficiens domum alterius, præferatur creditori habenti expreſsam hypotecam *l. interdum*, & quod ibi *not. ff. qui pot. in pig. hab.* tamen eſt ſecus quando Camera, vel eccleſia haberet priorem hypothecam. *§. his conſequens in fi. in auth. de æqualit dot.*

Centeſimum quintum eſt priuilegiũ: quod licet quælibet res ſubiaceat pignori prætorio, & conuentionali, tamen eſt ſecus in re eccleſiæ, & Cameræ, quæ non poteſt pignorari indiſtincte, notat. *in l. quinque legibus, de bon. damnat.*

Centeſimum ſextum priuilegium eſt: quia quilibet laicus poteſt agere actione rei vend. pro rebus Cameræ prædictis, vel male alienatis *c. presbyterorum, vbi Abb. de reb. eccleſiæ non alienan. glo. et Doct. in l. iubemus lo ſecunda §. economus, de ſac. ſanc. eccle.*

Centeſimum ſeptimum priuilegium eſt, quod Camera, vel eccleſia non cogitur admittere retentionem expenſarum, in rebus ſuis factarum, ſicuti dicitur in dote à fortiori *l. vnica §. taceat verſ. ſed nec ob impenſas C. de re. vx. actio.* ſed eccleſia bene retinet ſuas impenſas *Bar. l. fin. C. de pig. actio*, licet regulariter admittatur pro quolibet retentio, ob impenſas factas *not. in l. fin. C. de compenſatio.*

Centeſimum octauum priuilegium eſt: quod licet res inter alios acta nemini noceat, vel proſit, prodeſt tamen Cameræ, vel

eccle-

97 eccleſiæ ſicut dicimus in fiſco: quæ à
pari procedunt per *canoniſtas in cap. pen.
de re iud.* & per *ciuiliſtas in l. ſecunda,
de com. rer. alien.*

Centeſimum nonum eſt priuilegium: quod
licet non poſſit ferri ſententia pro reo,
niſi petatur *l. ad peremptorium, & l. poſt*
98 *adictum de iud.* hoc tamẽ fallit in eccle-
ſia rea, vel Camera ſicut dicimus in re-
publica, & fiſco, quibus eccleſia compa-
ratur *l. fi. C. de ſac. ſan. eccle. l. 2. §. ſenatus
conſult. de iur. fiſ.*

Centeſimum decimum eſt priuilegium,
quod in dubio ſemper debet ferri ſen-
tentia pro eccleſia, & pro Camera,
not. in *cap. in præſentia de probatio. et Fel.
in capit. fin. de iud.* & ſententia lata cõtra
eccleſiam ex falſa cauſa, vel obreptitia,
eſt nulla, ipſo iure, *Inno. in cap. in præſen-
tia. eſt tex. in l. 1. de ſent. aduer. fiſ. la. lib.
decimo.*

Centeſimum vndecimum priuilegium eſt
Cameræ, & eccleſiæ; quod Camera poteſt
exigere ſuum debitorem ante diem, &
99 ante tempus, maxime inſtante neceſſita-
te Cameræ, vel eccleſiæ, vel ſtante du-
bio, quod debitor efficiatur non ſoluen-
do *Bal. Cyn. in leg. 1. §. exactio. C. de rei.
vxor. actio.*

Centeſimum duodecimum eſt priuilegium
eccleſiæ, vel Cameræ; quod debitum ſe-
mel ſolutum Cameræ vel eccleſiæ non re-
petitur, etiam ſi ex falſa cauſa ſit ſolutum,
Bal. in l. mandatum. C. mand. per l. ſi pater.
100 *de manum. vind. in leg. ſicut. de actio. &
oblig.* refert, & ſequitur. *Bal. nouel. in
tract. de dote 45. priuilegio.*

Centeſimum decimumtertium priuilegium
eſt: quod Camera poteſt delegare ſuum
debitorem, etiam inuitum alteri, ſicut di-
citur fauore dotis, & reip. cui eccleſia, &
Camera æquiparantur *l. fin. de ſac. ſanct.
eccleſiæ.* licet regulariter hoc fieri non poſ
ſit *l. 1. C. de nouat.*

Cẽteſimum decimumquartum priuilegium
eſt; quia licet alias regulariter proniores
debeamus eſſe ad abſoluendum, quam ad
condemnandum *leg. Arrianus. de actio. et
obligat. et canoniſtæ in cap. ex litteris. de
præben.* fallit tamen fauore Cameræ, &
eccleſiæ, quia ſi ſint teſtes idonei, fertur
ſententia in fauorem ipſius eccleſiæ, vel
Cameræ actricis not. in *d. cap. ex litteris.
et c. fin. de re iudi.*

Centeſimum decimumquintum eſt priuile-
gium; quia ſententia lata in fauorem Ca-
meræ, & eccleſiæ ſine certa quantitate, te-
net *Bart. in l. fin. de ſenten. quæ ſine certa
quantitate fer.* Item ſententia poteſt ferri
in fauorem eccleſiæ, & Cameræ etiam de
nocte, & tenet *glo. in cap. ſi imperator. 96.
diſt. iuncto. capit. ius publicum. id.*

Centeſimum decimum ſextum eſt priuile-
gium; quod ſcienter occupantes bona ec-
cleſiarum vacantium, vt eſt in ſpolijs, ipſo
facto ſunt excommunicati per *Dominic.
in capit. generali. de electio. lib. ſexto c. 1. de
ſciſma.*

Digitized by Google

DE REGALIBVS, CONTRACTIBVS, ET DECRETIS COLLECTORIS,

Et Subcollectorum.

SOlet Reuerenda Camera apoſtolica pro curis, ſolicitudinibus,& labore, quem adhibet Reuerendiſſ.Collector in colligendis ſpolijs, & circa illorũ exactionem,& recuperationem, perſoluere illi pro regalibus (ita enim appellant) 10.pro omni num.centenario, quẽ ex ſpolijs redigit,imburſat,& incamerat, ex quibus idem Collector duo Illuſtriſſimo,& Reuerendiſſimo Cardinali Camerario,de more antiquo, & inueterato reſpondet.

Quæ decem recipit de omni ſpolio ad ſummam centom aſcendente,vel plus,ſi tranſcendit,vel minus, ſi non aſcendit, ſemper ad ratam, & pro rata incameratæ quantitatis; modicum profecto emolumentum,& leuis admodum recompenſatio ad immenſos, & importabiles ſumptus,ac labores quos pro Camera, & ſede Apoſtolica ſubſtinet Reuerendiſſimus Nuntius,& Collector Neapolis.

Verum,quia accidit vt plurimum,quod clericus prælatus,vel beneficiatus decedẽs, facultate teſtandi obtenta, teſtatur, & diſponit de bonis ſuis,& ſpolijs, ſuum condendo teſtamentum,& ſuam vltimam ordinando voluntatem, vel abſque ſpeciali facultate ſibi conceſſa teſtatur, & diſponit in fauorem,vel venerabilis Hoſpitalis Beatæ Mariæ Annunciatæ, vel Hoſpitalis Incurabilium Neapolis, vel Hoſpitalis Sancti Iacobi Incurabilium de Vrbe, aut alterius loci indultum,& priuilegium à ſede apoſtolica habentis,recipiendi ſpolia ſibi in teſtamento, aut alia via, per prælatos,vel beneficiatos relicta, vel relinquenda; qualia priuilegia ego temporibus meis vidi dictis locis conceſſa; vel accidit,quod Papa ſpolium, & ſpolia donat,qualiter ſæpe vidi donari à Sanctiſſimo D. N. D. Pio Papa Quinto diuerſis pauperibus Epiſcopis, quæ eſt eius immenſa liberalitas; in iſtis caſibus,ego vidi ſeroari,& aodiui ſeruatum,quod ſi ſpolia ſint recollecta opera,medio,& diligẽtia, aut labore Subcollectoris, vel alterius miniſtri Collectoris, integre in totum,vel in partem,quod regalia præfatorum,10 pro centenario ab hæredibus debetur in totum,vel pro rata exactorum, & recollectorum Reuereodiſſ. Collectori ad inſtar ſpoliorum: quæ pro Camera colligit; in quibus, quia eſt eadem ratio, idem ius ſtatui debere videtur rationabile, vulgatis iuribus, & quando res eſt cum hæredibus, vel miniſtris locorum, quibus relinquitur diſcretis, & rationabilibus ciuiliter, ac vrbaniter agentibus, vidi rem ſemper peragi,abſque diſcrepantia,& differentia aliqua.Si verò ſequuta morte re integra, antequam Collector, vel Subcollector ſeſe in ſpolijs immiſceat, comparet hæres, vel hoſpitalium miniſter,qui in promptu Collectori, vel ſubcollectori de licentia, aut priuilegio teſtandi,ac de teſtamento,aut diſpoſitione doceat, ſimulque ſe offerat in ſpolio agere vices ſubcollectori, & propterea inſtat per Reuerendiſſimum D.Collectorem,vel ſubcollectorẽ in cauſa per eum, & eius miniſtros nihil fieri,aut innouari, attento quod ipſe de per ſe cauſam,rem, ac negocium ſuum peragere intendit,ſine opera auxilio,vel medio collectoris;licet forſan de ſtricto iure, regalia tunc Collectori ſecundum aliquorum opinionem non debeantur,tamen pro authoritate, & facultate, quam exibet Collector in deputando ſubcollectorem,pro parte hæredis, vel hæredum oominatorum, pro ſubſtitutione,& commiſſiooe,quam facit iuxta ſuas ordinarias facultates in formã ampliſſimam, cum omnibus clauſulis, & ſolemnitatibus extenſa: vt cum omni ſecuritate ſpolia recolligere, & negocium ſine labore peragere poſſit,attento laborum in perſpiciendis, perſcrutendis, & diſcutiendis licentia,teſtamento,ſcripturis, & iuribus productis,& exibitis; impartiendo ſuum nomen, & ſuam authoritatem interponendo,circa exactionem, recuperationem, & recollectionem rerum ſpoliorum,tam circa nomina debitorum, quam quaſcunque alias perſonas detinẽtes,occupantes,vſurpantes,occultantes, ac quomoldoibet obligatos,à quibus ſine Nuntij,& Collectoris authoritate,nomine,&

ne, & auxilio vix exigi, & recuperari poſſent; attento quod ipſe Collector, qui eſt iudex ordinarius rerum, & cauſarum huiuſmodi, ius, & iuſtitiam contra perſonas præfatas miniſtrat, & miniſtrare habet, & alijs attentis, quæ in cauſis huiuſmodi diuerſimode occurrit agere nomine, & auctoritate Collectoris, Ego vidi, & obſeruaui, licet non nomine regalium, vel pro ordinarijs regalibus, per tales hæredes, vel miniſtros in recognitionem officiorum, & ſeruitiorum præfatorum ſibi, vel locis pijs prædictis impenſorum, ſic honorifice perſolui honoraria Collectori, quæ ſufficerent pro integra ordinariorum regalium ſolutione, ſeu ſatisfactione.

Quando verò Papa ſpolia donat, ego vidi quod de taliter donatis ſpolijs, Collector ſua ſemper percipit regalia ad rationem 10. pro centenario, & vidi ita ſeruari, & ſeruatum ſemper audiui. Idque merito duplici ratione: Primo quia ſpolia ſunt auctoritate ſua, & ſuorum miniſtrorum, ac ſubcollectorum opera, diligentia, & labore recollecta, & in tuto poſita. Secundo, quia Papa donando ſpolia, fuit ſemper præſumptus intelligi, quod donet illa, quæ ad ſeipſum ſpectant, & illa, quę in eius cameram Apoſtolicam intrarent, deductis regalibus collectoris, & ſubcollectoris, ac expenſis factis pro illis recolligendis, quæ expenſæ in primis, & ante omnia debent refici, quia fructus, intelliguntur, deductis expenſis, recollectionis, exactionis, & repoſitionis, *Specul. de expen. §. 1. verſ. & ha expenſæ*, Nec Papa in dubio donando intelligitur, niſi de eo; quod ad ſeipſum ſpectat, nec præſumitur tollere Ius tertij per *Sarnen. in reg. de non tollen. iur. quæſit.*

Subcollectori vidi ſemper ſolui expenſas, quas feciſſet vtiles, & neceſſarias circa ſpolia, illorumque exactionem, & pro laboribus, & diligentia ſua, vidi ſolui regalia videlicet 4. pro num. cuiuslibet centenarij pecuniæ; quam redigit de ſpolijs, & incamerat, & plus, & minus iuxta quantitatem redactam, & ad ratam ſummæ incameratæ ratam regalium dictorum 4. Et hoc ſi commiſſarius colligit in ſua patria, & non exeundo extra patriam. Quia ſi exit extra patriam, vel per collectorem ſit deſtinatus ad ſpolium, tunc quia indiget equis, famulis, & notario, ſiue actuario; quos ſecum ducit, vndè multas expenſas ſubſtinet, res ſe aliter habet; Quia tunc vidi, & obſeruaui, eſſe ſolitum ſolui dietas, ad rationem vnius, vel duorum ducatorum pro qualibet die, ſecundum qualitatem, conditionem, & dignitatem perſonæ ſubcollectoris arbitrio Reuerendiſſimi domini Collectoris, aut regalia ducatorum 4. ſi ſpolium eſſet notabilis valoris, ad electionem dicti ſubcollectoris, in vrbe vero vidi, & obſeruaui, quod ſoluitur commiſſario in primis expenſa victus, deinde ſcutum vnum ad minus ſingulo die pro ſalario ſuo, & medium ſcuti pro notarij ſui ſalario, cum expenſis victus, & alias arbitrio collectoris, ſecundum qualitatem perſonæ, & negotij ſuper huiuſmodi, & de huiuſmodi non vidi bullas ſtatutum, vel conſtitutionem apoſtolicam, vel Cameræ aliquam ordinationem, ſed vidi obſeruari, audiui obſeruatum ſemper, & eſſe hodie in viridi obſeruantia.

Solet, vt plurimum imò fere ſemper Reuerendiſſimus Collector, habita informatione capta per ſubcollectorem ſuper ſpolijs, cum hæredibus clerici defuncti vel eius conſanguineis concordare, vel tranſigere, tranſactionemque cum eis nomine Cameræ facere, relinquendo, & dimittendo eis omnes res, & bona cuiuſuis generis, cedendo, & transferendo, eis omnia iura Cameræ apoſtolicę competentia, eoſque in ius ac locum Camerę ponendo pro ſumma, & quantitate per eoſdem ſoluta, vel ſoluenda conuenta, pactis, modis conditionibus, & temporibus eidem beneuiſis, qui eſt contractus frequens imo ordinarius in cauſis ſpoliorum, vſque antiquo celebrari ſolitus. In quibus concordijs, & tranſactionibus faciendis obſeruaui, quod collectores mei temporis procedebant cum omni circumſpectione, vrbanitate, & charitate, benigniſſime hæredes, vel conſanguineos defuncti pertractando, ſemper eoſdem quibuſcunque perſonis etiam aliquanto plus offerentibus, ac aliquanto meliorẽ conditionem Cameræ offerentibus, præferendo, & inter alia vidi, & obſeruaui ſpolia, & ſpoliorum negocia bene, pie cum charitate, ac diligentia tractari tempore Santiſſimi D. N. Pij Papa V, in regno Neapolis, per Reuerendiſſimum d. meum d. Ciprianum Pallauicinum prothonotarium prælibati Santiſſimi D. N. & ſedis eius apoſtolicæ in ciuitate, & Regno Neapolis Nuntium, & Collectore, nunc merito Archiepiſcopum Genuæ virum vti nobilitate, ita etiam animi bonitate, probitate, ingenio, prudentia, ſcien-

ſcientia, et moribus præditum, ac in negocijs,& rebus gerendis,miræ deſteritatis, Ita,vt non facile dignoſcas in eo,maior ne ſit diligentia, & deſteritas pro rebus Cameræ,an charitas,& pietas erga defuncti hæredes,& conſanguineos. Modus profecto procedendi conueniens Nūtio: ſic pij,& Sancti Pontificis ſolet etiā aliquādo Collector nolentibus ſuper ſpolijs hæredibus,vel conſanguineis concordare,cōuenire cum tertio extraneo, illique pro prætio conuento ſpolia, & ſpoliorum iura cedere,& vendere, ſed à talibus ſolet Collector cauere; quia, vt ego vidi, & obſeruaui tales contractus non tranſeunt cum pace,& quiete,nec bonum ſortiuntur effectum, ſed ex talibus conuentionibus cum extraneo,excluſis hæredibus, aut conſanguineis celebratis, oriri ſolent litigia,clamores, & ſæpe etiā ſcandala,ideò abſtinere vidi.

Et nolentibus hæredibus concordare imo ad cauſam ſuam,& iura ſua defendendum comparentibus, dato termino fiſco Cameræ,& parti ad docendum, ac probandum de ſibi incumbentibus,deductis, ac probatis hinc inde,ſeruatis de iure, ſtilo, ac in cauſis ſpoliorum ſeruari ſolitis, ſolet Reuerendiſſimus Collector ad determinationem cauſæ pro iuſtitia deuenire condemnando,vel abſoluendo; condemnando videlicet applicando, & incorporando fiſco Cameræ Apoſtolicæ, vel declarando eſſe ſpolia, & bona cameræ relicta per defunctum: abſoluendo verò, ſi bona relicta non fuerint ſpolia,vel ſi fuerint,tantum æs alienum ſoluendum inſurgat,quod relicta abſorbeat.

Item vidi obſeruatum, quod Reuerendiſſimus Collector,viſa cauſa coram ſe,& introducta,& vertente,vel viſa informatione capta in partibus per ſubcollectorem ſuper ſpoliis alicuius defuncti,ex qua cōſtat,vel ius non competere aliquod Cameræ ſuper bonis inuentariatis, vel ſequeſtratis,vel relictis, vel quod hæredes contra quos agitur ſunt pauperes, egentes potius vt ſibi detur, quàm quod eis aliquid auferatur,ſolet ex eiſdem actis, & ex eadem informatione capta, etiam nullo termino iudiciario ſeruato, mandare, quod ab impetitis per fiſcum Cameræ Apoſtolicæ abſoluantur hæredes, decretum abſolutorium ad pedes proceſſus cauſę,vel dictę captæ informationis interponendo,& deſcribendo, perpetuum deſuper procuratori fiſcali ſilentium imponēdo,vel per litteras ſuas ad ſubcollectorē in partibus ordinare, quod præfatos hæredes,vel abſoluat, vel eos moleſtare deſiſtat,idque facere poteſt attenta auctoritate procedendi ampliſſima,ſibi in cauſis ſpoliorum per bullas,breuia,ac alias conſtitutiones in cauſis ſpoliorum factas conceſſa,quorum vigore poteſt procedi ſimpliciter,de plano,ſine ſtrepitu, & figura iudicii, vt in quæſtione de modo procedendi diximus.

Detegentibus etiam perſonis, & reuelantibus ſpolia,bona,ac iura Cameræ occulta, ſolet Reuerendiſſimus Collector promittere,ac prom[illegible]ionem facere quartæ partis retractus faciendi, rerum reuelatarū; modo ſint res,de quibus neque Collector neque miniſtri Collectoris notitiam habeant, & modo ſint ſpolia antiqua, cum iſtis clauſulis modificatis ego vidi breue Pii IV. R.D. Paulo Odeſcalco Nuntio, & Collectori directo,emanato in principio ſui Pontificatus.

Et ex his ſit abſolutus iſte libellus ad laudē Omnipotentis Dei; in quo ſi fuerit aliquid benedictum, honor ſit eius diuinæ maieſtati: ſi ſecus ſit, vel aliquid ſit per quod aliquo modo aures catholicę offendi poſſint, ſit ſemper correctioni Sanctæ Romanæ Eccleſiæ ſubiectus, cuius cenſuræ,& iudicio dicta in quacunque parte libelli ſubiaceant,& remiſſa eſſe omni tēpore intelligantur. Ad laudem Domini noſtri Ieſu Chriſti. Amen.

MO-

MOTVS PROPRII.

BVLLÆ, ET BREVIA

SANCTISSIMORVM ROM. PONTIFICVM

In materiam Spoliorum Eccleſiaſticorum emanata:

MOTVS PROPRIVS S.D.N. PII PAPÆ QVARTI.

Quo declaratur, quod ſingula Teſtamenta, Donationes, et quæcunq. alia diſpoſitiones per perſonas eccleſiaſticas, facultatem à ſede apoſtolica non habentes, etiam in fauorem Piorum locorum facta, de rebus eccleſiaſticis, nulla ſint, et deputatur modernus ſpoliorum collector generalis ad illas exigendum, priuilegijs dictorũ piorum locorum, cæteriſque contrarijs non obſtantibus.

Dilecto filio Franciſco Odeſcalco Cameræ noſtræ apoſtolicæ præſidenti, ac ſpoliorum quorũcunque in vniuerſa Italia Collectori noſtro generali. *Pius PP. IIII.*

Dilecte fili ſalutem, & apoſt. benedictionem. Graue nobis, & moleſtum accidere ſolet; cum de perſonarum eccleſiaſticarum actionibus, quæ integritatis exemplo cæteris preſtare debent, ea nobis deferuntur quæ, & eorum famæ ſinceritatem denigrare, & Cameræ noſtræ apoſtolicæ incommodum, detrimẽtum afferre videntur. Vnde nos vt malitioſorum prauis intentionibus occurrere valeamus, debita poſtmodũ remedia in mediũ afferre, & pernitioſis fraudibus, prout ex vniuerſalis noſtræ Curiæ ſollicitudine tenemur obuiare cogimur. Cum itaque (ſicut ex proborum, & fide dignorum hominium relatione nuper accepimus) quampluries prælati, presbiteri, & aliæ eccleſiaſticæ perſonæ diuerſarum prouinciarum locorum, & dominiorum, & præſertim Regni Neapolis nulla à nobis, ſeù ſede apoſtolica facultate teſtandi ſuffulti, vel muniti, ſed temeritate propria, & forſan ad ſuorum importunam ſuggeſtionem impulſi in eorum vltimis voluntatibus teſtamenta ſua condendo, ac donationes, ſeù legata, aut codicillos faciendo, de bonis ſuis diuerſimode, licet id facere nullo modo poſſint, neque debeant, diſponere, audeant, ipſaque bona ſub diuerſis confictis prætextibus, & coloribus hoſpitalib. ac pijs locis, & forſan cum promiſſionibus clandeſtinis, quod eorum conſanguineis, vel affinibus, aut alijs perſonis ab eiſdem teſtatoribus nominatis, poſt illorum obitum ad ipſis hoſpitalibus, & locis de certa, ſeù quota portione bonorũ huiuſmodi ſubueniatur, teſtari, relinquere legare, codicillari, non erubeſcant, in dictæ Cameræ noſtræ graue damunm, & preiudicium maximum: dictæ Cameræ indemnitati opportune conſulere, & inconuenientibus huiuſmodi pro officij noſtri debito, congruum remedium adhibere volentes motu proprio, & ex certa ſcientia, ac matura deliberatione noſtra, non ad tuam, vel alterius pro te nobis ſuper hoc oblatæ petitioni inſtantiam, auctoritate apoſtolica tenore præſẽtium decernimus, & declaramus omnia, & ſingula teſtamenta, donationes in illis, vel mortis cauſa factas, codicillos, legata, & quæcunque alia in vltimis voluntatibus per quoſcũque eccleſiarum prælatos, etiam ſi patriarchali, Archiepiſcopali, vel Epiſcopali præfulgeant dignitate, ac quorumuis monaſteriorum cuiuſcunque ordinis Abbates ſeù commendatarios, ac presbyteros, & alias quaſlibet eccleſiaſticas perſonas prædictas, & quaſcunque alias, quæ ex bonis, & redditibus eccleſiaſticis, & beneficiorum fructus percipiunt, abſque noſtra, ſeù eiuſdem ſedis ſpeciali licentia, & facultate quomodolibet quæ in futurum ab illis quocunq. pretextu, aut quæſito colore, etiã in fauore hoſpitalium, & alior. pior. locor. huiuſmodi de dictis redditibus fieri

condi, & teſtari, ſeu relinqui, aut quouis vltimæ voluntatis titulo diſponi contigerit, nulla irrita, inania, inualida, ac nullius prorſus roboris, vel momenti ſore, & eſſe, ac nemini, neque etiam hoſpitalibus, & pijs locis præſatis cum ad Cameram ipſam ſolum fraudandum, propter ex multis fraudibus deſuper commiſſis, & repertis nobis, conſtitit, præmiſsa fieri clare appareat nullatenus deinceps ſuffragari, neque ſubſiſtere, aut teſtamentis ſuis huiuſmodi quemque iuuare, aut tueri, nec effectum aliquem vlla ratione habere, vel ſortiri. Quinimo te, de cuius probitate, & fide ſpecialem in domino fiduciam obtinemus, bona quęcunque poſt hac in dictis teſtamentis relicta, tamquam ſpolia ad nos, & eandē Cameram ſpectantia, & deuoluta per te, vel ſubcollectores tuos deputatos, iam, vel deputandos libere exigere, & recuperare, illorumque poſseſſionem abſque vitio ſpolij apprehendere, ingredi, ac retinere poſſe, & debere, necnon pro tollendis omnino fraudibus prædictis quæcunque teſtamenta, donationes, codicillos, legata, & alias, quaſcunque vltimas voluntates, vt præfertur impoſterum faciendas, & facienda, atque in eis contēta, & inde ſequuta quæcunque, etiam quoad ſubſecutas dictorum bonorū poſſeſſiones, & illorum apprehenſiones huiuſmodi Motu, ſcientia, & deliberatione prædictis ex nunc, prout ex tunc reuocamus, irritamus, caſſamus & annullamus, ac iuribus prorſus euacuamus, pro reuocatiſque, irritatis, caſſatis, annullatis, & penitus viribus omnibus euacuatis vbicunque, tam in iudicio, quam extra ab omnibus haberi debere volumus decernimus, atque mandamus, ſicque per quoſcunque etiam S. R. E. Camerarium, & alios Cardinales, ac clericos, & præſidentes eiuſdem Cameræ cęteroſque iudices, et commiſsarios, ac alios tam eccleſiaſticos, quam ſæculares quauis dignitate, & authoritate, etiam Marchionali, Ducali, et Regali fulgentes in quibuſuis cauſis, et inſtantijs, ſublata, et eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, et interpretandi, ac decidendi facultate, et authoritate iudicari interpretari, atque decidi debere: irritū quoque, & inane ſi ſecus ſuper his à quoque quauis authoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit atteſtari decernimus: non obſtan. premiſs. ac cōſtitutionibus, & ordinationibus apoſtolicis, necnon prouinciarum locorum dominiorum regni Neapolis, & quorumcunque aliorum regnorum, ac hoſpitalium, et præſertim pauperum incurabilium, et aliorum piorum locorum cuiuſuis ciuitatis, etiam Neapol. iuramento, confirmatione apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, priuilegijs, quoque, & indultis, & litteris apoſtolicis illis, & quibuſcunque alijs perſonis, & locis etiam actu hoſpitalitatem exercentibus ſub quibuſcunque tenoribus, & formis, ac cum quibuſuis etiā derogatoriarū derogatorijs alijſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis irritantibuſque, & alijs decretis, etiam motu proprio, & ex certa ſcientia per Roman. Pontifices prædeceſsores noſtros, ac ſedem apoſtolicam, aut alias etiam, per nos quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innouatis, etiam ſi in illis expreſſe caueatur, quod teſtamenta clericorum, presbyterorum, vel etiam quibuſuis prælatorum facultatē teſtandi, à dicta ſede apoſtolica minime habentium in fauorem hoſpitalium, aut aliorū piorum locorum huiuſmodi quomodolibet facta valeant, plenamque roboris firmitatem obtineant, & executioni demandare debeant, Quibus omnibus, etiam ſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus, ſpeciali, ſpecifica expreſſa, & indiuidua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes mētio, ſeu quæuis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſeruāda foret, tenores huiuſmodi præſentibus pro ſufficienter expreſſis, & totaliter inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice duntaxat harum ſerie ſpecialiter, & expreſſe derogamus illaque aduerſus pręmiſſa nullatenus ſuffragari poſſe, vel debere decernimus, cęteriſque contrarijs quibuſcunque. Dat. Romæ Apud ſanctum Petrum ſub Annulo Piſcatoris die 26. Maij. M. D. LX. Pont. noſtri Anno Primo.

CLEMENS SEXTVS ETC.

Dilecto Filio Morerio de Morerijs canonico Agennen.

PErlato nuper ad noſtri Apoſtolatus auditū quod venerab. frater noſter Raimūdus epiſcopus sācti Pontii thomeriarum, adeo graui ſui corporis infirmitate, ac debilitate tenebatur oppreſſus, quod ſecun-

ſecundum humanum iudicinm, de vita corporali deſperabatur ipſius: Nos eidē pio ſuper ijs compatientes affectu, & prouidere ne bona ipſius mobilia per aliquos occuparentur, aſportarētur indebite, aut cōſumerentur inutiliter, ſed potius conſeruarentur fideliter cupientes, bonorum ipſorum diſpoſitionem nobis ex hijs & certis alijs cauſis rationabilibus duximus ſpecialiter reſeruandam, decernentes ex tunc irritum, & inane, ſi ſecus per quoſcunque ſcienter, vel ignoranter contingeret ſuper hijs attemptari. Quocirca diſcretioni tuæ per apoſtolica ſcripta cōmittimus, & mandamus, quatenns per te, vel alium, ſeu alios ſi præfatus epiſcopus rebus humanis eſſet exemptus, vel ipſum migrare contingerit ab hac luce, bona huiuſmodi quæcunque ſint, & in quibuſcunque rebus conſiſtant, & per quaſcunque detineantur, vel debeantur perſonas, ſuper quibus ſimpliciter, & de plano, ſine ſtrepitu, & figura iudicij, ſi neceſſe fuerit te informes, petere, exigere, recipere, ac conſeruare fideliter, vt de illis ſecūdum diſpoſitionem noſtram poſſit vtilius ordinari procures. Contradictores &c. Non obſtante ſi eis, vel eorum aliquibus communiter, vel diuiſim à ſede apoſtolica ſit indultum quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per litteras apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi mentionem: ſummopere precauendo quod prætexto præſentium eidem epiſcopo quamdiu in humanis egerit nullam pænitus inferas ſuper bonis huiuſmodi moleſtiam, nec ante nec poſt quominus expenſe funerariæ, ac debita vera, & legalia ipſius epiſcopi rationabiliter de bonis perſoluantur prædictis: volumus autem quod eos qui tibi bona ipſa reſtituenda, vel aſſignanda ſeù perſoluenda duxerint poſſis abſoluere plenius, & quitare de hijs quæ inde receperis ab eiſdem faciendo ſuper ſingulis aſſigntionibus, inde tibi faciendis confici duo conſimlia publica inſtrumēta, quornm vno penes reſtituentes aſſignantes, vel ſoluentes dimiſſo, reliquum ad noſtram ſtudeas Cameram deſtinare. Dat. apud Villamnouam Aninionen. dierum 13. Kal. Iulij Anno Quarto.

INNOCENTIVS PAPA VI.

Venerabili fratri Petro Archiepiſcopo Beneuentano ſalutem &c.

OLim in noſtri Apoſtolatus primordijs diſpoſitionem bonorum mobilium, ac debitorum, & creditorum quorumcunque Arcbiepiſcoporum, & Epiſcoporum, ac Abbatum quorumcunque Mon. quorumcunque ordinum exemptorum, & non exēptorum Regni Siciliæ ſeu terræ citra farum, qua Arcbiepiſcopi, Epiſcopi, & Abbates ipſi, tempore obitus eorum haberent, vel pertinerent quomodolibet ad eoſdem, nobis duximus ſpecialiter reſeruandam. Ideoque fraternitati tuæ per apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus per te, vel alium, ſeu alios bona debita, & credita huiuſmodi Arcbiepiſcoporum, & Epiſcoporum, ac Abbatum ipſorum cum obierint quæcunque qualiacunque, & quantacunque fuerint, & per quaſcunque perſonas detineantur, ſeu etiam debeantur petere, exigere, ac recipere cum integritate procures, faciens fieri de bonis, debitis, & creditis ipſis cuiuslibet Archiepiſcoporum, & Epiſcoporum, ac Abbatum ipſorum quæ recipere te continget, duo conſimilia publica inſtrumenta, quorum vno penes aſſignantes illa demiſſo, reliquum ad Cameram noſtram mittas. Nos enim tibi abſoluendi & quietandi eos à quibus bona, debita, & credita ipſa receperis, plenam tibi concedimus tenore præſentium poteſtatem. Non obſtante ſi bona, debita, & credita ipſa de priuilegio, conſuetudine, vel ſtatuto capitulis, & conuentibus, ecclesſiarum, & monaſteriorum, aut quibùſuis alijs forſitan debeantur, ſeu ſi fuerint alicui, vel aliquibus operibus, vel vſibus deputata, aut ſi aliquibus communiter, vel diuiſim à Sede Apoſtolica ſit indultum quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per litteras apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi mentione contradictores &c. Dat. Auinion. 12. Kal. Maij. anno primo.

VRBANVS PAPA V.

Dilectis filiis Petro Abbati Mon. Sancti Georgii maioris de Venetiis Caſtellan. dioc. Apoſtolicæ ſedis Nuntio, ac Collectori fructuum, prouentuum, & bonorum in Aquilegen. Graden. Mediolanen. ac Rauennaten. Ciuitatibus, dioc ac prouinciis, & nonnullis aliis partibus Apoſtolicę Cameræ debitorum, eiuſque ſubcollectoribus vniuerſis, & ſingulis ſalutem. &c. Licet nos dudum diſpoſitionem bonorum mobilium, ac creditorum, & debitorum, Abbatum, ac Epiſcoporum, & ſuperiorum prælatorum decedentium duntaxat, quæ ad eos, ſeu ipſorum adminiſtrationem ſpectarent tempore mortis eorum, ſub certa forma, & moderatione, & non aliorum quorumuis clericorum inferiorum, ſeu perſonarum eccleſiaſticarum decedentium, nobis duxerimus reſeruandam, vos tamen ſeu aliqui ex vobis, vt nuper diſplicenter audiuimus vigore cuiuſdam commiſſionis Apoſtolicæ ſedis, vt dicitur tibi fili Abbas, ſeu tuo in officio collectorie prædeceſſori factę, bona, & credita inferiorum clericorum, & perſonarum eccleſiaſticarum huiuſmodi, præter noſtram recipitis voluntatem, quod non habemus acceptum, immo diſplicet nobis valde: Quare diſcretioni veſtre per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus nulla bona, & credita, quorumcunque decedentium inferiorum clericorum, & perſonarum eccleſiaſticarum huiuſmodi, ſine noſtro ſpeciali mandato, de cętero recipere præſumatis. Nos enim ſi ſecus facere præſumpſeritis pręter noſtram indignationem, & etiam punitionem vobis merito inferendam, veſtros proceſſus, & ſententias, ſi quos forſan ſuper his feceritis, & tuleritis, ex nunc decernimus irritos, & inanes. Cæterum volumus, quod per te fili Abbas tenor præſentium ſub tuo ſigillo vobis ſingulis ſubcollectoribus tranſmittatur. Data apud Monteflaſco. 4. Non. Octob. Anno ſexto.

BENEDICTVS PAPA XII.

Benedictus &c. Dilecto filio Ioanni AmalKici clerico Agathen̄ Dioc. iuriſperito Nuncio noſtro in Regno Sardiniæ, & Corſicæ.

Nuper ad noſtri Apoſtolatus auditū aſſertio relationis fidedigna perduxit, quod in Regno Sardiniæ, & Corſicę quidam abuſus deteſtabilis inoleuit, videlicet, quod cum Pręlatos, & perſonas eccleſiaſticas dicti Regni ab hac luce migrare contingit, laici, & clerici, fratres, nepotes, conſanguinei, familiares, affines, & vicini Pręlatorum, & perſonarum prædictarum ad bona per ipſos Pręlatos, et perſonas dimiſſa, & quę de fructibus, redditibus, obuenientioribus eccleſiarum, & beneficiorum eccleſiaſticorum per obitum dictorum Prælatorum, et perſonarum vacantium, tempore vacationis eorum obueniunt extendētes temerarijs auſibus manus ſuas bona ipſa, quæ futuris reſeruari ſucceſſoribus, vel in vtilitatem eccleſiarum, & beneficiorum ipſorum ſalua tamen diſpoſitione ſedis Apoſtolicæ diſpēſare deberent, occupare, vſurpare, contrac̄tare, ſecum aſportare, ac retinere in animarum ſuarum periculum, eccleſiarum, & beneficiorum ipſorum detrimentum maximum, & læſionem enormem libertatis Eccleſiaſticæ præſumpſerunt hac̄tenus, abſque cauſis alijs rationabilibus, & præſumunt. Cum talia æquitati, iuri, & rationi obuia nequaquam poſſint, vel debeant tolerari diſcretioni tuæ per Apoſtolica ſcripta committimus, & mandamus, quatenus per te, vel alium ſeu alios ſimpliciter, & de plano ſine ſtrepitu, & figura iudicii vocatis illis, quos euocandos noueris ſolerti adhibita diligentia te informans bona huiuſmodi, quæ à fratribus, nepotibus, conſanguineis, familiaribus, vel aliis ad quos de iure non pertinerent vſurpata, capta, contrac̄tata, & aſportata repereris; non obſtante abuſu prædic̄to, qui eſt tanquam veritati & rationi contrarius abolendus, ſub manu noſtra & Apoſtolicæ ſedis exigere, petere, recipere, ac conſeruare, prouentes in vtilitatē eccleſiarum, & beneficiorum ipſorum, vel alius prout ordinandum duxerimus diſpenſanda contradic̄tores &c. Non obſtantibus tam ſc. re. Bonifacii Papæ VIII.

præ-

prædeceſſoris noſtri qua cauetur ne aliquis niſi in certis exceptis caſibus, & in illis vltra vnam dietam à fine ſuæ Dioc: ad iudicium euocetur, & de duabus dietis in concilio generali, quam alii conſtitutionibus in contrarium editis quibuſcunque; ſeu ſi aliquibus communiter vel diuiſim ab eadem ſit ſede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari nõ poſſint per literas Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi mentionem. Data Auinioni Idibus Aug. anno ſeptimo. M.CCCC.

S.D.N.D PAVLI Diuina Prouidentia Papæ 3.

Bulla extrauagans ſuper ſpolijs.

Paulus epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei ad perpetuam rei memoriam.

ROman. Pont. prouidentia circumſpecta dubia quæ litium diſpendia afferre poſſent, in ſuæ declarationis arbitrio tollit, ac deſuper ſtatuit & ordinat, prout rerum qualitate penſata, conſpicit in domino ſalubriter expedire. Cum itaque, ſicut accepimus, à nonnullis nimium curioſis, qui iura Cameræ apoſtolicæ vſurpare, ac Cameram præfatam illis defraudare vellent, in dubium redigatur, an res, & bona, ſpolia nuncupata Prælatorum, etiã Pontificali, vel alia maiori dignitate fulgentium, cęterarumque perſonarum eccleſiaſticarum ſecularium, & regularium, tempore obitus ipſorum remanentia, ex eo quod Rom. Pont. pro tempore exiſtenti, & Camerę pręfatę reſeruata fore aliqua generali apoſtolica conſtitutione, forſan non caueatur, ad Cameram pręd
ictam iure legitimo ſpectare, & pertinere debeant. Nos & ſi ſatis euidenter conſtet, & appareat, prędeceſſorum noſtrorum Rom. Pont. & noſtram indubiam intentionem, & voluntatem ſemper fuiſse, vt ſpolia huiuſmodi, ad dictam Camęram, & non ad alios ſpectarent, & pertinerẽt, & quod pro eadem Cameræ exigerentur & recuperarentur. Cum prædeceſsores præfati, diuerſos dictorum ſpoliorum, vt ad Cameram prædictam ſpectan. & pertinentium collectores, & exactores, in varijs prouincijs, & locis deputauerint, & conſtituerint, & nos deputauerimus, & conſtituerimus, variæque literę ab eiſdem prædeceſsoribus, & à nobis ſuper exactione, aliquorum eorundem ſpoliorum, in quibus ſpolia huiuſmodi, ad præfatam Cameram ſpectare expreſſe continebatur, emanauerint, ac ſemper de illis, dicti prædeceſsores, per pleraſq. alias literas, tanquam de rebus ad Cameram prædictam pertinen. donando vel tranſigendo, aut alias diuerſimode diſpoſuerint, & nos diſpoſuerimus necnon ea ab antiquiſsimo tempore citra dictę cameræ noſtræ nomine exacta, & inter iura ipſius cameræ connumerata fuerint. Ne tamen permiſsorum veritas deprimi, & mendacium deſuper in pręfatæ Cameræ præiudicium, locum ſibi vendicare, valeant. Attendentes quod iniquum eſſet, ſi ex apoſtolicæ ſedis benignitate, vel alia rationabili cauſa, ad ſingula quęque loca, collectores non deſtinantur, iura ipſius Camerę propterea depereant, dubium huiuſmodi enucleare, ac in pręmiſsis opportune prouidere volentes: Motu proprio, & ex certa noſtra ſcientia, ac de apoſtolicæ poteſtatis plenitudine Declaramus res, & bona huiuſmodi, ſpolia, vt præfertur, nuncupata, in quibuſuis regnis, ac dominijs, tam citra quam vltra montes, & maria, conſiſtentia, quæ pro tempore poſt obitus prælatorum, & perſonarum prædictarum, quãtumcunque etiam, vt pręfertur, vel alias quomodolibet qualificatarum, etiã cardinalatus honore fulgentium, qui vel nullo condito teſtamento, vel abſque ſufficienti facultate, aut vltra quantitatem, de qua facultatem habuerint condito, deceſſerunt, & decedent, remanſerunt, remanent, & remanebunt, etiam quod ad illa recuperandum, aliqui collectores deputati non fuerint ad Cameram apoſtolicam, & non ad alios, etiam in quibuſuis Cathedralibus, etiam Metropolitan. & Collegiatis, ac alijs eccleſijs, monaſterijs, ceteriſque beneficijs eccleſiaſticis cum cura, & ſine cura, ſecularibus, & quorumuis ordinum regularibus, qualitercunque qualificatis, ſucceſsores, illa in titulum, commendam, adminiſtrationem, & alias quomodolibet pro tempore obtinen. etiam ſi ad illa vigore prioris tituli, ius regrediendi ſeu accedendi, vel ingrediendi, conceſsum fuerit, ſpectaſse & ſpectare, illaque, tanquam ad ipſam Cameram ſpectantia, perpetuo colligi, & recuperari potuiſse, & poſſe, atque debere, ac ita, vt præfertur, earundem

præ-

prædeceſsorum, & noſtram intentionẽ, & voluntatem, ſemper fuiſse, fidem facimus, & atteſtamur per præſentes. Decernentes ſic, & non aliter per quoſcunque, tam ordinaria, quam delegata, & mixta auctoritatibus fungentes iudices, & perſonas, vbique in quacunque inſtãtia, iudicari, diffiniri, & decidi debere. Sublata eis, & eorum cuilibet, quauis aliter iudicandi, interpretandi, & decidendi facultate. Necnon irritum, & inane, quicquid fecus ſuper his à quoquam, quauis auctoritate, ſcienter, vel ignorãter, contingerit attentari. Quo circa dilecto filio Guidoni Aſcanio Sfortiæ S. Euſtachij Diacono Cardin. & in Camerariatus officio ſucceſsoribus, committimus, & mandamus, quatenus exactioni, & recuperationi ſpoliorum huiuſmo. di incumbant, & illa ad Cameram apoſtolicam peruenire, ac præmiſsa ab omnibus inuiolabiliter obſeruari faciãt, nec permittant Cameram ipſam, vel eius agẽtes deſuper modo aliquo, moleſtari, impediri, vel inquietari. Contradictores, &c. compeſcendo: inuocato etiam ad hoc ſi opus fuerit, auxilio brachijs ſecularis. Non obſtantibus præmiſsis, & quibuſuis apoſtolicis, ac in prouincialibus, & ſynodalibus concilijs, editis generalibus, vel ſpecialibus conſtitutioni. bus, & ordinarionibus, necnõ quarumcunque eccleſiarum, & monaſteriorum, etiam iuramento, confirmatione apoſtolica, vel quauis firmitate alia roborata ſtatutis, & conſuetudinibus, priuilegijs quoque indultis, & literis apoſtolicis quomodolibet conceſsi, confirmatis, & innouatis. Quibus illorum tenores præſentibus, ac ſi de verbo ad verbum inſererentur, pro ſufficienter expreſsis habentes, hac vice dumtaxat, illis alias in ſuo robore permanſuris, ſpecialiter expreſse derogamus, cæteriſque contrarijs quibuſcunque. Aut ſi aliquibus communiter vel diuiſim ab apoſtolica ſit ſede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſsint, per literas apoſtolicas non facientes plenam, & expreſsam ac de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi mentionem. Volumus autem, quod præſentes literæ, in Cancellaria apoſtolica, & Camera prædicta, publicentur, & inter conſtitutiones extrauagantes, ad perpetuam rei memoriã, valituræ conſcribantur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ declarationis, atteſtationis, decreti, mandati, derogationis, & voluntatis infringere, &c. Siquis &c. Dat. Romæ apud S. Petrum, Anno &c. MDXLI Tertio Non. Ianuarij. Pont. noſtri Anno octauo. F. Galeanus. Collationata. Michelangelus.

Anno à Natiuitate Domini MD.XLII. die Lunæ. 20. Martii. Præſentes retroſcriptæ literæ lectæ, & publicatæ fuerunt in plena Camera Apoſtolica. Et ex maturo ipſius Decreto.

Regiſtrata lib. de Curia S. D. N. Pauli Papæ III.

Supraſcripta ex regiſtro autentico Camer. Ap. & auſcultata.

Concordat. Michelangelus.

Breue Deputationis Donati Matthæi Minalis Theſaurarij generalis in Collectorem generalem ſpoliorum eccleſiaſticorum ad Cameram Apoſtolicam pertinentium in tota Italia.

PIVS PAPA IIII.

Dilecto Filio Donato Matthæo Minali de Bellano Laico Mediolanenſis Dioc. Theſaurario noſtro generali.

Dilecte fili ſalutem & Apoſtolicam ben. Cum ſicut accepimus nonnulli res, & bona, mobilia, & immobilia, ac ſe mouentia ex fructibus beneficiorum eccleſiaſticorum acquiſita, per obitum Prælatorum & aliarum quarumcunque perſonarum eccleſiaſticarum ſecularium, & quorumnis ordinum regularium; quæ extra hanc almam Vrbem deceſſerunt, remanentia, & relicta, quæ tanquam ſpolia alias fe. re. Paulus Papa 3. prædeceſſor noſter ad Cameram Apoſtolicam ſpectare, & pertinere decreuit, & declarauit, necnon fructus, redditus, & prouentus menſarum Patriarchalium, Metropolitanarum, & aliarum Cathedralium Eccleſiarum, & Monaſteriorũ in tota Italia conſiſtentium, & per obitum illorum Prælatorum vacantium, indebitè occupare, & ſpolijs, ac fructibus, redditibus & prouentibus huiuſmodi dictam Cameram defraudare præſumpſerint, & præſumant, in animarum ſuarum periculum, ipſiuſq; Cameræ præiudicium non paruum. Nos pro noſtri paſtoralis offi-

officij debito, talium perſonarum auſus temerarios reprimere, & ne ſpolia ac fructus huiuſmodi in poſterum diſſipentur opportune prouidere volentes: ex certa noſtra ſcientia: ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, omnia, & quaſcunq; dictorum ſpoliorum, & fructuum per totã Italiam ad hunc vſque diem quomodolibet etiam per nos, ſeù de mandato noſtro deputatos Collectores, & Subcollectores etiam ſi S.R.E. Cardinales, & Camerarius fuerint, primum & ante omnia reuocantes, omnemq; illis deſuper attributam auctoritatem, & poteſtatem abdicãtes. Te, qui coniugatus ex iſtis, & de cuius fide, integritate, & diligentia plurimũ in domino confidimus, noſtrum & dictæ Cameræ in vniuerſa Italia ſpoliorum ad ipſam Cameram pertinentium, nec non fructuum, redditum & prouentuum menſarum huiuſmedi Collectorem generalem auctoritate Apoſtolica tenore præſentiũ quoad vixeris, & quandiu Theſaurariatus noſtri generalis officium obtinueris, conſtituimus, & deputamus. Dantes tibi plenam & omnimodam poteſtatem, & auctoritatem omnes & ſingulas res & bona quæcunque mobilia, & immobilia, ac ſe mouentia ſpolia nuncupata huiuſmodi, & etiam illa, quæ ex fructibus redditibus, & prouentibus Eccleſiaſticis empta, reædificata refecta & reſtaurata fuerint, ſeù alias ex eiſdem fructibus, & redditibus quomodolibet prouenerint, per obitum quarumcunq; perſonarum eccleſiaſticarum ſæcularium beneficia non ſimplicia, ſed adminiſtrationem habentia obtinentium, & quoad beneficia ſimplicia, niſi ex ſpeciali priuilegio Apoſtolico eis conceſſo, ſeu ex conſuetudine legitime præſcripta in loco vigente teſtari valentium, & quorumuis ordinum regularium, quauis etiam Pontificali dignitate fulgentium in vniuerſa Italia, extra tamen dictam Vrbem pro tempore decedentium remanſura, & relicta, cuiuſcunq. qualitatis, generis, & ſpeciei fuerint, etiam gemmas, et alia precioſa, et pecuniarum ſummas, necnon etiam fructus, redditus, et prouentus menſarum huiuſmodi, à die Eccleſiarum, et Monaſteriorum vacationis huiuſmodi, vſque ad diem præfectionis, ac prouiſionis, ſeù commendæ de illis faciendis, quos omnes, et ſingulos fructus, redditus, et prouentus ad nos, et dictam Cameram ſpectare et pertinere volumus, et decernimus, ac eidem Cameræ applicamus, et appropriamus, noſtro, et præfatæ Cameræ Apoſtolicæ nomine colligendi percipiendi, & recuperandi, ac tã ſuper illis, quàm alijs quibuſcunque ſpolijs, quæ hactenus in ipſa Italia per ſimilium perſonarum obitum, aut alias remãſerunt, & indebite vſurpantur, omnibus vijs, & modis inquirendi, & inueſtigandi. Et pro faciliori inquiſitione quaſcunque perſonas cuiuſcunque dignitatis, ſtatus, gradus ordinis, & præeminentiæ fuerint etiam exemptas, ac præteritos Collectores, & Subcollectores ad coram te, vel alio, ſeù aliis à te deputandis, comparendum, necnon de adminiſtratis exactis, & receptis per eos computum, & rationem reddendum. Illoſque quorum teſtimonio te indigere cognoueris, ad ſe examini ſubiiciendum, ac ſpoliorum, necnon fructuũ reddituum, & prouentuum huiuſmodi occupatores, & detentores ad ſpolia fructus redditus, & prouentus eadem relaxandum, & tibi conſignandum, et ſoluendum ſub cenſuris, et pœnis eccleſiaſticis per perſonam eccleſiaſticam à te eligendam infligendis, ac etiam pecuniariis tuo arbitrio moderandis, et applicandis monendi, et compellendi: Ac contradictores quoſlibet, et rebelles ac retinentes cenſuras & pœnas prædictas incurriſſe declarandi, et illas aggrauandi reaggrauandi interdictumque eccleſiaſticum inuiolabiliter obſeruandum apponendi; Auxiliumque brachii ſecularis ad hoc ſi opus fuerit inuocandi. Et ſuper ijſdem ſpoliis ac fructibus redditibus & prouentibus pro dicta Camera; prout tibi videbitur componendi, et concordandi: ſoluenteſque de compoſitis ac ſolutis per eos; et receptis abſoluendi et liberandi: necnon ad cor reuerſos; ſi id humiliter petierint à cenſuris et pœnis ſi quas inciderint; per perſonam eccleſiaſticam à te eligendã præuia ſatisfactione abſoluendi. Ac in præmiſſis omnibus & ſingulis ſummarie, ſimpliciter, & de plano, ac ſine ſtrepitu, & figura iudicii, ſola facti veritate inſpecta procedendi. Vnum quoque vel plures loco tui Subcollectores, cum ſimili aut limitata poteſtate deputandi & ſubdelegandi. Illoſq; quoties tibi videbitur reuocandi, cæteraq; omnia & ſingula faciendi, & exequendi, quæ in præmiſſis, & circa ea neceſſaria fuerint ſeù quomodolibet opportuna. Et inſuper vt exactio ſpoliorum ac fructuum, reddituum, & prouentuum huiuſmodi celerius, & facilius fiat: quòd de cætero omnes, & ſingulę lites, cauſæ & controuerſiæ ſuper quibuſuis ipſorum

ſpo-

ſpoliorum, ac fructuum, & redditaum, negocijs, nunc & pro tempore pendentes, à nullo alio quam à te, ſeu altero ſuper dictis ſpolijs ac fructibus, redditibus, & prouentibus pro tempore deputatis Collectoribus, aut particularibus delegatis cognoſci, nec alteri, niſi per commiſſionem manu noſtra ſignatam, vel per noſtras litteras committi, aut delegari poſſint. Et citato moderno, & pro tempore exiſtente dictę Cameræ Apoſtolicæ commiſſario generali, quòdq; citationes, inhibitiones vel mãdata, quæ alias quam ex commiſſionibus, vt præfertur manu noſtra ſignatis, eodemq; Commiſſario citato, vel litteris noſtris emanauerint, quoad earundem cauſarum introductionem, & litis pendentiam, ſeù ſuorum miniſtrorum, per ſe ad id deputandorum iuriſdictionis, & proceſſum impedimẽtum, vel retardationem, nullius ſint roboris vel momenti. Quodq; à ſententiis per te, ſeù tuos miniſtros præſatos ſuper præmiſſis pro tempore latis, nullatenus appellari, ſeu earum executio differri, aut ſuſpendi nullatenus poſſit aut debeat, Niſi facto prius per condemnatos rerum de quibus condemnati fuerint in tuis, ſeù miniſtrorũ prædictorum manibus actuali depoſito, dicta auctoritate per eaſdem præſentes ſtatuimus, & ordinamus, Ac quicquid ſecus ſuper his à quodam quauis auctoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attentari, irritum & inane decernimus. Non obſtantibus pręmiſſis, ac conſtitutionibus, & ordinationibus apoſtolicis, necnon Eccleſiarum, monaſteriorum, & ordinum prędictorum, etiam iuramento confirmatione apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, priuilegiis quoque indultis, & litteris Apoſtolicis, eccleſiis, Monaſteriis, & ordinibus pręd ictis, eorumque ſuperioribus Prælatis & perſonis, ac quibuſuis aliis ſub quibuſcunque tenoribus & formis, ac cum quibuſuis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, irritantibuſque, & aliis decretis, etiam iteratis vicibus conceſſis, confirmatis, quibus omnibus, etiam ſi de illis eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, indiuidua, & expreſſa, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſeruanda foret, tenores huiuſmodi, ac ſi de verbo ad verbũ inſererentur, præſentibus pro ſufficiẽter expreſſis, & inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice duntaxat, ad effectum præſentium, ſpecialiter & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcunque: aut ſi aliquibus communiter vel diuiſim ab Apoſtolica ſit ſede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per litteras Apoſtolicas non facientes plenã & expreſſam, ac de verbo ad verbum, de indulto huiuſmodi mentionem. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum ſub annulo Piſcatoris 30. Iulii. M.D.LX Pontificatus noſtri anno primo.

Cę. Glorierius.

PIVS PAPA IIII.

AD futuram rei memoriam. Cupientes malicijs nonnullorum qui fructus monaſteriorum, & aliorum beneficiorum eccleſiaſticorum, diſpoſitioni apoſtolicæ reſeruatorum vſurpare non verentur occurrere, & Cameræ noſtræ Apoſtolicæ indemnitati quantum cum Deo poſſumus conſulere; Motu proprio, & ex certa ſcientia, ac matura deliberatione noſtra, deq; Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine omnes, & ſingulos fructus redditus, & prouentus, ac iura obuentiones, & emolumenta quæcunque, quomodolibet, & qualitercunque nuncupata omnium, & ſingulorum beneficiorum eccleſ. cum cura, & ſine cura ſæcularium, & quorumuis ordinum regularium, & monaſterium, etiam conciſtorialium nobis, & ſedi Apoſtolicæ, tam per conſtitutiones apoſtolicas, quam cancellariæ Apoſtolicæ regulas æditas, & ædendas, ſeù alias quomodolibet, & ex quauis cauſa generaliter, vel ſpecialiter reſeruatorum ſeù affectorum in Regno Neapolis, & quibuſuis illius prouincijs, ciuitatibus, terris, oppidis, & locis conſiſtentium per obitum, & alias quouis modo præterquam per ceſſum illa obtinentium pro tempore vacantium, à die ipſorum beneficiorum, & monaſteriorum vacationis, pro rata temporis, vſq; ad diem quo prouiſi per nos de eiſdem beneficijs & monaſteriis vigore litterarum noſtrarum ſub plumbo, illorum poſſeſſionẽ de manu dilecti filij Magiſtri Pauli Odeſcalchi notarij, & in dicto Regno nuntij, & collectoris noſtri, quem per alias noſtras litteras commiſſarium ad capiendã poſſeſſionem beneficiorum, & monaſteriorum huiuſmodi deputauimus, habuerint, & aliter capta poſſeſſio nullius ſit roboris,

vel

vel momenti, ac prouiſis ipſis nullum ius per eam acquiri, neque eis vllatenus ſuffragari poſſit, eidem Cameræ apoſtolicæ, authoritate apoſtolica tenore præſentium applicamus, incorporamus, & appropriamus, illaque applicata, incorporata, & appropriata eſſe, & fore, & ad illam ſpectare, & pertinere nullumque præter nos, & dictam Camerã, aut ipſum Paulum Nuncium, & Collectorem, aut ab ipſos deputatos Subcollectores, ea percipere, exigere, aut alias ſe in illis intromittere poſſe, aut debere ſtatuimus, & ordinamus; & nihilominus, ne aliquod impedimentum huic noſtræ ordinationi occurrat, quibuſuis Archiepiſcopis Epiſcopis, & alijs locorum ordinarijs in virtute ſanctæ obedientiæ, ac ſub ſuſpenſionis à diuinis, & interdicti ingreſſus eccleſiæ quoad Archiepiſcopos, & Epiſcopos, quo verò ad alios inferiores, etiam ſub excommunicationis, & alijs arbitrij noſtri, & quoad omnes ſub priuationis facultatis conferendi beneficia in eorum menſibus pro tempore vacantia, pœnis diſtrictè præcipimus, & inhibemus, ne beneficia diſpoſitioni apoſtolicæ reſeruata, ſeù affecta prædicta quouis prætextu, cauſa, aut quæſito colore, cuiquam conferre, ſeù de illis prouidere quoquomodo audeãt, vel præſumant; ſicque in præmiſſis omnibus, & ſingulis per quoſcunque quauis authoritate fungentes iudices commiſſarios, & perſonas, ſublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & authoritate iudicari, & diffiniri debere, irritum quoque, & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam quauis authoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari decernimus; ac mandantes eidem Paulo Nuncio, & Collectori, vt noſtro, & dictæ Cameræ nomine fructus, redditus, prouentus, iura, obuentiones, & emolumenta huiuſmodi exigat, percipiat, & leuet ſibique conſignari, & tradi ab omnibus, ad quorum manus peruenerit, pro rata prædicta per cenſuras, & pœnas eccleſiaſticas, & alia oportuna iuris, & facti remedia quacunque appellatione poſtpoſita faciat, & curet; inuocato, etiam ſi opus fuerit auxilio brachij ſecularis; ſuper quibus omnibus, & ſingulis plenam, & liberam illi per præſentes concedimus facultatem, & poteſtatem; non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus, apoſtolicis, ac monaſteriorum, et illorum, ordinum, ac beneficiorum prædictorum, etiam iuramento; confirmatione apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis ſtatutis, et conſuetudinibus priuilegijs quoq; indultis, et litteris apoſtolicis illis et quibuſuis alijs perſonis ſub quibuſcunque tenoribus, et formis, ac cum quibuſuis, etiàm derogatoriarum derogatorijs, alijſque efficacibus, efficaciſſimis, et inſolitis clauſulis irritantibuſque, et alijs decretis, etiam motu, et ſcientia ſimilibus conceſſis, confirmatis, et innouatis; quibus, etiam ſi pro illorum ſufficienti derogatione, de illis eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, et indiuidua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes, mentio, ſeù quæuis alia expræſſio habenda foret, tenores huiuſmodi præſentibus pro ſufficienter expreſſis, et inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat, harum ſerie ſpecialiter, et expreſſe derogamus, illaque aduerſus præmiſſa nullatenus ſuffragari poſſe, ſiue debere decernimus cæteriſque contrarijs quibuſcunque. Volumus autem quod præſentium manu notarij publici ſubſcriptis tranſumptis, et ſigillo perſonæ in dignitate eccleſiaſtica conſtitutæ, ſeù curiæ eccleſiaſticæ munitis, eadem prorſus fides in iudicio, et extra adhibeatur, quæ eiſdem præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſa. Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub annulo Piſcatoris die ſeptima Decembris M.D.LX. Pontificatus noſtri Anno Primo.

Breue Deputationis Reueren. Patris domini Hieronimi Fuſcari Epiſcopi Torcellan. Cameræ Apoſtolicæ Theſaurarij generalis in collectorem generalem Spoliorum ad dictam Cameram pertinentium in tota Italia.

PAVLVS PAPA IIII.

VEnerabilis frater ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Cum (ſicut accepimus) nonnulli res, & bona mobilia, & immobilia, ac ſe mouentia ex fructibus beneficiorum eccleſiaſticorum acquiſita, per obitum Prælatorum, & aliarum quarumcunque perſonarum eccleſiaſticarum ſecularium, & quorumuis ordinum regularium; quæ extra Romanam curiam deceſſerunt remanentia, relicta quæ tanquam ſpolia alias ſe, &c. Paulus Papa III. prædeceſſor noſter

ad Cameram apoſtolicam ſpectare, & pertinere decrevit, & declarauit, indebite occupare, & ſpoliis huiuſmodi dictam Cameram defrandare præſumpſerint, & præſumant, in animarum ſuarum periculum, ipſiuſque Cameræ præiudicium non modicum. Nos pro noſtri paſtoralis officij debito, volentes temerarios talium perſonarum auſus comprimere, & ne in futurum ſpolia prædicta diſſipentur opportune prouidere. Motu proprio, & ex certa noſtra ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, omnes & quoſcunq. dictorum ſpoliorum per totam Italiam hactenus quomodolibet etiam per nos, ſeu de mandato noſtro deputatos, etiam ſi S. R. E. Cardinalis, & Camerarius fuerit, Collectores, & Subcollectores primitus, & ante omnia reuocantes, omnemq. illis deſuper attributam authoritatem, & poteſtatem abdicantes. Te de cuius fide, probitate, diligentia plurimum in domino confidimus, noſtrum, & dictæ Cameræ in vniuerſa Italia ſpoliorum ad ipſam Cameram pertinentium huiuſmodi, Collectorem generalē authoritate Apoſtolica tenore præſentium ad beneplacitum noſtrum conſtituimus, & deputamus: dantes tibi plenam, & omnimodam poteſtatem, & authoritatem omnia, & ſingula, res, bona quæcunque mobilia, & immobilia, ac ſe mouentia, per obitum quarumcunque perſonarum eccleſiaſticarum ſecularium, beneficia non ſimplicia ſed adminiſtrationem habentia obtinentium, & quo ad beneficia, ſimplicia, niſi ex priuilegio Apoſtolico eis conceſſo, ſeu ex conſuetudine legitime præſcripta, in loco viginti teſtari valentium, & quorumuis ordinum regularium, quauis etiā pontificali dignitate fulgentiū in vniuerſa Italia, extra tamen hanc almā Vrbē, pro tempore decedentiū remanētia, & relicta cuiuſcunque qualitatis, generis, & ſpeciei fuerint, etiā gemmas, & præcioſa, ac pecuniarū ſummas, noſtro, & prædictę Cameræ Apoſtolicæ nomine colligendi, & recuperandi, & tam ſuper illis, quā alijs quibuſcūque ſpolijs, quæ hactenus in ipſa Italia per ſimiliū perſonarum obitum remanſerūt, & indebite vſurpantur omnibus vijs, & modis inueſtigandi, & inquirendi, ac pro faciliori inquiſitione huiuſmodi, quaſcunque perſonas, cuiuſcūque dignitatis, ſtatus, gradus, ordinis, & pręeminentiæ fuerint, etiam exemptas, ac præteritos Collectores, et Subcollectores ac alias perſonas ad coram te comparēdum, necnō de adminiſtratis, & acceptis per eos computum, & rationem tibi reddendum, illoſque quorum teſtimonio te indigere cognoueris, ad ſe examini ſubijciendum, ac ſpoliorum huiuſmodi occupatores, & detentores ad ipſa ſpolia relaxandum, & tibi conſignandum, & ſoluendo ſub cenſuris, & pænis eccleſiaſticis fulminandis, ac etiam pecuniarijs arbitrio tuo moderandis, & applicandis, monendi, & compellendi, contradictoreſque, & retinentes cenſuras, & pænas prædictas incurriſse declarandi, & illas aggrauandi, & reaggrauandi, Interdictumque eccleſiaſticū inuiolabiliter obſeruandum apponendi, & auxilium brachij ſecularis ad hoc, ſi opus fuerit inuocandi, & ſuper eiſdem ſpolijs, pro dicta Camera componendi, & concordandi, necnon ſoluentes, de per eos ſolutis, & receptis quietandi, & abſoluendi, & ad cor reuerſos, ſi id à te humiliter petierint à cenſuris, & pęnis quas incurrerint ſatisfactis, abſoluendi, & liberandi cæteraque omnia, & ſingula faciendi, gerendi, & exequendi, quæ in pręmiſsis, & circa ea neceſſaria fuerint ſeu quomodolibet opportuna. Non obſtantibus præmiſsis. ac conſtitutionibus, & ordinationibus apoſtolicis ſtatutis quoque, & conſuetudinibus, etiam iuramento roboratis ceteriſque cōtrarijs quibuſcunque. Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub Annulo Piſcatoris, die 8. M. D. LVI. Pontificatus noſtri Anno Primo.

PAVLVS PAPA IIII.

AD futuram rei memoriam. Vt exactio ſpoliorum, tam ſtatus Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, quam aliarum partium Italiæ celerius, & facilius fiat, nec miniſtrorum multitudine confundatur; *Motu* proprio, & ex certa noſtra ſcientia omnes, & ſingulas lites, cauſas, & controuerſias quæ coram quocunque iudice ordinario, vel delegato, præterquam *Di*lecto filio Chriſtophoro Cincio Theſaurario noſtro generali, & eorumdem ſpoliorum in tota Italia Collectore generali per nos deputato, & illius miniſtris, ac ſubſtitutis ſuper quibuſuis ipſorum ſpoliorum negocijs, in Italia huiuſmodi indeciſæ pendent, earum ſtatus, & merita, ac nomina, & cognomina iudicium, & collitigantium, præſentibus pro expreſsis habentes,

ad nos

ad nos harum ſerie aduocamus, illaſque, ac ipſa negotia in ſtatu, ac terminis, in quibus reperiuntur, eidem Chriſtophoro Cincio per ſe, vel eius miniſtros, iuxta tenores ſuarum facultatum cognoſcendas, & fine debito terminandas, apoſtolica authoritate, tenore præſentium remittimus, & quatenus oporteat, de nouo committimus; & quod de cætero lites, & cauſæ huiuſmodi, à nullo alio, quam eodem Chriſtophoro, ſeu ab eo ſuper dictis ſpolijs pro tempore deputatis collectoribus, cognoſci, nec alteri, niſi per commiſſionem manu noſtra ſignatam, vel per eiuſdem Chriſtophori Cincij literas committi, vel delegari poſſint, & citato dilecto filio Sigiſmundo Martignone noſtro, & Cameræ Apoſtolicæ Commiſſario generali; quodque citationes, inhibitiones, vel mandata, quæ aliter, quam ex commiſſionibus, vt præfertur, manu noſtra ſignatis, eodemque commiſſario citato, vel literis eiuſdem Chriſtophori emanauerint, quoad earum cauſarum introductionem, & litis pendentiam ſeu iuriſdictionis, ac proceſſuum prædicti Chriſtophori, & eius miniſtrorum impedimentum, vel retardationem, nullius ſint roboris, vel momenti, dicta authoritate per eaſdem præſentes ſtatuimus, & ordinamus. Decernentes ex nunc irritum, & inane quicquid aliter à quoquam cuiuſuis authoritatis & præeminentiæ, & quacunque etiam legationis de latere, vel alia dignitate, ac poteſtate fungente, quomodolibet contigerit attentari, non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus apoſtolicis, cæteriſque contrarijs quibuſcunque. Dat. Romæ apud ſanctum Petrum ſub annulo Piſcatoris Die 21. Octobris. M.D.LVII. Pont. noſtri anno tertio.

Io. Barengius.

Die 12. Nouembris 1557. admiſſ. ex decreto Cameræ, & regiſtrat. libro ſignaturarum Sanctiſſ. D.N. Papæ apud me notarium folio. 163. Hie. de Tarano.

Bulla Confirmationis, & Innouationis Priuilegiorum Incolarum, & Curialium Vrbis ſuper libera facultate diſponendi de bonis ſuis, Necnon declarationis literarum ſuper bonis ex illicita negociatione acquiſitis editarum.

Pius Epiſcopus Seruus Seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

ROmanus Pontifex ex ſua circunſpecta prouidentia attendens ſuam Almam Vrbem Apoſtolorum Petri, & Pauli glorioſo Martyrij cruore Domino noſtro Ieſu Chriſto conſecratam, Caput Orbis exiſtere, & altiſſimum in ea ſacerdotij principatum, Chriſtianæque Religionis caput inſtituiſſe, & ad illam tanquam cõmunem omnium Chriſti fidelium patriã, de vniuerſis mundi partibus Chriſti fideles ipſos in copioſo numero confluere: Vt illa eo amplioribus prærogatiuis decoretur, quo eſt omnium aliarum mater, cunctorumque ad eam vndequaque accedentium benigna receptrix, & alumna, ac illius Incolæ & habitatores, ac Roman. Curiam ſequentes, eo quietius & tranquillius in ea degant, quo ſe amplioribus fauoribus & gratijs nouerint communitos. Nonnunquam à ſuis prædeceſſoribus in illorum fauorem conceſſa, pro illorum ſubſiſtentia firmiori, non ſolum approbat, ſed etiã innouat, & quæ poſtmodum ab eo emanarunt litteræ Apoſtolicæ, ne defectu incertitudinis aliquid, quòd à mente ſua alienum ſit, oriri contingat, illas ita ſuæ declarationis adminiculo dilucidat, vt nulli hæſitationis & dubitationis ſcrupulus relinquatur, & alias deſuper diſponit, prout rerum & temporum qualitate penſata, conſpicit in domino ſalubriter expedire. Nuper ſiquidem poſtquam fe. recor. Iulius Papa III. prædeceſſor noſter, cupiens Vrbis decori, & Curiæ prædictarum frequentiæ, necnon Vrbem incolentium, & Curiam huiuſmodi inſequentium indemnitati conſulere. Motu ſuo proprio quod perpetuis futuris temporibus

omnes,& ſinguli Vrbis Incolæ, ſeu Curiam huiuſmodi ſequentes, cuiuſcunque dignitatis ſtatus gradus ordinis præeminentiæ,vel conditionis exiſterent, etiam ſi Cardinalatus,aut patriarchali,archiepiſcopali,Abbatiali,vel quauis alia eccleſiaſtica dignitate præfulgerent, ſi eos in dicta Curia,ſeu eius diſtrictu decedere cõtingeret, de omnibus & ſingulis eorum immobilibus, mobilibus, & ſe mouentibus bonis,pecunijs,iocalibus,iuribus actionibus,& rebus alijs in dicta Vrbe, & eius diſtrictu pro tempore conſiſtentibus & per eos etiam ex fructibus redditibus & prouentibus Eccleſiarum,monaſteriorum,& beneficiorum eccleſiaſticorum cũ cura,& ſine,ſecularium,& quorumuis ordinum Regularium,& quomodocunque, & qualitercũque qualificatorum,per eos etiam ex quibuſuis conceſſionibus,& diſpenſationibus apoſtolicis in titulum vel commendam,aut adminiſtrationem, ſeù alias quomodolibet obtentorum,aut alias licite tamen acquiſitis cuiuſcunque dignitatis quantitatis qualitatis, ſummæ valoris, & pretij ſeu conditionis exiſterent, etiam ſi talia eſſent,quæ ſub generali bonorum expreſſione non comprehenderentur,ſed ſpeciali nota digna eſſent, tam donatione inter viuos, & cauſa mortis, quam teſtamento codicillis fideicommiſſis legatis,& quauis alia vltima voluntate in fauorem conſanguineorum, & affinium ſuorum,ac quorumuis aliarum perſonarum,etiam penitus extranearum, ac de iure incapacium ſeu alias prohibitarum, etiam diuitum, & potentum, ac nothorum ſuorum, illegitimorum, ſeu ſpuriorum, ac Collegiorum, & vniuerſitatum Eccleſiarum, & piorum, & non piorum locorum diſponere, ac in eis cõſanguineos affines, & quaſuis alias perſonas, ac natos etiam, vt præfertur pro creatos, necnon Collegia, vniuerſitates, eccleſias, & loca, hæredes, particulares, & vniuerſales pro libito eorum voluntatis inſtituere, libere, & licite valerent. Quodque Vrbis Incolæ, & curiam huiuſmodi ſequentes, ſi ab inteſtato decederent, eorum bona, pecuniæ, iocalia, iura, actiones, & res huiuſmodi non ad pro tempore exiſtentem Rom. Pont. aut Cameram apoſtolicam, ſed ad ipſorum decedentium proximiores agnatos, & alios, qui eis niſi beneficiati fuiſſent, de iure ſuccedere deberent, alias iuxta iuris communis diſpoſitionem libere deuoluerentur, nec per Cameram præfatam, aut pro ea agentes, etiã prætextu quo heredes præfati in curia tunc non exiſterent, aut quod aliquid eiſdem defunctis ſanguine coniuncti, in eadem Vrbe non reperirentur, vel alias temeræ dilapidationis bonorum, pecuniarum iocalium, & rerum huiuſmodi occupari,aut inuentariari poſſent,ſed ſi hæredes præfati in Curia non forent,aut aliqui eiſdem pro tempore defunctis sãguine coniuncti in Vrbe nõ reperirẽtur,tunc & eo caſu pecuniæ, & alia bona huiuſmodi, per ad id pro tẽpore deputatos ſingularũ nationũ, quarũ ipſi defuncti eſſent,apprehenderentur, & iuxta iuris formã inuentariarentur,& ſub fideli cuſtodia pro eiuſdẽ hæredibus conſeruarẽtur,per quaſdam ſuas ſtatuerat & ordinauerat, diſtrictius inhibendo pro tempore exiſtentibus S.R.E.Camerario, ac eiuſdem Cameræ præſidentibus & clericis,necnon alijs Vrbis,& Curiæ prædictarum officialibus,ac eccleſiarum, Monaſteriorum, & beneficiorum prædictorum Prælatis;capitulis,Conuentibus,Rectoribus, & illa pro tempore obtinentibus quocunque nomine nuncuparentur, ne de bonis pecunijs iocalibus iuribus actionibus & rebus per prælatos & alios ſupradictos pro tempore decedentes in dicta Vrbe, & infra eius diſtrictum, vt præfertur relictis,ſe intromittere, aut illa petere ſeù vendicare,vel hæredes, & ſucceſſores decedentium perſonarum huiuſmodi, illorum occaſione impedire, ſeù alias quomodolibet moleſtare præſumerent, Nos ex certis tunc expreſſis cauſis Motu ſimili, & ex certa noſtra ſcientia, ac de apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, per alias noſtras litteras Sub dat. videlicet non. Nouem. Pont. noſtri anno primo,decreuimus, & declarauimus, omnia & ſingula, res, & bona cuiuſcunque qualitatis,& quantitatis exiſtentia,ac in quibuſuis rebus, ac regnis & dominijs, tam vltra,quam citra montes, & maris conſiſtentia per quoſuis clericos tam ſeculares, quam regulares etiam ſi Epiſcopali Archiepiſcopali,vel alia maiori dignitate præfulgerent,ex negociatione illicita,aut alias contra ſacros canones, quomodolibet acquiſita,quæ pro tempore poſt obitum eorum,qui etiam ex facultate quam habuerant teſtandi condito teſtamento vbiuis locorum decederent, aut quibus illos etiam viuentes priuari, & eis deſtitui contingeret eatenus remanſerant, & impoſterum remanerent ad eandem Cameram,& non alios ſpectaſſe & ſpectare,

ac

ac ſub nomine ſpoliorum venire illaque, tanquam ſpolia ad eandem Camerã pertinentia perpetuo colligi, & recuperari potuiſſe, ac poſſe & debere. prout in ſingulis litteris prædictis plenius continetur. Cum autem ſicut nobis innotuit à nonnullis hæſitetur, nè ex his litteris noſtris ſtatuto & ordinatione Iulij prædeceſſoris huiuſmodi, præiudicium aliquod generatum ſit, aut dici ſeù cenſeri poſſit. Nos qui vrbis decorem, & venuſtatem, ac illius Incolarum prædictorum proſperum, & felicem ſucceſſum ſinceris exoptamus affectibus, quiq; illam non minoribus, fauoribus quam dicti prædeceſſores proſecuti ſunt proſequi intendimus, ne propter noſtræ declarationis defectũ, & veritatis ſuppreſſione, contra mẽtem, & voluntatem noſtras, cuiquam præiudicium generetur, quantum in nobis eſt prouidere volentes, ac dictarum noſtrarum litterarum veriorem tenorem præſentibus pro ſufficienter expreſſo habentes, necnon Motu, & ſcientia ſimilibus, litteras noſtras prædictas ad S.R.E. Cardinales, etiam vbiuis locorum decedentes, ac eorum bona vbique exiſtentia nullo pacto, ac Vrbem, & Curiam præfatas, necnon prælatos, Officiales, ac alios ſeculares, & cuiuſuis ordinis regulares Clericos, cæteroſque tam in Vrbe, & Curia præfatis pro tempore exiſtentes, & in ea ſeù eius diſtrictu decedentes, quam alias alibi vbiuis locorum, etiam vltra montes, & maria exiſtentes, teſtandi tamen, codicillandi, & alias de bonis ſuis quibuſcunque quomodolibet diſponendi facultatẽ, ſeù etiam, quòd eis ab inteſtato decedentibus, eorum bona ad ipſorum proximiores, & qui niſi beneficiati eſſent ſuccedere deberent, deuoluantur & debeant ſpecialem ab Apoſtolica ſede, vel officiorum ſuorum ratione priuilegiorum, aut ex alio quouis titulo pro tempore habentes cuiuſcunque ſtatus, gradus, ordinis, conditionis, & præeminentiæ perſonas minime ſe extendere, neque illos, aut eorum aliquem comprehendere: ſed ab eis penitus exceptos fuiſſe fore, & eſſe, ac dici, & cenſeri, & alias eaſdem noſtras literas, etiam abſq. verbis, aut alias contra ſacros canonea in illis appoſitis, in omnibus, & per omnia, ac ſi illa in eis appoſita non fuiſſent, ſeù illæ ſine eis emanaſſent ſtare, & in ſuis robore, & efficacia permanſiſſe & permanere debuiſſe, & debere.

Declarantes eiſdem motu, & ſcientia tam Iulij ſtatutum, & ordinationem huiuſmodi, quam per Sixtum 4. & Alexandrum 6. Leonem 10. & alios Rom. Pont. etiam prædeceſſores noſtros, ac etiam nos, etiã in Conclaui in quo diuina diſponente clementia ad ſummi Apoſtolatus apicem aſſumpti fuimus, etiam in ipſius Vrbis, & eius ædificiorum Romanæque Curiæ, & eius officialium, ac aliarum perſonarum prædictarum, etiam extra Vrbem, & in quibuſuis prouincijs, etiam vltra montes & maria vt præfertur in genere, vel in ſpecie, circa teſtandi, & ſuccedendi huiuſmodi facultatem, quomodolibet conceſſa priuilegia, & indulta, ac cum inhibitionũ decretorum, & in eis contentis clauſulis Iulij prædictas, ac aliorum prædeceſſorũ prædictorum, ſingulas deſuper confectas litteras, & inde ſequuta quæcunq; quorum omnium tenores, ac ſi de verbo ad verbum infererentur, præſentibus haberi volumus pro expreſſis, etiam ad hoc vt omnes, & ſinguli ſupradicti, de omnibus, & ſingulis eorum rebus, & bonis, etiam nulla quantitatis, & acquiſitionis ipſorum bonorum diſtinctione habita, libere diſponere valeant, ac ſi dictę noſtrę litteræ non emanaſſent, aut aliæ impoſterum emanarẽt, dicta authoritate apoſtolica, tenore præſentium approbamus confirmamus, & innouamus, necnon illis perpetuæ, & inuiolabilis firmitatis robur adijcimus. Et nihilominus pro potiori cautela, illa omnia, & ſingula eiuſdem modis, & formis quibus per dictos prędeceſſores conceſſa fuerunt, dę nouo eiſdem authoritate, & tenore, ac Motu & ſcientia ſtatuimus, ordinamus, & cõcedimus, necnon illa valida, & efficacia exiſtere, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & inuiolabiliter obſeruari, ac ſingulis ſupradictis ſuffragari, ſicque in præmiſſis omnibus, & ſingulis per Camerarium, præſidentes, & clericos præſatos, ac quoſcunque alios Iudices, & Commiſſarios, quauis authoritate fulgentes, etiam cauſarum Palatij apoſtolici auditores, & ipſius Eccl. Rom. Cardinales, ſublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & authoritate iudicari, & diffiniri debere, ac quicquid ſecus ſuper his à quoquam quauis authoritate ſcienter, vel ignoranter attentari contigerit irritum, & inane decernimus: non obſtantibus præmiſſis, ac quibuſuis conſtitutionibus, & ordinationibus apoſtolicis necnon Cameræ, & eccleſiarum, ac monaſteriorum, & ordinum prędictorum,

& qui

& quibuſuis aliis etiam iuramento, confirmatione apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, necnon priuilegiis, indultis, & litteris apoſtolicis, illis ſub quibuſcũque tenoribus, & formis, ac cum quibuſui s clauſulis, & decretis in genere, vel in ſpecie, etiam Motu, et ſcientia ſimilibus conceſſis, et approbatis, ac innouatis: quibus omnibus illorum tenores præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, ac omnibus illis quæ Iulius, & alij prędeceſſores præfati, in dictis ſuis litteris voluerunt non obſtare, cæteriſque contrarijs quibuſcunque. Et quia difficile foret pręſentes litteras ad ſingula quæque loca deferri, volumus, & etiã declaramus, quod earum tranſumptis, ſeù copijs, etiam impreſſis, manu Notarij publici ſubſcriptis, & alicuius Pręlati ſigillo munitis, eadem prorſus fides in iudicio, & extra vbique adhibeatur, quæ præſẽntibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſa. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam noſtrarum declarationum, decretorum, approbationis, confirmationis, innouationis adiectionis, ſtatuti. ordinationis, cõceſſionis, derogationis & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attẽptare pręſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius ſeù nouerit incurſurum. Dat. Romę apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicę Milleſimo Quinquaſimo Sexageſimo. Nonis Februarij, Pont. noſtri Anno Secundo.

FED. CARD. CAESIVS.

Cæ. Glorierius.
Barenus.

Anno natiuitate Domini Quinquageſimo Sexageſimo primo, indictione quarta, die verò decimaquinta Menſis Februarij Pontificatus Sanctiſs. in Chriſto patris, & Domini noſtri Domini Pij diuina prouidentia Papæ Quarti, Anno Secundo, Retroſcriptæ litteræ affixę, & publicatę fuerunt in Acie campi Florę, & Valuis Cancellariæ Apoſtolicę per nos Iacobũ Carra, & Antonium Clerici Curſores.

Franciſcus Rogerius Magiſter Curſorum.

BVLLA GRATIOSA S. D. N. IVLII III. PONT. MAX.

Reuocationis, & caſſationis Gabellarum Farinæ, & contractuum, ac liberationis ab illarum ſolutione, necnon ampliſsimi priuilegij Incolarũ, & Curialium Vrbis ſuper libere diſponẽdi de rebus ſuis, facultate, cum decreto quod Fiſcus, & Camera Apoſtolica ſuper eorum bonis, etiã ab inteſtato decedẽtium ſe non intromittant, ſed illa reſeruẽtur ipſorum hæredibus.

IVLIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI.

Ad perpetuam Rei memoriam.

CVpientes, vt alma Vrbs noſtra, in qua beatus Petrus Apoſtolorũ princeps ſibi, & ſuis in Chriſti Vicariatu ſucceſſoribus ſedem conſtituit, & ad quã veluti communem ciuium fidelium patriam, frequens eſt hominum acceſſus, ſpecialibus fauoribus, & pręrogatiuis decoretur, & qui illam pro tempore incolunt, ſeù Ro. Curiam ſequuntur, tam in his, quę ad victum hominis pertinent, quam in ſuorum diſpoſitione bonorum, et poſt eorum obitum hęredes ſui in eorumdem bonorum aſſecutione, plena libertate fruantur, et Vrbis decori, ac Curię prædictarum frequentię, necnon Vrbem Incolentium, et curiam huiuſmodi inſequentium indemnitati cõſulatur. Motu proprio, non ad alicuius nobis ſuper hoc oblate petitionis inſtantiam, ſed de mera liberalitate, et certa ſcientia noſtris plurium Ro. Pontificum prędeceſſorum noſtrorum, qui eandem Vrbem diuerſis gratijs, et priuilegijs decorarunt veſtigijs inhęrendo, Gabellarum Farinę, quæ dudum per fe. re. Clementem 7. impoſita, et per Paulum tertium Ro. Pontifices, etiam prędeceſſores noſtros, aucta fuit, ac innouationem, ſeu nouam impoſitionem Gabellę contractuum, per eundem Paulum prędeceſſorem, cum adiectione certarum pęnarum in illam ſoluere differentes, et mandato, vt ab omnibus rigoroſiſsime exponentur factam, et quaſcun-

que

que ſuper illis ab eiſdem Clemente, et prędeceſſoribus emanatas litteras apoſtolicas, aut alias deſuper cõfectas ſcripturas, authoritate apoſtolica tenore præſentium, ex certa ſcientia reuocamus, caſſamus, irritamus, & annullamus, ac pro reuocatis, caſſis, irritis, & nullis haberi volumus, ac de cętero Farinę nullatenus, contractuum verò Gabellas, huiuſmodi ſolum his modo, & forma quibus ante dictum Paulum prędeceſſorem exigi ſolebat, exigi poſſe volumus, ipſaſque Gabellas impoſterum per nos, aut ſucceſſores noſtros Ro. Pontifices pro tempore exiſtentes innouari, vel de nouo imponi, ſeù ampliari non poſſe, & ſi innouentur, vel de nouo imponantur, aut amplientur, earum innouationes vel de nouo impoſitiones, aut ampliationes nullas irritas, & inanes, ac nullius roboris, vel momenti fore, & illis non obſtan. Gabellas prædictas nullatenus, vltra quam, vt præfertur exigi poſſe decernimus. Et inſuper authoritate, & tenore prædictis ſtatuimus, & ordinamus, quod de cætero perpetuis futuris temporibus, omnes, & ſinguli Vrbis incole, ſeù curiam huiuſmodi ſequentes, cuiuſcũque dignitatis, ſtatus, gradus, ordinis, præeminentiæ, vel conditionis exiſtant, etiam ſi Cardinalatus honore, aut Patriarchali, Archiepiſcopali, Epiſcopali, Abbatiali, vel quauis alia eccleſiaſtica, ſeù mundana dignitate præfulgeant, ſi eos in dicta curia, ſeù eius diſtrictu decedere contingerit, de omnibus, & ſingulis eorum immobilibus, mobilibus, & ſe mouentibus bonis, pecunijs, iocalibus, iuribus, actionibus, & rebus alijs in dicta Vrbe, & eius diſtrictu pro tempore conſiſtentibus, & per eos etiam ex fructibus, redditibus, & prouentibus eccleſiarum monaſteriorum, & beneficiorum eccleſiaſticorum, cum cura, & ſine cura ſecularium, & quorumuis Ordinum regularium quomodocunque, & qualitercunque qualificatorum, per eos etiam quibuſuis conceſſionibus, & diſpenſationibus apoſtolicis in titulum, vel commendam, aut adminiſtrationem, ſeù alias quomodolibet obtentorum, ant alias licite tamen acquiſitis, cuiuſcunque quantitatis, qualitatis, ſummę, valoris, & prætij, ſeù conditionis exiſtant, etiam ſi talia ſint, quæ ſub generali verborum expreſſione non comprehendantur, ſed ſpeciali nota digna ſint, tam donatione inter viuos, & cauſa mortis, quam teſtamento, codicillis, fideicommiſſis, Legatis, quauis alia vltima voluntate in fauorem conſanguineorum & affinium ſuorum ac quarumuis aliarum perſonarum etiam pænitus extranearum, ac de iure incapacium, ſeù alias prohibitarum, etiam diuitum, & potentium, ac natorum ſuorum illegitimorum, ſeù ſpuriorum, ac collegiorum, vniuerſitatum, eccleſiarum, & locorum piorum, & non piorum diſponere, illaque eis donare, concedere, relinquere, & erogare, ac in eis conſanguineos, affines, & quaſuis alias perſonas, ac natos etiam, vt præfertur procreatos, necnon collegia, vniuerſitates eccleſias, & loca, hæredes particulares, & vniuerſales pro libito eorum voluntatis inſtituere libere, & licite valeant. Quodque ſi vrbis incole, aut curiam huiuſmodi ſequentes, ab inteſtato deceſſerint, eorum bona, pecunia, iocalia, iura, actiones, & res huiuſmodi, non ad nos, & pro tempore exiſtentem Rom. Pontificem, aut Cameram Apoſtolicam, ſed ad ipſorum pro tempore decedentium proximiores agnatos, & alios qui eis niſi beneficiati eſſent, de iure ſuccedere deberent, alias iuxta iuris communis diſpoſitionem, libere deuoluantur, nec per Cameram prędictam, aut pro ea agentes, etiam prætextu quod hæredes præfati in curia non exiſtant, aut quod aliqui eiſdem defunctis ſanguine coniuncti in eadem vrbe, non reperiantur, vel alias timore dilapidationis bonorum, pecuniarum, iocalium, & rerum huiuſmodi occupari, aut inuentari poſſint, ſed ſi hæredes præfati in curia, non fuerint, aut aliqui eiſdem pro defunctis ſanguine coniuncti in Vrbe non reperiantur, tunc & eo caſu bona, & pecunia, ac alia huiuſmodi, per ad id pro tempore deputatos ſingularum nationum, quarum ipſi defuncti fuerint apprehendãtur, & iuxta iuris formam inuentarientur, & ſub fideli cuſtodia, & eiſdem hæredibus conſeruentur; diſtrictius inhibentes dilectis filijs moderno, & pro tempore exiſtenti Camerario noſtro, & clericis eiuſdem Cameræ præſidentibus, ac alijs noſtris; & vrbis, ac curiæ prædictorum officialibus, necnon eccleſiarum, monaſteriorum, & beneficiorum prædictorum Prælatis, Capitulis, conuentibus, & Rectoribus, ac illa pro tempore obtinentibus, quocunque nomine nuncupentur, ne de bonis, pecunijs, iocalibus, iuris, actionibus, & rebus per ipſos pro tempore decedentes in dicta vrbe, vel infra eius diſtrictum, vt præfertur, pro tempore re-

lictis

lictis ſe intromittere, aut illæpgtere, ſeù vendicare, vel hæredes, & ſucceſſores decedentiũ perſonarum huiuſmodi illorum occaſione impetere, ſeù alias quomodolibet moleſtare præſumant. Ac decernentes ex nũc irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam quauis authoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus apoſtolicis, ac Cameræ, necnon eccleſiarum, & monaſteriorum prædictorum, etiam in quibus beneficia huiuſmodi fuerint, etiam iuramẽnto confirmatione apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus priuilegijs quoque indultis, & litteris apoſtolicis eiſdem Cameræ eccleſijs, monaſterijs, & beneficijs, ac quibuſuis alijs, ſub quibuſcunque tenoribus, & formis, ac cum quibuſuis etiam derogatoriarum derogatorijs aliisque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, irritantibuſque, & aliis decretis in genere, vel in ſpecie quomodolibet, etiam Motu proprio, conceſſis, ac etiam iteratis vicibus approbatis, & innouatis quibus omnibus etiam, ſi pro illorum ſufficienti derogatione, de illis eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica expreſſa, & indiuidua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales, idem importantes mentio, ſeù quæuis alia expreſſio habenda, aut alia exquiſita forma ad hoc ſeruanda eſſet, tenores huiuſmodi, ac ſi de verbo, ad verbum nihil pænitus omiſſo, & formam in illis tradita, obſeruata inſerti forent præſentibus pro expreſſis habẽtes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice duntaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, ſufficienter derogatum eſſe decernimus, cæteriſque cõtrariis quibuſcunque, Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam noſtræ reuocationis, caſſationis, annullationis, voluntatis, decreti, ſtatuti, ordinationis, inhibitionis, & derogationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Romæ apud ſanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ Milleſimo Quingenteſimo Quadrageſimo Nono, Sexto Idus Martii, Pontificatus noſtri Anno Primo.

Aduocatio Cauſarum Spoliorum pendentium coram alijs, quam Theſaurario Sanctitatis ſuæ, & illius miniſtris & ſubſtitutis, & illarum commiſſio, eidem Theſaurario cum ſtatuto, quod de cætero alteri committi non poſſint niſi propria manu eiuſdem Sanctitatis ſuæ.

IVLIVS PAPA III.

AD Futuram rei memoriam. Vt exactio ſpoliorum, tam ſtatus Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, quam aliarum partium Italiæ celerius, & facilius fiat, nec miniſtrorum multitudine confundatur, Motu proprio, & ex certa noſtra ſciẽtia omnes, & ſingulas lites cauſas, & cõtrouerſias, quæ coram quocunque Iudice ordinario, vel delegato, præterquam dilecto filio Magiſtro Franciſco de Aſpra Theſaurario noſtro Generali, eorundem ſpoliorum in tota Italia Collectore Generali per nos deputato, & & illius miniſtris, ac ſubſtitutis ſuper quibuſuis ipſorum ſpoliorum negocijs indeciſæ pendent, earum ſtatus, & merita, ac nomina, & cognomina Iudicium, colitigantium præſentibus pro expreſſis habentes, quatenus inſtructæ non ſint, ad nos harum ſerie aduocamus, illaſque, ac ipſa negocia in ſtatu, & terminis in quibus reperiuntur, eidem Franciſco Theſaurario, per ſe, vel eius miniſtros, iuxta tenorem ſuarum facultatum cognoſcendas, & fine debito terminandas Apoſtolica authoritate tenore præſentium remittimus, & quatenus oporteat, de nouo committimus: & quod decreto lites, & cauſæ huiuſmodi, à nullo alio, quam ab eodem Franciſco Theſaurario, ſeù ab eo ſuper dictis ſpolijs pro tempore deputatis collectoribus cognoſci, nec alteri niſi per commiſſionem manu noſtra ſignatam, vel per dicti Franciſci Theſaurarij litteras committi, vel delegari poſſint; quodque citationes, inhibitiones, vel mandata, quæ aliter quam ex commiſſionibus, vt præfertur, manu noſtra ſignatis, vel litteris præfati Franciſci Theſaurarij emanauerint, quoad earum cauſarum introductionem, & litis pendentiam, ſeù iuriſdictionis, ac proceſſuum prædicti Franciſci Theſaurarij, et eius miniſtrorum impedimentum, vel retardationem,

nullius

nullius ſint roboris, vel momenti dicta authoritate per eaſdem præſentes ſtatuimus, & ordinamus; decernentes ex nunc irritū, & inane quicquid aliter à quoquam cuiuſuis authoritatis, et præminentia, et quacunque etiam Legationis de latere vel alia dignitate ac poteſtate fungente quomodolibet contigerit attentari, Non obſtantibus conſtitutionibus, et ordinationibus Apoſtolicis cæteriſque contrariis quibuſcunque. Datum Romæ Apud Sanctum Petrum ſub Annulo Piſcatoris Die 10. Ianuarij M.D.LIII. Pontificatus Noſtri Anno Tertio.

Breue Deputationis Reuerendi D. Franciſci Odeſcalchi in Collectorem generalem ſpoliorum ad Cameram Apoſtolicam pertinentium in tota Italia.

Dilecto Filio Franciſco Odeſcalco Cameræ noſtræ Apoſtolicæ Præſidenti.

PIVS PAPA IIII.

Dilecte Fili ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Cum ſicut accepimus, nonnulli res, & bona mobilia, & immobilia ac ſe mouentia ex fructibus beneficiorum eccleſiaſticorum acquiſita per obitum Pręlatorum, & aliorum quarumcumque perſonarum, Eccleſiaſticarum ſecularium, & quorumuis ordinum regulariū quę extra hanc almam Vrbem deceſſerunt remanentia. & relicta quę tanquam ſpolia alias fe. re. Paulus Papa Tertius prędeceſſor noſter ad Cameram apoſtolicam ſpectare, & pertinere decreuit ac declarauit; necnon fructus redditus, & prouentus menſarum Patriarchaliū Metropolitanarum ac aliarū Cathedralium eccleſiarum, & Monaſteriorum in tota Italia conſiſtentium per obitum illorum Pręlatorum vacantium indebite occupare, & ſpoliis ac fructibus redditibus, & prouentibus huiuſmodi dictam Camerā defraudare pręſumpſerint, & præſumant in animarum ſuarum periculum ipſiuſque Cameræ præiudicium non paruum. Nos pro noſtri paſtoralis officii debito taliū perſonarum auſus temerarios reprimere, & ne ſpolia ac fructus huiuſmodi in poſterum diſsipentur opportune prouidere volentes, Motu proprio, & ex certa noſtra ſcientia ac de Apoſtolicę poteſtatis plenitudine omnes, & quoſcunque dictorum ſpoliorum, & fructuum per totam Italiam ad hunc vſque diem quomodolibet etiam per nos ſeù de mandato noſtro deputatos Collectores, & Subcollectores etiam ſi Sanctæ Romanę Eccleſię Cardinales aut Camerarius fuerint primum, & ante omnia reuocantes omnemque illis deſuper tributam authoritatem, & poteſtatem adimentes, te de cuius fide integritate, & diligentia plurimum in Domino confidimus noſtrum, & dictę Camerę in vniuerſa Italia ſpoliorum ad ipſam Cameram pertinentium, necnon fructuū, redditūum, & prouentuum menſarum huiuſmodi Collectorem generalem authoritate apoſtolica tenore pręſentium ad noſtrum, & Sedis Apoſtolicę beneplacitum conſtituimus, & deputamus: Dantes tibi plenam, & omnimodam poteſtatem, ac authoritatem omnes, & ſingulas res, & bona quęcunque mobilia, & immobilia, ac ſe mouentia, & etiam illa quę ex fructibus, redditibus, & prouentibus eccleſiaſticis empta edificata refecta, & reſtaurata fuerint ſeù alias ex eiſdem fructibus redditibus, & prouentibus quomodolibet prouenerint per obitum quaruncunque perſonarum eccleſiaſticarum ſecularium beneficia etiam ſimplicia ſed adminiſtrationem habentia obtinentium & quoad beneficia ſimplicia niſi ex priuilegio Apoſtolico ſeù ex conſuetudine legitime præſcripta in loco vigente teſtari valentium ac quorumuis ordinum regularium quauis etiam Pontificali dignitate fulgentium in vniuerſa Italia extra tamen dictam Vrbem pro tempore decedentium remanſura, & relicta cuiuſcunque qualitatis generis, & ſpeciei fuerint etiam gemmas, & pretioſa, ac pecuniarum ſummas, necnon etiam fructus, redditus, & prouentus menſarum huiuſmodi à die eccleſiarum, & monaſteriorum vacationis huiuſmodi, vſque ad diem præfectionis, & prouiſionis, ſeù commendæ de illis faciendis, quos omnes, & ſingulos fructus, redditus, & prouentus, ad nos, & dictam Cameram ſpectare, & pertinere volumus, atque decernimus, ac eidem Cameræ applicamus, & appropriamus, noſtro, & præfatæ Cameræ apoſtolicæ nomine colligendi percipiendi exigendi, & recu-

KK perandi

perandi, ac tam ſuper illis, quàm alijs quibuſcunque ſpolijs, quæ hactenus in ipſa Italia per ſimilium perſonarum obitum, aut alias remanſerunt, & indebite vſurpantur, omnibus modis, & vijs inquirendi, & inueſtigandi, & pro faciliori inquiſitione, quaſcunque perſonas cuiuſcunque dignitatis, ſtatus, gradus, ordinis, & præeminentiæ fuerint, etiam exemptas, ac præteritos Collectores, & Subcollectores ad coram te comparendum, necnon de adminiſtratis, exactis, & receptis per eos computum & rationem tibi reddendum, illoſque quorum teſtimonio te indigere cognoueris, ad ſe examini ſubijciendum, ac ſpoliorum necnon fructuum, redditutum, & prouentuum huiuſmodi occupatores, & detentores ad ſpolia, fructus, redditus, & prouentus eadem relaxandum, & tibi conſignandum, & ſoluendum ſub cenſuris, & pœnis eccleſiaſticis, ac etiam pecuniarijs, tuo arbitrio moderandis, & applicandis, monendi, & compellendi, ac contradictores quoslibet, & rebelles, ac renitentes, cenſuras, & pœnas prafatis incurriſſe declarandi, ac illas aggrauandi, & reaggrauandi, interdictumque eccleſiaſticum inuiolabiliter obſeruandum, apponendi, auxiliumque brachij ſecularis ad hoc, ſi opus fuerit, inuocandi, & ſuper ijſdem ſpolijs, ac fructibus, & prouentibus prædictæ Cameræ, prout tibi videbitur, componendi, & concordandi, ſoluenteſque de ſolutis per eos, & receptis abſoluendi, & liberandi, necnō ad cor reuerſos ſi id humiliter à te petierint à cenſuris, & pœnis, ſi quas inciderint per te, ſeu aliam perſonam eccleſiaſticam præuia ſatisfactione abſoluendi, & liberandi; ac in præmiſſis omnibus, & ſingulis ſummariæ, ſimpliciter, & de plano, ac ſine ſtrepitu, & figura iudicij, ſola facti veritate inſpecta procedendi. Vnumquoque, vel plures loco tui Subcollectores cum ſimili aut limitata poteſtate ſubſtituendi, & ſubdelegandi, illoſque quoties tibi videbitur reuocandi, cæteraque omnia, & ſingula faciendi, gerendi, & exequendi, quæ in præmiſſis, & circa ea neceſſaria fuerint, ſeu quomodolibet opportuna. Et inſuper vt exactio ſpoliorum, ac fructuum, reddituū, & prouentuum huiuſmodi celerius, & facilius fiat, quod de cætero omnes, & ſingulæ lites, cauſæ & controuerſiæ ſuper quibuſuis ipſorum ſpoliorum, ac fructuum, redditoum, & prouentuum, negocijs, nunc & pro tempore pendentes, à nullo alio, quàm te, ſeù abs te ſuper dictis ſpolijs, ac fructibus, redditibus, & prouentibus, pro tempore deputatis Collectoribus, ſeu Subcollectoribus cognoſci, nec alteri, niſi per commiſſionem manu noſtra ſignatam vel per tuas literas committi, aut delegari poſſint, & citato moderno, ac pro tempore exiſtente dictæ Cameræ Apoſtolicæ Commiſſario generali, quodque citationes, inhibitiones, vel mandata, quæ alias, quàm ex commiſſionibus, vt præfertur, manu noſtra ſignatis, eodemque Commiſſario citato, vel litteris tuis emanauerint, quoad earundem cauſarum introductionem, & litis pendentiam, ſeù tuorum miniſtrorum per te ad id deputandorum iuriſdictionis, & proceſſuum impedimentum vel retardationem nullius ſint roboris vel momenti.

Quodque à ſententijs per te, ſeu tuos miniſtros præfatos, ſuper præmiſſis pro tempore latis, nullatenus appellari, ſeu earum executio differri, aut ſuſpendi nullatenus poſſit aut debeat, niſi facto prius per condemnatos tertium, de quibus condemnati fuerint, in tuis ſeù miniſtrorum prædictorum manibus, actuali depoſito, dicta authoritate, per eaſdem præſentes ſtatuimus, & ordinamus, ac quicquid ſecus ſuper ijs à quoquam quauis authoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum & inane decernimus. Non obſtantibus præmiſſis, ac conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, necnon Eccleſiarum, Monaſteriorum, & ordinum prædictorum etiam iuramento confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, priuilegijs quoque indultis, & litteris Apoſtolicis, eccleſijs, Monaſterijs, & ordinibus prædictis, eorumque ſuperioribus, Prælatis, ac quibuſuis alijs ſub quibuſcunque tenoribus & formis, ac cum quibuſuis etiam derogatoriarum derogatorijs, alijſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, irritantibuſque, & alijs decretis etiam iteratis vicibus conceſſis, confirmatis, quibus omnibus etiam ſi de illis eorumque totis tenoribus ſpecialis ſpecifica, indiuidua, & expreſſa, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſeruanda foret, tenores huiuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum inſererentur, præſentibus pro ſufficienter expreſſis, & inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ad effectum præſentiū ſpe-

cialiter

cialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſq. contrarijs quibuſcunque. Aut ſi aliquibus communiter, vel diuiſim ab Apoſtolica ſit Sede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas Apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam, ac de verbo ad verbum, de indulto huiuſmodi mentionem. Volumus autem quod earundem præſentium tranſumptis manu Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo alicuios perſonæ in dignitate Eccleſiaſtiea conſtitutæ, ſeù curiæ Eccleſiaſticæ munitis; eadem prorſus fides in iudicio, & extra adhibeatur, quæ eiſdem præſentibus adhibeteretur ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Datum Romæ apud SanctumPetrum ſob annulo Piſcatoris. die 6. Martij 1560. Pontificatus noſtri anno primo.

Franciſcus Aragonius.

Bulla S. D N. Pij Papæ iiij. Super Reductione facultatis teſtandi vſque ad quamcunque ſummam, alias Epiſcopis, Archiepiſcopis, & Patriarchis vigore ſcriptoriç Apoſtolicæ per Iulium Papa iij. conceſſæ, iuxta tenorem litterarum Pauli Papæ iij.

Pius Epiſcopus Seruus Seruorum Dei. Ad perpetuam Rei memoriam.

DEcet Roman. Pont. in ſupremo Iuſtitiæ ſolio conſtitutum, in his per quæ ius ſuum vnicuique conſeruetur ac quorumlibet præſertim Cameræ Apoſtolicæ indemnitati conſulatur, miniſterij ſui partes, fauorabiliter interponere; ac aliquando geſta per eius prædeceſſores, ex rationabilibus cauſis moderari, ac alias deſuper diſponere, prout rerum, & temporũ qualitate penſata conſpicit in Domino ſalubriter expedire. Dudum ſiquidem fæ. re. Paulus Papa III. prædeceſſor noſter, ex certis tunc expreſſis cauſis, tunc & pro tempore exiſtentibus litterarum Apoſt. Scriptoribus inter alia, vt vltra patrimonia, & alia bona de quibus deiure cõmuni, ac iuxta priuilegia, & indulta, Dilectis filijs Populo Rom. & Curialibus cõceſſa teſtari, codicillari, erogare, & diſponere poterant, de alijs quibuſcunq. bonis mobilibus, & immobilibus, necnon fructibus, redditibus, prouentibus, & emolumẽtis Eccleſiarum etiam Cathedralium, & Merropolitan. ac Patriarchalium, & Monaſteriorum, ac aliorum beneficiorũ eccleſiaſticorum per eos pro tempore obtentorum, ac alias per eos quomodolibet acquiſitis, ac penſionibus annuis ſibi ſuper quibuſuis fructibus, redditibus, & prouentibus Eccleſiaſticis Apoſt. authoritate pro tempore reſeruatis, vſque ad ſummam ſex millium duc auri de Camera duntaxat, libere teſtari, & alias diſponere valerent dicta authoritate facultatem conceſſit. Et deinde piæ memoriæ Iulius Papa etiam III. etiam prædeceſſor noſter, ex ſimilibus cauſis facultatem huiuſmodi, vſque ad quamcũque ſummam dicta authoritate extendit, & ampliauit prout in eorum litteris deſuper confectis quarum veriores tenores ac ſi de verbo ad verbum infererentur, præſentibus haberi volumus pro expreſſis, plenius continetur. Cum autem ſicut nobis innotuit, quam plures prælati eccleſias, etiam pingues, & magni redditus obtinentibus, ex præfati Iulij prædeceſſoris extenſione, occaſionem Cameræ Apoſt. de eorum ſpolijs, alias ad eam deuoluendis, fraudandi arripientes, Officia Scriptoriæ huiuſmodi pro modico eorum prælo, de facili quotidie acquirere ſtudeant, ita quod prç ter ipſius Iulij prædeceſſoris intentionẽ, ex extenſione, & ampliatione huiuſmodi quoad Epiſcopos, Archiepiſcopos, & Patriarchas Officia Scriptoriæ litterarũ earundem pro tempore obtinentes, qui etiam inter alia de fructibus, redditibus, & prouẽtibus Eccleſiarũ, quibus prçſunt tã iuxta priorẽ facultatẽ, quã illius extẽſionẽ, & ampliationẽ, vſque ad quamcũque etiã notabilẽ ſummã diſponere poſſunt, & diſponunt, graue, & intollerabile præiudicium dictę Cameræ inferatur.

Nos attendentes Cameram ipſam propter grauia onera, quæ continuo ſupportare habet, in magnis diſpendijs verſari, ac ad illa perferenda eius facultates nullatenus ſuppetere, ac pro huiuſmodi onerum faciliori ſupportatione Spolia perſonarum eccleſiaſticarum, ad id dudum per prçdeceſſores noſtros reſeruata, & deſtinata fuiſſe, necnon extenſionem, & ampliationem huiuſmodi quoad ipſos Epiſcopos, Archiepiſcopos, & Patriarchas exceſſiuas eſſe, ac Cameram Apoſt. nimium fraudandi apertiſſimam occaſionẽ, vt prçfertur prçbere. Idcirco Motu

proprio non ad alicuius nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed de noſtra mera deliberatione, & certa ſcientia extenſionem, ac deſuper confectas litteras, quoad eoſdem Epiſcopos, Archiepiſcopos, & Patriarchas duntaxat, illis alias in ſuo robore permanſuris, authoritate Apoſtolica, tenore præſentium reuocamus, caſſamus, & annullamus, ac pro reuocatis, caſſis & annullatis haberi volumus, illaſq; ad priorem facultatem teſtandi pro ſumma ſex millium ducatorum limitata huiuſmodi in omnibus & per omnia, ac ſi ille non emanaſſent reducimus & reductas eſſe, dictoſque Epiſcopos, Archiepiſcopos & Patriarchas, iuxta prioris facultatis, ac ſecundum illam illiuſque tenorem tantum, de eorum bonis diſponere poſſe, & ita per quoſcunque Iudices in quauis cauſa, & inſtantia ſublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & authoritate iudicari & diffiniri debere, necnon ſi ſecus ſuper his à quoquam quauis authoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attemptari irritum & inane decernimus. Non obſtan. præmiſſis, ac quibuſuis alijs conſtitutionibus, & ordinationibus apoſt. ac omnibus illis, quæ dicti prædeceſſores in ſuis literis voluerunt non obſtare cæteriſque contrarijs quibuſcunque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ reuocationis, caſſationis annullationis voluntatis, reductionis, & decreti infringere, vel ei auſu temerario cōtraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit indignationem Omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorū eius ſe nouerit incurſurum.

Dat. Romæ apud Sanctum Petrum anno incarnationis Dominicæ Milleſimo quingenteſimo ſexageſimo Idus Martij. Pont. noſtri anno ſecundo.

Fed. Card. Cæſius.

BVLLA S. D. N. D. PII. DIVINA PROVIDENTIA PAPA IIII. Contra quoſcunque Eccleſias, & beneficia eccleſiaſtica quę cunque in confidentiam retinentes, ſeù recipientes.

Pius Epiſcopus Seruus Seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

Romanorum Pontificem in excelſa militantis Eccleſiæ ſpecula conſtitutum vigiles mentis oculos, non ſolum in abſētium extendere, ſed potiſſimum in præſentium domeſticorumque fratrum, & filiorum ſuorum mores diligenter perſcrutandos aliquando reflectere, ac eos, præſertim quos in apoſtolicæ ſolicitudinis partem euocauit altiſſimus, ne dum ab omnis pactionis illicitę contagione, verum etiam ab eius omnimoda ſuſpitione, vacuos, & immunes conſeruare decet, Vt qui cæteros illuſtris officij ſublimitate antecellunt, eoſdem priſca etiam illa morum integritate, præſtare dignoſcantur. Sane licet dudum, cum certā ſymoniacæ prauitatis ſpeciem, quam beneficiorum confidentiam vocant, etiam Ro. Cur. atque adeo in ſacrum ven. fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium collegium quaſi per cuniculos irrepſiſſe, ac nonnullos ex ipſis fratribus, nimia quadam facilitate, ſeù potius importunis amicorum familiarumque precibus adductos, beneficia Eccleſiaſtica in confidentiam huiuſmodi recepiſſe, & frequenter recipere, intelleximus, hanc illicitam beneficientiæ exercendæ, ſeù amicitiæ colendæ viam, à tāto ſaltem Collegio prorſus eliminare cupientes, eoſdem fratres in Conſiſtorio noſtro ſecreto, non ſemel admonuerimus huic aliena beneficia cuſtodiendi modo ne aſſueſcerent ne ue illa hoc pacto reciperent, vtque ſic recepta dimitterent. Nihilominus nuper ad aures noſtras peruenit, eorum aliquos, monitionis noſtræ, imo potius ſuimet oblitos, ea, quæ cuſtodienda receperant, beneficia, nondum tamen dimiſiſſe. Et inſuper illos & nonnullos alios, etiam Patriarchas, Archiepiſcopos, & alios Epiſcopos, ac etiam Cameræ Apoſtolicæ Clericos, Eccleſias, Monaſteria

ſteria, dignitates, & alia beneficia huiuſmodi, in ſui fauorem reſignata, ceſſa, vel alias dimiſſa, acceptaſſe, aut de illis, per obitum, vel alias vacantibus, à nobis, & prædeceſſoribus noſtris, ſeù etiam ab ordinarijs, & alijs inferioribus collatoribus, etiam ad patronorum præſentationem, ad alterius commodnm, ſibi prouideri obtinuiſſe, illaque, ac etiam alia aliter vacantia, ſibi in titulum, commendam, vel adminiſtrationem, aut alias dicta authoritate conceſſa, quandoq; in reſignantiũ, vel cedentium, ſeù etiam aliorum fauorẽ ceſſiſſe, vel alias dimiſiſſe, Ac ſibi propterea penſiones, annuas, ac fructus, redditus, & prouentus Eccleſiarum, Monaſteriorum; Dignitatum, & aliorum beneficiorum huiuſmodi in toto, vel in parte, etiam aliquando cum facultate illas, & illos transferendi, ac etiam collationem, prouiſionem, & aliam diſpoſitionem beneficiorum eccleſiaſticorum ad eorundem eccleſiarum, monaſteriorum, & dignitatum Prælatos pro tempore exiſtẽtes, ac alios huiuſmodi beneficia pro tempore obtinentes pertinentium, necnon regreſſus, ſiue acceſſus, & ingreſſus ad eccleſias, etiam Cathedrales, monaſteria, ac alia diuerſa beneficia eccleſiaſtica, ſibi reſeruari procuraſſe, & obtinuiſſe, ad hoc videlicet, vt confidentes ſic decimarum apoſtolicarum vel communis dicti Collegij, & annatæ aliorumque iurium dictæ Cameræ debitorum ſolutionem eludant, integriſque beneficiorum, etiam in menſibus Apoſtolicis vacantium, aut alias diſpoſitioni ſedis Apoſtolicæ generaliter reſeruatorum collationibus, ac interdum, vt beneficia ipſa tempore procedente in aliquorum, tunc forſan de iure inhabiliũ, & incapacium vel nondum adhuc natorum fauorem cedantur ſeù reſignẽtur vel vt perſonæ inhabiles, & incapaces huiuſmodi etiam laici penſionibus ac fructibus redditibus, & prouentibus eccleſiaſticis fruantur, & gaudeant ſeù potius illis, & facultate transferendi prædicta abutantur in animarum ſuarum periculũ & perniciosum exemplum. Quare nos hanc Cardinalium eorundem in monitionibus noſtris parendo iniuriam, & tam illorum quam cęterorum Prælatorum etiã clericorum ac aliorum quorumcunque indignam fallaciam conniuentibus oculis diutius minime diſſimulandam ſed huic errori ne radices altius agat occurrendũ tandem eſſe cenſentes. Et quoniam hanc ipſorum qui monitioni noſtræ non parẽtes beneficia huiuſmodi in confidentiam vt præfertur retinuerunt, & fructus ex eis indebite vel percipiendo vel per alios nomine ſuo etiam per ſimulatas illorum locationes, & fictas de receptis quietantias ac donationes, & remiſſiones percipi ſinendo grauiter exceſſerunt Cardinalium metam potius ex immoderata erga ſuos indulgentia quam aliquo præceptorum noſtrorum ſpretu, proceſſiſſe facile reputamus: Idcirco omnes, & ſingulas Eccleſias etiam metropolitanas, & alias cathedrales ac monaſteria etiam conciſtorialia, prioratus, præpoſituras, præpoſitatus, dignitates etiam maiores, & principales etiam conuentuales, perſonatus adminiſtrationes, & officia cæteraque beneficia eccleſiaſtica cum cura & ſine cura ſecularia & quorumuis ordinum regularia etiam de iure patronatus etiam laicorum etiam nobilium & illuſtrium etiam ex fundatione, & donatione exiſtentia per eiuſdem Ro. Eccleſiæ etiam Epiſcopos Cardinales & quoſcunque alios etiam Patriarchas Archiepiſcopos & alios Epiſcopos ac etiam eiuſdem Cameræ Clericos in titulum commendam, vel adminiſtrationem aut alias in huiuſmodi confidentiam iure prohibitam cuiuſuis perſonæ vt præfertur contemplatione vel intuitu quouiſmodo recepta illorum liberam collationem & diſpoſitionem nobis, & ſedi Apoſtolicæ harum ſerie reſeruantes ipſo iure à die receptionis eorundem vacaſſe & vacare. Ac fructuum, & penſionum reſeruationes ac facultates transferendi, & collationis beneficiorum conceſſiones eis vt præmittitur factas ac regreſſus & ingreſſus conceſſos huiuſmodi ceſſaſſe & ceſſare ac extinctos eſſe: Et eoſdem Cardinales, ſeù quoſuis alios à prima die receptionis beneficiorum huiuſmodi citra fructus redditus & prouentus eorundem eccleſiarum monaſteriorũ dignitatem, & aliorum beneficiorum, ac penſiones prædictas indebite percipere, ſuoſque facere non potuiſſe neque debuiſſe ſed illos omnes, & ſingulos ad Cameram eandem deuolutos fuiſſe, & eſſe illiq; deberi ac ipſos Cardinales, & alios ad quorum manus quomodolibet peruenerunt, & eorum hęredes ad integram illorum reſtitutionem in vtroque foro teneri, & ad id opportunis iuris remediis cõpelli debere authoritate Apoſtolica tenore præſentium decernimus, & declaramus: & inſuper vniuerſis, & ſingulis, tam eiuſdem Rom. eccleſię Cardinalibus etiã

epiſ-

epiſcopis, quam Prælatis, & clericis, & aliis prædictis præſentibus, & futuris, ne deinceps vllo vnquam tempore aliquas eccleſias, monaſteria dignitates, vel alia beneficia, etiam de dicto iure patronatus vti præfertur exiſtentia, aut fructus, vel penſiones aut regreſſus acceſſus in confidentiam prædictam aut ad effectum reſeruationum huiuſmodi ſibi poſtmodum cedentibus procurandarum recipere præſumant, Cardinalibus videlicet, & aliis Prelatis huiuſmodi in virtute ſanctę obedientiæ ſub interdicti ingreſſus eccleſiæ reliquis verò ſub maioris excommunicationis latæ ſententiæ pœna, per contrafacientes eo ipſo incurrenda à qua niſi à nobis aut Ro. Pontifice pro tempore exiſtente preterquam in mortis articulo cõſtituti abſolui nequeant diſtrictius inhibemus. Ac quaſcunque collationes prouiſiones præfectiones commendas, reſernationes facultates etiam transferendi, ac regrediendi ſiue accedendi, & ingrediendi ac alias diſpoſitiones de eccleſiis monaſteriis dignitatibus, & aliis beneficiis eorumque fructibus, & beneficiorũ collationibus per nos, & alios Rom. Pontifices ſucceſſores noſtros etiam motu proprio ſeù cõciſtorialiter, aut etiam per ordinarios, & alios inferiores collatores etiam ad patronorum eorundem præſentationem, & alias quomodolibet cum interuentu confidentiæ huiuſmodi expreſſe ſiue occulte; ac de iure præſumpta; & alias contra præmiſſa, pro tempore factas; nullas, & inualidas, nulliuſque roboris; vel momenti fore; neque cuiquam ſuffragari; Sed eccleſias; monaſteria; dignitates, ac alia beneficia huiuſmodi; ipſo iure vacare, ac noſtræ & Sedis Apoſtolicæ diſpoſitioni reſeruata, fructuſque & penſiones Camerę apoſtolicę applicatos vt præfertur eſſe & cenſeri. ſicque in præmiſſis omnibus & ſingulis; per quoſcunque Iudices, & Commiſſarios, etiam ipſius Eccleſiæ Roman. Cardinales; ſublata eis quauis aliter interpretandi; & iudicandi facultate; etiam per præſumptiones, & coniecturas legitimas; & eorum arbitrio (cum alias confidentias huiuſmodi; in lucem erui; & probari non poſſe conſtet) procedendo; iudicari; & diffiniri debere. ac quicquid ſecus ſuper his à quoquã quauis authoritate ſcienter, vel ignorãter attẽptari contigerit: irritum, & inane ſimiliter decernimus. Non obſtantibus fel. rec. Bonifacij Papæ 8. prædeceſſoris noſtri; de vna; & concilij generalis de duabus, dietis, ac aliis conſtitutionibus Apoſtolicis, necnon collegii prefati, iuramento confirmatione apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus contrariis quibuſcunque. Aut ſi aliquibus communiter, vel diuiſim, ab eadem ſit ſede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint; per literas apoſtolicas, non facientes plenam, & expreſſam; ac de verbo ad verbum, de indulto huiuſmodi mentionem, Et ne quiſquã vllo vnquam tempore preſentium ignorantiam pretendere poſſit. Volumus, & eadem authoritate decernimus, quod ipſe preſentes litterę ad Baſilicę Principis Apoſtolorum de Vrbe, valuas per aliquam ex curſoribus noſtris, illarum copia ibi affixa, & dimiſſa, & etiam in Cancellaria Apoſtolica, de more publicentur, ac in eiuſdem Cancellariæ quinterno, ad maiorem partium, illas in iudicio producere volentium, commoditatem deſcribantur. Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam noſtræ reſeruationis, declarationis, inhibitionis, decreti, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum.

Datum Romæ apud ſanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ Milleſimo Quingenteſimo ſexageſimo quarto, decimo ſeptimo Kal. Nouemb. Pontificatus noſtri Anno Quinto.

Viſa de Curia M. de Enciſo.

Cæ. Glorierius.

H. Cumyn.

AM.

Ampliatio Facultatum Pro Donato Matthæo Minali Theſaurario, Et ſpoliorum ac iurium Cameræ Apoſtolicæ in tota Italia Collectore apoſtolico generali.

PIVS PAPA IV.

Dilecto filio Donato Matthæo Minali Theſaurario, ac ſpoliorum, & Iurium Cameræ Apoſtolicæ in tota Italia Collectori generali noſtro.

DIlecte fili ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Cupientes res, & negocia Cameræ noſtræ apoſtolicæ, prout noſtro incumbit officio, recte tractari, & celeriter perfici, necnon ſpolia quæcunque ad eandem Cameram ſpectantia, ac per obitum quarumuis perſonarum eccleſiaſticarum, ad eam pro tempore deuoluta, ſublatis quibuſuis impedimentis facilius exigi, ac recuperari. Tibi vltra alias facultates, ſuper officio Collectoriæ ſpoliorū huiuſmodi, per noſtras in forma breuis litteras tibi conceſſas, omnes, & ſingulos dictorum ſpoliorum occupatores, detentores, & vſurpatores, ad coram te perſonaliter, & non per procuratores comparendum, ſub pænis in dictis litteris expreſſis, etiam per edictum publicum, conſtito tibi de non tuto ad eos acceſſu, per te, vel alium quemcunque Romanæ Curiæ Iudicem euocandi, atq; citandi, & illos quando, & quoties opus fuerit, & tibi opportunum eſſe videbitur, ad ſe examini ſubijciendum monendi, & requirendi, & ipſos ad id, ac reſtitutionem occupatorum, & vſurpatorum bonorum huiuſmodi, plenarie faciendam ciuiliter & criminaliter iuris, & facti, remedijs & opportunis, cogendi, compellendi, & legitime puniendi; necnon ſubcollectoribus tuis, ſi tibi viſū fuerit, facultatem huiuſmodi impartiendi: cæteraque omnia, & ſingula in præmiſſis, & circa ea neceſſaria, ſeù quomodolibet opportuna faciendi, mandandi, & exequendi, alias iuxta dictarum literarum formam, & tenorem plenam & liberam authoritate Apoſtolica, tenore pręſentiū facultatem concedimus. Non obſtantibus fœlicis recordationis Bonifatij Papę 8 prædeceſſoris noſtri de vna, & Concilij generalis, de duabus dietis dummodo vltra tres dietas aliquis authoritate præſentium præterquam ad Romanam Curiam ad iudicium non trahatur, & quibuſuis alijs conſtitutionibus, & ordinationibus apoſtolicis, necnon omnibus illis quæ in dictis noſtris litteris voluimus non obſtare cæteriſque contrarijs quibuſcunque. Volumus autem quod præſentium litterarum tranſumptis manu Notarij publici ſubſcriptis, & Sigillo tuo munitis eadem prorſus fides in iudicio, & extra adhibeatur quæ præſentibus adhiberetur ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum ſub Annulo Piſcatoris Die 20. Aprilis. M.D.LXI. Pont. noſtri Anno Secundo.

Cæ. Glorierius.

BVLLA S. D. N. D. PII. DIVINA PROVIDENTIA PAPAE IIII. ſuper ſpolijs.

Pius Epiſcopus Seruus Seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

ROmani Pontificis prouidentia circumſpecta ad ea ſolicitudinis ſuæ partes potiſſimum conuertit, per quæ ſingulis eccleſijs debita obſequia, & opportuna ſubuentionis auxilia, minime ſubtrahantur. Cum itaque, ſicut accepimus nonnulli Patriarchæ, Archiepiſcopi, Epiſcopi, & Abbates ſeù Commendatarij ac alij beneficia Eccleſiaſtica obtinentes proprij honoris, & ſalutis immemores etiam prętextu facultatum teſtandi eis per ſedem Apoſtolicam conceſſarum in eorum vltimis voluntatibus res ſacras ac vaſa ornamenta, & paramenta Eccleſiaſtica aliaque cultui diuino dicata quandoque ex fructibus Eccleſiaſticis per eos acquiſita non Eccleſijs, & Monaſterijs ac beneficiis quibus præfuerunt ſeù à quibus prouentus Eccleſiaſticos, & ſtipendia acceperunt prout rationi, & honeſtati conſentaneum foret ſed alijs locis etiam aliquando non piis ac interdum eorum cōſanguineis, & affinibus relinquere ac Ca-

meræ

meræ Apoſtolicæ Collectores, prætextu quod illa ſub appellatione ſpoliorum veniant, tanquam eiuſdem Cameræ ſpolia exigere, & percipere non erubeſcant, in maximum Religionis dedecus, ac Eccleſiarum, Monaſteriorum, & beneficiorum eorumdem detrimentum, ac relinquentium animarum periculum, ſcandalumque plurimorum, Nos abuſibus ſcandaliſque huiuſmodi prouidere, ac ſingularum eccleſiarum, & monaſteriorum, ac beneficiorum indemnitati, animarumque quorumlibet ſaluti conſulere volentes. Motn proprio, & ex certa ſcientia, ac de Apoſtlicæ poteſtatis plenitudine. hac noſtra perpetuo valitnra conſtitntione ſtatuimns, ordinamus, decernimns, & declaramus: qnod de cætero omnia, & ſingula ornamenta, & paramenta, ac vaſa, necnon Miſaalia, & gradualia, ac cantus firmi, & muſicæ, alijque quomodolibet nnncupati libri, & aliæ res ſacræ, etiam auri, & argenti, ac quæcunque alia bona, per quoſcunque Patriarchas, Archiepiſcopos, Epiſcopos, Abbates, ſeù Commendatarios, & alios quoſcunque, quæcunque, & qualiacunque beneficia, Eccleſiaſtica, cum cura, & ſine cura, ſecularia, & quorumnis ordinum regnlaria, in titulum, vel Commendam, aut alias quomodolibet obtinentes, quocunque nomine, vel titulo cenſeantur: etiam ſi de illis, & eorum qualitatibus ſpecialis, & expreſsa mentio habenda foret, ad vſum, & cultum diuinum, etiam in eorũ priuatis ædibus, & Cappellis, vel oratorijs daſtinata, tempore eorum obitus ex teſtamento, vel ab inteſtato relicta, ſub quibuſuis facultatibus teſtandi, & alias diſponendi,. de bonis per eos ex altari, vel alias quomodolibet acquiſitis, per quoſcunque Roman. Pontifices prædeceſsores, & ſucceſsores noſtros, ac nos, ſub qnibuſuis tenoribus, & formis, ac cum quibuſuis clauſulis, et decretis, etiã Motn proprio, et alias quomodolibet conceſsis, et concedendis, minime comprehendantur, nec ſub appellatione ſpoliorum veniant, ſed ad ſingulas Eccleſias, Monaſteria, etiam Conuentu carentia, et beneficia huiuſmodi, in quibus reſederint, aut quibus præfuerint, ſeù quæ alias obtinuerint, omnino ſpectent, et pertineant, ac ſpectare, et pertinere illaque poſt eorum obitum eiſdem Eccleſijs, Monaſterijs, et beneficijs, etiam ſi in Romana Curia, et procul ab illis deceſserint, vel ad illa nunquam acceſserint, etiam ſi antea Eccleſiarum, et Monaſteriorum regimini ceſserint, vel beneficia huiuſmodi renunciauerint, eo ipſo applicata, et incorporata ſint, et eſse cenſeantur. Ita quod liceat illis defunctis, in eiſdem Eccleſiis, Monaſteriis, et beneficiis ſucceſſoribus, ac Eccleſiarum, et Monaſteriorum, huiuſmodi Capitulis, et Conuentibus reſpectiue, illa propria authoritate libere, apprehendere, ac eorum Eccleſiis et Sacriſtiis applicare, et incorporare: ac quæcnnque donationes, ac relicta, et legata, teſtamenta, et codicilli, et aliæ vltimæ voluntates, ſeù ſpolia deſuper contra præſentis conſtitutionis noſtræ tenorem quomodolibet pro tempore facta, quo ad præmiſsa, nulla, & inualida nulliuſque roboris, et momenti exiſtant: et perſonis, etiam eccleſiaſticis, ſeù locis etiam piis, aut eccleſiaſticis aliis qnibuſcunque in quarum, ſeù quorum fauore, pro tempore facta fuerint minime ſuffragẽtur, nec per ea eiſdem perſonis, ſeù locis, vel aliis Eccleſiis huiuſmodi, aliquod ius in rebus prædictis, vel ad illas acquiri poſsit. Quinimo res ſacras, ac alia bona prædicta, qnocunque nomine, vel titulo pro tempore detinentes, ad illa Eccleſiis, et Monaſteriis, ac beneficiis per defunctos quomodolibet acquiſitis, vt præfertur, iuxta præſentium tenorem realiter, et cum effectu reſtituendum, et cõſignandum, quibuſuis diſpoſitionibns de illis in contrarium quomodolibet factis minima attẽtis, omnino teneantur, et ad id per cẽſuras, et pænas, etiã furti, et ſacrilegii, ac alias iuris, et facti remedia opportuna cogi, et compelli poſsint, et debeant. Et inſuper ne deinceps contingat, inſolentia ſpoliorum Cameræ Apoſtolicę Collectorũ, vel Subcollectorum, aliquas Eccleſias, nec hominũ qnemqnã damno, et iniuria affici nec cuiquam de cetero vertatur in dubium, quæ res habendæ ſint nomine ſpolijs, ſimili modo ſtatuimus, decernimus, et declaramus: quod quæcunque ſcamna, cathedræ, arcę, et etiam ligneę, vel lapideæ, etiam Marmoræ Mẽſæ, et Tabulæ, ac quæcunque dolia, ſeù Vaſa vinaria vacua, et alia ſimilia ſuppellectilia domeſtica, per qnoſuis præsbyteros, ſeù clericos ab humanis pro tempore decedentes, tempore eorum obitus in eccleſiis, ſeù eorum domibus eccleſiarũ earumdem, vel alibi vbinis locorum relicta, etiam ſi ex fructibus, et prouentibus beneficiorum, quæ dum viuerent obtinebant; acquiſita fuerint, ſub ſpolio-

rum

ſum appellatione mioime veniant, nec pro ſpolijs vllo modo reputari poſſint, pręterea, quod nullum ſpolium Cameræ pręfatæ, fieri, nec quicquam à qnibuſuis ſpoliorum Cameræ huiuſmodi Collectoribus, vel Snbcollectoribus exigi poſſit, per obitum illins qui dum viueret, vnum vel plura beneficia eccleſiaſtica obtinuerit, cuins, vel quorum inſimul fructus, redditus, & prouentus, Triginta ducatorum auri de Camera, ſecundum cōmunem æſtimationem valorem annum non excesserūt, aut qui pēſiones annuas ſuper quibuſuis fructibus eccleſiaſticis, vſque ad dictnm valorem annuatim perceperit, dummodo tamen is ſe ab omni illicita negocistione, & à ſacris Canonibus prohibita abſtinuerit. Ita quod ſi quis dictorū Collectorum aliquid ex bonis quornmuis defunctorum, qui ſimilia beneficia obtinnerint, ſeu ſimiles penſiones perceperint, prætextu ſpoliorum eiuſdem Camerę percipere, aut alias contra præſentes noſtras litteras attentare præſumpſerit, ad totalem bonorum per eum perceptorum reſtitutionem teneantur, ac ad id via iuris, etiam per ſimiles cenſnras, & pænas cogi, & cōpelli poſsit, & debeat. Diſtrictius inhibentes quibuſuis Cameræ pręſate ſpoliorum Collectoribus, nunc, & pro tempore exiſtentibus, ne ſub indignationis noſtræ, & priuationis eorum officiorum pæna, in ornamentis, & paramentis ac Vaſis, & Libris præfato cultui diuino dicatis, ac alijs rebus ſacris, necnon ſupellectilibus præſatis, quomodolibet ſe intromittant, nec in eorum Inuentarijs tāquam ſpolia redigant, ſeù deſcribant: ſed ornamenta, & paramenta, necnon Vaſa, & libros, aliaque diuino cultui dicata huiuſmodi Eccleſijs, Monaſterijs, Cappellis, & alijs beneficijs huiuſmodi, eorumque Rectoribus, & alijs præſatis libere dimittant, & conſignent, ac conſignari faciant, cnm effectu. Ac ſuppellectilia prædicta in locis vbi conſtiterint relinquat. Ac decernentes, ſic in præmiſsis omnibus, & ſingulis per quoſcunque Iudices, & Commiſſarios, quauis authoritate fuugentes, ſublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretādi facultate, & authoritate iudicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane, quicquid ſecus ſuper ijs à quoquam, quauis authoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Quo circa dilectis filijs Curiæ cauſarum Cameræ Apoſtolicæ generali Auditori, & ſingulis locorum ordinarijs, ac Maiorem dignitatem, poſt Pontificalem in vniuerſis Eccleſijs Cathedralibus, & Metropolitan. pro tempore obtinentibus, per Apoſtolica ſcripta Motu ſimili mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aut vnus eorum, præſentes litteras, & in eis contenta quæcnnque, vbi, & quando opus fuerit, ac quotiens pro parte quorumcunque in præmiſsis intereſſe habentium, vt præfertur fuerint requiſiti, ſolemniter publicantes, eiſque in præmiſsis efficacis defenſionis præſidio aſsiſtentes, faciant authoritate noſtra præſentes litteras, & in eis contenta, quæcunque, firmiter obſeruari. Ac ſingulos quo litteræ ipſę concernunt, illis pacifice gaudere. Non permittentes eos deſuper quomodolibet indebite moleſtari. Contradictores anthoritate noſtra, appellatione poſtpoſita compeſcendo. Nō obſtantibus Apoſtolicis, ac in prouincialibus, & Synodalibus Concilijs editis Generalibus, vel ſpecialibns, conſtitutionibus, & ordinationibus, necnon eccleſiarum, monaſteriorum huiuſmodi. Iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, facultatibus teſtandi alijſque priuilegijs, indultis, et litteris Apoſtolicis, quibuſuis conceſsis approbatis, & innouatis, etiam ſi de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, & expreſſa mentio facienda eſſet illorū tenores pro ſufficienter expreſsis habentes illis in reliquis, in ſuo robore permanētibus, cæteriſque cōtrariis qnibuſcūq. Volumus autē quod ſi aliquis ex Patriarchis Epiſcopis, Abbatibus, ſeù Commendatariis, & aliis beneficiatis, præſatis, pluribns Eccleſiis, ſeù Monaſteriis, pro tēpore ſimul vel ſucceſsiue præfuerit, ſeù plura beneficia obtinuerit ornamēta & paramēta ac res, & bona prædicta ad illa omnia, habita ratione fructuū, & tēporis quo eadē beneficia poſſedit omnino pertineāt & proportionabiliter inter ea diuidantur, quodque præsētes litterę in Cancellaria noſtra Apoſtolica, & Acię Campi Floræ, de more publicēter, & inter Conſtitutiones perpetuo valituras deſcribantur. Et quia difficile foret præſentes ad ſingula queque loca deferri, volumus, & etiam declaratus earum Tranſumptis, etiā impreſsis, manu Notarii publici ſubſcriptis & ſigillo alicuius Prelati, vel alterius perſonæ in dignitate eccleſiaſtica coſtitutæ ſigillatis, eadem protſus fides in iudicio, & extra adhibeatur, quę eisdē prę-

ſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ: vel oſtenſæ. Nulli ergo omnino hominū liceat, hanc paginam noſtræ ordinationis ſtatuti, decreti, declarationis, inhibitionis mandati, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorū Petri, & Pauli Apoſtolorum eius, ſe nouerit incurſurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ Milleſimo Quingenteſimo Sexageſimo ſeptimo. Tertio Kal. Septembris, Pontificatus noſtri Anno Secundo.

Cæ. Glorierius.

H. Cumyn.

Pro Domino Summiſta Ludouicus Ripa

Regiſtrata apud Cæſarem Secretarium.

IACOBVS MISERAtione Diuina tit. Sanctæ Mariæ in Coſmedin S. R. E. Præsbyter Card. Sabellus S. D. N. Papæ Vic. Generalis.

SAcroſancta Tridentina Synodus, probatæ eorum vitæ, & Sanctæ conuerſationis exēpla, qui ſe diuino miniſterio dicarunt, præter neceſsitatem ad vniuerſam quoque Chriſtiani Populi reformationem plurimum prodeſse intelligens, ſalutariter ſtatuit, vt quæ à Summis Pontificibus, & à ſacris concilijs. de honeſta clericorum, vitę, doctrinæ cultuſque ratione decreta fuiſsent, per eos, ad quos ea cura pertinerent, in vſum reuocata, & in mores inducta, propagarentur. Nos igitur eiuſdem ſacri concilij iuſsa exequi cupientes, nonnulla, ſine quibus recta viuendi Clericorum diſciplina conſtare non poteſt, ex ſacris, & Canonibus, & Concilijs collegimus vel ad eorum mentē conformauimus, quæ ex authoritate Sāctiſsimi Domini Noſtri Papæ viuæ vocis oraculo nobis conceſsa, inuiolatæ obſeruanda proponimus.

Vt igitur cū vitæ, & animi clericalis integritate, externus etiā habitus, veſtitus omniſque conuerſatio congruat.

Præcipimus omnibus, & ſingulis ſacris ordinibus initiatis, aut quæcunque beneficia eccleſiaſtica, etiam ſimplicia obtinētibus, cuiuſcunque gradus, aut dignitatis ſint, vt intra quindecim dies, à præſentium litterarum promulgatione numerandos, Clericalem tonſuram (quæ eſt Militiæ ſpiritualis inſigne) vnius cuiuſque ordini, & gradui conuenientem, perſpicue gerant. Præsbyteri verò ab ſuperiore labro Barbā ita tondeant, ne ſalutare Corporis, & Sāguinis Chriſti Domini Sacramentū ſumentibus, impedimentū afferat.

Veſtem ſuperiorem, & interiorum ſimplicem, & talarē omnes geſtent, non reflexā ſed compoſitæ, & apte ad collum annexā.

Pallium, quod ferraiolum dicitur, id habeāt vt Clericali decoro non ſit alienū, idque tantum in pluuiæ, & frigoris neceſsitate, ſemperque cū talari tunica induant. Quas tamen veſtes, ad longioris itineris neceſſariam commoditatem, breuiores, modo ordinis honeſtati conueniant, adhiberi permittimus.

Caligis nō inflatis, nec diſſectis calceis, crepidiſue non inaniter inciſis, ſed ſimplicibus, & integris vtatur.

Camiſias ad manum, et ad collum criſpas, & (vt dicunt) lactucatas, aut arte laboratas, ne ſumant.

Pileos ne habeant, niſi valetudinis cauſa, & eos ſimplices, neque Turbinatos, quos ingredien: in Eccleſiam vel ædes, maximè publicas, ſemper ommittant. Neque reticulum, aut ſubbirretum, niſi valetudinis neceſsitas poſtulet, idque ſine redimiculis. Nec annulos, niſi id honoris gradus aut officij munus requirat.

Præcioſioribus pellibus vnguentis, & alijs odorum ſuauitatibus abſtineant.

Ab omni mulæ, & æqui inſtrumento, & ornamento, aurum argentum villutum, & omnino ſericum amoueant.

Veſtium colorem tantummodo nigrum, niſi alium magiſtratus, aut honoris ratio poſtulet adhibeant.

Veſtes holoſericas, aut ſerico ornatas, domi aut foris ne habeant.

Arma ne ferant, neue perſonati incedant.

In omni denique veſtitu nouitatem, & tam elegantiæ, & concinnitatis, quam negligentiæ, ac ſordium ſuſpitionem vitent.

Qui in aliquo horum deliquerit, præter veſtium aliarumue rerum amiſsionē, viginti quinque aureis mulctetur, locis pijs, arbitrio noſtro attribuendis, carcere etiam, ac beneficiorum priuatione, ma-

ioti-

ioribuſuc pænis, pro delicti, & perſonarum genere arbitrio uoſtro puniatur.

Quoniam verò qui habitant in tabernaculis Domini, uon ſolum omnem impudicitiæ cauſam, ſed etiam occaſionem, & ſuſpitionem à ſe remouere debent, ideo præter ea, quæ de contubernio, & conſuetudine mulierum ſuſpectarum, à Sacro Concilio ſtatuta ſunt, eadem authoritate edicimus, ue in ædibus ad domicilium, & vſum Canonicorum, aliorumue miniſtrorum eccleſiæ ædificatis, fæminæ, etiam cum illis quouis ſanguinis vinculo coniunctæ, vllo modo commorentur, in aliis verò Canonicali, aut Clericali, vſui non attributis, niſi ex cauſa tantum iudicio noſtro probata.

Item, ne ædes Eccleſię, aut earum partes, in quibus ipſi habitant, vel habitare debeant, laycis locent, niſi nobis locationis neceſſitas comprobetur. Quæ verò ab Eccleſiis ſeiunctæ, etiam ſi iuris Eccleſiæ non ſint, eas nemini, niſi is bonæ exiſtimationis ſit, locare audeant.

Clerici, quos propter Chriſtum ſpectaculum fieri oportet mundo, Angelis, & hominibus, maximè debent ab iis ſpectaculis, quę Chriſtum non ſapiunt, abſtinere. Itaque decernimus, ne comœdias, fabulas, choreas, haſtiludia, aut ludicrum, & profanum vllum ſpectaculi genus agãt, vel ſpectent.

Ne talis teſſeris pagellis pictis, & omnino alea aut vllo præterea vetito aut indecoro ludi genere ludant neue hiuſmodi ludi ſpectatores ſint.

Non canes accipitres aut aliud venaticum animal alant vllumue genus venationis aduerſus ſacros canones obeant.

Ne comeſſationibus, aut minus honeſtis conuiuijs interſint cauponaſque aut tabernas ne ingrediantur niſi longioris itineris cauſa neue cuiquam propinet aut prouocati ad bibendum reſpondeant ſed ſobrie, & caſte ex doctrina Apoſtoli viuant.

Interdicimus autem eis procuratione, aduocatione, patrocinio, & omni actione cauſarum apud iudicem ſęcularem, exceptis cauſis iure permiſſis, quo loco ſcripta licentia à nobis impetretur, quos pręterea in rebus profanis, omni notariatus, & tabellionatus officio, nec non arte medendi, maximè chirurgica prohibemus.

Nullus tutelam, curamue, niſi pietatis cauſa, idque conceſſione noſtra ſuſcipiat.

Mercaturã ne exerceãt, neue in rebus cõtrahẽdis ſe medios, vel interpretes adhibeãt prædia ne conducant, pro nemine ſpõdeant, Principium, & omnino laicorum negocia ne procurent, aut eis inſeruiant, niſi cauſa id poſtulet à ſacerdotali officio non aliena, qua in re tamen conceſſio noſtra (quam hac in re, & aliis à nobis permittendis gratis ſemper fieri volumus) intercedat, eaque quotannis renouetur.

Ne fęminas nobiles aſſectentur, neue officij cauſa ſtent circũ menſã, illis accũbentibus

In famulatu verò Eccleſiaſticarum, perſonarum vilia officia, aut opera, quæ clericali decoro non conueniant, minime faciãt.

Quicunque in ijs, quæ à nobis ſupra prohibita ſunt, delinquerit, præter mulctam viginti quinque aureorum, ob ſingula delicta exigendam, & quemadmodum duximus in pios vſus erogandam, carcere, priuatione beneficij, & grauius etiã pro perſonæ conditione, & facinoris, ac flagitij modo, arbitratu noſtro plectantur.

Mandamus autem omnibus, qui ordinis, vel beneficijs, aut alia ratione canonicas horas recitare debent, vt eas nullo modo omittant, alioquin pęnas, in Lateranen. generali Concilio ſub Leone decimo celebrato, propoſitas, & alias, arbitratu noſtro, ſubibunt.

Inherentes præterea eiuſdem Concilii Tridentini decretis, per viſcera miſericordię Ieſu Chriſti Domini noſtri vehemẽter hortamur presbyteros, vt ſingulis dominicis, & alijs feſtis diebus, niſi iuſte impediantur, ſalutare miſsæ ſacrificium faciant, Diaconos, & Sibdiaconos, vt bis ſingulis menſibus, ſemper cum miſſæ ſacrificio inſeruient, Clericos denique, & inferiorum ordinum gradibus initiatos, vt ſaltem ſemel ſacroſãctum euchariſtiæ ſacramentum ſumant.

Diuinam ſcripturam aſſidue ſcrutentut, ſacros ſanctorum patrum libros in manibus habeant, ex quibus vitalibus, & perennibus fontibus, ſalutaris doctrinæ, & vitæ pracepta, & exempla hauriant.

Præterea edicimus Clericis, aliiſue aliquo Inferiorum ordinum gradu initatis, ſi Clericalibus veſtibus vti voluerint, vt tonſuram quoque gerant, & reliqua, quæ præſcripta ſunt, propoſito eodem pœnæ periculo, obſeruent.

Laicis verò, qui Clericali habitu vti conſueuerunt, vt in poſterum birreti ſaltem forma, à Clericis, ſub eadem pœna, internoſcantur.

Quia autem difficile eſt propter multitudinem eorum qui in Vrbem ex diuerſis or-

bis terræ partibus conuenire ſolent, Clericos à Laicis internoſcere ideo iubemus omnes, & ſingulos Clericos in ſacris ordinibus conſtitutos alioſque Beneficia Eccleſiaſtica etiam ſimplicia obtinentes qui in Romana Curia commorantur ad decem dies ab harum literarum promulgatione eos autem qui poſthac in Vrbem venturi ſunt à die eorum aduentus numerandos ſe in curia noſtra ſiſtere, & nomen cognomen patriam ordines, & beneficia profiteri & literas (vt vocant) dimiſſorias oſtendere.

Qui autem aliquem eo gradu, & conditione qua diximus vel hoſpitij vel famulatus aliaue cauſa domi habent aut in futurum ſint habituri illo de hac noſtra lege præmonito, ad præſtitutum tempus ad curiã noſtram deferre.

Qui contra fecerit vigintiquinque aureis, & carcere aliaue pœna iudicio noſtro irroganda punietur.

Volumus autem, & decernimus vt his litteris in locis ſolitis publicatis, & affixis ita earum quoſcunque arctet executio perinde ac ſi perſonaliter vnicuique intimatæ fuiſſent. In quorum fidem &c. Datum Romæ in ædibus noſtris die 30. Mẽſis Octobris 1566. Pontificatus autem S.D.N.D. Pii diuina prouidentia Papæ Quinti anno primo.

Alphonſus Binarinus Viceſgerens.

Triphon Victorellus Notarius.

BVLLA S. D. N. VRBANI VIII. SVPER COLLECTORIBVS, ET SVBCOLLECTORIBVS SPOLIORVM.

VRBANVS PAPA VIII. Ad Perpetuam rei Memoriam.

ALias rec. mem. Gregorius Papa XIII. prædeceſſor noſter indemnitati Miniſtrorum Cameræ Apoſtolicæ, ne vllis moleſtijs litibus, vel incommodis fatigarentur, opportunè prouidere cupiens quod omnes, & ſingulæ cauſæ tunc motæ, & pro tẽpore mouendæ quorumuis prætenſorum exceſſuum, criminum, & delictorum per quoſcumq; Subcollectores, & Commiſſarios tàm generales, quàm particulares in quibuslibet prouincijs, Ciuitatibus, et Diœceſibus Regni Neapolitani per tunc et pro tempore exiſtentem Nuncium Apoſtolicũ, & Collectorem generalem deputatos commiſſorum à tunc, & pro tempore exiſtente Nuncio Apoſtolico in eodem Regno commorante ſolùm nõ autem à quibuſuis alijs Iudicibus etiam locorum Ordinarijs non modo durante eorum officio ſed etiam poſt ipſum dimiſſum donec viuerent audiri cognoſci, & decidi poſſent, & deberent ſtatuit, & ordinauit prædictiſquè Iudicibus, & locorum Ordinarijs ne in illis ſe ſe quouis prætextu ſeù quæſito colore intromittere quoquomodo vllatenus auderent vel præſumerent diſtrictius inhibuit prout in ſuis litteris in ſimili forma Breuis ſub datum die quarta Ianuarij M. D. LXXV. Pontificatus ſui Anno Tertio expeditis plenius continetur. Cumquè poſtea vt accepimus fuerit à nonnullis pluries dubitatum an prædictæ litteræ Gregorij prædeceſſoris prædicti de prætenſis exceſſibus criminibus, & delictis durante officio dumtaxat an verò etiam de alijs poſt finitum eorum officium vt præmittitur donec viuerent commiſſis intelligi deberent, & deſuper diuerſas reſolutiones etiam ad inuicem contrarias emanaſſe aſſeratur. Nos volentes finem huic dubitationi imponere, & attendentes quod ijdem Subcollectores, & Commiſſarij in concernentibus ſeruitium Cameræ, & Sedis Apoſtolicæ timidiores ac negligentiores fierent ſi ſub prædictorum Iudicum, & Ordinariorum iuriſdictione poſt finitum eorum officium ſe relictum iri timerent, & proptereà iuſto metu retraherentur à gerendo vt debent eorum officio dubitantes ne illo finito prædicti Iudices, & locorum Ordinarij in illos etiam ex cauſis mendicantis ſæuirent quod in non modicum præiudicium Cameræ, & Sedis Apoſtolicæ redundaret. Idcircò Motu proprio, & ex certa ſcientia noſtra deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine hac noſtra Conſtitutione perpetuò valitura cognitionem, & deciſionem cauſarum prætenſorum exceſſuum criminum, & delictorum per prædictos Subcollectores, & Cõmiſſarios à Nuncijs, & Collectoribus Apoſtolicis tam in Regno Neapolitano quam in alijs Prouincijs Regnis; & locis etiam ſpeciali nota dignis, & vbiq; terrarum, & locorum per Nuncios ſiue Collectores Apoſtolicos hactenus deputatos, & pro tempore deputandos quomodocunq; etiam poſt finitum officium commiſſorum vt prætenditur, & patratorum ſpectaſſe, & ſpectare Nuncios, & Collectores Apoſtolicos pro tempore exiſtentes priuatiuè quoad quoſcunq; alios Iudices etiam locorum Ordinarios prædictos declaramus & quatenus opus foret decernimus ſtatuimuſq; & ordinamus. Ne autem inde maior libertas delinquendi, et exceſſus committendi eiſdem Subcollectoribus, et Commiſſarijs naſcatur, et ne eorum delicta ſi quæ patrata eſſent vel patrarentur in poſterum impunita remaneant. Volumus quod Collectores Cameræ Apoſtolicæ nunc, et pro tempore exiſtentes inter Statuta per eorum Subcollectores, et Commiſſarios obſeruanda tanquam ab ipſis Collectoribus iam edita etiã impreſſa addant comminationem de eoſdem Subcollectores, et Commiſſarios priuando huiuſmodi priuilegio, et illos ordinariæ iuriſdictioni ſubmittendo quatenus poſt dimiſſum officium ab exceſſibus et delictis committendis non ſe abſtineant quod què prædicta ſtatuta in Cancellarijs Epiſcoporum, et aliorum Ordinariorum retineantur

neantur

neantur, et ſtent affixa. Decernentes præſentes litteras, et in eis contenta quæcumque etiam ex eo quod quicumque in præmiſſis inter eſſe haben. ſeù habere prætendentes vocati, et auditi non fuerint aut præmiſſis non conſenſerint ſeù cauſæ propter quas præſentes emanarint adductæ verificatæ ſeù aliàs iuſtificatæ nõ fuerint aut alia quauis de cauſa de ſubreptionis vel obreptionis ſeù nullitatis vitio aut intētionis noſtræ vel alio quopiam defectu notari impugnari inualidari, in ius, vel cõtrouerſiam reuocari, ad terminos iuris reduci, ſeu aduerſus illas reſtitutionem in integrũ, aperitionem oris aut quodcūque aliud iuris, vel facti gratia, vel iuſtitiæ remedium impetrari ſeù eo impetrato quemquam vti, ſeù ſe iuuare in iudicio, vel extra nullatenus poſſe, ſed eas ſemper validas, firmas, et efficaces exiſtere, et fore, ſicquè per quoſcūque Iudices ordinarios, et delegatos etiam cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores, ac S.R.E. Cardinales etiam de latere Legatos, et Nuncios ſublata eis, et eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate iudicari, et diffiniri debere, ac irritum, et inane ſi ſecus ſuper his à quoquam quauis auctoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attētari. Non obſtan. quatenus opus ſit noſtra de iure quæſito nõ tollen. ac quibuſuis aliis Cancellariæ Apoſtolicæ regulis necnon conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis priuilegijs quoque indultis, & litteris Apoſtolicis ſub quibuſcumque tenoribus, & formis ac cum quibuſuis etiam derogatoriarum derogatorijs alijſq; efficacioribus & inſolitis clauſulis in genere vel in ſpecie etiam Motu proprio & conſiſtorialiter ac alias quomodolibet in contrarium conceſſis confirmatis, & innouatis. Quibus omnibus etiam ſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis eorumque totis tenoribus ſpecialis ſpecifica expreſſa, & indiuidua ac de verbo ad verbum non autem per clauſulas generales idem importantes mentio ſeù quæuis alia expreſſio habenda aut aliqua alia exquiſita forma adhoc ſeruanda foret illorum omnium tenores præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes illis aliàs in ſuo robore permanſuris hac vice dumtaxat ſpecialiter, et expreſſe derogamus cæteriſq; contrarijs quibuſcūq; Datum Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem ſub Annulo Piſcatoris die ſecunda Iulij MDCXXXVI. Pontificatus Noſtri Anno Decimotertio.

M.A. Maraldus.

Anno à Natiuitate Domini Noſtri Ieſu Chriſti Milleſimo ſexcenteſimo trigeſimo ſexto die verò 12. menſis Septembris tempore Pontificatus S D.N. PP. Diuina Prouidentia Vrbani Octaui Anno eius XIII. ſupradicta Bulla publicata fuit per Vrbem in locis ſolitis et conſuetis per me Siluerium Pontirolum S.D.N. PP. Curſ.

Io. Baptiſta Riccius Magiſter Curſorum.

FINIS.

COMMENTARIVS DE SPOLIIS CLERICORVM.

Super Capitulo Non liceat Papæ. 12. quæſtione 2.

AVCTORE

MARTINO AB AZPILCVETA DOCTORE NAVARRO.

SVMMARIVM.

1 *Spoliÿs definitio quid nominis, & diuiſio.*

1 *D. Ioan. Auſtriacus ſpolia opima reportauit, & victoriam naualem ter maximã obtinuit.*

1 *Panniculària quæ dicantur.*

2 *Spoliorum definitio, & partium eius elucidatio.*

2 *Eccleſiaſtica perſonæ dicuntur, & ſunt fori Eccleſiaſtici, Deo donati, conuerſi, & c. etiam ſi clerici non ſint.*

2 *Bona patrimonialia, vel quaſita ex eis, vel per induſtriam, contractus, & c. non dicuntur ſpolia.*

3 *Bona debita, licèt nondum ſoluta, & quæ renda beneficiario poſt mortem, cenſetur ſpolia.*

Superflua non repetitio claritatem augens.

3 *Bona in vita iuſtè impenſa non dicuntur ſpolia, malè autem, profanè aut in fraudem Eccleſiæ ſit.*

3 *Bona reliquata per beneficiarium ex his quæ in ſuos vſus decentes inſumere poterat, ſiunt illi quaſi patrimonialia, nec cenſetur ſpolia.*

3 *Bona patrimonialia, vel quaſi, non ſpectant ad ſpolia, poſſuntq; clerici de ÿs pro libito diſponere, ſicut laici.*

4 *Bona ad ſuſtentationem beneficiarÿ neceſſaria non pertinent ad ſpolia neq; illa quæ ipſe dum viueret emit pro ſua Eccleſia, vel tradidit ei ſine fraude, vel aliÿs operibus pÿs.*

4 *Bona ex reditibus eccleſiaſticis nomine beneficiariÿ empta, etiam immobilia, pertinent ad ſpolia.*

4 *Spolia non ſunt poſt Pÿ V. extrauag. ornamenta, paramenta, vaſa ſacra & c. prout ante, et minus ſunt patrimonialia vel quaſi ita applicantur Eccleſÿs.*

4 *Spolia non ſunt ſcamna, menſa, dolia vacua, ect etiam ex Eccleſia reditibus comparata, alio tamen ſine, quàm ornamenta, et paramenta.*

5 *Spolia nulla cenſentur relinquere beneficiariÿ, qui dum viuerent, non habuerunt beneficia, vel penſiones excedentes valorem 30. ducatorum auri de camera ſi ab illicita negociatione abſtinuerunt.*

§. 1.

PRo fundamento in præſenti Commentario tractandorum aſſumo celebrem illum canonem Symmachi Papæ cuius initium eſt. *Non licet Papæ.* 12. *q.* 2. Et primum definiam quæ bona dicantur ſpolia Clericorum. Deinde ſubijciam prædicti canonis tenorem hauſurus ex eo quædam ex quibus deducenda eſt vera reſolutio quatuor dubiorum. Poſtremo, proponam illa, & ſimul ſingulatim reſoluam.

1 Definiturus igitur quæ appellantur ſpolia Clericorum dico primum verbum ſpoliorum ſiue ſpolia generaliter ſumptum ſignificare omne id quo aliquis vi vel ſponte exuitur, nudatur, vel priuatur quia deſcendit à verbo ſpolio, quod ſignificat exuere, nudare, priuare, vel capere; & ita diuiditur in ſpolium violentum, & voluntarium. Violentum dicitur, quod vi vel metu capitur, iuxta *rubricam, et totũ titulum de reſtit. ſpoliat. et ca. reintegranda.* 3. *q.* 1. & iuxta id quod communiter aſ-

ſeritur;

ſeritur; ſpolia optima eſſe illa quę dux
exercitus duci aduerſario victo aufert,
qualia fuerunt ea quę primus omnium
Ioni Feretrio obtulit Romulus Rege Ce-
ninenſium manibus proprijs in acie oc-
ciſo autore *Liuio lib. 1. ab Vrbe condita*
cuiuſmodi etiam ſunt illa fere quæ me
huic commentario manum extremā ad-
dente reportauit huius menſis Octobris
die 7. anno 1571. D. Ioannes Auſtriacus
Diuo illo Carolo V. Cæſare parente na-
tus Imperatorq; glorioſus fortiſſimi ſacri
fœderis exercitus nuper inter S. D. N.
Pium V. Regem Catholicum Philippum
II. & Sereniſſimam vetuſtiſſimamq; Vene-
torum Remp. aduerſus coniuratum illum
atque Chriſtiani ſanguinis ſitientiſſimum
religionis Chriſtianæ hoſtem Selimum
icti quando ſupra ætatem conſilio prouī-
dus ac manu promptus ſuperata in Helle
ſponto claſſe Turcica totius Reip. Chri-
ſtianæ incredibili applauſu maximam
nanalium victoriarum chriſtianorum à
Chriſto nato habitarū diuinitus obtinuit.
Voluntarium autem eſt quod ſponte exui-
tur, & relinquitur iuxta *leg. 1 ff. de donat.
inter virum et uxor. ibi, Ne mutuo amore
se spolient.* & iuxta verbum ſpoliatorium
quod apud Plinium in Panegyri ſignifi-
cat locum vbi loturi ſe in balneis exuunt
ſponte ſe ſuis veſtibus.
Ex quibus infertur primo eos qui dicunt
ſpolia proprie dici quæ ab hoſte auferun-
tur recte dicere iuxta illud Maronis, *Egre
giam verò laudem, & ſpolia ampla refer-
tis.* modo non addant ſola ea ſic appella-
ri: quoniam & veſtes exuuiæ, & alia bona
quibus nudamur vel eximur etiam ſpō-
te ſic appellantur per prædicta. Secun-
do quòd bona illa quæ Clerici morientes
relinquunt inconſumpta propriè dici poſ
ſunt ſpolia: ſiue quod ſponte ſe illis exuūt
ſiue quod vi quadam mors exuit eos illis
qua ſignificatione generali etiam bona
patrimonialia Clericorum mortuorum
poſſent appellari ſpolia eorum, partim
violenta partim voluntaria.
Secūdo dico verbum hoc ſpolium ſtrictius
accipi ab his qui de ſpolijs Clericorum
ſcribunt, videlicet pro ijs bonis clerici
morientis in quę nemo ſuccedit ex teſta-
mento neque ab inteſtato communi via,
ſed alia quadam particulari ratione: de
quorum ſimilibus agit ſingularis *lex. Di-
uus ff de bon. damna.* quatenus habet pan
nicularia ideſt veſtes viles quas reus at-
tulit in carcerem, & numos inueterales
cuius nominis ſignificationem dicit ibi
ſe ignorare *Budæus*; per quos tamen Iuriſ
conſultus intelligit eſſe illos quos in vi-
ctum quotidianum reus affert: & gloſſa
non inepte declarat pertinere ad optiones
ſiue cuſtodes aut cuſtodum adiutores, &
ſpiculatorem reo affecto ſupplicio: alia
verò pretioſiora & annulos quinque au-
reis valentes ad præſidem in vſus ibi de-
ſignatos.
De ſpolijs autem ſtricte vt hic accipitur ver
bum ſpolium tradunt præ cæteris *extra-
uag. Pauli III. Iulij III. Pij IIII. et Pij
V.* quarum partes propoſito noſtro neceſ
ſariæ infra § 5. tranſcribentur: ſecundum
2 quarum Authorum mentem ſic poſſunt
definiri. Spolia ſunt bona ab Eccleſiaſti
ca perſona quæſita immediate vel media
te, ex bonis eccleſiaſticis; vel reditus eo-
rum debiti quæ non fuerunt ante mortem
eius iuſte impenſa, nec facta iure patri-
monialia; nec quæſita alij irreuocabiliter
vel quæ ſunt ex illicita eius negotiatione
comparata. Dixi bona, pro genere, quo
omnis bona definitio debet conſtare,
arg. l. 1. ff. de teſt vbi *Bart.* ab omnibus re-
ceptus, & *l. 1. ff. de dolo.* & late tradidimus
in *rubric. de præb. et in rubr. de probat.*
poſt *Decium ibidem*: omnia enim ſpolia
Clericorū ſunt bona, nō cōtra, ōnia bona
Clericorum ſunt ſpolia. Dixi itē generali
ter, bona, vt cōprehenderē tam mobilia,
& ſe mouentia quàm immobilia, iura, &
actiones, quocūq; nomine cenſeantur: quę
ōnia appellatione generali bonorum con
tinētur, *l. bonorū. ff. de verb. ſignifica.* cum
ei annotatis per eruditiſſimum *Alciatū.*
Dixi, eccleſiaſticæ perſonæ, & nō clerici,
vt cōprehēderem, bona etiam Deo dona
torum, conuerſorum, vel monachorum, &
aliorū qui ſunt fori Eccleſiaſtici; hi enim
omnes etiam ſi clerici non ſint, dicuntur
eccleſiaſticæ, vt probat *text. iuncta gloſſa
in c. duo ſūt. 12. quæſt. 1.* & tradit poſt alios
Decius in capitul. eccleſia. de conſtitut. nu.
7. & probatur in *capitul alia. & capitulo
legi. 16. quæſtion. 1. & capitulo non dubiū,
& capitul. de monialibus. de ſent. excomm.*
& latius tradidimus in *tract. de redit. ec-
cleſ. ſuper capitul. vlt. 16. quæſtion. 1. mon.*
55. qui poſt profeſſionem regularem poſ-
ſunt, & ſolent habere beneficia regularia
in titulum iure communi, & ſecularia in-
commodam per diſpenſationem Apoſto-
licam, iuxta *capitul. cum ſingula. §. prohi-
bemus. de præb. lib. 6. & capit. poſſeſſiones.
de reb. eccleſ. non alien.* & iuxta latius tra-
dita in præfato *tract de redit. eccleſ. vbi
ſup.* Dixi, quæſita ex bonis eccleſiaſticis:
quia

quia patrimonialia, vel quæſita ex eis, vel per induſtriam, contractus, aut vltimas volontates, non dicuntur ſpolia ſecũdum hanc ſignificationẽ, neque etiam quæſita ratione clericalis dignitatis, & officij, aliundè quam ex reditibus beneficiariis; quia illa inter patrimonialia vel quaſi patrimonialia collocantur; vt probauimus in *dicto tract. de redit. eccl. quæſt.* 1. *mon.* 19. Dixi, mediate vel immediate; vt cõprehenderẽ, non ſolũ fructus ex eis collectos extantes, & pẽſiones ob ea ſolutas, & pecunias ex locatione ſeu arrendatione, vel venditione illorũ acceptas, ſed & alia bona, & actiones, & iura qualiacumque per emptionem, vel alios contractus ex eis quæſita: vt clare probant *extrauagantes Iulij III. Pauli. IV. & Pij IV. infra. §. 5. relata, vt in extrauag. Iulij III. inſinuabimus.* Dixi, vel reditus eorum ei debiti, vt comprehẽderem bona debita mortuo non dum ab eo apprehenſa, eo quod nondum eſſent ſoluta, vel diuiſa inter eum, & alios ad quos eorum pars pertinebat, ſed iam erant in horreum, vel cellarium importata, vel ſaltem à ſolo ſeparata, & ita iam debita ei, per adducta in *dicto tract. de redit. eccle. quæſt. 2. monito* 13. vel quia poſt mortẽ erãt quęrenda, iuxta cõſuetudines, vel gratias, & priuilegia Papę, quibus fructus primi, vel ſecundi anni poſt mortẽ pertinere poſſunt ad defunctũ, iuxta *c. ſi propt. de reſcr. lib. 6. & extrauag. ſuſcepti. ne ſede vacante.* quãuis dici poſſet, hæc ſatis cõprehendi ſub verbo illo, bona quatenus cõprehẽdit actiones, vt prædictũ eſt: clarius tñ ſic dicitur, et q̃ repetitio claritatẽ auget nõ dicitur ſuperflua, iuxta *glo. c. 1. de ſũma Trinitate, & fid. cath. lib. 6. in verbo, & filio.* tradit *Felin. c. ſolitæ. de maiorit. col.* 3. Dixi, nõdũ ante mortẽ iuſte impẽſa, quia quę viuus iuſte impedit, non appellãtur ſpolia; illa enim non exuit per mortẽ, nec mors eum priuat illis. Dixi, iuſte; quia ſi profane, vel male illa donauit cõcubinæ, ſicario, vel hiſtrionibus, & aliis id genus nominibus, vel in fraudem eccleſię, vel Camerę Apoſtolicę, vel Epiſcopali, quibus iure communi, priuilegio, vel cõſuetudine, ſpolia eius deberentur, merito dicuntur ſpolia, per ea quæ dicta ſunt in *d. tract. de redit. q. 2. monit.* 7. & probatur per *extrauag. Pauli III. Iulij III. Pauli IIII. Pij V.* quarum partes huc pertinentes infra à §. 5. vt dixi, tranſcribentur. Dixi, & non facta iure quaſi patrimonialia, ad excludẽdũ à nomine ſpoliorũ illa, quæ beneficiarius reliquat ex his, quæ in ſuos vſus decentes inſumere poterat, quæ facit ſibi quaſi patrimonialia, p̃ tradita in pręfato *tract. de redit. q. 2. monit.* 26. quod paulo poſt in §. 6. iterum cõprobamus p̃ *extrauag. nouam fælicis record. Pij V.* Dixi, nec quæſita alij irreuocabiliter, propter ea quæ beneficiarij regulares relinquunt inconſũpta, quæ licet quærantur eccleſijs eorum, nõ tamen quæruntur irreuocabiliter, iuxta ea quæ infra §. 5. nu. 2. dicemus. Dixi tãdem, vel quæ ſunt ex illicita negociatione quęſita, ad cõprehẽdẽdũ illa, quę beneficiarius ſiue regularius ſiue ſecularis quęrit, negotiãdo cõtra canones negotiationẽ ei vetãtes etiã aliunde quã ex reditibus eccleſiaſticis, quę videtur ampliatio nona, introducta iure nouo *extrauag. Pij iiij & Pij V.* infra relatarũ §. 6. 7. & 8.

4 Ex qua definitione ſequitur primo, non pertinere ad ſpolia bona vlla patrimonialia, vel quaſi patrimonialia clerici, de quibus pro libito in pauperes, & diuites, in pios & profanos vſus, licite, ſicut laicus, poterat in vita diſponere; quoniam omnia illa ex teſtamento vel ab inteſtato debentur hæredibus, iuxta tradita in *d. tract. de redit quæſt.* 1. *monito.* 19.

Secundo ſequitur, quod non pertinent etiam ad ſpolia bona eccleſię, ex quibus beneficiarius recipit reditus ad ſui ſuſtentationem; neque illa quæ beneficiarius emit dum viueret ex reditibus pro ſua eccleſia, vel tradidit ei ſine fraude; quia non exuitur eis per mortem; imo eum repetit exutum ipſa mors; quoniam iam tempore mortis eccleſia fuit eorum domina, *argum. l. an. C. de ſacr. ſanct. eccleſ. & l. traditionibus. C. de pact. & §. item per traditionem. Inſtit. de rerum diuiſio.*

Tertio ſequitur, quod bona empta ex reditibus eccleſiaſticis à beneficiario ſibi, & in vſus ſuos, non pro eccleſia, quæ nõ fiunt ipſo iure eccleſiæ, iuxta tradita in dicto *tract. de redit. q.* 1. *monit.* 47. ſiue ſint mobilia, ſiue immobilia, pertinent ad ſpolia; quod clare probatur per extrauagantes præfatas.

Quarto, quod aliqua debebant inter ſpolia cõputari ante *extrauagantem ſel. me. Pij V.* infra §. 8. referendã, quæ poſt eam non ſunt illis annumerãda, puta ornamẽta, paramẽta, vaſa ſacra auri, & argẽti, & cuiuſcumque alius materiæ, miſſalia, gradualia libri muſicales cantus firmi, &c. ad cultum diuinum parata, etiã ſi nondum ſint eccleſijs tradita, vt latius in eius principio cõtinetur. Quę tamen, vt nõ ſunt, nec dicuntur ſpolia, ita minus dicuntur patri-

monialia, vel quaſi; quia non poſſunt diſponere de illis beneficiarij, ſed debent applicari eccleſijs eorum, vt ibidem diſponitur.

Quinto, quod per eandem *extrauag. §. & inſuper.* non debent annumerari ſpolijs quædam, quæ ante illam annumerabantur: videlicet, ſcanna, arcæ, menſæ, dolia vacua: etiam ex eccleſiæ reditibus comparata, vt latius in illo §. declaratur. Hæc autem alio fine eximuntur à numero ſpoliorum quàm prædicta; quia hæc ita eximuntur, vt de illis perinde poſsint clerici ſeculares teſtari, ac de patrimonialibus; illa verò, ita vt iure ſpoliorum capi non poſſint ſed debeant remanere ipſius eccleſijs.

5 Sexto ſequitur quod iuridica, ſanctiſſima fuit declaratio illa fælicis memoriæ Pij V. qua in præfata *extrauag. §. præterea* declarauit nulla bona clericorum, qui dum viuerent, non habuerunt beneficia, vel pẽſiones excedẽtes valorem 30. ducatorum auri de Camera ſecundum communem, debere dici ſpolia, ſi ab illicita negociatione abſtinuerunt; quoniam illa iuſta ratione fundari poteſt, quod quã quilibet clericus quàmlibet ſimplex, honeſte poſſit impendere ſuis vſibus 30. ducatos annuos id quod ex eis reliquat effici ſibi quaſi patrimonial. per prędicta, monite, quod etiã infra ſuper dicta extrauagãte notabimus.

SVMMARIVM.

1 *Intellectus cap. non liceat Papæ. 12 q. 2.*

1 *Papæ nomen, et ſi Patriarchis, Archiepiſcopis et Epiſcopis conueniat, antonomaſtice tamen ſoli Romano Pontifici attribuitur.*

2 *Papa non eſt verus, et abſolutus bonorũ Eccleſiaſticorum dominus.*

2 *Bonorum Eccleſiaſticorũ verus et abſolutus dominus eſt Chriſtus et qua ratione.*

2 *Papa eo temporis momento, quo electus eſt, accipit à Deo poteſtatem ſuper totũ corpus Chriſti myſticum.*

2 *Papa nulla lege humana ligatur, ſaltem quoad vim coactiuam.*

2 *Papa lege naturali prohibetur alienare bona Eccleſiaſtica ſine iuſta cauſa.*

3 *Lex naturalis, qua bonorum Eccleſiæ alienatio prohibetur, quæ ſit.*

3 *Præcepta Decalogi omnia ſũt naturalia.*

3 *Dominus rei in dubio non præſumitur velle, vt res eius alteri tradatur.*

4 *Beneficiarius rebus eccleſiaſticis in vſus profanos vtens violat præceptum de non furando.*

5 *Epiſcopus rem eccleſiæ iuſta de cauſa alienare poteſt, et à fortiori Papa.*

5 *Alienandi rem Eccleſiæ cauſa iuſta triplex.*

5 *Eccleſiæ res vendere licet pro ſoluendis illius debitis, non tamen pro debitis Rectoris.*

6 *Alienandi res Eccleſiæ facultas, quam habet Papa, diuerſa eſt à facultate inferiorum Prælatorum.*

7 *Electus electione valida iure naturali, licet inualida iure humano, tuta conſcientia dignitatem retinet.*

8 *Præſumendum non eſt iuſtam cauſam interueniſſe in alienatione rei Eccleſiæ etiam per Papam facta, niſi de illa conſtet.*

8 *Probanda eſt illa cauſa ſine qua iuſte aliquid fieri nequit.*

9 *Intellectus clem. 1. de probatio.*

SYMMACHVS PAPA

In ſynodo 3 cap. 4. & ſequentibus vſque ad 9.

NOn liceat Papæ prædium Eccleſiæ alienare aliquo modo pro aliqua neceſſitate; nec in vſumfructum rura dare; niſi tantummodo domos, quæ in quibuslibet vrbibus non modica impenſa ſuſtentantur. Qua lege omnes cuſtodes adſtringantur, vt donator accenſator, venditor honorem perdat. Et qui ſubſcripſerit, anathema ſit cum eo qui dedit, vel qui recepit, niſi reſtituatur. Liceat etiam quibuslibet eccleſiaſticis perſonis contradicere, & cum fructibus alienata repoſcere. Quod non modo in Apoſtolica ſeruandum eſt Eccleſia; verum etiã vniuerſis eccleſijs per prouincias quidem dicitur conuenire.

§. 2.

1 MVlta notabilia ex hoc canone colligi poſſent, ſed ipſe non tangam aliã quàm quæ propoſito noſtro de ſpolijs conuenient. & primo quidem, ex eo colligitur ampliatio vel declaratio illius concluſionis, quæ habet, non licere alicui res eccleſiæ pro ſuo libito alienare, *capit. nulli, de reb. eccleſ. non alienan.* ampliatur enim, vel declaratur per hunc canonem, vt cõprehẽdat etiam Pontificem Romanũ ſummum Prochriſtũ, ſiue Chriſti Vicarium, quẽ appellemus Papã: habet enim, *Nõ liceat Papæ prædiũ eccleſiæ alienare.* Nec obſtat dicere, quòd omnes epiſcopi appellantur Papæ; quia de ſummo Papa intelligendus eſt eius cõtextus, ſecundum

Ar-

Archidiaconum communiter receptum & merito; quia licet Patriarchæ, Archiepiſcopi, & etiam Epiſcopi, aliquando appellentur Papę, vt colligitur ex ſupraſcriptione, *cap. abſit. 50. diſtinct. & cap. vlt. §. ſi. 24 q. 2.* & tradunt late citati per *gloſſam prag. ſanc. Gallic. tit. de elect. §. primo verbo Papali, et Sarnen. in cap. 1. de conſtitut. lib. 6.* cuius parum circumſpectis deriuationibus huius nominis omiſſis, illud certiſſimum deſumimus. quod communiter ſolus Pont. Romanus Maximus appellatur, & debet appellari Papa; quia plus ei conuenit hoc nomen quam alijs. ſiue dicamus hoc nomen deriuari ab illo Gręco Pappas, quod patrē ſignificat, eſtq; nomē venerationis, vt verò proprius videtur; ſiue dicamus eſſe compoſitum ex illis verbis, pater & patria, vt ſignificet idem quod pater patrię, ſiue ex illis, pater patrem, ſiue deriuetur ab illa interiectione Pape admirantis; ita quòd ſonet admirabilis, vt dicit *gloſſ. ſine. in procemio clementinarum verb. Papa:* quia licèt quilibet aliorum recte dicatur pater patrię ſuę particularis diœceſis, & quilibet admirabilis, ob illam poteſtatem admirabilem quam habet ſuper corpus Chriſti verum, & myſticum particularem in vtroque foro, & Archiepiſcopi appellari poſſint patres aliquorum patrum, etiam Epiſcoporū ſuę prouincię; ipſe tamen ſolus ſūmus Pontifex Romanus eſt omnium patrum, & vniuerſalis Chriſtiani orbis, ac totius gregis dominici pater, *c. electa per mundū. 9. q. 3. c. 1. de conſtit.* & pater omnium patrum, & maxime omnium admirabilis iuxta illud illius Poetę à prefata *glo.* citati. *Papa ſtuper mundi,* & tandem. *Qui maxima rerum, nec Deus es, nec homo, quaſi neuter es inter vtrunq;* cui *gloſ.* recte addita ſunt in *libro Clementinarum nouæ correctiſſime Romæ nuper impreſſo* hæc verba. *Palā eſſe glo. id dixiſſe ad ampliſſimam poteſtatis & dignitatis Papæ magnitudinē oſtēdendam.* propter illam admirabilē poteſtatem, quam immediate in ipſo tēporis momento, quo eſt electus canonice, accepit à Deo Optimo Maximo, ſuper totum corpus Chriſti myſticum, iuxta *c. licet & ei annotata de elect.* ex qua, veluti fonte perenni, omnium aliorum patrum poteſtas manat, *cap. in nouo. 21. diſt. & c. 1. 22. diſt.* & ita per anthonomaſiam merito appellatione ſimplici Papę, ipſe ſolus intelligitur; ſicut appellatione ſimplici Apoſtoli, intelligimus Paulū, & ſapientis Salomonem, & Poetæ Homerum, & Virgilium, & Iuris ciuilis, Romanum, vt habetur in *§ ſed ius quidem ciuile.* adiūcta *glo. Inſtit. de iur nat. gent. & ciuil.* Dixi ſuperius, ſupra totum corpus Chriſti myſticū; quia ſuper corpus Chriſti verum recipit mediante conſecratione, ſine ſacramento ordinis ab alio Epiſcopo ei miniſtrato, vt ſingulariter determinat *Card. de Turrecrem. in lib. 2 ca. 43. de poteſta. Eccleſ.* Alia item ratione comprehendit hic *tex.* ſummum Pontificem: quia cum negatio pręponatur verbo Papæ, perinde ſonat, ac ſi diceret, nulli Papę. iuxta *glo. ſingul. c. cum dilectus. de conſuetud.* quę habet negationem prępoſitam contradictorium omnium quę ſequuntur importare: & ita, licet omnes Epiſcopi appellarentur ex ęquo Papę, comprehenderetur ſummus; quia eſſet vnus ex eis.

2 Secundo noto ex hoc *cap.* adiunctis prędictis, Papam (qui Pontifex ſummus) non eſſe verum & abſolutum dominum bonorum eccleſiaſticorum, ſicut Laici cōmuniter ſunt ſuorum, & ſicut ipſemet eſt ſuorum patrimonialium, ſi alio qui non eſt religioſus; quia qui verus & abſolutus eſt dominus alicuius rei poteſt eam alienare, & donare, & ea vti pro libito. *l. ſede & ſi §. conſuluit ff. de petit. hered.* in *romandata C. de mandat.* At Papa nō poteſt id facere de bonis eccleſiaſticis, per hunc canonem. Ergo & cęt. confirmatur hoc, eo quod omnium bonorum eccleſiaſticorum verus & abſolutus dominus eſt Ieſus Chriſtus D. N. non ſolum ea ratione generali qua *Domini eſt terra et plenitudo eius. pſal. 23. & capit. quo iure. 8. diſtin.* ſed etiam ex ſpeciali diſpoſitione, cenſuraque humana; ſicut quilibet alius homo eſt rei ſuæ dominus, vt late ſimul & efficaciter authoritate *Concilij Trident.* & aliorum multorum, & multis rationibus efficacibus monſtrauimus, in *tract. de redit eccleſia q. 1. mon. 40.* vltra ibi dicta eſt illud *S. Tho. 2. 2. q. 100. art. 1. ad 7. Res eccleſiæ, licet ſint Papæ, vt diſpenſatoris, non tamen ſunt eius vt domini, & poſſeſſoris.* Quod intelligendum eſt de poſſeſſione nomine ſui ipſius; nam nomine Chriſti, & tanquam ſummus eius Vicarius, & procurator, ita eſt poſſeſſor eorū, ac diſpēſator.

3 Tertio noto ex eodem canone, adiunctis prædictis prohiberi Papæ alienationem bonorum eccleſiæ ſine iuſta cauſa, iure diuino vel naturali, quod eſt immutabile 5. *diſt. in principio, & § ſ. d naturalia. inſt. de iure nat. gent & ciuil.* nā cum Papa ſit ſūmus monarcha, & princeps, *c. elect. per* mun-

mundum 9. q. v. & conſequenter, nulla lege humana ligetur *l. princeps ff. de legib. & cap. propoſuit de conceſ. prąb.* ſaltē quoad vim coactiuā, vt declarat *S. Tho.* receptus in 1. 2. *q.* 96. *art.* 5. & cū ligetur hac lege de non alienāda eccleſiæ re ſine iuſta cauſa, vt hic canon probat, conſequitur prædictam legem eſſe naturalem, vel diuinam, quod etiam ſentit *Archid. in præſenti cum cōmuni*, præſertim *Bellamera* qui hoc expreſſis *n.* 12. 13. & 14. quę tamen ſit illa lex diuina, vel naturalis, qua hæc alienatio prohibetur, a paucis exacte declaratur: & quidem *Bellamera* hic ait eſſe illā legē, de qua in principio huius libri; *Quod tibi nō vis fieri alteri ne feceris, et quod tibi vis alteri facias.* quę licet vt cūque applicari poſſit propoſito, tamen nō vi longe aptius dici poteſt eſſe præceptum ſeptimū Decalogi de non furādo: omnia enim præcepta Decalogi ſunt iura naturalia, vt aſſerit *S. Tho. receptus* 1. 2. *quaſt.* 94. *art.* 1. & *quaſt.* 99. *art.* 2. & 2. 2. *quaſt.* 122. *art.* 1. & ipſemet cū alijs omnibus in 3. *ſent. diſt.* 37. *quaſt.* 1. *artic.* 4. præceptum autem de non furando, eſt præceptū Decalogi, vt patet *Exod.* 20. & *gloſ. in c. quid in omnibus* 32 *q.* 7. quod non ſolum prohibet, ne quis rē alienā ſibi approprie; ſed etiā ne quis rē alienā alteri tradat, vel ea vtatur cōtra voluntatē domini *§. furtū, § placuit Inſtit. de oblig. quæ delict. naſcitur* Cū ergo, vt ſupradictū eſt bona eccleſiæ ſint bona Chriſti, qui tollit ea Chriſto, & tradit alteri cōtra eius mentē & voluntatē, hoc præceptū tranſgreditur cōtra mētē autē & voluntatē Chriſti eſt, vt bona eius tollātur ei, & tradātur alteri ſine iuſta cauſa: quia dominus rei in dubio nō præſumitur velle, vt res eius alteri tradatur *l. inter omnes §. recte, qui vas. §. vetare eodē tit.* Et ita qui rē eccleſiā quę mata *l. qui vas §. vetare eodem tit.* Et ita qui rē eccleſiaſticā, quę Chriſti eſt, ſibi appropriat vel alii tradit ſine iuſta cauſa, contra voluntatem Chriſti, ſaltem præſumptā, re eius vtitur; & conſequēter, tranſgreditur præceptum legis naturę, de non furando, à qua nec Papa eſt ſolutus: ſicut & legem hanc tranſgrederetur procurator Cæſaris, qui eſt quidam Vicarius eius, velut Papa Chriſti, ſi rem Cæſaris aliter quàm de ipſius mente, & voluntate alienaret, *l.* 2. *ff. de off. procu. Cæſaris,* Qua ratione pulchre *Guilielmus à monte Laud. probatus ibi per Card. ait in clem. quia contingit. de relig. domib.* præ-

fato præcepto contra ire beneficiarium rebus eccleſiaſticis in vſus profanos vtētē, quod nos late confirmamus in *præd. tract. de redit. q.* 1. *mon.* 42. & 48.

Quarto noto ex prædictis, canonem hunc non continere legem pure humanā quoad prædictas tres cōcluſiones; nec Symmachum eius authorem eo animo illum conſtituiſſe, vt ſua lege ligaret ſucceſſorem ſuum ſibi parem; cum par in parem non habeat imperium. *cap. innotuit. de elect. l. penult. ff. de arbit. l. ille à quo §. tempeſtiuum ff. ad Trebel.* ſed videri habuiſſe animum declarandi legem antiquā & naturalem, & per illa verba, *Non Liceat Papæ* idem ſignificaſſe, ac ſi dixiſſet, intelligat, & conſideret Papa non licere ſibi prædium eccleſiæ alienare: aut quod in ſimili dixit *Bonifacius in cap. fin. de reſcript. lib.* 6. quod non patimur nobis licere, ſucceſſoribus noſtris indicamus. Dixi, quoad tres prædictas concluſiones: quoniam quoad pœnam ſpiritualem anathematis, quam ſtatuit ius humanum cōtinet; quandoquidem nullo iure diuino, vel naturali eiuſmodi cenſura fertur; & ita neutri eorum eſt attribuenda, *argum. cap. legatur.* 24 *quaſ.* 2. & *§. conſideremus, Aut. de trien. & ſem. coll.* 3.

Quinto noto ex prædictis, licere Papæ alienare iuſta de cauſa rem eccleſiæ; quia ſecundum omnes hic *tex.* eſt intelligendus de alienatione ſine iuſta cauſa, & non de illa quæ cum illa fieret: nam intelligendus eſt de illa quæ fit contra mentem, & voluntatem Chriſti, vt ſupra inſinuatum eſt, & interueniente illa, præſumitur Chriſtus id velle; ſicut & cum intercedit iuſta cauſa credendi quod dominus alicuius rei velle debeat, vt eā alius capiat, vel ea in aliquem vſum vtatur, eo quod eſt cognatus, amicus, vel de ipſo benemeritus; vel ob alias circumſtantias præſumitur in dubio velle illud; vt colligitur ex *Bart.*
5 *& alijs in d. l. inter omnes. §. recte. ff. de furt.* qua eadem ratione, etiam quilibet Epiſcopus poteſt alienare rem eccleſiæ iuſta de cauſa, per *cap. ſine exceptione. infra ead. cau. & q.* vbi *glo.* & tradimus latius in *glo. ſumma huius quaſtionis in annotatione tertia,* & in *d. c. nulli. de reb. eccl. non alienan.* ergo à fortiori Papa; quia conſtat per infra dicenda, & dicta in *dict. tract. de reddit. q.* 1. *mon.* 40. & *in Apolog. prædicta q.* 1. *mon.* 24. Epiſcopos hanc poteſtatem cum omni alia facultate adminiſtrandi bona eccleſiaſtica ab ipſo Papa accepiſſe; & ita penes eum eandem, imo

ma-

maiorem poteſtatem reſidere, vt dicitur in ſimili in *c. dudum.i1 2. de preben. lib. 6.* Nec obſtat, quod prædictæ *gloſ.* receptæ, tenent, iuſtam cauſam alienandi eſſe triplicem, ſiue quadruplicem, vt tactum eſt in *glo.* ſummæ annotatione 3. ſcilicet, neceſſitatem, pietatem, & vtilitatem; & quod hic canon habet, non licere Papæ alienare pro quacunque neceſſitate: quia gloſſæ illæ loquuntur de magna, ſeu iuſta neceſſitate, qualis non eſt omnis neceſſitas; vel loquuntur de neceſſitate eccleſię canon autem hic, de neceſſitate perſonæ; quamuis enim liceat rem eccleſiæ vendere pro ſoluendis eius debitis, non tamen licet idem facere pro ſoluendis debitis, quæ Rector eius contraxit pro ſua perſona, aut pro cognatis, vel amicis ſuis, vt recte Bellam, hic tetigit *num.* 14. quod ipſum omnes ſentiunt, & infra tangetur; & ita intelligendus eſt hic textus de neceſsitate perſonæ Papæ, quam haberet ad ſoluenda debita, quæ in minoribus exiſtens, bene vel male contraxit vel ad locandas diuites cognatas aliquas promiſit, vel mutuo accepit, & non ſoluit, non autem eſt intelligendus de neceſsitate ipſiuſmet eccleſiæ Romanæ, quam haberet Papa ad eam defendendam, vel alendam, vel ſuſtentandam, in quo iundatur extrauagans fæ. re. Pij V. ſuper affrancatione bonorum eccleſiaſticorum edita, quæ infra §. antepen. refertur; & defenditur

6 Inter facultatem vero alienandi, quam habet Papa, & inter eam, quam habēt eo inferiores, illud diſtat, quod inferioris alienatio requirit cauſam, & ſolennitatem à iure humano ſaltem pontificio ſtatutam, vt habet communis reſolutio in *d. cap. ſine exceptione, & in d. c. nulli & in cap.* 1. *de reb. eccl. lib.* 6. ad hoc autem vt valeat alienatio à Papa facta ſufficit interuentio iuſtæ cauſæ, ſine prędicta ſolennitate: quia cum illa inducta ſit lege humana, & nulla tali lege obligetur Papa, vt ſupra dictum eſt, non tenetur ipſe ad eam ſeruandam ſaltem ad hoc vt alienatio valeat: quamuis etiam dici poſsit, alienationem ab inferiore iuſta de cauſa, ſine ſolennitate humana factam, teneri poſſe pro valida quo ad forum conſcientiæ tantum, vt ſupra in *gloſ. ſumma* latę probauimus in *annota.* 11 *argu. eorum quæ ait Inno. in c. quia plerique de imm. Eccl. & in cap. quod ſicut de elect.* vbi *nu.* 8. ait quam electus tali electione quæ iure naturali tenet, eo quod conſenſus legitimus eligentium interuenit, licet ob defectum ſolennitatis iuris humani ceſſari poſsit. bona conſciētia retinet dignitatē, donec illa caſſetur, eo quod ſollennitates illæ ad præſumendam iuſtam cauſam inductæ, non habēt locum in eo foro, in quo eſt ſtandum veritati, quæ Deo patet; iuxta notata in *cap. is qui. & cap. tua de ſponſal. & arg aliorum,* quæ ſupra in *ſumma in d. annota* 11. nunc poſt hæc ſcripta addimus.

Id autem quod ſupra proxime dixi, non poſſe iuſta alienare Papam bona eccleſię ad ſoluenda debita quæ in minoribus cōtraxit, intelligendum eſt, de bonis ſtabilibus, vel de mobilibus, quæ illis in hoc æquantur; nō autem de fructibus, & redditibus qui ex eis percipiuntur: quoniam hos iuſte in eiuſmodi ſolutionem alienare poteſt; quam etiam alij beneficiarii licite id facere poſsint, per *cap. peruenit. de fideiuſ.* & ea quæ ſuper illius intellectu in dicto *tract. de redit. quæſt.* 1. *mon.* 51. *& in Apol. prædicta q.* 1. *mon.* 44. tradidimus.

7 Sexto noto ex eod. cap. adiunctis prędictis, non eſſe pręſumendū iuſtam cauſā interueniſſe in eiuſmodi alienatione per Papam facta niſi aliter de illa conſtet: cōtextus enim habet, alienationē eiuſmodi non valere, & adiectum eſt, intelligēdum eſſe id de illa, quæ ſine iuſta cauſa fit, eo quod facta cum ea valet: & conſequenter, ſi iuſta cauſa pręſumeretur ineſſe, ſemper cenſenda eſſet valere quod eſt contra verba, & mentem huius canonis, pro quo facit fundamentum irrefragabile communiter receptum *Bart.* per illum *text. in l. ſi forte ff. de caſtren. pe-*

8 *cul. & l. ſi donatione C. de collat* quod quando aliquid non poteſt fieri ſine iuſta cauſa, debet illa probari. Non obſtat, quod *Panor. in c. quæ in eccleſiarum de conſt. & aliis locis,* & multi alij, quos ibi *Fel. nu.* 60. *verſ. quinta concluſio, & Decius num.* 27. referunt, tenent contrariam partem. Tum quia ipſemet Panor. affirmat, nō eſſe pręſumendam cauſam iuſtam in principe ſuo contractui contrauenienti: quia ſine tali cauſa ei contrauenire non poteſt, *cap.* 1. *de probat.* cum ei adnot. per ipſummet *Panor. & alios,* & eadē ratio idē ius perſuadet in omnibus alijs, quæ ſine iuſta cauſa facere nequit. Tum quia prædictus *Felin. ibidem* cum *Cardinal. conſil* 61. iuſtius tenet, id quod diximus, & *Dec.* ſequutus ipſos reſpondet ibidem fundamentis contrarium

tenen-

tenentium. Tum quia, noo ſatis conſide-
rant, nanum fore dicere; Papam non poſ-
ſe illud, aut illud facere ſine iuſta cauſa, ſi
factum fuerit: qnoniam ſemper dicetur,
interfuiſſe iuſta cauſa vera, vel præſump-
ta. Sed quia exiliter *Dec.* ſatisfacit *clem.*
1. de probat. efficacius reſponderi poteſt,
quod illa non prodeſt eis. Primo, quia
concluſio comprehendit etiam caſus in
quibus Papa, & alius princeps facit ali-
quid, quod ſine iuſta cauſa facere nequit,
9 non exprimendo ſe ad id ex iuſta cauſa
moueri: generaliter enim aſſerunt, præ-
ſumendam eſſe cauſam in principe facié-
te id quod ſine cauſa facere non poteſt.
Secundo quod nõ eſt locus præfatæ cle-
mentinæ niſi in caſibus in ea expreſsis,
& ſimilibus: quia eſt exorbitans à iure
communi, de quo in *c. cum à nobis*, *de
teſtib.* & de quo per *Paul. Caſt. conſil.
46. par. 2.* & de ijs ſolum loquitur. At
alienatio rei eccleſiæ non eſt de conten-
tis in illa neque de ſimilibus eis, vt pa-
lam eſt. Tertio quod illi *clem.* nõ eſt lo-
cus, niſi in ijs quæ de facto ſuo proprio
narrat Papa, vt late concludit *gloſ. an-
tep.* eiuſdem. At cauſa alienandi rem ec-
cleſiæ, vt plurimum non eſt factum eius
proprium. Quarto quod illi clemen. nõ
eſt locus in narratis per Papam contra
ius, iuxta *cap. ſi Papa*, *in princ. iuncta
gloſ. de priuileg. lib. 6.* imo neq; in eis
quæ præiudicant tertio, ſecundum *An-
char. conſ. 398.* præmitto quem ſequitur
Dec. vbi ſupra, quod ſatis planum vide-
tur in eiuſmodi præiudicijs, cuiuſmodi
eſt alienatio rei, & ſublatio iuris alterius
iam quæſiti, de quo loquimur. Tũ quia
non ſatis perpendunt, quod *cap. in præ-
ſentia*, *de renun.* quatenus habet pro iu-
dice præſumendum ſolum habet locum
in illis, in quibus datur ei poteſtas facié-
di ea abſque neceſsitate interuentionis
iuſtæ cauſæ.

SVMMARIVM.

1 *Papa ſine iuſta cauſa rem Eccleſiæ, & inferioris alienare iuſte nequit.*
Alienatio rei vnius Eccleſiæ in aliam, vel in eccleſiaſticos vſus, an Papæ licita?
2 *Papæ, aut Monarchæ, voluntates donantium ſine iuſta cauſa mutare non licet.*
3 *Intellectus illius dicti, Papæ in beneficialibus eſt pro ratione voluntas.*
4 *Beneficiorum liberam, & plenariam diſpoſitionem pertinere ad Papam quomodo intelligendum.*
5 *Beneficiarium inter, & beneficium ſeu Eccleſiam, quidam contractus matrimonij eſt.*
6 *Papa cum cauſa rationabili diuidere, & vnire Eccleſias, conferre, & auferre beneficia poteſt, etiam ſine beneficiariorũ culpa.*
7 *Roncevallis Prioratus quare etiam cum cauſa non fuit à Domino Franciſco Nauarra ablatus.*
8 *Alienatio Papæ quæ iuſta, & valida, quæ nec iuſta, nec valida, & quæ valida, & non iuſta.*
9 *Beneficia Eccleſiaſtica in quo ſenſu manualia Papæ, & quæ ablatio eorum valida, & non iuſta, licet non obliget ad reſtituendum.*

§. 3.

1 NOto ſeptimo, non poſſe Papam alienare ſine iuſta cauſa, etiã rem eccl. infer. Tum quia hic canon in principio generaliter loquitur de prædio Eccleſiæ, non diſtinguendo inter prædium Eccleſiæ Romanæ, & aliarum inferiorum, & ita generaliter eſt intelligendus, *c. ſolitæ. de maioritate, & l. de prætio. ff. de publici in rem actio.* Tum quia is ipſe canon in fine ait, diſpoſitionem illius non ſolum eſſe ſeruandam in Eccleſia Romana, ſed & in alijs vniuerſis. Tum quia liberioré facultatem habet ſuper prædijs Eccleſiæ Romanæ, quorum fructus ipſe ſolus percipit, qua ſuper rebus inferiorum eccleſiarum, quarum fructibus ipſe non fruitur, cum liberius quis ſibi, quam alteri præiudicare poſſit, *arg. l in re mandata C. mandat.* & eorum quæ late notantur in *gloſ magna. c. ſi diligenti. de foro competenti. & in l. ſi quis in conſcribendo. C. de pactis.* ſuper valore renunciationis, quoad præiudicium renunciantis tantum, & non quoad præiudicium alterius. Et quidem non videtur dubium, de alienatione in laicum, vel laicos vſus, ſed magis dubium eſt de alienatione rei vnius eccleſiæ in aliam, vel alios eccleſiaſticos vſus, & pro parte quidem affirmatiua facit primo, quod frequenter id facit Papa applicando rem vnius Eccleſiæ alteri, imo & totam vnam Eccleſiam cum ſuis bonis per vnionem, & diuiſionem, quod fecit Ioannes xxij. qui ex epiſcopatu Tholoſano fecit quatuor Epiſcopatus, & ipſum erexit in Archiepiſcopatum, vt patet *extrauag. eius Saluator. tit. de præben. inter*

com-

communes.& extrauag.p:nul.& vlt.in eod.tit.inter extrauag.eiuſdem. & nuper Pius IV.tantam partem ademit Epiſcopatui Laodien.quanta ſuffecit tribus Epiſcopatibus de nouo erigendis. Quod iure facere potuerint,patet per *cap ſicut vnire de exceſſ prælat.& c.conſtitutus.de relig.dom.*

Secundo fecit,quod omnium bonorum eccleſiaſticorum dominium eſt penes Chriſtum,vt efficaciter probatum fuit in *tract.de redi eccleſ.q.1 mon.40. & in dict: apol.q.1. monit.24.* & probat *extrauag. prædicta Saluator.*& Papa habet omniū bonorum Eccleſiæ adminiſtrationem immediate ſibi ab ipſomet Chriſto conceſſam,tanquam ſuo ſummo vicario,& procuratori,*c.quanto.de transla.præl. et c.1. de homic.lib.6.* ita quod ipſe ſolus recipit immediatè à Chriſto poteſtatem adminiſtrandi ea omnia,& alij omnes prælati, & eccleſiæ inferiores mediate per ipſum, vt vbi ſupra latius declaratur,& in *cap.1. et 2.22.diſtin.*explanatur, adeo quidem, quod præeſt immediate omnibus Eccleſijs,& Chriſtianis,vt probat *S.Thom. in ſumma contra errores Græcorum. q. 66.* dicens,contrarium eſſe hæreſim,& tradit *Felin.in c.1.de conſt col* 2.licet aliqui recentiores habentes ſorte codices vitiatos, dixerint, eum non immediate, ſed mediate præeſſe eccleſijs inferioribus, male allegantes ad hoc *Fel.vbi ſupra.* & ita quaſcumque res inferiores eccleſiæ habent, acceperunt vel accipiunt immediate,vel mediate ab ipſo Papa, qui ab initio potuit eas applicare alijs, ſicut ipſis applicauit: ergo & nunc poteſt idem facere,cum non ſit ei abbreuiata manus, & poteſtas. Cumque par in parem non habeat imperium,*c.innotuit.de elect.*conſequenter applicatio facta per anteriorē, non præiudicauit poſterioribus.

Tertio,quod *gloſ.2. cap.ſi gratioſe.de reſcri. lib 6.*recepta dicit, quod in beneficialibus eſt Papæ pro ratione voluntas, &. ante illam alia *gloſ.* quæ in hoc putatur ſingularis in *c.per principalem.9.q.3.* dixit, poſſe Papam auferre Epiſcopatum vni vel alteri Epiſcopo, licet non omnibus ſimul.

Quarto facit, quod *Dominicus* à multis receptus dixit in fine *d.c.ſi gratioſe.* per eius *glo* præfatam omnia beneficia eſſe ei manualia,in hoc quod poteſt auferre, & conferre titulos beneficiales pro libito, per *c.2.de præb lib.6.et clem.1.vt lit.pendente,* vt eſt videre latius apud *Felin.* & citatos ab eo in *cap. quæ in eccleſiarum. col.15. de conſt et Dec.ibidem à num.26.* At bona eccleſiaſtica fere omnia pertinent ad beneficia; ergo etiam illa erunt ei manualia,& ad libitum reuocabilia,& ijs,vel alijs applicabilia.

Sed pro contraria parte, quam videtur tenere *Fel.vbi ſup.col.17.* & ſeruare ſancta Sedes Apoſtolica facit primo hoc c.quatenus generaliter habet,non licere Papę alienare prædium eccleſiæ;& certum eſt, quod licet maior alienatio fiat, cum alienatur in laicum, vel laicos vſus, quam cum in eccleſiam; tamen etiam cum fit in eccleſiam alienatio eſt,*cap.ſine exceptione.infra,ead.q.& cap.nulli. de reb.eccleſ.non alienandis.*quatenus ſentiunt omnes pro illa prohiberi alienationem rei vnius eccleſiæ in aliam ſine iuſta cauſa, & ſolennitate debita eſt caſus in ſpecie, in *c.dudum.de reb.eccl.lib.6.*

Deinde facit,quod non ſolum contra legem naturalem,& diuinam Decalogi, ſcilicet præceptum ſeptimum de non furando, & decimum de non concupiſcendo rē alienam eſt, auferre alicui dominium eo inuito,ſed etiam auferre vſumfructum,vſum vel adminiſtrationem quam habet in ea, *l.1 ff de furt.* & conſtat eccleſiam particularem cui eſt applicata iuſte res aliqua per Papam,vel alium prælatum in dotem vel in dotis augumentum ad ſui ſuſtentationem neceſſariam,vel decoram, habere vſumfructum,vſum, vel adminiſtrationē eius in ſuam vtilitatem; licet verum dominium,quod penes Chriſtum eſt, non habeat; ergo auferre illud ei, & conferre alteri, etiam eccleſiæ ſine iuſta cauſa, eſt contra præfatam legem naturalem, & diuinam Decalogi.

Tertiò,quod non liceat abſque iuſta cauſa
2 vlli Monarchæ,& Papæ mutare voluntates eorum,qui aliqua in certum vſum donarunt,& reliquerunt, *l.1.& l.Legatam. ff.de adminiſtratione rerum ad ciuit. pert.* quia id eſſet in effectu priuare quem re ſua,& facultate ſibi lege naturali,& diuina conceſſa; quod facere ſine cauſa non poſſunt Monarchæ,*c.1.de probat.2.§.not. iuncta gloſ.qui feudum dare poſſunt.& l.id quod noſtrum ff.de reg.iur.* at omnia fere prædia eccleſiarum particularium ſunt donata,vel relicta eis à Chriſti fidelibus ad earum neceſſitatem,& decorem; ergo non licet Papę dare alijs, etiam eccleſijs illa ſine iuſta cauſa.

Quarto,quod *gloſ.* ibi recepta communiter in *cap.1.10.diſt.ſuper verbo diuiſionem.*

dixi

dixi Papam non debere Epiſcopatum di-
uidere inuito Epiſcopo, nec Epiſcopum
parochiam, inuito rectore, & alia glo. cõ-
muniter ibi recepta in *cap. 1. 22 diſt. ver-
bo, iniuſtitiam*, ſic ait, *Papa non debet vni
eccleſiæ detrahere, & dare alteri. 99. diſt.
cap. ecce & cap. nullus. & 25 q. 2. de eccle-
ſiaſticis. niſi ſubſit cauſa, vt 9. q. 4. conque-
ſti. & cap. nunc verò. & cap. per principa-
lem ead. cauſa, & quæſt.*

Quinto, quod non videntur obſtare citata
pro parte contraria. Non primum, quo-
niam Ioannes 22. diuiſionem præfatam
præfati epiſcopatus Tholoſani non fecit
pro libito voluntatis ſine cauſa, ſed ob
magnas cauſas quæ exprimuntur in *d. ex-
trauag. Saluator. & prædictum cap. ſicut
vnire*. non probat Papam poſſe iuſte diui-
dere, & vnire Epiſcopatus ſine cauſa, ſed
ſolum cauſa rationabili id ſuadente.

Ad ſecundũ reſpondetur, concedendo quod
Papa recipit immediate poteſtatem à
Deo adminiſtrandi omnia bona eccleſia-
ſtica, & vt immediate præſit omnibus ec-
cleſiis, & Chriſtianis; negando quod ex
eo ſequatur eum poſſe iuſte auferre illis
pro libito voluntatis, ſine vlla cauſa, ea
bona quæ iam illis iuſte applicauit per
ſeipſum, vel prædeceſſores eius immedia
te, vel per alios prælatos eis præfectos
mediate; non enim accepit (vt Apoſtolus
ait) poteſtatem in deſtructionem, ſed in
ædificationem, ad vtendum ea ſecundum
rectam rationem, 2. *Cor.* 5.

3 Ad tertium reſpondeo, quod glo. prædicti
cap. ſi gratioſæ. quatenus habet, quod Pa-
pæ in beneficialibus eſt pro ratione vo-
luntas, habet locum quoad ea quæ ſunt
iuris humani poſitiui, & quæ fieri poſ-
ſunt non contraueniendo vlli legi natura
li, aut diuinæ, non autem in aliis per cap.
ſunt quidam. 25. *q. 1. & cap. 1. de probat.* &
ita quando fieri poſſunt ſine præiudicio
tertii, quod lege naturali fieri vetatur, per
ea quæ proxime in confirmatione noſtræ
concluſionis citata ſunt, & per ea quæ in
reſponſione ad quartum dicẽtur; & conſe-
quentèr nec dicit, nec ſentire præſumen-
da eſt, quod liceat Papæ ſine vlla cauſa
priuare quem beneficio canonice obten-
to, per proxime dicenda.

Ad quartum reſpondeo, quod *glo. illa capit.
per principalem. 9. q. 3.* à multis parum cõ
ſideratè citata, non ait id quod imponunt
ei, videlicet Papam poſſe ſine cauſa Epi-
ſcopum deponere, ſed tantum ſimpliciter
deponere, quod intelligendum eſt, cum
cauſa, quia author ipſiuſmet *gloſſa in ca.
1. 10. diſt. & in cap. 1. 21. diſt.* ſe declarat,
dicendo quod id poteſt facere cum cauſa,
ſed non ſine illa, vt ſupra pro hac parte
induximus; & generale dictum vnius au-
thoris debet intelligi ſecundum quod ip-
ſemet alibi ſpecialius dixit. *l. hæredes pa-
lam. §. ſed & ſi notam ff. de teſta. arg. cap.
generi* per ſpeciem derogatur; *de reg. iur.
lib. 6. & l. in toto. ff. eod.* cum additis ibi
per *Dec.*

Nec obſtat *clem. 2. ſub finem vt lit. penden.*
in argumento citata, licet eam in hoc plu
rimi faciat *Ant. Burgenſis in rubrica de
empt. col. 2.* appellando eam in hoc ſingu-
larem, vt eam meliorem iuris dixit *Selua
4 de beneficio. 1. parte. q. 5.* quatenus habeat
liberam diſpoſitionem beneficiorum per-
tinere ad Papam; quia verbum *(Libere)*
licet ſignificet ſine licentia, et conſenſu, et
non obſtante contradictione alterius,
iuxta *glo. celebrem in clemen. dudum. ver-
bo Libere, de ſepulturis.* recipit tamen in-
terpretationem, & reſtrictionem per alia
iura, vt colligitur ex *glo. cap. cum nobis. de
elect. verb. Liberã.* vt latius tradit *Decius
in c. quæ in eccleſiarum. num. 3. de conſti.*
& debet intelligi ſine præiudicio tertii, vt
colligit *Decius ex cap. directe. de appel. nu.*
2 & ſignificat libertatem ab impedimen-
to, de quo tractatur, & non ab alio, vt col
ligitur ex *capit. de multa. de præb. & leg. ſi
quando. C. de in offi teſt. & l. 1. C. de ſacro-
ſanct. eccle.* & ideo *clem.* illa quæ dat libe-
ram beneficiorum diſpoſitionẽ Papæ, de
bet reſtringi ſecundum alia iura, & intelli
gi ſine præiudicio tertii, & de libertate ab
impedimento diſponendi, quod naſcitur
ex pendentia litis, de quo loquitur prædi-
cta *clem.* quæ eſt aptiſſima reſponſio.

Non obſtat etiam *cap. 2. de præb. lib 6.* in ar-
gumento citatum, quatenus habet, plena-
riam diſpoſitionem beneficiorum perti-
nere ad Papam; quia debet interpretari
& exponi, ſicut diximus exponẽdum ver-
bum, *Libere*, poſitum in *clem. 2. vt lite pẽ-
den.* licet enim Papa habeat plenariam
adminiſtrationem bonorum eccleſiæ, vt
ſupra dictum eſt, non tamen licet ei de
illis pro libito diſponere, vt probat hoc
capit. & ſecundum notabile ex eo colle-
ctum.

Ad quintum negamus plane id quod ait *Do-
minicus, eam Barbat.* & aliis multis ſuis
ſequacibus in *d. cap. ſi gratioſe*, ſcilicet,
poſſe Papam licitè ſine cauſa conferre, &
auferre pro libito ſuæ voluntatis benefi-
cia clericis. Tum quia gloſ. ex qua id in-
fertur, non dicit nec ſentit illud, vt proxi-

me

Digitized by Google

mè monſtraui. Tum quia id eſſe fal-
ſum efficaciter probat *Cardinalis conſil.*
141. *ſanctiſſimus.* quem ſequitur *Fel. vbi*
ſupr. col. 16. Tum quia, quod dicimus op
timè fundatur per *cap. niſi cum pridem §.*
5 *verum. de renun.* quatenus ſingulariter
probat inter beneficiarium, & beneficiũ,
& eccleſiam, contractum matrimonij ſpi
ritualis fieri, ratione cuius nõ poteſt be-
neficiarius eam relinquere ſine Superio-
ris authoritate, *cap. quod in dubijs. & c.*
admonet. de renunciat. contractum autem
non poſſe tolli ſine cauſa per Papam, aut
per alium Principem, receptum eſt per *c.*
1 *de proba. & c.* 1. *§. notandum, qui feud.*
dare poſſunt. quia lege naturali, qua ipſi
ligantur, debet ſeruari, *l.* 1. *ff. de pact.* cum
ergo inter beneficiarium, & beneficium
cum ei confertur, & ab eo acceptatur, cõ
trahatur matrimonium quoddã ſpiritua-
le interueniente cõſenſu ad id Papæ me-
diate vel immediate, vt habet illud *cap.*
niſi cum pridem & c. 2. *de translat. Epiſc.*
non poteſt diſſolui ſine cauſa, & ſine vtri-
uſque conſenſu.

Quę omnia, quia parum perpenſa fuerunt à
multis neotericis Iuriſconſultis cõtraria
opinio cœpit noſtra ætate nimium vale-
re: alijs docẽtibus illã, vt ſibi, & alijs am-
bientibus habere multa beneficia, place-
rent, alijs acceptantibus illam tamquam
ſuæ ambitioni, & auaritiæ commodantẽ,
adeo quidem vt duo viri doctiſſimi, egre-
gia virtute alioqui præditi, alter Theolo-
gus, alter Canoniſta, quorum nomina cau
ſa honoris taceo, publicè docuerunt eam
dicentes ſe accepturum in libenter omnia
beneficia Regni, ſi ea Papa eis conferret.
Quod forte vel alia ſimilia, fuerunt in cau
ſa, quòd fæl. recor. Pius V. mihi ſemel di-
xerit, Iuriſconſultos ſolitos eſſe plus ſatis
poteſtatis tribuere Papæ, cui humiliter re
ſpondi, non omnes id facere; imo aliquos
nimium detrahere; ſed media eademq; re-
cta via iura naturalia, & diuina cum hu-
manis conciliando, eſſe incedendum, quod
omnibus Iuris vtriuſq; profeſſoribus per-
ſuaſum iri quã maximè cupio: ne dum ſo-
la iura humana cũ deductis ex eis à Neo-
tericis diuina ignorantibus magnificant,
multa contra naturalia, & diuina reſpon-
deant. Et quidem *Sacroſ. Concil. Trident.*
per ea, quæ de neceſſitate reſidendi in *c.*
1. *ſeſſ.* 25. & de vnico tantum beneficio
ſufficienti habendo, & de multis paro-
chialibus, & impatibilibus non habendis,
etiam ſi vnum non ſufficiat *ſeſſ.* 24. *c.* 17.
& alia deducta à iure naturali, & diuino
ſtatuit, ſatis ſuperque videtur præfatam
Dominici, & quàm plurimorum, qui cum
magno Reip. damno ſequuti ſunt, opinio-
nem tacite reprobaſſe.

Concludendum ergo eſt, poſteaquam Papa
per ſeipſum immediate, vel per inferiores
ſuos qui ſunt quidã procuratores Chriſti
& eius mediate, contulerit alicui eccleſiæ
in dotem pro eius ſuſtẽtatione aliqua bo
na, iuxta *c. nemo. de conſ. diſt.* 1. *c. cũ ſicut,*
de conſec. eccl. quatenus cum ſuis gloſ. ha-
bent, eccleſiam non eſſet fundandam, neq;
conſecrandam ſine dote, non debet ſine
cauſa ipſi eo tollere. Quare quoquo-
modo multorum iurium, rationum, & au-
6 thorum maxime recentiorum allegatione
res hæc ab aliquibus confundatur, veritas
eſt, quod Papa iuſte quidem poteſt cum
cauſa rõnabili etiã ſine beneficiariorum
culpa diuidere, & vnire eccleſias, cõferre
& auferre beneficia eccleſiaſtica eis, &
bona eccleſiaſtica eccleſijs, ſed non pro
ſolo voluntatis libito, nec ſolet id facere,
imo quãdo ſubeſt aliqua cauſa rõnabilis
auferendi alicui beneficiario ſuum benefi-
ciũ, ſi alioquin ipſe non peccauit, non au-
fert ei niſi cum iuxta cõpenſatione, ſiue
cambio, iuxta dictum ſingulare *Innoc.* re-
cepti in *d. c. niſi cũ priden.* quod vidimus
ad vnguem ſeruatum à fæl. record. Adria-
no VI. qui rogatus à bo. me. Carolo V. &
à bona parte magnatum Hiſpaniæ, cum
adhuc ageret in Hiſpania, & non dum ad
Vrbem veniſſet, vt à D. Frãciſco Nauar-
ra priore illuſtris monaſterij Roncæual-
lis auferret prioratum ſuum, & conferret
illum cuidam admodum nobili, eo quod
eſſet ſitus in cõfinio Galliæ, & frater eius
Illuſtriſſ. Mareſcalus Nauarræ in Gallijs
degeret, nũquã voluit annuere, niſi æqua-
lis ei dignitas intra Hiſpaniam interius
conferretur; quæ quia nõ fuit ablata, per-
mãſit prior donec poſt multos annos ab
ipſomet Carolo V. præſẽtaretur ad duos
Epiſcopatus, ex quibus ad Archiepiſcopa
tum Valentinum trãſlatus fuit: Adrianus
.n. prædictus, vt vir iuris diuini, & humani
callentiſſimus, & iuſtiſſ. conſtantiſſime re-
ſpondebat, nullatenus ſe poſſe id iuſte fa-
cere, Conſidero autẽ circa hæc quiddam
à nemine, quod ſciam, hactenus ite exer-
tum, nempe quòd magna eſt differentia
inter alienationem Papæ, qua ſine iuſta
cauſa rem vnius eccleſiæ ſtabilem alienat
in aliam eccleſiam, vel alios pios vſus, &
inter eam, qua alienat in laicos, vel pro-
fanos vſus: illa enim videtur valida, licet
non ſit iuſta, hæc autem neq; valida, neq;
iuſta; quia hæc videtur facta cõtra legem
diuinam, & naturalẽ, illa vero cõt a legẽ

Nn tan-

tantum humanam. contra legem enim naturalem, & diuinam eſt, quod res auferatur à domino contra voluntatem eius *l. 1. ff. de furt. l. id quod noſtrum eſt. ff. de reg. iur.* & late tradunt omnes poſt *Panor. in cap. quæ in eccleſiarum, de conſtitutionibus*, & qui Papa alienat rem eccleſiaſticam ſine iuſta cauſa in laicos; & profanos vſus, aufert rem alteri videlicet, CHRISTO, ſine conſenſu eius, & dat eam alteri, per ea multa, quæ adduximus in *d. tract. de redit. eccl. q. 1. mon. 40. & 48. & in d. Apolog. q. 1. mon. 24. 27. 38. & 39.* per quæ probauimus efficaciter, verum dominium rerum eccleſiaſticarum eſſe penes Chriſtum, & translationem, & applicationem earum in laicos, & vſus profanos ſine iuſta cauſa eſſe contra eius voluntatem. Illa vero alienatio, qua res vnius eccleſiæ alienatur in aliam, vel in alios pios vſus, eſt tantum contra legem, diſpoſitionem humanam: nam per eam non auferτur res Chriſto, eius vero Domino, & datur alteri, ſed ſolum efficitur, vt manente vtrobique dominio penes ipſum, inſeruiat ei alio in loco, vel in alios vſus, quam ante ſeruiebat: quum data alteri eccleſiæ, vel alijs pijs locis perinde maneat in dominio Chriſti, ſicut antea, quum ipſe ſit adeo verus Dominus bonorum eccleſiæ, in quam transfertur, ſicut bonorum eccleſiæ, ex qua transfertur: & diſpoſitione humana tantum ſui Summi Vicarij, vel habentis ab eo poteſtatem ſui Summi Vicarii, & procuratoris, vel habentis ab illo poteſtatem, ſeruit potius vni eccleſiæ, quam alij.

Ex quo infertur primo, quod aliqua alienatio rei eccleſię per Papā facta, eſt iuſta, & valida, aliqua valida, ſed non iuſta, aliqua verò nec iuſta, nec valida. Iuſta, & valida eſt, quæ fit iuſta de cauſa; valida, ſed non iuſta eſt, qua ſine iuſta cauſa res vnius Eccleſiæ in aliā; vel alios pios vſus transfertur. Illa verò neq; iuſta, neq; valida, qua Papa ſine iuſta cauſa rē eccleſiæ ſtabilem in laicos, profanos vſus alienat.

Secundo infertur, quod licet ablatio beneficij eccleſiaſtici à Papa ſine iuſta cauſa facta ſit iniuſta, & eam faciendo Papa peccet contra vim ſuæ legis directiuam, vt ſentit lex digna vox. *C. de legib. & c. cum omnes. de conſt.* & fortius *c. iuſtum. 9. diſt.* & late tradit vterque *Thom. 1. 2. q. 96. a. 5. ad 3.* eſt tamē valida, ita quoad per eam perdit verū titulum is cui aufertur: & eum quærit is cui confertur: qm̄ id nō facit cōtra legem nālem, vel diuinā, quum dominium omnium bonorum eccleſiaſticorum ſit penes Chriſtum, & Papa ſit eius ſummus Vicar. & procurator; & per eius diſpoſitionē humana immediatā, vel mediatā ſint cōſtituta omnia beneficia pro eccleſiaſticis perſonis Chriſto ſeruientibus, auferendo beneficium ab vna eiuſmodi perſona, & cōferendo illud alij ſimili, nō videtur facere cōtra legem, & diſpoſitionē diuinā, ſed tm̄ cōtra ſuam, vel prædeceſſorum, quæ humana eſt, & non ligat eū quoad vim coactiuam qua ſit, vt actus factus cōtra eam valeat, licet princeps eū faciendo malefaciat, & peccet, *l. princeps ff. de legib. & c. propoſuit. de cōceſſ. preb.* & vterq; *Thomas* vbi ſupra. Pro quib. facit illud ſimile, quod aliqua Papę diſpenſatio eſt iuſta & valida, aliqua nec iuſta nec valida, aliqua valida, ſed non iuſta. Diſpenſatio. n. Papæ, qua iuſta de cauſa diſpenſat circa legē diuinam, & naturalē, vt in voto, vel iuramento, eſt valida, & iuſta. *c. 1. & c. magna & c. ex multa. de vot. & c. 1. & c. verū. de iureiur.* & etiam illa, qua diſpenſat circa ſuam legem, cū cauſa iuſta *1. q. 7. c. requiritis. cū gloſ. mag. in §. niſi rigor ſub eo poſito c. neceſſaria. & alijs. c. ſeq.* diſpenſatio verò ſine iuſta cauſa circa legem diuinam, vel naturalē nec eſt valida, nec iuſta *cap. non eſt. iuncta gloſ. de vot. c. quanto. iuncta gloſ. de iureiur.* illa verò qua diſpenſat circa ſuam legem, vt ſuper impedimentis matrimonij, quæ ſunt hodie fere omnia legis canonicæ, ſine cauſa valet quidem, ſed nō eſt iuſta; quia licet lege ſua, vel prædeceſſorum ſuorum non ligetur quoad vim coactiuā, quæ cū faciat dignum pœna humana, & quæ actum eius infirmet, iuxta prædictā *l. princeps. ff. de legib. c. propoſuit. de conceſſ. preb.* ligatur tamen quoad vim directiuā, quæ facit eū dignū aliqua pœna apud Deū, & actum eius minus rectum, iuxta præfatam *l. digna vox. C. de legib.* & alia præcitata, vbi *Caiet.* declarando profunde prędicta, cōcludit legislatorem ligari ſua lege quoad forum conſcientiæ, & quoad hoc, vt dicatur malefacere, ac peccare.

Tertio infertur, quod eccleſia, cui applicatur, vel vnitur per Papā, res alterius eccleſiæ, vel altera eccleſia ſine iuſta cauſa, ſalua cōſcientia, & ſine peccato eā retinere poteſt; licet Papa in vniendo & applicando peccaſſet; quia valuit vnio & applicatio, licet eſſe iniuſta per prædicta & per *l. iuſte poſſidet § auth. præt. poſſ. ff. de acq. poſ*

Quarto infertur, quod laici etiā ſi ſint Comites, & maiores eis, quibus per Papam cōferun-

ſeruntur aliquē bona eccleſiaſtica, ſine
iuſta cauſa non poſſunt ea, bona conſcien-
tia retinere, quia conceſſio illa non fuit
iuſta, neque valida; quia contra legem na
turalem, vel diuinam ſine cauſa facta, vt
prædictum eſt.

Quinto, quod is cui collatum eſt benefi-
cium eccleſiaſticum ablatum alicui per
Papam ſine culpa, & ſine cauſa iuſta,
abſque tamen ſurreptione, vel obreptio-
ne, bona conſcientia poteſt illud retine-
re; quia ablatio illa valuit, licet fuiſſet
iniuſta; & ita non deeſt ei canonica in-
ſtitutio, ſine qua beneficium licitè obti-
neri non poteſt *cap. 1. de reg. iur. lib. 6.*
& cap. 1. de eo, qui mit. in poſſ. cauſa rei
ſeruan. eod. lib.

Contra tamen hoc eſt argumentum fortiſ-
ſimum ſupra tactum, quod Papa non
poteſt tollere contractum, qui iure natu-
ræ ſeruandus eſt *l. 1. ff. de pact. ſine iuſta*
cauſa, cap. 1. de probat. & cap. 1. §. notan-
dum. qui feud. dar. poſ. adeo quod ſubla-
tio eius eſt iniuſta, & inualida, ſecundum
omnes, & inter beneficiarium, & eccle-
ſiam, vel beneficium, contrahitur quod-
dam matrimonium ſpirituale, *cap. niſi §.*
intueri, de renunt. & cap. quanto. & cap.
inter corporalia de translat. prælat. conſe-
quenter non valet ablatio beneficij ſine
culpa, & ſine iuſta cauſa facta, ſed reſpō-
detur, quod licet collatio, & acceptatio
beneficij, habeat quandā ſpeciem contra-
ctus, nō tamen eſt verus cōtractus, ſed eſt
potius inſtitutio, & deputatio cuiuſdam
perſonæ eccleſiaſticæ ad ſeruiēdum Deo
in illo, vel illo loco pro tempore, quo il-
los, vel illos redditus percipiet: & quam-
uis malefaciat Papa reuocando illam de-
putationem ſine aliqua cauſa, valet tamē
reuocatio; ſicut & multi, qui conſtituunt
procuratores ad contrahenda matrimo-
nia, frequenter reuocando ſine cauſa mā-
data malefaciunt, valet tamen reuocatio,
cap. ſi de procu. lib. 6. quod ad alia late
declarat inter alios, *Fel. in cap. ex parte*
Decani. de reſcript. & ſicut Rex depu-
tans Auditores in ſuis prætorijs, quæ can
cellarias, parlamenta, vel rotas vocant,
& Præſides ciuitatum, & Gubernatores
prouinciarum, aliquando male reuocet,
propter falſas informationes, vel malos
fines, reuocatio tamen tenet, & perdunt
ſuos titulos, & qui eis ſubſtituuntur ve-
ros titulos accipiunt, & iuſtè poſſunt eis
vti, donec reuocentur, ſecundum omnes.
Sicut item Papa, & alij Principes paſſim
conſtituunt Iudices; & commiſſarios de-
legatos, & aliquando ſine vlla cauſa, &
non ſine aliqua eorum iniuria reuocant,
peccant quidem, & male faciunt, *arg. c. vt*
debitus honor. de appel. nemo tamen di-
cet reuocationem non valere, iuxta *l. iu-*
dicium ſoluitur. ff. de iudic.

Sexto infertur, opinionem ſupradictā *Dom.*
in d. cap. ſi gratioſe. de reſcri. lib. 6. & pluri-
9 morum eius ſequacium, nēpe quod om-
nia beneficia eccleſiaſtica ſunt manualia
Papæ; & quod poteſt auferre, & conferre
illa pro libito ſuo, partim falſam eſſe, par-
tim veram, falſam quidem, intelligendo,
quòd iuſtè, ac ſine peccato poteſt id face-
re. Verā tamen intelligendo quod factum
tenet, ſi fecerit, quæ eſt noua, & vera re-
ſolutio, & doctorum omnium concordia.

Septimo infertur, quod de rigore iuris Pa-
pa, qui pro libito ſuo ſine culpa, & cauſa
tollit beneficiū alicui, & Rex qui ſine cul
pa, & cauſa tollit officia prædicta, nō vi-
dētur teneri ad reſtituendū dānū, quod ob
id patiūtur ijs, quibus illa ſic tollunt, licet
in eo peccēt, quia nō peccant cōtra leges
veræ iuſtitiæ, cuius ſolius violatio obligat
ad reſtituendum, vt efficaciter probaui-
mus in *præd. tract. de red. q. 2. mon. 2. & 3.*
quoniā non tollunt eis ea, quæ vere ſunt
eorū; ſed potius ea, quæ ſunt ſua, vel quo-
rum liberā adminiſtrationē habent, neq;
in eiuſmodi ablatione violant ius natu-
rale, vel diuinum, ſed tm̄ ſua iura humana
quibus ſtatutum eſt eiuſmodi collationes
eſſe debere perpetuas, & irreuocabiles,
niſi culpa, vel cauſa intercedat, *cap. præ-*
cepta 55. diſt. et c. ſatis peruerſū 56. diſt. et
c. inuentum. 16. q. 7. Dixi, de rigore; nā de
æquitate, & tanquā peccantes contra le-
ges charitatis, quibus tenemur diligere
proximos, ſicut nos; & non facere alteri,
quod nolumus nobis fieri, *1. diſt. in princ.*
et c. charitas. 2. § ſi de pæni. diſt. 2. aliquā
compenſationem deberent facere. Per
quod videtur ſatis reſponderi poſſe repli-
cationibus, quæ cōtra prædicta fieri po-
terant, quas breuitatis gratia non expli-
co, ſimul differo in finem huius com-
mentarij rationem, qua iuſtificatur Bul-
la fælicis recordationis Pij Quinti, nunc
hoc commentario ad finem perducto edi-
ta, ſuper venditione cenſuum, & penſio-
num debitarum eccleſijs, ſine prælatorū
earum conſenſu, ſeù ſuper affrancatione
bonorum eccleſiaſticorum,

SVMMARIVM.

1 *Papa non ſolum non poteſt iuſte ſine cau*
ſa alienare prædia Eccleſiæ Roman. ſed

Digitized by Google

neque vſumfructum eorum.

1 *Eccleſiaſticum prædium in emphyteoſim perpetuam dari non poteſt, neque in vſumfructum ad longum tempus.*

2 *Papa & alij beneficiarij quomodo poſſunt alienare iuſta fructus beneficiorum collectos, & colligendos ſine iuſta cauſa, & ſolennitate.*

3 *Papa ſicut non poteſt bona eccleſiarum inferiorum iuſte alienare ſine iuxta cauſa, & conſenſu beneficiariorum, ita nec eorum.*

§. 4.

1 OCtauo noto, Papam non ſolum non poſſe ſine iuſta cauſa alienare prædia eccleſiæ Romanæ, & aliarum pro libito, ſed neque etiam vſumfructum eorum, per quod ampliari videtur prædictum *ca. nulli. de reb. eccl. non alienan.* vt non ſolum non poſſit prædium eccleſiaſticum dari in emphyteoſim perpetuam, vt ibi dicitur, ſed neque vſumfructum, quod eſt intelligendum, cum vſusfructus conceditur ad vitam, vel ad longum tempus, iuxta *clem. 1. de reb. eccl. non alien. & extrauag. 1. eod. tit.* ſupra citatam, & declaratam in *glo.* ſummæ huiuſmet quæſtionis *annot. 1. & annot. 10. num. 14.* per quas vetatur locatio, vel venditio vltra triennium, ſed cõceditur vt poſſit fieri ad triennium, & eadem ratione videtur concedendum, poſſe ad tãtumdem tempus dari vſumfructum prætio vel gratuito.

2 Nono ex eodem canone, à contrario ſenſu, & ex proximo notabili poſſe Papam, & alios beneficiarios alienare fructus ſuorum beneficiorum tam collectos, & etiam colligendos, vſque ad modicum tẽpus, iuxta prædictam *clem. 1. de reb. eccl. non alien. & præd. extrau. 1. eod. tit.* ſine iuſta cauſa, & ſolemnitate per præfata *ca. veſtra de locato, & cap. querelam. ne præl. vic. ſuas. & d. clem. 1. de reb. eccl. non alien.* & prędictam *extrauag. eod. tit.* Tũ quia ſimile facere poſſunt tutores de fructibus rerum pupillarium, qui ſeruando, ſeruari non poſſunt, *l. lex quæ tutores. C. de adminiſt. tut.* Tum quia iure requirentia iuſtã cauſam, & ſolennitatem in alienandis bonis eccleſiaſticis, loquuntur de bonis ſtabilibus, & prætioſis mobilibus, quæ ſeruando ſeruari poſſunt, vt videre eſt in hoc *cap. & in cap. ſine exceptione, infra eadem q. & per totam hanc quæſt. & in prædicto capitul. nulli. & per totum tit. de reb. eccl. non alienan.* & conſequenter à contrario ſenſu tacite ſignificant, requiri talem cauſam & ſolennitatem in fructibus eorum; quod argumentum valet *leg. 1. ff. de officio eius. cui man. eſt iuri. & capitulo cum Apoſtolica, de his quæ fiunt à præl.*

3 Quæ omnia vera quidem ſunt, & recepta, indubieq; procedunt quoad cauſam & ſolemnitatem, quas iura requirunt ad hoc vt alienatio rerum eccleſiæ valeat; ad hoc tamen vt etiam illa alienatio fructuum ſine peccato fiat, ſi res altius perpendatur, requiritur vt ipſa actualiter vel virtualiter referatur in cauſam ſeſe honeſte ſuſtentandi, vel faciendi opera pia, præſẽtia, vel futura; nam ratio qua nititur hoc *cap.* cum alijs præcitatis, illa eſt, quod bona deputata in ſuſtentationem neceſſariã vel decoram, alicuius eccleſiæ, & beneficiariorum eius, non debet conuerti in vſus profanos. At conſtat quod fructus eccleſiaſticorum bonorum ſunt eccleſiaſtica bona, & ſacra quartæ ſpeciei ſacrorum, vt poſt *S. Tho. 2. 2. q. 99. artic. 3.* late probauimus in *d. tract. de redit. eccleſ. q. 1. mon. 39. et 40.* & in *Apolog. præfata, quæ. 1. mon. 23. et 24.* ergo eadem ratione non debent alienari fructus prædiorum eccleſiaſticorum ſine relatione actuali vel virtuali ad ſuſtentationem honeſtam, vel opera pia, præſentia, vel futura. Dixi, virtuali; quia non oportet licet eſſet melius, quod beneficiarius actualiter referat pretium fructuum ſuorum, cum eos vendit, in præfatam ſuſtentationem, & pia opera, ſed ſatis eſt, quod ea mente id faciat, vt ſi interrogaretur, cur eos vendit; vere reſpondere poſſit, quod ad ſuam ſuſtentationem; vel ad alia opera pia; id facit, iuxta ea quæ de relatione actuali & virtuali clarius alijs nuper ſcripſimus, in *comment. capitulo cum miniſter. 23. quæſtion. 5. num. 18.*

Non obſtat, quod iura diuina & humana permittunt venditionem, permutationẽ, & qualibet aliam alienationem præfatorum redituum, ſine vllius cauſæ requiſitione, vt ſupra eſt probatum; cum tamen eadem omnia iura vetent alienari bona ſtabilia eccleſiaſtica ſine cauſa, vt etiam ſupra eſt probatum, non, inquam, hoc obſtat: quia id procedit quoad hoc, vt valeat vel non valeat alienatio, ſed non ad hoc vt ſit iuſta & ſine peccato; quia ſicut ad hoc, vt alienatio bonorum ſtabilium valeat, & ſit iuſta requiritur cauſa neceſſitatis, pietatis vel vtilitatis; vt habetur in *gloſ. ſumma huius quæſtionis, & in annot.*

3. ſuper

3 *ſuper ea facta*; ita & in alienandis fructibus ad hoc vt iuſta ſit alienatio, requiritur, vt actualiter, vel virtualiter fiat cauſa ſuſtentationis honeſtæ, vel alia pia; licet etiam aliter facta valeret; peccaret enim cum obligatione reſtituendi, qui venderet illos ad reponendum pretium, & reponeret in theſauro, vel impenderet in alios malos, vel profanos vſus, vt late probatum eſt in *Apolog. prædicta* quoad peccatum quidem. *q 1. mon. 38.* & quoad reſtitutionem *quæſtion. 2. mon. 7. in dic. verò tract. quæſtion. 1. mon. 48. & quæſt. 2. mon. 7.*

Ex quibus colligitur, quod ſicut datur alienatio rei eccleſiaſticæ immobilis Papæ valida, & non iuſta, vt in ſeptimo notab. dictum eſt, ita frequenter alienatio fructuum rei eccleſiaſticæ, etiam ab inferioribus facta inuenitur valida, & non iuſta.

Decimo noto, quod ex hoc canone, & proximo notabili, & alijs præcedentibus: col-
3 ligitur, radix, ex qua deducenda eſt decifio quatuor dubiorum infra de prædictis ſpolijs proponendorum, videlicet quod ſicut Papa non poteſt bona eccleſiarum inferiorum iuſte alienare ſine iuſta cauſa, in vſus profanos; neq; in pios ab eis in quos eis, & beneficiarijs earum ſunt conceſſa, ſine illorum conſenſu; ita non poteſt etiã reditus eorum. Tum quia in proximo, & ſeptimo notabili concluſum eſt, præfatos reditus eſſe bona eccleſiaſtica & ſacra, & deputata mediate, vel immediate ab ipſo Papa per quoſdam quaſi contractus ſuſtentationi decenti illarum, & earundem beneficiariorum. Tum quia antiquiſſima eccleſiæ Romanæ conſuetudo habet ne Papa accipiat, aut impendat reditus inferiorum eccleſiarum, & earum beneficiariorum in alios vſus, etiam pios, ſine cauſa, pro libito abſque illorum, ad quos pertinent, conſenſu.

SVMMARIVM.

1 *Fragmenta extrauagantiũ quarundam.*
2 *Bona, quæ prælati & beneficiarij regulares relinquunt inconſumpta, ſpolia ſunt.*
3 *Forſan, dictio caſualiter iuxta materiam ſubiectam ſignificat certitudinẽ licet proprie dubitationem importet.*
4 *Verba proprie intelligi debent, niſi aliud conſtet de mente diſponentis.*
4 *Papæ ſemper ea mente fuerunt, vt ſpolia cederent Cam. Apoſt. et non alijs.*
5 *Spolia eccleſiarum non ſolum Italiæ ſed et aliarum prouinciarum Papæ reſeruata.*
5 *Papa immediatius à Deo ſuam poteſtatem accipit, quam Principes ſeculares.*

§. 5.

HIs igitur annotatis, quatuor dubia proponam. Primum, An iure antiquo aliqua ſpolia pertineant ad Papam ſummum Christi Vicarium?

Secundum, An Papa potuit illa ſibi reſeruare?

Tertium, An de facto reſeruauerit, & quæ ſint illa?

Quartum, An conſuetudo contraria excuſet aliquos ab eis Cameræ Papæ non ſoluendis?

1 Ad horum dubiorum reſolutionem, præmitto primo partes aliquas *extrauagantium fæl. recor. Pauli III. Iulij III. Pauli IIII. Pij IIII & Pij V. Pars extrauagantis Pauli III. dat.* Romæ 1541, *tertio non Ianua. Pontific. anno* 8. hic pertinens eſt hæc.

Cum itaque, ſicut accepimus, à nonnullis nimium curioſis, qui iura Cameræ Apoſt. vſurpare, ac Cameram præfatam illis defraudare vellent in dubium redigatur, an res, & bona, ſpolia nuncupata prælatorũ, etiam pontificali, vel alia maiori dignitate fulgentium; cæterarumquè perſonarũ Eccleſiaſticarum, ſæcularium & regularium tempore obitus ipſarum remanentia, ex eo quod Rom. Pon. pro tempore exiſtenti, & Cameræ præfatæ reſeruata fore, aliqua generali Apoſtolica conſtitutione forſan non caueatur ad Cameram prædictam iurè legitimo ſpectare, & pertinere debeant, Nos et ſi ſatis euidenter conſtet, & appareat, prædeceſſorum noſtrorum Romanorum Pont. & noſtram indubiam intentionem, & voluntatem, ſemper fuiſſe, vt ſpolia huiuſmodi ad dictam Cameram, & non ad alios ſpectarent, & pertinerent; & quod pro eadem Camera exigerentur, & recuperarentur cum prædeceſſores præfati, diuerſos dictorum ſpoliorum, vt ad Cameram prædictã ſpect. & pertinentium, collectores, & exactores in varijs prouincijs & locis deputauerint & conſtituerint, & nos deputauerimus, & conſtituerimus, variæque literæ ab eiſdem prædeceſſoribus, & à nobis ſuper exactione aliquorum eorundẽ ſpoliorum, in quibus ſpolia huiuſmodi ad præfatam Cameram ſpectare expreſſe cõtine-

tinebatur, emanauerint, ac ſemper de illis dicti prædeceſſores per pleraſque alias literas, tanquam de rebus, ad Cameram prædictam pertinentibus, donando, vel tranſigendo, aut alias diuerſimode diſpoſuerint, & nos diſpoſuerimus, necnon ea ab antiquiſſimo tempore citra dictæ Cameræ noſtræ nomine exacta, & inter iura ipſius Cameræ connumerata fuerint. Ne tamen præmiſſorum veritas deprimi, & mendacium deſuper in præfatæ Cameræ præiudicium locum ſibi vendicare valeant. Attendentes quod iniquum eſſet, ſi ex Apoſtolicæ ſedis benignitate, vel alia rationabili cauſa ad ſingula quæque loca collectores non deſtinantur, iura ipſius Cameræ propterea depereant, dubiũ huiuſmodi enucleare, ac in præmiſſis opportune prouidere volentes. Motu proprio, & ex certa ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, declaramus, res & bona huiuſmodi, ſpolia, vt præfertur, nuncupata, in quibuſcunque regnis, ac dominijs, tam citra, quam vltra montes, & maria conſiſtentia, quæ pro tempore poſt obitus prælatorum, & perſonarum prædictarum quantumcunque etiam vt præfertur, vel alias quomodolibet qualificatarum, etiam Cardinalatus honore fulgentium, qui vel nullo condito teſtamento, vel abſque ſufficienti facultate, aut vltra quantitatem, de qua facultatem habuerint, condito deceſſerunt, & decedent, remanſerunt, remanent, & remanebunt, etiam quod ad illa recuperandum aliqui collectores deputati non fuerint, ad Cameram Apoſtolicam, & non ad alios, etiã in quibuſuis cathedralibus, etiam Metropol. & collegiatis, ac alijs Eccleſijs, Monaſterijs, cæteriſque beneficijs eccleſiaſticis cum cura, & ſine cura, ſecularibus, & quorumuis ordinum regularibus, qualitercunque qualificatis, ſucceſſores, illa in titulum, commendam, adminiſtrationẽ & alias quomodolibet pro tempore obtinentes, etiam ſi ad illa vigore prioris tituli ius regrediendi, ſeu accedendi, vel ingrediendi conceſſum fuerit, ſpectaſſe, & ſpectare illaque tanquam ad ipſam Cameram ſpectantia, perpetuò colligi, & recuperari potuiſſe, & poſſe, atque debere; ac ita, vt præfertur, eorum prædeceſſorum & noſtram intentionem, & voluntatem ſemper fuiſſe, fidem facimus, & atteſtamur per præſentes. Decernentes ſic, et non aliter per quoſcunque tam ordinaria, quã delegata, & mixta authoritatibus fungentes iudices & perſonas, vbique in quamcunque inſtantia, iudicari, definiri, & decidi debere, ſublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, interpretandi, & decidendi facultate. Necnon irritum, & inane, quicquid ſecus ſuper his, à quoquã quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Quocirca dilecto filio Guidoni Aſcanio Sfortiæ S. Euſtachij Diacono, Cardinali, & in Camerariatus officio ſucceſſoribus committimus, & mandamus, quatenus exactioni & recuperationi ſpoliorum huiuſmodi incumbat & illa ad Cameram Apoſtolicam peruenire, ac præmiſſa ab omnibus inuiolabiliter obſeruari faciant; nec permittant Cameram ipſam, vel eius agentes deſuper modo aliquo moleſtari, impediri, vel inquietari Contradictores. &c.

3 Primo noto in hac extrauag. illa verba, *Regularium &c.* & inferius *Quorumuis ordinum regularibus.* per quæ probatur, quod etiam bona quæ prælati, & alij beneficiarij regulares relinquunt inconſumpta, connumerantur ſpolijs. Idem probat *breue Pij IIII. datum anno* 1560. infra §.7. relatum ibi, *Quarumcumque perſonarum eccleſiaſticarum ſecularium, & quorumuis ordinum regularium. &c.* Idem probat *bulla eiuſdem Pij iiij. data eodem anno*, ibi. *Et quorumuis ordinum regularium &c.* Idem probat bulla eiuſdem, data eodem anno, dum quæſita à religioſis per negociationem illicitam inter ſpolia computat, & paulo infra ibi. *Quorumuis ordinum regularium.* Idem probat *extrauagans Pij V. §.8. dat. ann.* 1565. ibi *Quorumuis ordinum regularium.*

Contra hoc notabile vrget, quod omnia quę acquirit prælatus, vel alius beneficiarius regularis, acquirit Monaſterio, vel Eccleſiæ, cuius eſt beneficiarius; quum non poſſit ſuæ perſonæ quicquam quærere, *c. cum olim. 2. de priuileg.* vbi late *Innocen.* receptus ab omnibus. *cap. in præſentia de probat. auth. ingreſſi C. de ſacroſ. eccleſ. cap. non dicatis* 12. q. 1. vbi *gloſ.* celeberrima, & receptiſſima habet, regularem non eſſe dominum etiam veſtis quotidianæ qua veſtitur, nec eam poſſidere nomine ſuo, inſtar ſerui, *l. id veſtimentum. ff. de pecul. & l. quod ſeruus ff. de acq. poſſ.* & latius tradimus in *d. tract. de redit. quæſt.* 1. *mon. 7. et ſeq. et in Apolog. prædicta. quæ.* 1. *mon. 9. vſque ad* 18. & conſequenter omnia videntur eſſe impenſa, & inſumpta ante mortem illorum, tanquam quæ ſunt quæſita monaſterijs, & eccleſijs eorum: ergo non poſſunt dici ſpolia, per definitionem

tionem

tionem ſupra dictam in §. primo, num. 2.

Item, ea quæ prælatus ſecularis donat eccleſiæ in ſua vita eo mortuo non cenſentur ſpolia; quia eo viuente iam fuerunt alij quæſita, & ea quæ beneficiarij regulares quærunt, quæruntur monaſterijs, eccleſijs, vel beneficijs eorum ante mortem illorum, vt dictum eſt; ergo non poſſunt dici ſpolia, quæ dicuntur ſola illa quæ nõ fuerunt impenſa, & quæſita aliis, viuentibus ipſis beneficiariis,

Tertio, quod etiam in eccleſijs ſecularibus, in quibus prælatus & Capitulum omnia habent communia, & nullam menſam ſeparatam, & omnia regunt, & diſpendunt ſimul; ita quod ſolus prælatus ſine Capitulo, vel aliquibus deputatis ab eo, quos hi diſcretos alibi cõſiliarios appellant nihil inſumit, præterquã duo, vel tria, vel 5. ſcuta, quæ poteſt dare ſingugulis mẽſibus pauperibus, vt ſeruatur in omnibus monaſterijs S. Hieronymi in Hiſpania, & etiam in Dominicanis habentibus bona ſtabilia, qualia multa habent Salmanticæ in monaſterio S. Stephani, & Pinciæ S. Pauli, & collegio S. Gregorij mortuis prælatis, nulla videntur remanere ſpolia; licet multa ſupereſſent reliqua ſuſtentatis conuentibus, & alijs omnibus oneribus, eo quod omnia illa iudicantur acquiſita talibus eccleſijs viuentibus adhuc prælatis, ergo à fortiori quæſita per prælatos & alios beneficiarios regulares, non cenſebũtur ſpolia, cum ipſo iure ante mortem illorum ſint quæſita monaſteriis, & eccleſiis vel beneficiariis eorum. Poſtremo quod nemo audiuit priores regulares Chartuſianorum nec Hieronymianorũ, nec Dominicanorum, nec aliorum ſimilium, qui vna cum Capitulis ſuis bona omnia monaſteriorum eo modo quo dictum eſt adminiſtrant, cenſeri relinquere aliqua ſpolia, etiamſi tempore mortis eorum multa inueniantur in arcis trinarum clauium reliquata.

Ad hæc argumenta viſum fuit primo aſpectu reſponderi poſſe, quod extrauagans hæc ſolum habeat locum in beneficiariis regularibus habentibus menſas ſeparatas, & reditus ſeparatos à menſis, & reditibus monaſteriorum & conuentuũ, & eccleſiarum ſuarum, & non in aliis; quæ tamen reſponſio, non videtur firma, Tum quia eadem ratio idem videtur cõcludere in iſtis, ſicut in illis: quia etiam in iſtis habentibus menſas ſeparatas, & reditus ſeparatos, omnia quæ illi quærunt quæruntur monaſteriis, vel eccleſiis per prædicta. Tum quia conſequeretur nulla ſpolia relinquere prælatum regularem, qui ſolus adminiſtraret aliquam abbatiã ampliſſimam, & tempore mortis ſuæ ſuſtentato conuentu ſuo, & omnibus oneribus, relinqueret decem millia ſcutorum reliquata. Conſequeretur item, quod cõmendatarius, cui commendata eſſet huiuſmodi Abbatia, quam ipſe ſolus gubernaret, nulla poſſet relinquere ſpolia; quia nullam menſam, nec reditus ſeparatos à menſa, vel reditibus conuentus & eccleſiæ haberet, quod videtur contraire menti huius *extrauag.*

Quare videtur dicendum, hanc extrauagantem intelligendam eſſe de omnibus prælatis, & beneficiariis regularibus tam non habentibus menſas ſeparatas, quàm habentibus, qui ſoli ſine Capitulis, & diſcretis vel deputatis ab eis conſiliarios, ſeù diſcretos eorum poſſunt diſpendere reditus ſuos abſque limitatione. Et poteſt aſſignari illa ratio diuerſitatis, quod licet quæſita per hos quærantur monaſteriis, & eccleſiis, ſicut quæſita per illos; hi tamen poſſunt in vita pauperibus, & operibus piis impendere illa ſoli, ſine vllius alius conſenſu, & ita ſunt reuocabiliter quæſita, Alii verò non poſſunt diſpendere illa iam quæſita; quod facit vt non cenſeantur ſpolia: ſicut in ſimili, bona ſtabilia, ſiue immobilia quæſita per beneficiarium ſecularem, & donata eccleſiæ in vita eius non cenſentur ſpolia, licet ſic quæſita & nondum donata eccleſijs, vt late concluſimus in *præd. tract. de red. quæ. 1. mon. 47. & in Apolog. prædicta q. 1. mon. 37.* ratio huius rationis eſt, quod libertas illa quam habet beneficiarius regularis diſpendendi quæſita ex reditibus ſuis dũ viuit, ſine vllius alterius conſenſu, facit, vt quadamtenus non videantur quæſita ſuis monaſteriis, & eccleſiis, quàmuis re

4 vera ſint quæſita; ſicut & res legata nondum acceptata, quæritur quidem legatario ipſo iure, à morte teſtatoris, ſequuta hereditatis aditione *l. à Titio. ff. de furt.* ſed reuocabiliter ante acceptationẽ, poſt eam verò irreuocabiliter.

Secundo noto illa verba. *Forſan non caueatur.* per quæ ſignificatur, non eſſe certum, quod per aliquam conſtitutionem Apoſtolicam ad Paulum vſque III. editam,

3 clare Sedes Apoſt. reſeruauerit ſibi, & ſuæ Cameræ prædicta ſpolia: quia verbũ, forſan, ſignificat dubitationem *l. 1. §. 1. ff. de rei vend. adiuncta gloſſ.* & quamuis reſponderi poſſit, quod caſualiter iuxta materiam

teriam ſubiectam ſignificat certitudinē, vt reſoluit *Fel.in cap. accedens* 1. *col.*5. *vt lite non conteſt.* & quod ita capitur hic iuxta illud, *Sub dubio forte reſpondent ſæpe perriti.* citatum à *gloſſa l. ſi duo. ff. de arbit.* non tamen videtur occurrere hic talis materia ſubiecta, ratione cuius verbum prædictum, quod proprie dubitationem
4 ſignificat, debeat impropriari, quum verba proprie debeant intelligi, niſi quando conſtat aliud de mente diſponentis *leg. non aliter ff. de leg.* 3 *& capit. ſi. de verbo. ſignif.*

Tertio noto verba illa, *Euidenter appareat. & illam noſtram indubiam intentionem. &c.* per quæ ſignificatur, omnes Romanos Pontifices ſemper fuiſſe ea mente, & intentione, vt præfata ſpolia cederent Cameræ Apoſtolicæ.

Quarto noto illa verba, *& non ad alios.* per quæ ſignificatur, prædicta ſpolia ita pertinere ad Cameram Apoſtolicā, vt ad alios non pertineant, & conſequenter in eis nō eſſe locum *capit. quia ſæpe. de elect. lib.* 6. quatenus per verbum, dimiſſa, ſignificat illa eſſe reſeruanda futuro ſucceſſori, de quo infra pauca.

5 Quinto noto illa verba. *Varijs Prouincijs & locis* per quæ docetur, non ſolum ſpolia eccleſiaſticorum Italiæ, ſed etiam aliarum prouinciarum, fuiſſe, ac eſſe reſeruata Papę; quod confirmatur, eo quod eadem ratio idem iuris in omnibus ſuadet, *leg. illud. ff. ad legem aqui. capitul.* 2. *de transl. præl.* & clarius hoc exprimitur paulo poſt ibi *In quibuſcumque Regnis, & Dominijs, tam citra, quam vltra montes, & maria, &c.*

Sexto noto illa verba, *variaq; literæ etc.* per quæ apparet, quod licet Romani Pontifices per conſtitutionem generalem expreſſam non reſeruauerint ſibi ſpolia, per alias tamen literas declararunt illa ad ſe pertinere, quod ſufficere videtur, *arg. cap. ſi Romanorum* 19 *diſt. & §. ſed et quod Principi placuit legis habet vigorem. Inſtit. de iure nat. gent. et ciuil.* qui §. tanto magis locum habet in Papa totius Eccleſiæ Romanæ Principe, quam in alijs ſecularibus Principibus, quanto immediatius accipit ipſe ſuam poteſtatem à Deo, quam illi, & quanto liberiorem, quam illi. *capit. quodcumque* 24. *quæſtion.* 1. *capit. in nouo.* 21. *diſtinct. et capitul. cuncta per mundum.* 9. *quæſtion.* 3. *cum notatis in capitul.* 1. *de conſtitu.*

Septimo noto illa verba, *Declaramus etc.* vſque in finem, per quę palam edicitur, quod non ſolum ſtatuit, ſed ſtatutum eſſe declarat, omnia ſpolia eccleſiaſticorum, non ſolum ſecularium, ſed etiam regularium, non ſolum minorum & maiorum, ſed etiā Patriarcharum, & Cardinalium, non ſolum in Italia, ſed etiam vbique gētium, citra & vltra montes, & maria: etiā ſi relinquunt ſucceſſores per regreſſum & coadiutorias, ſpolia inquam, non ſolum futura, ſed etiam pręterita & præſentia, ſpectare, ac ſemper ſpectaſſe ad S. Sedem Apoſtolicam, & ita ſpectare, vt non ſpectent ad alios. An tamen aliqua ratione defendi poſſit illud quod contra hoc ſeruari videmus in Hiſpania in ſpolijs aliorum quàm Epiſcoporum, & in Luſitania, & Gallia, etiam in ſpoliis Epiſcoporum, in deciſione 4. dubij dicemus.

Octauo noto illa verba, *Irritum et inane.* per quæ conſtat, præfatam extrauagantē munitam eſſe decreto irritante, cuius magna eſt virtus, vt traditur in *capitul.* 1. *de conceſ. præb. lib.* 6. *et in capitul. cum acceſſiſſent. de conſtitu. et in capitul. ai lecto. de præb.* & in eis declarant Doctores. Quæ an impediat conſuetudinem contrariam dicetur in prædicto quarto dubio.

SVMMARIVM.

1 *Bona immobilia ex reditibus Eccleſia comparata manent eiuſdem naturæ, cuius ſunt reditus.*

2 *Bona Eccleſiæ incorporata non computantur inter ſpolia, nec alia ſibi e donata.*

3 *Teſtari duabus rationibus impeditur Religioſus.*

4 *Bona immobilia de reditibus eccleſiaſticis per beneficiarios empta non omnia ipſo iure fiunt eccleſiarum.*

5 *Teſtari iure nequit beneficiarius de reditibus eccleſiaſticis ſiue ſimplicis ſiue curati beneficij, neque ad pia, neque ad prophana.*

5 *Lex maiore cum deliberatione conditur, quam fiat commiſſio.*

6 *Conſuetudinem vbique gentium eſſe, vt beneficiarij pro libito de ſuis reditibus donent, vel relinquant in vita. et in morte, vt quidam aſſerunt, verum non eſſe.*

7 *Papæ debentur fructus eccleſiarum menſarum Patriarchalium, Metropolitanarum, et cet. à die vacationis, vſque ad diem prouiſionis.*

7 *Verba* volumus, & decernimus *ius novum important.*
7 *Spoliorum nomine quæ veniant.*

§. 6.

IVlij verò III. extrauagantis pars huc pertinens, datæ anno 1549. ſexto Idus Martij, Pontiſ. anno 1. eſt hæc.

Cupientes, vt alma vrbs noſtra, in qua bea-
1 tus Petrus Apoſtolorum princeps ſibi, & ſuis in Chriſti vicariatum ſucceſſoribus ſedem conſtituit, & ad quam, veluti communem ciuium fidelium patriam frequens eſt hominum acceſſus, ſpecialibus fauoribus, & prærogatiuis decoretur, & qui illam pro tempore incolunt, ſeù Romanam curiam ſequuntur, tam in his quæ ad victum pertinent, quàm in ſuorum diſpoſitione bonorum, & poſt eorum obitum hæredes ſui in eorundem bonorum aſſecutione plena libertate fruantur, & vrbis decori, ac curiæ prædictarum frequentiæ, necnon vrbem incolentium, & curiam huiuſmodi inſequentium indemnitati conſulatur, Motu proprio & cet. Et inſuper auctoritate, & tenore prædictis, ſtatuimus & ordinamus, quod de cętero perpetuis futuris temporibus, omnes & ſinguli vrbis incolæ, ſeù curiam huiuſmodi inſequentes cuiuſcumque dignitatis, ſtatus, gradus, ordinis, præeminentiæ vel conditionis exiſtant, etiam ſi Cardinalatus honore, aut Patriarchali, Archiepiſcopali, Epiſcopali, Abbatiali, vel quauis alia eccleſiaſtica ſeù mundana dignitate præfulgant, ſi eos in dicta curia, ſeù eius diſtrictu, decedere contigerit, de omnibus, & ſingulis eorum immobilibus, mobilibus, & ſe mouentibus bonis, pecunijs, iocalibus, iuribus, actionibus, & rebus alijs in dicta vrbe, & eius diſtrictu pro tempore conſiſtentibus, & per eos etiam ex fructibus, reditibus; & prouentibus eccleſiarum, monaſteriorum, & beneficiorum eccleſiaſticorum, cum cura, & ſine cura ſecularũ, & quorumuis ordinum regulariũ quomodocunq; & qualitercunq; qualificatorum, per eos etiam quibuſuis conceſſionibus, & diſpenſationibus Apoſtolicis in titulum, vel commendam, adminiſtrationem, ſeù alias quomodolibet obtentorũ, aut alias licite tamẽ acquiſitis cuiuſcunq; quãtitatis, qualitatis, ſũmę, valoris & pretij ſeù cõditionis exiſtãt, etiam ſi talia ſint, q̃ ſub generali verborũ expſſione nõ cõprehẽdãtur, ſed ſpeciali nota digna ſint, tã donatione inter viuos, & cauſa mortis, quam teſtamento, codicillis, fideicõmiſſis, legatis quauis alia vltima voluntate in fauorem conſanguineorum, & affinium ſuorum, & quarumuis aliarum perſonarum, etiam penitus extranearum ac de iure incapacium ſeù alias prohibitarum etiam diuitum, & potentium ac naturum ſuorum illegitimorum ſeù ſpuriorum ac collegiorum vniuerſitatum eccleſiarum, & locorum piorum, & non piorum diſponere illaque eis donare, concedere relinquere, & erogare ac in eis conſanguineos affines, & quaſuis alias perſonas ac natos etiam, vt præfertur procreatos necnon collegia vniuerſitates eccleſias, & loca hæredes particulares, & vniuerſales pro libito eorum voluntatis inſtituere libere, & licite valeant; Quodque ſi Vrbis incolæ, aut curiam huiuſmodi ſequentes, ab inteſtato deceſſerint eorum bona pecunia iocalia iura actiones, & res huiuſmodi non ad nos, & pro tempore exiſtentem Romanum Pont. aut Camarã Apoſt. ſed ad ipſorum pro tempore decedentium proximiores agnatos, & alios qui eis niſi beneficiati eſſent de iure ſuccedere deberent alias iuxta iuris cõmunis diſpoſitionem libere deuoluãtur, nec per Cameram prædictam aut pro ea agentes etiam prætextu quod hæredes præfati in curia nõ exiſtant, aut quod aliqui eiſdem defunctis ſanguine cõiuncti in eadẽ Vrbe non reperiãtur, vel alias timore dilapidationis bonorum pecuniarum iocalium, & rerum huiuſmodi occupari aut inuentariari poſſint; ſed ſi hæredes præfati in Curia non fuerint aut aliqui eiſdem pro defunctis ſanguine coniuncti in vrbe non reperiantur tunc & eo caſu bona, & pecuniæ ac alia huiuſmodi, per ad id pro tẽpore deputatos ſingularũ nationum, quarum ipſi defuncti apprehendantur, & iuxta iuris formam inuentarientur, & ſub fideli cuſtodia, & eiuſdem hæredibus conſeruentur. Diſtrictius. &c.

Primo noto in hac extrauag. verba principij, per quæ ſignificatur rationes ob quas magnæ curæ eſſe debet Pontificibus Romanis, eiſdeque Maximis, Roma, & eius decor, ac frequentia, concordat *cap. fundamenta de elect. lib. 6.*

Secundo noto illa verba, *Immobilibus, mobilibus, & ſe mouentibus*: per quę probatur, quod bona immobilia empta ex reditibus beneficiorum à beneficiarijs
2 nomine proprio, & non nomine eccleſię, non fiunt, ita ipſo iure Eccleſiæ, vt

non poſſit alienari per beneficiarios, quam alia bona eccleſiæ antea incorporata; imo manent eiuſdem naturæ, cuius ſunt reditus ex quibus comparantur, ita quod perinde diſponere poteſt, de illis beneficiarius ac potuiſſet de illis reditibus: quod in *præd. tracta. de reditib. eccleſ. quæſtion 1. mon. 47. & in Apolog. quæſtion 1. mon. 37. contra N. tenuimus* vides enim quod ſummus Pontifex computat illa inter ſpolia, inter quæ tamen non computantur bona eccleſiæ incorporata. Concordant in hoc literæ aliæ Pauli IIII. datæ anno 1556. 8. Februarij infra relatæ, vt ibidem inſinuamus, & etiam literę Pij IIII. datę anno 1560. trigeſima Iulij, quibus declaratur, idem eſſe dicendum de reædificatis, refactis, & reſtauratis, quod intelligendum videtur de pretio in reædificatione, & refectione inſumpto; nam non poteſt intelligi de re principali refecta, quum potius refectio debeat cedere refecto, quam è contrario refectum, refectioni, *argumen. §. cum in ſuo. & §. cum ex alienat. Inſtitut. de rer. diui.* per quos etiam videtur intelligendum de refectione facta in ipſiuſmet beneficiarij bonis, vel facta in alieno ſine animo donandi; quia donata in vita non cedant ſpolijs ſaltem illa quę iuſte donantur, per ea quę adduximus in *præd. trac. de red. eccl. q. 1. mo. 47. et ſeq. et in apol. q. 1. mo. 37.* quę ampliatio, & declaratio addēda eſt prędictia vbi ſupra vbi etiā extrauagās hęc citata fuit.

Tertio noto ex illis verbis, *Motu proprio* &c. quæ mirabilem continent donanandi, & teſtandi facultatem de reditibus eccleſiaſticis conceſſa à ſancta ſede Apoſt. concedit enim eis, ſiue ſint incolæ, ſiue aliæ Curiam ſequentes, ſiue ſint paruæ, ſiue magnę conditionis, etiam Cardinales: & quod poſſunt diſponere per donationes inter viuos, & quaſcunque vltimas voluntates, & in perſonas capaces, & incapaces, in diuites, & pauperes, in pia, & non pia, in cognatos & extraneos, & natos ſuos etiam illegitimos, & ſpurios pro libito eorum; quamuis quod ait de natis illegitimis videretur tollendum; quia videtur præbere occaſionem delinquendi, per ea quæ adducuntur à *Fel. in cap. fin. num. 13. de conſtit.* etſi vtcunque defendi poſſit, per ea quibus Philip. Dec. defendit quoddam primo genium ſiue maioratum, in quo illud inſtituens poſuit clauſulam, vt deficientibus legitimis, ſuccederet in eo illegitimus: & ſucceſſionis alioquin incapax, de Regis licentia, & facultate ſuccedendi facta inſtituenti, vt eam apponere poſſe, in *conſi. 271. col. pen.* & quibus ſtatutum ſimile defendit *Calder. conſi 4. de conſti*, quem ſequitur *Nicol. de Vbaldis tract. de ſucceſ. ab inteſt. col. 11. num. 41* nam licet per reſponſionem eorum, tollantur ea quæ vbi ſupra *Felin. citat* quoad primogenia laicorum: tamen quoad hoc ſatis concludunt debere adimi talem facultatem eccleſiaſticis, licet quoaduſque tollatur ſeruanda erit, per rationes Decij vbi ſupra redditas. Quam tamen ſublatam eſſe à *fel. rec. Pio V.* vidi poſt hæc ſcripta in bulla eius, ſuper reuocatione facultatum relinquendi illegitimis de bonis eccleſiaſticis hoc eodem anno 1571. edita. cuius tenorem infra §. vltimo, cum aliquot adnotationibus de verbo ad verbum inſeram.

Quarto noto illa verba, *Quorumcunque*
3 *ordinum regularium*. & moneo, quod non ſignificant, vt quidam putant, quod regularis moriens in curia teſtari poſſit; ſed ſolum quòd prædictæ perſonæ poſſunt teſtari de reditibus beneficiorum etiam regularium, & ex eis quæſitis ſublato enim impedimento vno, non tollitur aliud *capitul. ex tuarum. de author. & vſu pal. leg. ſi domus. ff. de ſeruit. vrban. præd.* At religioſus duobus impedimentis arcetur à teſtando de reditibus eccleſiaſticis, videlicet religionis, & naturæ redituum eccleſiaſticorum; per hanc autem extrauagātem tollitur quidem poſterius, quod ex natura redituum naſcitur, non autem prius, quod ineſt religioni. Vnde alia *extrau. Pauli IV.* paulo poſt relata, expreſſe reſtringit hoc ad clericos ſeculares.

Quinto noto, quod hæc extrauagās videtur probare quod Papa poteſt iuſte facere facultatem teſtandi pro libito beneficiarijs de ſuis ſpolijs, & reditibus eccleſiaſticis; etiā in diuites, & potentes, cognatos, & extraneos ſine vllo pietatis vel paupertatis intuitu. Cuius contrarium probauimus nos in dicto *tract. de red. q. 3. mo. 6. & in d. Apolog. q. 3. mo. 6. nu. 8.* vbi & in *ead. q. mo. 3* reſpondimus *extrauag. Pij IIII.* idipſum quod hæc formaliter continenti quam infra §. 7 refero, omiſſa parte quę id continet. Quo eodem modo reſpondendum eſt huic, nempe, quod ea facultas intelligēda eſt quoad forum exterius tantum; quoniam facta fuit, ad tollendum

grauiſ-

Digitized by Google

grauiſſimas illas moleſtias, quæ fiebant per miniſtros à Camera deputatos, omnibus clericis ægrotis; annotando, etiam antequam morerentur, bona quæ habebant vndecumque quæſita, ne morientibus illis, cognati, hæredes, & famuli abſconderent, vel amouerent à domibus eorum, ea ſpolia, quæ poſt mortem eorum, Cameræ Apoſtolicæ deberentur, ſicut diximus vbi ſup. in *dicta quæſt. 3. mon. 3. nu. 6.* quod lex Regia Hiſpaniæ iubet ſeruari conſuetudinem teſtandi clericorum, non quidem quoad forum conſcientiæ, quod facere nequit, ſed duntaxat quoad forum exterius; ne Remp. innumeræ lites, quæ alioquin naſcerentur, leui cum vtilitate grauiter inquietarent, quod paulo latius repetitur infra §. 11. nu. 3.

Eiuſdem Iulij III. extrauagans, data anno 1553. 10. Ianuarij, pontificatus ſui an. 3. per quam cognitionem cauſarum, quæ ſuper ſpolijs vertebantur, auocauit, & theſaurario generali commiſit, quatenus huc pertinet, ſic habet. Ad futuram rei memoriam. Vt exactio ſpoliorum, tā ſtatus ſanctæ Romanæ Eccleſiæ; quam aliarum partium Italię celerius, & facilius fiat. nec miniſtrorum multitudine confundatur Motu proprio &c. Nota, quod hæ literæ probant declarationem præfatam Pauli III. quoad ſpolia Italiæ, non quoad aliarum gentium.

Pauli autem IIII. cuiuſdam commiſſionis datæ anno 1556. 8. Februarij Pontificatus ſui anno 1. pars huc pertinens ſic habet. Cum (ſicut accepimus) nonnulli res, & bona mobilia ac ſe mouentia ex fructibus beneficiorum eccleſiaſticorum acquiſita, per obitum prælatorum & aliarum quarumcunque perſonarum Eccleſiaſticarum, ſecularium, & quorumuis ordinum regularium, quæ extra Romanam Curiam deceſſerunt, remanentia, & relicta, quę tanquam ſpolia alias fel. recor. Paulus Papa III. prædeceſſor noſter ad Cameram Apoſtolicam ſpectare, & pertinere decreuit, & declarauit, indebite occupare, & ſpolijs huiuſmodi Cameram defraudare pręſumpſerint, & præſumant in animarum ſuarum periculum, ipſiuſque Cameræ non modicum pręiudicium. Nos pro noſtri officij paſtoralis debito, volentes temerarios talium perſonarum auſus comprimere, & ne in futurum ſpolia prædicta diſſipentur opportune prouidere. Motu proprio &c. & inferius, Dantes tibi plenam, & omnimodam poteſtatem, & auctoritatem; omnia & ſingula, res, bona quęcumque mobilia, & immobilia, ac ſe mouentia, per obitum quarumcunque perſonarum Eccleſiaſticarum ſecularium, beneficia non ſimplicia, ſed adminiſtrationem habentia obtinentium & quoad beneficia ſimplicia, niſi ex priuilegio Apoſtolico eis conceſſo, ſeu ex conſuetudine legitime præſcripta, in loco vigenti teſtari valentium, & quorumuis ordinum regularium, quauis etiam Pontificali dignitate fulgentium, in vniuerſa Italia, extra tamen hanc almam vrbem, pro tempore decedentium remanentia, & relicta, cuiuſcumque qualitatis, generis, & ſpeciei fuerint etiam gemmas, & pretioſa ornamenta, ac pecuniarum ſummas; noſtro & prędictę Cameræ Apoſtolicę nomine colligendi, & recuperandi. &c.

Primo noto illa verba. & *immobilia*. ad probandum clare id quod contra N. in *tract. de redit. eccl. q. 1. mon. 47. et in Apolog. mon. 37.* diximus videlicet, quod non omnia immobilia quęſita ex reditibus eccleſiaſticis empta per beneficiarios, ipſo iure fiunt eorum eccleſiarum; quia illa ſola
4 fiunt earum quę nomine ipſarum emunt, aut nomine ſuo empta ipſis dono vel alio ad transferendum dominium idoneo titulo, tradunt, vt ibi latius eſt dictum, & ſupra in *extrauag. Iulij III. §. 6. num. 4.* tactum fuit, cum ampliatione ibi addita.

Secundo noto illa verba; *extra Romanam curiam deceſſerunt*. per quę ponitur differentia inter beneficiarios decedentes in curia, & decedentes extra eam, quæ nō eſt vera iure communi ſolo attento, ſed attenta extrauag. prędicta Iulij III. quæ tale priuilegium conceſſit Romæ decedentibus.

Tertio noto illa verba. *Beneficia non ſimplicia ſed adminiſtrationem habētia &c.* per quæ videtur ſibi ipſi contradicere; nam primo videtur ſignificari eſſe quoad facultatem teſtandi magnam differentiam inter reditus beneficij ſimplicis, & beneficij adminiſtrationem habentis, quam ſignificat *gloſ. in cappitul. præſenti.* verbo (*Reſeruari.*) *de offic. ordinar. lib. 6.* quæ poſt *Hoſtienſem in capitul. final. de pecul. clericor.*; habet, ſimplex beneficium habentem poſſe teſtari de reditibus eius, habētem autē beneficiū, cui adminiſtratio ineſt, minime; & ita videtur facere cōtra cōmunē & noſtrū opinionē quę habet, neutrū illorū poſſe iure teſtari;

tantum humanam. contra legem enim naturalem, & diuinam eſt, quod res auferatur à domino contra voluntatem eius *l. 1. ff. de furt. l. id quod noſtrum eſt. ff. de reg. iur.* & late tradunt omnes poſt *Panor. in cap. qua in eccleſiarum, de conſtitutionibus*, & qui Papa alienat rem eccleſiaſticam ſine iuſta cauſa in laicos; & profanos vſus, aufert rem alteri videlicet, CHRISTO, ſine conſenſu eius, & dat eam alteri, per ea multa, quæ adduximus in *d. tract. de redit. eccl. q. 1. mon. 40. & 48. & in d. Apolog. q. 1. mon. 24. 27. 38. & 39.* per quæ probauimus efficaciter, verum dominium rerum eccleſiaſticarum eſſe penes Chriſtum, & translationem, & applicationem earum in laicos, & vſus profanos ſine iuſta cauſa eſſe contra eius voluntatem. Illa vero alienatio, qua res vnius eccleſiæ alienatur in aliam, vel in alios pios vſus, eſt tantum contra legem, diſpoſitionem humanam: nam per eam non aufertur res Chriſto, eius vero Domino, & datur alteri, ſed ſolum efficitur, vt manente vtrobique dominio penes ipſum, inſeruiat ei alio in loco, vel in alios vſus, quam ante ſeruiebat: quum data alteri eccleſiæ, vel alijs pijs locis periude maneat in dominio Chriſti, ſicut antea, quum ipſe ſit adeo verus Dominus bonorum eccleſiæ, in quam transfertur, ſicut bonorum eccleſiæ, ex qua transfertur: & diſpoſitione humana tantum ſui Summi Vicarij, vel habentis ab eo poteſtatem ſui Summi Vicarii, & procuratoris, vel habentis ab illo poteſtatem, ſeruit potius vni eccleſiæ, quam alij.

Ex quo infertur primo, quod aliqua alienatio rei eccleſię per Papã facta, eſt iuſta, & valida, aliqua valida, ſed non iuſta, aliqua verò nec iuſta, nec valida. Iuſta, & valida eſt, quæ fit iuſta de cauſa; valida, ſed non iuſta eſt, qua ſine iuſta cauſa res vnius Eccleſiæ in aliã; vel alios pios vſus transfertur. Illa verò neq; iuſta, neq; valida, qua Papa ſine iuſta cauſa rẽ eccleſiæ ſtabilem in laicos, profanos vſus alienat.

Secundo infertur, quod licet ablatio beneficij eccleſiaſtici à Papa ſine iuſta cauſa facta ſit iniuſta, & eam faciendo Papa peccet contra vim ſuæ legis directiuam, vt ſentit lex digna vox. *C. de legib. & c. cum omnes. de conſt.* & fortius *c. iuſtum. 9. diſt.* & late tradit vterque *Thom. 1. 2. q. 96. a. 5. ad 3.* eſt tamẽ valida, ita quoad per eam perdit verũ titulum is cui aufertur: & eum quærit is cui confertur: quĩ id nõ facit cõtra legem nãlem, vel diuinã, quum dominium omnium bonorum eccleſiaſticorum ſit penes Chriſtum, & Papa ſit eius ſummus Vicar. & procurator; & per eius diſpoſitionẽ humanã immediatã, vel mediatã ſint cõſtituta omnia beneficia pro eccleſiaſticis perſonis Chriſto ſeruientibus, auferendo beneficium ab vna eiuſmodi perſonã, & cõferendo illud alij ſimili, nõ videtur facere cõtra legem, & diſpoſitionẽ diuinã, ſed tm̃ cõtra ſuam, vel prædeceſſorum, quæ humana eſt, & non ligat eũ quoad vim coactiuam qua fit, vt actus factus cõtra eam valeat, licet princeps eũ faciendo malefaciat, & peccet, *l. princeps ff. de legib. & c. propoſuit. de cõceſſ. præb.* & vterq; *Thomas* vbi ſupra. Pro quib. facit illud ſimile, quod aliqua Papę diſpenſatio eſt iuſta & valida, aliqua nec iuſta nec valida, aliqua valida, ſed non iuſta. Diſpenſatio. n. Papæ, qua iuſta de cauſa diſpenſat circa legẽ diuinam, & naturalẽ, vt in voto, vel iuramento, eſt valida, & iuſta. *c. 1. & c. magna & c. ex multa. de vot. & c. 1. & c. verũ. de iureiur.* & etiam illa, qua diſpenſat circa ſuam legem, cũ cauſa iuſta *1. q. 7. c. requiritis. cũ gloſ. mag. in §. niſi rigor ſub eo poſito c. neceſſaria. & alijs. c. ſeq.* diſpenſatio verò ſine iuſta cauſa circa legem diuinam, vel naturalẽ nec eſt valida, nec iuſta *cap. non eſt. iuncta gloſ. de vot. c. quanto. iuncta gloſ. de iureiur.* illa verò qua diſpenſat circa ſuam legem, vt ſuper impedimentis matrimonij, quæ ſunt hodie fere omnia legis canonicæ, ſine cauſa valet quidem, ſed nõ eſt iuſta; quia licet lege ſua, vel præceſſorum ſuorum non ligetur quoad vim coactiuã, quæ eũ faciat dignum pœna humana, & quæ actum eius infirmet, iuxta prædictã *l. princeps. ff. de legib. c. propoſuit. de conceſſ. præb.* ligatur tamen quoad vim directiuã, quæ facit eũ dignũ aliqua pœna apud Deũ, & actum eius minus rectum, iuxta præfatam *l. digna vox. C. de legib.* & alia præcitata, vbi *Caiet.* declarando profunde prędicta, cõcludit legislatorem ligari ſua lege quoad forum conſcientiæ, & quoad hoc, vt dicatur malefacere, ac peccare.

Tertio infertur, quod eccleſia, cui applicatur, vel vnitur per Papã, res alterius eccleſiæ, vel altera eccleſia ſine iuſta cauſa, ſalua cõſcientia, & ſine peccato eã retinere poteſt; licet Papa in vniendo & applicando peccaſſet; quia valuit vnio & applicatio, licet eſſe iniuſta per prædicta & per *l. iuſte poſſidet q. autb. præt. poſſ. ff. de acq. poſ*

Quarto infertur, quod laici etiã ſi ſint Comites, & maiores eis, quibus per Papam cõ-

ferun-

Digitized by Google

ſoruntur aliquē bona eccleſiaſtica, ſine iuſta cauſa non poſſunt ea, bona conſcientia retinere, quia conceſſio illa non fuit iuſta, neque valida; quia contra legem naturalem, vel diuinam ſine cauſa facta, vt prædictum eſt.

Quinto, quod is cui collatum eſt beneficium eccleſiaſticum ablatum alicui per Papam ſine culpa, & ſine cauſa iuſta, abſque tamen ſurreptione, vel obreptione, bona conſcientia poteſt illud retinere; quia ablatio illa valuit, licet fuiſſet iniuſta; & ita non deeſt ei canonica inſtitutio, ſine qua beneficium licitè obtineri non poteſt *cap. 1. de reg. iur. lib. 6. & cap. 1. de eo, qui mit. in poſſ. cauſa rei ſeruan. eod. lib.*

Contra tamen hoc eſt argumentum fortiſſimum ſupra tactum, quod Papa non poteſt tollere contractum, qui iure naturæ ſeruandus eſt *l. 1. ff. de pact. ſine iuſta cauſa, cap. 1. de probat. & cap. 1. §. notandum. qui feud. dar. poſ.* adeo quod ſublatio eius eſt iniuſta, & inualida, ſecundum omnes, & inter beneficiarium, & eccleſiam, vel beneficium, contrahitur quoddam matrimonium ſpirituale, *cap. niſi §. intueri, de renunt. & cap. quanto. & cap. inter corporalia de transla. prælat.* conſequenter non valet ablatio beneficij ſine culpa, & ſine iuſta cauſa facta. ſed reſpondetur, quod licet collatio, & acceptatio beneficij, habeat quandā ſpeciem contractus, nō tamen eſt verus cōtractus, ſed eſt potius inſtitutio, & deputatio cuiuſdam perſonæ eccleſiaſticæ ad ſeruiēdum Deo in illo, vel illo loco pro tempore, quo illos, vel illos redditus percipiet: & quamuis malefaciat Papa reuocando illam deputationem ſine aliqua cauſa, valet tamē reuocatio; ſicut & multi, qui conſtituunt procuratores ad contrahenda matrimonia, frequenter reuocando ſine cauſa mādata malefaciunt, valet tamen reuocatio, *cap. ſi de procu. lib. 6.* quod ad alia late declarat inter alios, *Fel. in cap. ex parte Decani. de reſcript.* & ſicut Rex deputans Auditores in ſuis prætorijs, quæ cancellarias, parlamenta, vel rotas vocant, & Præſides ciuitatum, & Gubernatores prouinciarum, aliquando male reuocet, propter falſas informationes, vel malos fines, reuocatio tamen tenet, & perdunt ſuos titulos, & qui eis ſubſtituuntur veros titulos accipiunt, & iuſtè poſſunt eis vti, donec reuocentur, ſecundum omnes. Sicut item Papa, & alij Principes paſſim conſtituunt Iudices; & commiſſarios delegatos, & aliquando ſine vlla cauſa, & non ſine aliqua eorum iniuria reuocant, peccant quidem, & male faciunt, *arg. c. vt debitus honor. de appel.* nemo tamen dicet reuocationem non valere, iuxta *l. iudicium ſoluitur. ff. de iudic.*

Sexto infertur, opinionem ſupradictā *Dom. in d. cap. ſi gratioſe. de reſcri. lib. 6.* & pluri-
9 morum eius ſequacium, nēpe quod omnia beneficia eccleſiaſtica ſunt manualia Papæ; & quod poteſt auferre, & conferre illa pro libito ſuo, partim falſam eſſe, partim veram, falſam quidem, intelligendo, quòd iuſtè, ac ſine peccato poteſt id facere. Verā tamen intelligendo quod factum tenet, ſi fecerit, quæ eſt noua, & vera reſolutio, & doctorum omnium concordia.

Septimo infertur, quod de rigore iuris Papa, qui pro libito ſuo ſine culpa, & cauſa tollit beneficiū alicui, & Rex qui ſine culpa, & cauſa tollit officia prædicta, nō videtur teneri ad reſtituendū dānū, quod ob id patiūtur ijs, quibus illa ſic tollunt, licet in eo peccēt, quia nō peccant cōtra leges veræ iuſtitiæ, cuius ſolius violatio obligat ad reſtituendum, vt efficaciter probauimus in *præd. tract. de red. q. 2. mon. 2. & 3.* quoniā non tollunt eis ea, quæ vere ſunt eorū; ſed potius ea, quæ ſunt ſua, vel quorum liberā adminiſtrationē habent, neq; in eiuſmodi ablatione violant ius naturale, vel diuinum, ſed tm̄ ſua iura humana quibus ſtatutum eſt eiuſmodi collationes eſſe debere perpetuas, & irreuocabiles, niſi culpa, vel cauſa intercedat, *cap. præcepta 55. diſt. et c. ſatis peruerſū 56. diſt. et c. inuentum. 16. q. 7.* Dixi, de rigore; nā de æquitate, & tanquā peccantes contra leges charitatis, quibus tenemur diligere proximos, ſicut nos; & non facere alteri, quod nolumus nobis fieri, *1. diſt. in princ. et c. charitas. 2. § ſi de pæni. diſt. 2.* aliquā compenſationem deberent facere. Per quod videtur ſatis reſponderi poſſe replicationibus, quæ cōtra prædicta fieri poterant, quas breuitatis gratia non explico, ſimul differo in finem huius commentarij rationem, qua iuſtificatur Bulla fælicis recordationis Pij Quinti, nunc hoc commentario ad finem perducto edita, ſuper venditione cenſuum, & penſionum debitarum eccleſijs, ſine prælatorū earum conſenſu, ſeù ſuper affrancatione bonorum eccleſiaſticorum,

SVMMARIVM.

1 *Papa non ſolum non poteſt iuſte ſine cauſa alienare prædia Eccleſiæ Roman. ſed*

neque vſumfructum eorum.

1 *Eccleſiaſticum prædium in emphyteoſim perpetuam dari non poteſt, neque in vſumfructum ad longum tempus.*

2 *Papa & alij beneficiarij quomodo poſſunt alienare iuſta fructus beneficiorum collectos, & colligendos ſine iuſta cauſa, & ſolennitate.*

3 *Papa ſicut non poteſt bona eccleſiarum inferiorum iuſte alienare ſine iuxta cauſa, & conſenſu beneficiariorum, ita nec eorum.*

§. 4.

1 OCtauo noto, Papam non ſolum non poſſe ſine iuſta cauſa alienare prædia eccleſiæ Romanæ, & aliarum pro libito, ſed neque etiam vſumfructum eorum, per quod ampliari videtur prædictum *ca. nulli. de reb. eccl. non alienan.* vt non ſolum non poſſit prædium eccleſiaſticum dari in emphyteoſim perpetuam, vt ibi dicitur, ſed neque vſumfructum, quod eſt intelligendum, cum vſusfructus conceditur ad vitam, vel ad longum tempus, iuxta *clem.* 1 *de reb. eccl. non alien. & extrauag.* 1 *.eod. tit.* ſupra citatam, & declaratam in *glo.* ſummæ huiuſmet quæſtionis *annot.* 1. *& annot.* 10. *num.* 14. per quas vetatur locatio, vel venditio vltra triennium, ſed cõceditur vt poſſit fieri ad triennium, & eadem ratione videtur concedendum, poſſe ad tãtumdem tempus dari vſumfructum prætio vel gratuito.

2 Nono ex eodem canone, à contrario ſenſu, & ex proximo notabili poſſe Papam, & alios beneficiarios alienare fructus ſuorum beneficiorum tam collectos, & etiam colligendos, vſque ad modicum tẽpus, iuxta prædictam *clem.* 1. *de reb. eccl. non alien. & præd. extrau.* 1. *eod. tit.* ſine iuſta cauſa, & ſolemnitate per præfata *ca. veſtra de locato, & cap. querelam. ne præl. vic. ſuas: & d. clem.* 1. *de reb. eccl. non alien.* & prędictam *extrauag. eod. tit.* Tũ quia ſimile facere poſſunt tutores de fructibus rerum pupillarium, qui ſeruando, ſeruari non poſſunt, *l. lex quæ tutores. C. de adminiſt. tut.* Tum quia iure requirentia iuſtã cauſam, & ſolennitatem in alienandis bonis eccleſiaſticis, loquuntur de bonis ſtabilibus, & prætioſis mobilibus, quæ ſeruando ſeruari poſſunt, vt videre eſt in hoc *cap. & in cap. ſine exceptione, infra eadem q. & per totam hanc quæſt. & in prædicto capitul. nulli. & per totum tit. de reb. eccl. non alienan.* & conſequenter à contrario ſenſu tacite ſignificant, requiri talem cauſam & ſolennitatem in fructibus eorum; quod argumentum valet *leg.* 1. *ff. de officio eius. cui man. eſt iuri. & capitulo cum Apoſtolica. de his quæ fiunt à præl.*

Quæ omnia vera quidem ſunt, & recepta, indubieq; procedunt quoad cauſam & ſolemnitatem, quas iura requirunt ad hoc vt alienatio rerum eccleſiæ valeat; ad hoc tamen vt etiam illa alienatio fructuum ſine peccato fiat, ſi res altius perpendatur, requiritur vt ipſa actualiter vel virtualiter referatur in cauſam ſeſe honeſte ſuſtentandi, vel faciendi opera pia, præſentia, vel futura; nam ratio qua nititur hoc *cap.* cum alijs præcitatis, illa eſt, quod bona deputata in ſuſtentationem neceſſariã vel decoram, alicuius eccleſiæ, & beneficiariorum eius, non debet conuerti in vſus profanos. At conſtat quod fructus eccleſiaſticorum bonorum ſunt eccleſiaſtica bona, & ſacra quartæ ſpeciei ſacrorum, vt poſt *S. Tho.* 2. 2 *q.* 99. *artic.* 3. late probauimus in *d. tract. de redit. eccleſ. q.* 1. *mon.* 39. *et* 40. & in *Apolog. præfata, quæ.* 1. *mon.* 23. *et* 24. ergo eadem ratione non debent alienari fructus prædiorum eccleſiaſticorum ſine relatione actuali vel virtuali ad ſuſtentationem honeſtam, vel opera pia, præſentia, vel futura. Dixi, virtuali: quia non oportet licet eſſet melius, quod beneficiarius actualiter referat pretium fructuum ſuorum, cum eos vendit, in præfatam ſuſtentationem, & pia opera, ſed ſatis eſt, quod ea mente id faciat, vt ſi interrogaretur, cur eos vendit; vere reſpondere poſſit, quod ad ſuam ſuſtentationem; vel ad alia opera pia; id facit, iuxta ea, quæ de relatione actuali & virtuali clarius alijs nuper ſcripſimus, in *comment. capitulo cum miniſter.* 23. *quæſtion.* 5. *num.* 18.

Non obſtat, quod iura diuina & humana permittunt venditionem, permutationẽ, & qualibet aliam alienationem præfatorum redituum, ſine vllius cauſæ requiſitione, vt ſupra eſt probatum; cum tamen eadem omnia iura vetent alienari bona ſtabilia eccleſiaſtica ſine cauſa, vt etiam ſupra eſt probatum; non, inquam, hoc obſtat; quia id procedit quoad hoc, vt valeat vel non valeat alienatio, ſed non ad hoc vt ſit iuſta & ſine peccato; quia ſicut ad hoc, vt alienatio bonorum ſtabilium valeat, & ſit iuſta requiritur cauſa neceſſitatis, pietatis vel vtilitatis; vt habetur in *gloſ. ſumma huius quæſtionis, & in annot.*

3. *ſuper*

3.*ſuper ea facta*:ita & in alienandis fructibus ad hoc vt iuſta ſit alienatio, requiritur, vt actualiter, vel virtualiter fiat cauſa ſuſtentationis honeſtæ, vel alia pia; licet etiam aliter facta valeret; peccaret enim cum obligatione reſtituendi, qui venderet illos ad reponendum pretium, & reponeret in theſauro, vel impenderet in alios malos, vel profanos vſus, vt late probatum eſt in *Apolog. prædicta* quoad peccatum quidem.*q* 1.*mon.* 38. & quoad reſtitutionem *quæſtion.* 2. *mon.* 7. *in dic. verò tract. quæſtion.* 1.*mon.*48.*& quæſt.*2. *mon.*7.

Ex quibus colligitur, quod ſicut datur alienatio rei eccleſiaſticæ immobilis Papæ valida, & non iuſta, vt in ſeptimo notab. dictum eſt, ita frequenter alienatio fructuum rei eccleſiaſticæ, etiam ab inferioribus facta inuenitur valida, & non iuſta.

Decimo noto, quod ex hoc canone, & proximo notabili, & alijs præcedentibus: col-
3 ligitur, radix, ex qua deducenda eſt deciſio quatuor dubiorum infra de prædictis ſpolijs proponendorum, videlicet quod ſicut Papa non poteſt bona eccleſiarum inferiorum iuſte alienare ſine iuſta cauſa, in vſus profanos; neq; in pios ab eis in quos eis, & beneficiarijs earum ſunt conceſſa, ſine illorum conſenſu; ita non poteſt etiã reditus eorum. Tum quia in proximo, & ſeptimo notabili concluſum eſt, præfatos reditus eſſe bona eccleſiaſtica & ſacra, & deputata mediate, vel immediate ab ipſo Papa per quoſdam quaſi contractus ſuſtentationi decenti illarum, & earundem beneficiariorum. Tum quia antiquiſſima eccleſiæ Romanæ conſuetudo habet ne Papa accipiat, aut impendat reditus inferiorum eccleſiarum, & earum beneficiariorum in alios vſus, etiam pios, ſine cauſa, pro libito abſque illorum, ad quos pertinent, conſenſu.

SVMMARIVM.

1 *Fragmenta extrauagantiũ quarundam.*
2 *Bona, quæ prælati & beneficiarij regulares relinquunt inconſumpta, ſpolia ſunt.*
3 *Forſan, dictio caſualiter iuxta materiam ſubiectam ſignificat certitudinẽ licet proprie dubitationem importet.*
4 *Verba proprie intelligi debent, niſi aliud conſtet de mente diſponentis.*
4 *Papæ ſemper ea mente fuerunt, vt ſpolia cederent Cam Apoſt. et non alijs.*
5 *Spolia eccleſiarum non ſolum Italiæ ſed et aliarum prouinciarum Papæ reſeruata.*
5 *Papa immediatius à Deo ſuam poteſtatem accipit, quam Principes ſeculares.*

§. 5.

HIs igitur annotatis, quatuor dubia proponam. Primum, An iure antiquo aliqua ſpolia pertineant ad Papam ſummum Chriſti Vicarium?

Secundum, An Papa potuit illa ſibi reſeruare?

Tertium, An de facto reſeruauerit, & quæ ſint illa?

Quartum, An conſuetudo contraria excuſet aliquos ab eis Cameræ Papæ non ſoluendis?

1 Ad horum dubiorum reſolutionem, præmitto primo partes aliquas *extrauagantium fœl. recor. Pauli III. Iulij III. Pauli IIII. Pij IIII & Pij V. Pars extrauagantis Pauli III. dat.* Romæ 1541. *tertio non Ianua. Pontific. anno* 8. hæc pertinens eſt hæc.

Cum itaque, ſicut accepimus, à nonnullis nimium curioſis, qui iura Cameræ Apoſt. vſurpare, ac Cameram præfatam illis defraudare vellent in dubium redigatur, an res, & bona, ſpolia nuncupata prælatorũ, etiam pontificali, vel alia maiori dignitate fulgentium; cæterarumquè perſonarũ Eccleſiaſticarum, ſæcularium & regularium tempore obitus ipſarum remanentia, ex eo quod Rom. Pon. pro tempore exiſtenti, & Cameræ præfatæ reſeruata fore, aliqua generali Apoſtolica conſtitutione forſan non caueatur ad Cameram prædictam iure legitimo ſpectare, & pertinere debeant, Nos et ſi ſatis euidenter conſtet, & appareat, prædeceſſorum noſtrorum Romanorum Pont. & noſtram indubiam intentionem, & voluntatem, ſemper fuiſſe, vt ſpolia huiuſmodi ad dictam Cameram, & non ad alios ſpectarent, & pertinerent; & quod pro eadem Camera exigerentur, & recuperarentur cum prędeceſſores pręfati, diuerſos dictorum ſpoliorum, vt ad Cameram prædictã ſpect. & pertinentium, collectores, & exactores in varijs prouincijs & locis deputauerint & conſtituerint, & nos deputauerimus, & conſtituerimus, variæque literæ ab eiſdem prædeceſſoribus, & à nobis ſuper exactione aliquorum eorundẽ ſpoliorum, in quibus ſpolia huiuſmodi ad præfatam Cameram ſpectare expreſſe ſũtine-

tinebatur, emanauerint, ac ſemper de illis dicti prædeceſſores per pleraſque alias literas, tanquam de rebus, ad Cameram prædictam pertinentibus, donando, vel tranſigendo, aut alias diuerſimode diſpoſuerint, & nos diſpoſuerimus, necnon ea ab antiquiſſimo tempore citra dictæ Cameræ noſtræ nomine exacta, & inter iura ipſius Cameræ connumerata fuerint. Ne tamen præmiſſorum veritas deprimi, & mendacium deſuper in præfatæ Cameræ præiudicium locum ſibi vendicare valeant. Attendentes quod iniquum eſſet, ſi ex Apoſtolicæ ſedis benignitate, vel alia rationabili cauſa ad ſingula quæque loca collectores non deſtinantur, iura ipſius Cameræ propterea depereant, dubiũ huiuſmodi enucleare, ac in præmiſſis opportune prouidere volentes. Motu proprio, & ex certa ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, declaramus, res & bona huiuſmodi, ſpolia, vt præfertur, nuncupata, in quibuſcunque regnis, ac dominijs, tam citra, quam vltra montes, & maria conſiſtentia, quæ pro tempore poſt obitus prælatorum, & perſonarum prædictarum quantumcunque etiam vt præfertur, vel alias quomodolibet qualificatarum, etiam Cardinalatus honore fulgentium, qui vel nullo condito teſtamento, vel abſque ſufficienti facultate, aut vltra quantitatem, de qua facultatem habuerint, condito deceſſerunt, & decedent, remanſerunt, remanent, & remanebunt, etiam quod ad illa recuperandum aliqui collectores deputati non fuerint, ad Cameram Apoſtolicam, & non ad alios, etiã in quibuſuis cathedralibus, etiam Metropol. & collegiatis, ac alijs Eccleſijs, Monaſterijs, cæteriſque beneficijs eccleſiaſticis cum cura, & ſine cura, ſecularibus, & quorumuis ordinum regularibus, qualitercunque qualificatis, ſucceſſores, illa in titulum, commendam, adminiſtrationẽ & alias quomodolibet pro tempore obtinentes, etiam ſi ad illa vigore prioris tituli ius regrediendi, ſeu accedendi, vel ingrediendi conceſſum fuerit, ſpectaſſe, & ſpectare illaque tanquam ad ipſam Cameram ſpectantia, perpetuò colligi, & recuperari potuiſſe, & poſſe, atque debere; ac ita, vt præfertur, eorum prædeceſſorum & noſtram intentionem, & voluntatem ſemper fuiſſe, fidem facimus, & atteſtamur per præſentes. Decernentes ſic, et non aliter per quoſcunque tam ordinaria, quã delegata, & mixta authoritatibus fungentes iudices & perſonas, vbique in quamcunque inſtantia, iudicari, definiri, & decidi debere, ſublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, interpretandi, & decidendi facultate. Necnon irritum, & inane, quicquid ſecus ſuper his, à quoquã quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Quocirca dilecto filio Guidoni Aſcanio Sforciæ S. Euſtachij Diacono, Cardinali, & in Camerariatus officio ſucceſſoribus committimus, & mandamus, quatenus exactioni & recuperationi ſpoliorum huiuſmodi incumbat & illa ad Cameram Apoſtolicam peruenire, ac præmiſſa ab omnibus inuiolabiliter obſeruari faciãnt; nec permittant Cameram ipſam, vel eius agentes deſuper modo aliquo moleſtari, impediri, vel inquietari Contradictores. &c.

3 Primo noto in hac extrauag. illa verba, *Regularium &c.* & inferius *Quorumuis ordinum regularibus.* per quæ probatur, quod etiam bona quæ prælati, & alij beneficiarij regulares relinquunt inconſumpta, connumerantur ſpolijs. Idem probat *breue Pij IIII. datum anno* 1560. infra §.7. relatum ibi, *Quarumcumque perſonarum eccleſiaſticarum ſecularium, & quorumuis ordinum regularium. &c.* Idem probat *bulla eiuſdem Pij iiij. data eodem anno,* ibi. *Et quorumuis ordinum regularium &c.* Idem probat bulla eiuſdem, data eodem anno, dum quæſita à religioſis per negociationem illicitam inter ſpolia computat, & paulo infra ibi. *Quorumuis ordinum regularium.* Idem probat *extrauagans Pij V. §.8. dat. ann.* 1565. ibi *Quorumuis ordinum regularium.*

Contra hoc notabile vrget, quod omnia quę acquirit prælatus, vel alius beneficiarius regularis, acquirit Monaſterio, vel Eccleſiæ, cuius eſt beneficiarius; quum non poſſit ſuæ perſonæ quicquam quærere, *c. cum olim. 2. de priuileg.* vbi late *Innocen.* receptus ab omnibus: *cap. in præſentia. de probat. auth. ingreſſi C. de ſacroſ. eccleſ. cap. non dicatis* 12. q. 1. vbi *gloſ.* celeberrima, & receptiſſima habet, regularem non eſſe dominum etiam veſtis quotidianæ qua veſtitur, nec eam poſſidere nomine ſuo, inſtar ſerui, *l. id veſtimentum. ff. de peculi. & l. quod ſeruus ff. de acq. poſſ.* & latius tradimus in *d. tract. de redit. quaſ.* t. *mon. 7. et ſeq. et in Apolog. prædicta. quæ.* 1. *mon. 9. vſque ad* 18. & conſequenter omnia videntur eſſe impenſa, & inſumpta ante mortem illorum, tanquam quæ ſunt quæſita monaſterijs, & eccleſijs eorum: ergo non poſſunt dici ſpolia, per defini-

tionem

tionem ſupra dictam in §. primo, num. 2.

Item, ea quæ prælatus ſecularis donat eccleſiæ in ſua vita eo mortuo non cenſentur ſpolia; quia eo viuente iam fuerunt alij quæſita, & ea quæ beneficiarij regulares quærunt, quæruntur monaſterijs, eccleſijs, vel beneficijs eorum ante mortem illorum, vt dictum eſt; ergo non poſſunt dici ſpolia, quæ dicuntur ſola illa quæ nõ fuerunt impenſa, & quæſita aliis, viuentibus ipſis beneficiariis,

Tertio, quod etiam in eccleſiis ſecularibus, in quibus prælatus & Capitulum omnia habent communia, & nullam menſam ſeparatam, & omnia regunt, & diſpendunt ſimul; ita quod ſolus prælatus ſine Capitulo, vel aliquibus deputatis ab eo, quos liabid iſcretos ſiue cõſiliarios appellant nihil inſumit, præterquã duo, vel tria, vel 5. ſcuta, quæ poteſt dare ſingugul s mẽſibus pauperibus, vt ſeruatur in omnibus monaſterijs S. Hieronymi in Hiſpania, & etiam in Dominicanis habentibus bona ſtabilia, qualia multa habent Salmanticæ in monaſterio S. Stephani, & Pinciæ S. Pauli, & collegio S. Gregorij mortuis prę latis, nulla videntur remanere ſpolia; licet multa ſupereſſent reliqua ſuſtentatis conuentibus, & alijs omnibus oneribus, eo quod omnia illa iudicantur acquiſita tali bus eccleſijs viuentibus adhuc prælatis, ergo à fortiori quæſita per prælatos & alios beneficiarios regulares, non cenſebūtur ſpolia, cum ipſo iure ante mortem illorum ſint quæſita monaſteriis, & eccleſiis vel beneficiariis eorum. Poſtremo quod nemo audiuit priores regulares Chartuſianorum nec Hieronymianorũ, nec Dominicanorum, nec aliorum ſimilium, qui vnacum Capitulis ſuis bona omnia monaſteriorum eo modo quo dictum eſt adminiſtrant, cenſeri relinquere aliqua ſpolia, etiamſi tempore mortis eorum multa inueniantur in arcis trinarum clauium, reliquata.

Ad hæc argumenta viſum ſuit primo aſpectu reſponderi poſſe, quod extrauagans hæc ſolum habeat locum in beneficiariis regularibus habentibus menſas ſeparatas, & reditus ſeparatos à menſis, & reditibus monaſteriorum & conuentuũ, & eccleſiarum ſuarum, & non in aliis; quæ tamen reſponſio, non videtur firma, Tum quia eadem ratio idem videtur cõcludere in iſtis, ſicut in illis: quia etiam in iſtis habentibus menſas ſeparatas, & reditus ſeparatos, omnia quæ illi quærunt quæruntur monaſteriis, vel eccleſiis per prædicta. Tum quia conſequeretur nulla ſpolia relinquere prælatum regularem, qui ſolus adminiſtraret aliquam abbatiã ampliſſimam, & tempore mortis ſuæ ſuſtentato conuentu ſuo, & omnibus oneribus, relinqueret decem millia ſcutorum reliquata. Conſequeretur item, quod cõmendatarius, cui commendata eſſet huiuſmodi Abbatia, quam ipſe ſolus gubernaret, nulla poſſet relinquere ſpolia; quia nullam menſam, nec reditus ſeparatos à menſa, vel reditibus conuentus & eccleſię haberet, quod videtur contraire menti huius *extrauag.*

Quare videtur dicendum, hanc extrauagantem intelligendam eſſe de omnibus prælatis, & beneficiariis regularibus tam non habentibus menſas ſeparatas, quàm habentibus, qui ſoli ſine Capitulis, & diſcretis vel deputatis ab eis conſiliarios, ſeu diſcretos eorum poſſunt diſpendere reditus ſuos abſque limitatione. Et poteſt aſſignari illa ratio diuerſitatis, quod licet quæſita per hos quærantur monaſteriis, & eccleſiis, ſicut quæſita per illos; hi tamen poſſunt in vita pauperibus, & operibus piis impendere illa ſoli, ſine vllius alius conſenſu, & ita ſunt reuocabiliter quæſita. Alii verò non poſſunt diſpendere illa iam quæſita; quod facit vt non cenſeantur ſpolia: ſicut in ſimili, bona ſtabilia, ſiue immobilia quæſita per beneficiarium ſecularem, & donata eccleſię in vita eius non cenſentur ſpolia, licet ſic quę ſita & nondum donata eccleſiis, vt latè concluſimus in *præd. tract. de red. quæ. 1. mon. 47. & in Apolog. prædicta q. 1. mon. 37.* ratio huius rationis eſt, quod libertas illa quam habet beneficiarius regularis diſpendendi quæſita ex reditibus ſuis dũ viuit, ſine vllius alterius conſenſu, facit, vt quadamtenus non videantur quæſita ſuis monaſteriis, & eccleſiis, quamuis reuera ſint quæſita; ſicut & res legata nondum acceptata, quæritur quidem legatario ipſo iure, à morte teſtatoris, ſequuta hęreditatis aditione *l. à Titio. ff. de furt.* ſed reuocabiliter ante acceptationẽ, poſt eam verò irreuocabiliter.

Secundo noto illa verba. *Forſan non cautatur.* per quæ ſignificatur, non eſſe certum, quod per aliquam conſtitutionem Apoſtolicam ad Paulum vſque III. editam,
3 clare Sedes Apoſt. reſeruauerit ſibi, & ſuę Cameræ prædicta ſpolia: quia verbũ, forſan, ſignificat dubitationem *l. 1. §. 1. ff. de rei vend. adiuncta gloſſ.* & quamuis reſponderi poſſit, quod caſualiter iuxta materiam

teriam ſubiectam ſignificat certitudinē, vt reſoluit *Fel.in cap. accedens* 1. *col.*5. *vt lite non conteſt.* & quod ita capitur hic iuxta illud, *Sub dubio forte reſpondent ſæpe perriti*.citatum à *gloſſa l.ſi duo. ff. de arbit.*non tamen videtur occurrere hic talis materia ſubiecta, ratione cuius verbum prædictum, quod proprie dubitationem
4 ſignificat, debeat impropriari, quum verba proprie debeant intelligi, niſi quando conſtat aliud de mente diſponentis *leg. non aliter.ff.de leg.*3 *& capit.ſi. de verbo. ſignif*

Tertio noto verba illa, *Euidenter appareat. & illam noſtram indubiam intentionem. &c.* per quæ ſignificatur, omnes Romanos Pontifices ſemper fuiſſe ea mente, & intentione, vt præfata ſpolia cederent Cameræ Apoſtolicæ.

Quarto noto illa verba, *& non ad alios.* per quæ ſignificatur, prædicta ſpolia ita pertinere ad Cameram Apoſtolicā, vt ad alios non pertineant. & conſequenter in eis nō eſſe locum *capit.quia ſæpe.de elect. lib.* 6. quatenus per verbum, dimiſſa, ſignificat illa eſſe reſeruanda futuro ſucceſſori, de quo infra pauca.

5 Quinto noto illa verba. *Varijs Prouincijs & locis* per quæ docetur, non ſolum ſpolia eccleſiaſticorum Italiæ, ſed etiam aliarum prouinciarum, fuiſſe, ac eſſe reſeruata Papę; quod confirmatur, eo quod eadem ratio idem iuris in omnibus ſuadet. *leg.illud. ff. ad legem aqui. capitul* 2. *de transl præl.* & clarius hoc exprimitur paulo poſt ibi *In quibuſcumque Regnis, & Dominijs, tam citra, quam vltra montes, & mari, &c.*

Sexto noto illa verba *variaq; litera etc.*per quæ apparet, quod licet Romani Pontifices per conſtitutionem generalem expreſſam non reſeruauerint ſibi ſpolia, per alias tamen literas declararunt illa ad ſe pertinere, quod ſufficere videtur, *arg.cap.ſi Romanorum* 19 *diſt.& §.ſed et quod Principi placuit legis habet vigorem. Inſtit. de iure nat gent.et ciuil.*qui §. tanto magis locum habet in Papa totius Eccleſiæ Romanæ Principe, quam in alijs ſecularibus Principibus, quanto immediatius accipit ipſe ſuam poteſtatem à Deo, quam illi, & quanto liberiorem, quam illi. *capit quodcumque* 24.*quæſtion.*1. *capit. in nouo.* 21. *diſtinct.et capitul.cuncta per mundum.* 9. *quæſtion.* 3. *cum notatis in capitul.*1. *de conſtitu.*

Septimo noto illa verba, *Declaramus etc.* vſque in finem, per quę palam edicitur, quod nun ſolum ſtatuit, ſed ſtatutum eſſe declarat, omnia ſpolia eccleſiaſticorum, non ſolum ſecularium, ſed etiam regularium, non ſolum minorum & maiorum, ſed etiā Patriarcharum, & Cardinalium, non ſolum in Italia, ſed etiam vbique gētium, citra & vltra montes, & maria: etiā ſi relinquunt ſucceſſores per regreſſum & coadiutorias, ſpolia inquam, non ſolum futura, ſed etiam pręterita & præſentia, ſpectare, ac ſemper ſpectaſſe ad S.Sedem Apoſtolicam, & ita ſpectare, vt non ſpectent ad alios. An tamen aliqua ratione defendi poſſit illud quod contra hoc ſeruari videmus in Hiſpania in ſpolijs aliorum quàm Epiſcoporum, & in Luſitania, & Gallia, etiam in ſpoliis Epiſcoporum, in deciſione 4. dubij dicemus.

Octauo noto illa verba, *Irritum et inane.* per quæ conſtat, præfatam extrauagantē munitam eſſe decreto irritante, cuius magna eſt virtus, vt traditur in *capitul.* 1. *de conceſ.præb. lib.* 6. *et in capitul. cum acceſſiſſent. de conſtitu. et in capitul. dilecto. de præb.* & in eis declarant Doctores. Quæ an impediat conſuetudinem contrariam dicetur in prædicto quarto dubio.

SVMMARIVM.

1 *Bona immobilia ex reditibus Eccleſiæ comparata manent eiuſdem naturæ, cuius ſunt reditus.*
2 *Bona Eccleſiæ incorporata non computantur inter ſpolia, nec alia iuſte donata.*
3 *Teſtari duabus rationibus impeditur Religioſus.*
4 *Bona immobilia de reditibus eccleſiaſticis per beneficiarios empta non omnia ipſo iure fiunt eccleſiarum.*
5 *Teſtari iure nequit beneficiarius de reditibus eccleſiaſticis ſiue ſimplicis ſiue curati beneficij, neque ad pia, neque ad profana.*
5 *Lex maiore cum deliberatione conditur, quam fiat commiſſio.*
6 *Conſuetudinem vbique gentium eſſe, vt beneficiarij pro libito de ſuis reditibus donent, vel relinquant in vita. et in morte, vt quidam aſſerunt, verum non eſſe.*
7 *Papæ debentur fructus eccleſiarum menſarum Patriarchalium, Metropolitanarum, et cet. à die vacationis, vſque ad diem prouiſionis.*

7 *Ver-*

Digitized by Google

7 *Verba* volumus, & decernimus *ius nouum important*.
7 *Spoliorum nomine quæ veniant*.

§. 6.

IVlij verò III. extrauagantis pars huc per
tinens, datæ anno 1549. ſexto Idus Mar
tij, Pontiſ. anno 1. eſt hæc.
Cupientes, vt alma vrbs noſtra, in qua bea-
1 tus Petrus Apoſtolorum princeps ſibi,
& ſuis in Chriſti vicariatum ſucceſſori-
bus ſedem conſtituit, & ad quam, veluti
communem ciuium fidelium patriam fre
quens eſt hominum acceſſus, ſpecialibus
fauoribus, & prærogatiuis decoretur,
& qui illam pro tempore incolunt, ſeù
Romanam curiam ſequuntur, tam in
his quæ ad victum pertinent, quàm in
ſuorum diſpoſitione bonorum, & poſt
eorum obitum hæredes ſui in eorundem
bonorum aſſecutione plena libertate fru-
antur, & vrbis decori, ac curiæ prædicta-
rum frequentiæ, necnon vrbem incolen-
tium, & curiam huiuſmodi inſequentium
indemnitati conſulatur, Motu proprio
& cet. Et inſuper auctoritate, & tenore
prædictis, ſtatuimus & ordinamus, quod
de cętero perpetuis futuris temporibus,
omnes & ſinguli vrbis incolæ, ſeù cu-
riam huiuſmodi inſequentes cuiuſcum-
que dignitatis, ſtatus, gradus, ordinis,
præeminentiæ vel conditionis exiſtant,
etiam ſi Cardinalatus honore, aut Pa-
triarchali, Archiepiſcopali, Epiſcopa-
li, Abbatiali, vel quauis alia eccleſiaſti-
ca ſeù mundana dignitate præfulgant, ſi
eos in dicta curia, ſeù eius diſtrictu, de-
cedere contigerit, de omnibus, & ſingu
lis eorum immobilibus, mobilibus, &
ſe mouentibus bonis, pecunijs, iocali-
bus, iuribus, actionibus, & rebus alijs in
dicta vrbe, & eius diſtrictu pro tempore
conſiſtentibus, & per eos etiam ex fructi-
bus, reditibus; & prouentibus eccleſia-
rum, monaſteriorum, & beneficiorum
eccleſiaſticorum, cum cura, & ſine cura
ſecularium, & quorumuis ordinum regula-
rium quomodocunq; & qualitercunq; quali
ficatorum, per eos etiam quibuſuis con-
ceſſionibus, & diſpenſationibus Apoſto-
licis in titulum, vel commendam, admini-
ſtrationem, ſeù alias quomodolibet obten
torum, aut alias licite tamē acquiſitis cuiuſ
cunq; quātitatis, qualitatis, ſūmę, valoris
& pretij ſeù cōditionis exiſtāt, etiam ſi
talia ſint, quę ſub generali verborū expſſio-
ne nō cōprehēdātur, ſed ſpeciali nota di-
gna ſint, tā donatione inter viuos, & cau-
ſa mortis, quam teſtamento, codicillis, fi-
deicōmiſſis, legatis quauis alia vltima vo
luntate in fauorem conſanguineorum, &
affinium ſuorum, & quarumuis aliarum
perſonarum, etiam penitus extranearum
ac de iure incapacium ſeù alias prohibi-
tarum etiam diuitum, & potentium ac na
torum ſuorum illegitimorum ſeù ſpurio-
rum ac collegiorum vniuerſitatum eccle-
ſiarum, & locorum piorum, & non pio-
rum diſponere illaque eis donare, conce-
dere relinquere, & erogare ac in eis con-
ſanguineos affines, & quaſuis alias perſo
nas ac natos etiam, vt præfertur procrea-
tos necnon collegia vniuerſitates eccle-
ſias, & loca hæredes particulares, & vni-
uerſales pro libito eorum voluntatis inſti
tuere libere, & licite valeant; Quodque
ſi Vrbis incolæ, aut curiam huiuſmodi ſe
quentes, ab inteſtato deceſſerint eorum
bona pecunia iocalia iura actiones, & res
huiuſmodi non ad nos, & pro tempore
exiſtentem Romanum Pont. aut Camarā
Apoſt. ſed ad ipſorum pro tempore dece-
dentium proximiores agnatos, & alios
qui eis niſi beneficiati eſſent de iure ſucce
dere deberent alias iuxta iuris cōmunis
diſpoſitionem libere deuoluātur, nec per
Cameram prædictam aut pro ea agentes
etiam prætextu quod hæredes præfati in
curia nō exiſtant, aut quod aliqui eiſdem
defunctis ſanguine cōiuncti in eadē Vrbe
non reperiātur, vel alias timore dilapida-
tionis bonorum pecuniarum iocalium, &
rerum huiuſmodi occupari aut inuenta-
riati poſſint; ſed ſi hæredes præfati in Cu-
ria non fuerint aut aliqui eiſdem pro de-
functis ſanguine coniuncti in vrbe non
reperiantur tunc & eo caſu bona, & pe-
cuniæ ac alia huiuſmodi, per ad id pro tē-
pore deputatos ſingularū nationum, qua-
rum ipſi defuncti apprehendantur, & iux
ta iuris formam inuentarientur, & ſub fi-
deli cuſtodia, & eiuſdem hæredibus con-
ſeruentur. Diſtrictius, &c.
Primo noto in hac extrauag. verba princi-
pij, per quæ ſignificatur rationes ob quas
magnæ curæ eſſe debet Pontificibus Ro-
manis, eiſdeque Maximis, Roma, & eius
decor, ac frequentia, concordat *cap. funda
menta de elect. lib. 6.*
Secundo noto illa verba, *Immobilibus, mobi
libus, & ſe mouentibus*: per quę proba-
tur, quod bona immobilia empta ex
reditibus beneficiorum à beneficiariis
2 nomine proprio, & non nomine ec-
cleſię, non fiunt, ita ipſo iure Eccleſiæ, vt

grauiſſimas illas moleſtias, quæ fiebant per miniſtros à Camera deputatos, omnibus clericis ægrotis, annotando, etiam antequam morerentur, bona quæ habebant vndecumque quæſita, ne morientibus illis, cognati, hæredes, & famuli abſconderent, vel amouerent à domibus eorum, ea ſpolia, quæ poſt mortem eorum, Cameræ Apoſtolicæ deberentur, ſicut diximus vbi ſup. in *dicta quæſt. 3. mon. 3. nu. 6.* quod lex Regia Hiſpaniæ iubet ſeruari conſuetudinem teſtandi clericorum, non quidem quoad forum conſcientiæ, quod facere nequit, ſed dontaxat quoad forum exterius; re Remp. innumeræ lites, quæ alioquin naſcerentur, leni cum vtilitate grauiter inquietarent, quod paulo latius repetitur infra §. 11. nu. 3.

Eiuſdem Iulij III. extrauagans, data anno 1553. 10. Ianuarij, pontificatus ſui an. 3. per quam cognitionem cauſarum, quæ ſuper ſpolijs vertebantur, auocauit; & theſaurario generali commiſit, quatenùs huc pertinet, ſic habet. Ad futuram rei memoriam. Vt exactio ſpoliorum, tã ſtatus ſanctæ Romanæ Eccleſiæ; quam aliarum partium Italię celerius, & facilius fiat, nec miniſtrorum multitudine confundatur Motu proprio &c. Nota quod hæ literæ probant declarationem præfatam Pauli III. quoad ſpolia Italiæ, non quoad allarum gentium.

Pauli autem IIII. cuiuſdam commiſſionis datæ anno 1556. 8. Februarij Pontificatus ſui anno. 1. pars huc pertinens ſic habet. Cum (ſicut accepimus) nonnulli res, & bona mobilia ac ſe mouentia ex fructibus beneficiorum eccleſiaſticorum acquiſita, per obitum prælatorum & aliarum quarumcunque perſonarum Eccleſiaſticarum, ſecularium, & quorumuis ordinum regularium, quæ extra Romanam Curiam deceſſerunt, remanentia, & relicta, quę tanquam ſpolia alias fęl. recor. Paulus Papa III. prædeceſſor noſter ad Cameram Apoſtolicam ſpectare, & pertinere decreuit, & declarauit, indebite occupare, & ſpolijs huiuſmodi Cameram defraudare pręſumpſerint, & præſumant in animarum ſuarum periculum, ipſiuſque Cameræ non modicum pręiudicium. Nos pro noſtri officij paſtoralis debito, volentes temerarios talium perſonarum auſus comprimere, & ne in futurum ſpolia prædicta diſſipentur opportune prouidere. Motu proprio &c. & inferius, Dantes tibi plenam, & omnimodam poteſtatem, & auctoritatem; omnia & ſingula, res, bona quęcumque mobilia, & immobilia, ac ſe mouentia, per obitum quarumcunque perſonarum Eccleſiaſticarum ſecularium, beneficia non ſimplicia, ſed adminiſtrationem habentia obtinentium & quoad beneficia ſimplicia, niſi ex priuilegio Apoſtolico eis conceſſo, ſeù ex conſuetudine legitime præſcripta, in loco vigenti teſtari valentium, & quorumuis ordinum regularium, quauis etiam Pontificali dignitate fulgentium, in vniuerſa Italia, extra tamen hanc almam vrbem, pro tempore decedentium remanentia, & relicta, cuiuſcumque qualitatis, generis, & ſpeciei fuerint etiam gemmas, & pretioſa ornamenta, ac pecuniarum ſummas; noſtro & prędictę Cameræ Apoſtolicę nomine colligendi, & recuperandi. &c.

Primo noto illa verba. & *immobilia.* ad probandum clare id quod contra N. in *tractat. de redit. eccl. q. 1. mon. 47. et in Apolog. mon. 37.* diximus videlicet, quod non omnia immobilia quęſita ex reditibus eccleſiaſticis empta per beneficiarios, ipſo iure fiunt eorum eccleſiarum; quia illa ſola
4 fiunt earum quę nomine ipſarum emunt, aut nomine ſuo empta ipſis dono vel alio ad transferendum dominium idoneo titulo, tradunt, vt ibi latius eſt dictum, & ſupra in *extrauag. Iulij III. §. 6. num. 4.* tactum fuit, cum ampliatione ibi addita.

Secundo noto illa verba; *extra Romanam curiam deceſſerunt*, per quę ponitur differentia inter beneficiarios decedentes in curia, & decedentes extra eam, quæ nõ eſt vera iure communi ſolo attento, ſed attenta extrauag. prędicta Iulij III. quæ tale priuilegium conceſſit Romæ decedentibus.

Tertio noto illa verba. *Beneficia non ſimplicia ſed adminiſtrationem habẽtia &c.* per quæ videtur ſibi ipſi contradicere; nam primo videtur ſignificari eſſe quoad facultatem teſtandi magnam differentiam inter reditus beneficij ſimplicis, & beneficij adminiſtrationem habentis, quam ſignificat *gloſ. in cappitul. præſenti.* verbo (*Reſeruari.*) *de offic. ordinar. lib. 6.* quæ poſt *Hoſtienſem in capitul. final. de pecul. clericor.* habet, ſimplex beneficium habentem poſſe teſtari de reditibus eius, habẽtem autẽ beneficiũ, cui adminiſtratio ineſt, minime; & ita videtur facere cõtra cõmunẽ & noſtrũ opinionẽ quę habet, neutrũ illorũ poſſe iure teſtari;

quam late probauimus in dicto *tract. de red.q.3 mo.2. in Apolog. ead. q. et mon.*& poſtea oppoſitum ſignificat, quatenus ait habentes ſimplicia non poſſe teſtari, niſi facultatem ſpecialem habeant ad hoc a ſede Apoſtolica, vel à conſuetudine, clare inſinuando, non poſſe id de iure facere. Quod item ait de priuilegio, alicui videri poſſet parum caute dictum: cum negari non poſſit, vtroſque illorum priuilegio Papæ poſſe teſtari ad pia, vt probauimus vbi ſupra *mon.* 2. & 7. ſed quicquid ſignificet hæc bulla, quæ non continet legem, ſed quandam commiſſionem, quæ non ſolet cum tanta deliberatione componi cũ quanta ſolet lex. *l. humanum. C. de leg. c. erit autem lex. 4. diſt.* intelligi debet ſecundum illam iuris veritatem, quæ habet, vtroſque poſſe teſtari ad pia priuilegio Papę, & ex conſuetudine prædicta; neutros autem ſine tali priuilegio, vel conſuetudine. etiam ad pia; ad profana verò, & in diuites, neque cum priuilegio, neque cum conſuetudine, vt probauimus vbi ſupra. Pius verò IV. in quadam bulla motu proprio data anno 1560. 26. Maij Pontific. anno 1. quoad noſtrum propoſitum ſcribit.

Cum itaque (ſicut ex proborum, & fide dignorum hominum relatione nuper accepimus) quam plures, Prælati, Presbyteri, & aliæ eccleſiaſticæ perſonæ diuerſarum prouinciarum, locorum, & dominiorum, & præſertim Regni Neapol. nulla à nobis, ſeu Sede Apoſtol. facultate teſtandi ſuffulti, vel muniti, ſed temeritate propria, & forſan ad ſuorum importunã ſuggeſtionem impulſi, in eorum vltimis voluntatibus teſtamenta ſua condendo, ac donationes, ſeu legata, aut codicillos faciendo de bonis ſuis diuerſimode, licet id facere nullo modo poſſint, neq; debeant, diſponere audeant, ipſaque bona ſub diuerſis confictis prætextibus, & coloribus hoſpitalibus, ac piis locis, & forſan cum promiſſionibus clandeſtinis, quo eorum conſanguineis, vel affinibus, aut aliis perſonis ab eiſdem teſtatoribus nominatis, poſt illorum obitum ab ipſis hoſpitalibus, & locis de certa ſeu quota portione bonorum huiuſmodi ſubueniatur, teſtari, relinquere legare codicillare non erubeſcant in dictæ Cameræ noſtræ graue dãnum, & præiudicium maximum dictæ Cam. indemnitati opportune conſulere, & inconuenientibus huiuſmodi pro officij noſtri debito congruum remedium adhibere volentes, Motu proprio &c.

Primo noto illud verbum (*donationes*) per quod videtur ſignificare beneficiarios nõ poſſe donare magis quàm legare, cuius contrarium late probauimus in dicto *tract. de red. ſuper cap. ſi. 16. q. 1. mon. 34. & in Apol. ead. q. mo. 81.* Sed ad iuris iuribus concordem, *c. cum expediat. de elect. lib 6.* intelligendus eſt hic *tex. de donatione cauſa mortis.* vel inter viuos ad profana, & quæ nullatenus fiunt intuitu paupertatis, aut pietatis; aut fiunt ſimulate ſub ſpecie illarum ad profana; illa verò quæ in *diſ. mon.* 81. adducuntur, intelligenda ſunt de donationibus inter viuos irreuocabilibus, & veris, quæ vere intuitu earum fiunt: quod etiam ſatis declaratum fuit in prædicto *mon. & ſequen. vbi ſupra.*

Secundo noto, clarè hinc intelligi non eſſe verum id quod N. contra quem prædi-
6 ctam Apolog. ſcripſimus, dixit, nem pe vbique gentium eſſe conſuetudinem, vt beneficiarii pro libito de redditibus ſuis donent, vel relinquant in vita, & in morte cum hic Pius IV. aſſerat vtrunque illorum maleſieri, & eſſe peccatum; & ita confirmat, quæ nos contra ipſum late diximus in prædicto *tract. de red. q. 1. mon. 57. et q. 3. mon. 2. et 7. et in Apol. q. 1. mon. 50. et ſequen.*

Idem Pius IV. in quodam breui commiſſionis dat. 1560. 30. Iulii Pontific. ſui anno 1. ſic ait.

Cum ſicut accepimus, nonnulli res, et bona mobilia, et immobilia; ac ſe mouentia ex fructibus beneficiorum eccleſiaſticorũ acquiſita per obitum prælatorum, et aliarum quarumcunque perſonarum, eccleſiaſticarũ, ſecularium, et quorumuis ordinum regularium, quæ extra hanc almam Vrbem deceſſerunt, remanentia, et relicta, quæ tãquam ſpolia alias ſal. record. Paulus Papa III. prædeceſſor noſter ad Camer. Apoſt. ſpectare, et pertinere decreuit, et declarauit, necnon fructus, redditus, et prouentus menſarum patriarchalium, Metropolitanarum, et aliarum cathedralium, eccleſiarum, et monaſteriorum in tota Italia conſiſtentium, et per obitum prælatorum illorũ vacantium, indebite occupare, et ſpoliis, ac fructibus, et prouentibus huiuſmodi dictam cameram defraudare præſumpſerint, et præſumant in animarum ſuarum periculum, ipſiuſque cameræ præiudicium non paruum. Nos pro noſtri paſtoralis officij debito, talium perſonarum auſus temerarios reprimere, ut ne ſpolia, ac fructus huiuſmodi in poſterum diſſipentur, opportune

pro-

prouidere volentes, ex certa noſtra ſcientia, ac de apoſtolicæ poteſtatis plenitudine omnes et quoſcumque dictorum ſpoliorum, et fructuum, per totam Italiam ad hunc vſque diem quomodolibet, etiam per nos ſeu de mandato noſtro deputatos collectores, et ſubcollectores, etiam ſi S.R.E. Cardinalis et Camerarius fuerint, primum, et ante omnia reuocantes, omnemque illis deſuper attributam auctoritatem, et poteſtatem abdicantes, te qui coniugatus exiſtis, et de cuius fide, integritate, et diligentia plurimum in domino confidimus, noſtrum et dictæ Cameræ in vniuerſa Italia ſpoliorũ ad ipſam Cameram pertinentium, necnon fructuum, redituum & prouentuum menſarum huiuſmodi collectorem generalem auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium quoad vixeris, & quamdiu Theſaurarius noſtri generalis officium obtinueris, conſtituimus, & deputamus. Dantes tibi plenam & omnimodam poteſtatem, & auctoritatem omnes & ſingulas res & bona quæcumque mobilia, & immobilia, ac ſe mouentia, ſpolia nuncupata huiuſmodi & etiam illa, quæ ex fructibus, prouentibus, & redditibus eccleſiaſticis empta, readificata, refecta, & reſtaurata fuerint, ſeu aliàs ex eiſdem fructibus, redditibus & prouentibus quomodolibet prouenerint, per obitum quarumcunque perſonarum eccleſiaſticarum, ſecularium beneficia non ſimplicia, ſed adminiſtrationem habentia obtinentium, & quoad beneficia ſimplicia, niſi ex priuilegio Apoſtolico eis conceſſo, ſeu ex conſuetudine legitima præſcripta, in loco vigente teſtari valentium, & quorumuis ordinum regularium, quauis etiam Pontificali dignitate fulgentium, in vniuerſa Italia, extra tamen dictam vrbem pro tempore decedentium remanſura, & relicta cuiuſcunque qualitatis, & ſpeciei fuerint etiam gemmas, & alia pretioſa, & pecuniarum ſummas necnon etiam fructus reditus, & prouentus menſarum huiuſmodi à die Eccleſiarum & monaſteriorum vacationis huiuſmodi vſque ad diem præfectionis, ac prouiſionis, ſeu commenda de illis facienda quos omnes & ſingulos fructus reditus, & prouentus ad dictam Cameram ſpectare, & pertinere volumus, & decernimus ac eidem Cameræ applicamus & appropriamus, noſtro & præfatæ Cameræ Apoſtolicæ nomine colligendi, percipiendi, & recuperandi, ac tam ſuper illis quam alijs, quibuſcunque ſpolijs, quæ hactenus in ipſa Italia per ſimilium perſonarum obitum, aut aliàs remanſerunt, & indebite vſurpantur, omnibus vijs & modis inquirendi, & inueſtigandi, &c.

Primo noto, illa verba, *In tota italia*, quæ poſſent ſignificare alicui ſolum in Italia deberi huiuſmodi ſpolia Papę: quod tamen non faciunt, nec limitant *extrauagans Pauli III*, quoniam hic non agitur deferenda vel declaranda lege qua debentur ſpolia Papæ, ſed de commiſſione facta Commiſſario, & collectori ſpoliorum Italiæ, quod eſt longe diuerſum, vt palam eſt, & à diuerſis non fit illatio, *leg. Papinianus. ff de minor. et leg. naturaliter. §. nihil commune ff. de acquiren. poſſeſ.*

Secundo illa verba, *Beneficia non ſimplicia, ſed adminiſtrationem, etc.* per quæ videtur, quoad teſtandum ſignificari differentia inter beneficia ſimplicia, & ea quibus ineſt adminiſtratio, de quo dicendum eſt idem quod ſupra diximus de ſimilibus verbis in literis commiſſionis *Pauli III. ſupra relatis in §. 6. num. 3. in fi.*

Tertio noto, illa verba, *Necnon fructus, redditus, et prouentus menſarum huiuſmodi à die eccleſiarum et monaſteriorum vacationis huiuſmodi vſque ad diem præfectionis, etc.* quod ſaltem in Italia non ſolum debentur ſpolia beneficiariorum Papæ, ſed etiam omnes fructus menſarum eccleſiarum Patriarchalium Metropolitanarum, Cathedralium, & monaſteriorum qui obueniunt à die vacationis illorum, vſque ad prouiſionem eorundem: quod videtur eſſe ius nouum. Tum quia ſupra relata extrauagans Pauli III. nil tale habet. Tum quia *cap. quia ſæpe. de elect. lib. 6. et cap. præſenti de off. ord. eod. lib. imo et cap. cum vos. de off. ord. in Decretalib.* ſtatuitur illa eſſe conuertenda in vtilitatem eccleſiarum, vel reſeruanda futuro ſucceſſori. Tum quia hę literæ vtuntur verbo, *volumus*, & verbo, *decernimus*. per quæ introducitur ius nouum; vt de verbo, *volumus*, ait *glo. in clem. 1. de off. vic. et clem. 1 de rerum permutatione.* de verbo verò, *decernimus, glo. clem. per litteras: de præb. et alia 3.* quas citat *Fel in cap. decernimus num. 10. de iudic.*

Quarto noto illa verba, *etiam gemmas etc.* quod appellatione ſpoliorum veniunt nõ ſolũ immobilia, & mobilia vulgaria, ſed etiam pecunia numerata, gemmæ, & alia pretioſa, & recte quidem: quia omnibus illis conuenit definitio ſpoliorum ſupra in principio poſita, & declarata.

SVMMARIVM.

2 *Verbum ſtatuimus, ius nouum inducit.*
3 *Beneficiorum reſeruatorum et non reſeruatorum vna differentia.*
3 *Poſſeſſio beneficiorum reſeruatorum in Regno Neapolitano capta plumbeis bullis non expeditis perimit ius quæſitum per ſimplicem ſignaturam.*
4 *Poſſeſſionem capiens per ſolam ſignaturam non eſt regulariter iudicandus intruſus, vt aſſeruit Fel.*
4 *Bona clericorum per negotiationem illicitam quæſita ſpectant ad ſedem Apoſtolicam.*
5 *Bona clericorum quæſita per modos à canonibus prohibitos ſũt reſeruata Papæ.*
6 *Teſtandi facultas non prodeſt, niſi teſtetur is, cui illa facta eſt.*
7 *Paulus Odeſcalcus laudatus.*

§. 7.

IDEM Pius IV. in alia bulla dat. anno 1566. 7. Decembris, Pontificatus ſui anno 1. ſicait.

Cupientes malitijs nonnullorum, qui fructus monaſteriorum, & aliorum beneficiorum eccleſiaſticorum diſpoſitioni Apoſtolicæ reſeruatorum vſurpare non verentur, & Cameræ noſtræ Apoſtolicæ indemnitati, quantum cum Deo poſſumus conſulere. Motu proprio, & ex certa ſcientia, ac matura deliberatione noſtra, deque Apoſtolicę poteſtatis plenitudine, omnes & ſingulos fructus, redditus, & prouentus, ac iura obuentiones, & emolumenta quæcunque, quomodolibet & qualitercunque nuncupata omnium, & ſingulorũ beneficiorum eccleſiaſticorum, cum cura & ſine cura ſecularium, & quorumuis ordinum regularium, & monaſteriorum, etiam conſiſtorialium nobis, & ſedi Apoſtolicæ, tam per conſtitutiones Apoſtolicas, quam Cancellariæ Apoſtolicæ æditas & ædendas ſeu alias quomodolibet, & ex quauis cauſa generaliter, vel ſpecialiter, reſeruatorum, ſeu affectorum in Regno Neapolis, & quibuſuis prouincijs, ciuitatibus, terris, oppidis & locis conſiſtentium per obitum & alias quouis modo, præterquam per ceſſum, illa obtinentium pro tempore vacantium, à die ipſorum beneficiorum, & monaſteriorũ vacationis pro rata temporis, vſque ad diẽ quo prouiſi per nos de eiſdem beneficiis & manaſteriis vigore literarum noſtrarum ſub plumbo, illorum poſſeſſionem de manu dilecti filii magiſtri Pauli Odeſcalchi notarii, & in d. Regno d. nuntii, & collectoris noſtri, quem per alias noſtras literas commiſſarium ad capiendum poſſeſſionem beneficiorum, monaſteriorum huiuſmodi deputauimus habuerint, & acceperint, & aliter capta poſſeſſio nullius ſit roboris, vel momenti, ac prouiſis ipſis nullum ius per eum acquiri, neque eis vllatenus ſuffragari poſſit, eidem Cameræ Apoſtolicæ authoritate Apoſtolica tenore præſentium applicamus, incorporamus, & appropriamus, illaque applicata, appropriata, & incorporata, eſſe, & fore, & ad illum ſpectare, & pertinere, nullũque præter nos, & dictam Cameram, aut ipſum Paulum nuntium & collectorem, aut ab ipſo deputatos ſubcollectores ea percipere, exigere, aut alias ſe in illis intromittere poſſe, aut debere, ſtatuimus & ordinamus, &c.

Primo noto ex hac bulla, fructus & alia omnia emolumenta beneficiorum quomodocunque reſeruatorum ſedi Apoſtolicæ vacantium aliter quam per ceſſum in toto Regno Neapolitano tempore vacationis obuenientia, ſoli ſedi Apoſtolicæ deberi, & eſſe ei reſernata, quod videtur eſſe nouum. Tum per ea quæ ſuper breui commiſſionis eiuſdem Pii IV. paulò an-
2 te relato, Tum quia nuſquam alibi hoc videtur fuiſſe ſtatutum. Tum quia vtitur verbo, *Statuimus*, quod inducit ius nouum, iuxta *gloſ. notab.* & receptam *cap. vt litigantes de offic. ord. lib. 6. et in cle. literas de reſcriptis.* quas inter alios approbat *Fel. in c. decernimus de iudic. num.* 10. & ne putes hoc ipſum contineri in prædicto breui, conſidera quod illud ſolum ſtatuit de fructibus, & emolumentis patriarchalium, & aliarum eccleſiarum Cathedralium, & monaſteriorum: hæ autem literæ ſtatuunt de fructibus omnium beneficiorum quomodocunq; ſedis Apoſtolicæ prouiſioni reſeruatorum aliter quam per ceſſum vacantium in toto Regno Neapolitano. Ex quo rurſus noto
3 nouam differentiam, inter beneficia reſeruata, & non reſeruata in Regno Neapol. nempe quod illorum fructus tempore vacationis obueniẽtes ſunt reſeruati Papæ, horum autem non item; niſi eſſent eccleſiæ patriarchales, vel cathedrales, & monaſteria.

Secundo noto, quod poſſeſſio præfatorum beneficiorum reſeruatorum præfati Regni, accepta per alias litteras, quam plũ-

beis

beis munitas bullis, nil valet, nec prodeſt, imo nocet; quia perimit ius per ſignaturam quæſitum: & ita hoc caſu eſſet locus opinioni *Fel.* affirmantis in *cap. veniens de accuſ.* iudicandum illum eſſe intruſum qui per ſolam ſignaturam capit poſſeſſionem; contra tamen cuius opinionem eſſe tenendum regulariter monſtrauimus in repetitione *cap. accepta. de reſtit. ſpol. oppoſ.* 8. quod etiam per locum à ſpeciali, quod eſt bonum argumentum, *cap. præſenti § loca. de præb. lib.* 6. ſatis hic probatur. Admoneo tamen lectorem, quod relegenti mihi hunc Commentarium, quo extremã ei manum imponerem, caſu occurrit quædam extrauagans bon. mem. Iulij iii. anno 1553. edita, per quam extendit extrauag. *Iniuncta de elect.* ad omnia etiam minora beneficia quam in dicta oppoſ. 8. declarando diximus eſſe ius exorbitans, & non extendendum vltra maiora beneficia in ea contenta. Extendit, inquam, & addit quod poſſeſſio eorum virtute ſolius ſignaturæ accepta quicquã proſit eam accipienti; imo adeo ei noceat, vt perimat ius quod ei quæritur per ſignaturam, iuxta *c. inſtitutionis. cum gloſ. 25. quæſt. 2. & clem. dudum. de ſepult. cum glo. verbo ſepultura*, & faciat eum inhabilem: ſuper quo dicam plura in Commentario *cap. fraternitas. 12. q. 2.* quem de lege pœnali nunc vtiliter, ni fallor, compono.

Item Pius iiij. in alia bulla dat. anno 1560. nonis Februarij Pontific. anno 2. confirmat facultatem teſtandi, quam Iulius iij. per extrauagantem ſuam ſupra relatam dederat omnibus incolis Vrbis, & aliis clericis Curiam ſequentibus, & decernit omnia quæſita à clericis, vel religioſis per negotiationem illicitã, quæ poſt mortem eorum permanſerunt remanent, vel quibus in vita priuantur, vbique gentiũ pertinere ad Cameram Apoſtolicam, etiã ſi cum facultate teſtandi de illis teſtati fuerint: in hæc verba.

Nos ex certis tunc expreſſis cauſis motu ſimili, & ex certa noſtra ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine per alias noſtras literas, ſub dat. non. Nouemb. Pontific. noſtri anno 1. decernimus, declaramus omnia, & ſingula res & bona cuiuſcunque qualitatis, & quantitatis exiſtentia, ac in quibuſuis rebus, ac regnis, & dominijs, tam vltra quam citra montes, & maria conſiſtentia, per quoſuis clericos, tam ſeculares quam regulares, etiam ſi Epiſcopali, Archiepiſcopali vel ea maiori dignitate præfulgerẽt, ex negotiatione illicita, aut alias contra ſacros canones, quomodolibet acquiſita, quæ pro tempore poſt obitum eorum, qui etiam ex facultate quam habuerant teſtandi, condito teſtamento vbiuis locorũ decederent, aut quibus etiam illos viuentes priuari, & eis deſtitui contingeret, eatenus remanſerant, & in poſterum remanerent ad eandem Cameram et non alios ſpectaſſe et ſpectare, ac ſub nomine ſpoliorum venire, illaq; tanquam ſpolia ad eamdem Cameram pertinentia perpetua colligi, & recuperari potuiſſe ac poſſe, et debere, prout in ſingulis literis prædictis plenius continentur, &c. & mox limita hanc ampliationem in hunc modum.

Literas noſtras prædictas ad S.R.E. Cardinales, etiam vbiuis locorum decedentes, ac eorum bona vbique exiſtentia nullo pacto, ac Vrbem, & Curiam præfatas, necnon prælatos officiales, ac alios ſeculares, cuiuſuis ordinis regulares clericos, cæteroſq; tam in vrbe, & Curia præfatis pro tempore exiſtentes, & in ea, ſeu eius diſtrictu decedentes, quam alias alibi vbiuis locorum, etiã vltra montes, & maria exiſtentes, teſtandi tamen codicillandi, & alias de bonis ſuis quibuſcunq; quomodolibet diſponendi, facultatem, ſeu etiam, quod eis ab inteſtato decedentibus eorum bona ad ipſorum proximiores, & qui niſi beneficiati eſſent, ſuccedere deberent deuoluantur, & debeãt ſpecialem ab Apoſtolica ſede, vel officiorũ ſuorum ratione priuilegiorum, aut ex alio quouis titulo, pro tempore habentes cuiuſcunque ſtatus gradus ordinis conditionis, & præminentiæ perſonas, minime ſe extendere, neque illos aut eorum aliquem comprehendere. &c.

Primo noto, & admoneo lectorem, quod in d. *tract. & Apolog. de redit. eccleſ. q. 3. mon. 6.* ſub finem citaui hanc extrauagan. quo ad partem deciſam, qua facit facultatem teſtandi eccleſiaſticis perſonis reſidentibus in vrbe, etiam quoad profana, quæ non fuit hic repetenda: quia continebat idem penitus, quod extrauagans Iulij iij. §. 6. relata ſuper qua notaui, quę ſuper hac me notaturum condixi in prædicto mon.

4 Secundo noto illa verba, *de negotiatione illicita*, omnia quæſita per negotiationem illicitam clericorum, & religioſorum quæ tempore mortis eorum manſerint inconſumpta, vel quibus in vita priuantur, pertinere ad S. Sedem Apoſtol. quod etiam videtur ius nouum. Tum quia nuſquam alibi hoc videtur inueniri ſtatutũ.

Tum

Tum quia vtitur ve bo, *decernimus*, quod inducere ius nouum ſupra diximus, poſt gloſ. receptam *clem. per literas. de præb.* & alias tres citatas a *Fel. in cap. decernimus. de iud num.* 10. quo ſit, vt non ſit adeo firmum, id quod quidam reſponderũt de bonis cuiuſdam religioſi apoſtatæ qui nulla neceſſitate in id preſſus, apud Indos ad 20. millia ſcutorum negotiando quæſiuit: reſponderunt enim omnia pertinere ad monaſterium, vnde iam profeſſus ſine licentia exiuit, & in Indiam ſe cõtulit. Nam licet ſecundum antiqua iura recte reſpondiſſent iuxta *c. cum olim. ſecundum.* & ibi notata per *Innocen.* ab omnibus receptum, *de priuileg. & auth. Ingreſſi C. de ſacroſan. eccle. & c. non dicatis. cum glo.* 12. *q.* 1. tamen in hac bulla, quam ipſi non viderunt, contrarium ſtatuitur, quod tanquam quotidianum valde videtur notandum & conſulendum eſſe monaſteriis, quorum religioſi talia taliter quæſierunt, vt ſe componerent cũ Camera ſed. apoſt. quę in illa ius ſuum transfert, quo talia bona iure firmo petere poſſent.

5 Tertio noto illa verba, *Vel alias contra ſacros canones*, per quæ probatur, quod quæſitá per perſonas eccleſiaſticas per modos eis à canonibus prohibitos, etiam aliter quam per negotiationem illicitam ſunt reſeruata Papæ, ſi morientes illa inconſumpta relinquant, vel viuentes eis priuentur: quæ profecto magna ampliatio eſt: nam eam conſequitur, quod quæſita per quaſcunq; perſonas eccleſiaſticas ex beneficiis contra iura retentis, ex officiis ſecularibus contra iura exercitis, ex arte medica, & chirurgica, vel alia eis prohibita, ex obſequiis item indecenter Regibus, & aliis ſecularibus perſonis cõtra ſtatura canonum exhibitis, ſunt reſeruata Papæ, *arg. c. præterea. & c. cum iam dudum. et c. de multa. ſie præb.* quæ de iniuſta retentione beneficiorum loquuntur. & *c.* 1. *et* 2. *et c. ſed nec procuratores villarum. et c. ſententiam ſanguinis. et c. ſecundum. ne clerici, vel mona.* per quæ complura officia & contractus, & obſequia erga laicos clericis, & monachis prohibentur, argumento item *cap. tua de homicid.* per quod & notata ibi vetantur eiſdem ars chirurgiæ, & medicinæ, & *cap.* 1. *et* 2. *de poſtul.* per quæ vetantur eſſe aduocati coram iudicibus ſecularibus, & aliorum, de quibus eſt armata militia *c. clerici arma portantes.* cum ei annotatis, *de vit. & honeſt. cler.* & tradita *S. Thom.* 2. 2. *q.* 40. *art.* 2. Quæ omnia videntur limitanda, ne procedant in clericis ſecularibus in minoribus tantum ordinibus conſtitutis & carentibus beneficiis eccleſiaſticis ſaltem ſibi ad victum ſufficientibus; ij enim videntur poſſe iuſte exercere officia, & artes, præſtare obſequia Regibus, & aliis ſecularibus: conducere item prædia, & villas, ſicut et alii laici, *arg. c.* 1. *de poſtul.* quod à contrario ſenſu probat ſecundũ gloſ. eius receptam poſtulare poſſe corã iudicibus ſecularibus, etiam in cauſis profanis, licet id prohibeatur conſtitutis in ſacris, etiam ſi non habeant beneficia, & conſtitutis in minoribus, ſi habent illa ſufficientia, hacdemq; ratione videntur limitanda, ne procedant in conſtitutis in ſacris non habentibus vnde viuant, neq; in habentib. beneficia tenuia victui ſuo imparia; quoniam etiam iſti poſſunt eiuſmodi officiis & artibus, victum ſibi quærere. *argum. glo. c. clericus victum* 91. *diſtin. et glo. c. canonum.* 14. *q.* 4. iuxta doctrinam *Panor. in dicto c.* 1. *de poſtula.* An autem prædicta limitatio habeat locum in foro conſcientiæ, dicemus in commentario *c. fraternitas.* 12. *q.* 2. quem nunc componimus tanquam appendicem prædicti *tract. de red. ſeu commentarii dict. c. ſi.* 16. *q.* 1. & prædictæ Apologiæ, & huius commentarii.

Quarto noto illa verba, *Literas noſtras prædictas ad S.R.E. Cardinales*, &c. quod ea, quæ in præcedente notabili collegimus, non habent locum in tribus generibus perſonarum, videlicet Cardinalium, & decedentium in Curia, & eorum, qui priuilegio ſpeciali, vel generali teſtandi ratione ſuorum, vel alias, haberent, etiam ſi extra Curiam decederent; quorum tertia intelligendum videretur, dummodo teſtati decederent, vel haberent clauſulã, qua fieri facultas cognatis eorum ſuccedendi

6 eis ab inteſtato: facultas enim teſtandi nil poteſt prodeſſe, niſi teſtetur is cui factũ eſt, illa, vt palam eſt, *arg. l. ex imperfecto. & l. hac conſultiſſima. C. qui teſtamen. fac. poſſ.*

Eiuſdem item Pii IV. breue quoddam Reuerendiſſimo Franciſco Odeſcaleo directũ dat. anno 1560. 6. Martii. Pontific. anno primo, ſic habet.

Cum ſicut accepimus nonnulli, res & bona mobilia, ac ſe mouentia ex fructibus beneficiorum eccleſiaſticorum acquiſita per obitum prælatorum, & aliarum quarumcunque perſonarum eccleſiaſticarum ſecularium, & quorumuis ordinum regularium,

quæ

quæ extra hanc almam vrbem deceſſerunt, remanentia, & relicta, quæ tanquam ſpolia alias fel. rec. Paulus Pap. III. prædeceſſor noſter ad Cameram Apoſtolicam ſpectare, & pertinere decreuit; ac declarauit; nec non fructus, reditus, & prouentus menſarum Patriarchalium, Metropolitanorum, ac aliarum cathedralium eccleſiarum, & monaſteriorum in tota Italia conſiſtentium, per obitum illorum prælatorum vacantium indebite occupare, & ſpolijs, ac fructibus, reditibus, & prouentibus huiuſmodi dictam Cameram defraudare præſumpſerint, & præſumant in animarum ſuarum periculum, ipſiuſque Cameræ præiudicium non paruum. Nos pro noſtri paſtoralis officij debito, talium perſonarum abuſus temerarios reprimere, & ne ſpolia, ac fructus huiuſmodi in poſterum diſſipentur, opportune prouidere volentes, Motu proprio, & ex certa ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine omnes, & quoſcunq; dictorum, ſpoliorum, & fructuum per totam Italiam ad hunc vſque diem quomodolibet, etiam per nos, ſeu de mandato noſtro deputatos collectores, & ſubcollectores, etiam ſi S. R. E. Cardinales, aut Camerarius fuerint, primum & ante omnia reuocantes, omnemque illis deſuper tributam auctoritatem, & poteſtatem adimentes, te, cuius fide & integritate, & diligentia plurimum in Domino confidimus, noſtrum & dictæ Cameræ in vniuerſa Italia ſpoliorum ad ipſam Cameram pertinentium, nec non fructuum, redituum, & prouentuum menſarum huiuſmodi collectorem generalem auctoritate Apoſtolica tenore præſentium ad noſtrum, & ſedis Apoſtolicæ beneplacitum, conſtituimus, & deputamus, Dantes tibi plenam, & omnimodam poteſtatem, ac authoritatem, omnes, et ſingulas res, et bona quæcunque mobilia, et immobilia, ac ſe mouentia, et etiam illa quæ ex fructibus, prouentibus, et reditibus eccleſiaſticis empta, ædificata, refecta, et reſtaurata fuerint, ſeu alias ex eiſdem fructibus, reditibus, et prouentibus quomodolibet prouenerint, per obitum quarumcunque perſonarum eccleſiaſticarum ſecularium, beneficia non ſimplicia ſed adminiſtrationem habentia obtinentium, et quoad beneficia ſimplicia, niſi ex priuilegio Apoſtolico, ſeu ex conſuetudine legitime præſcripta, in loco vigente teſtari valentium ac quorumuis ordinum regularium, quauis, etiam pontificali dignitate fulgentium in vniuerſa Italia, extra tamen dictam Vrbem, pro tempore decedentium remanſura, et relicta cuiuſcunque qualitatis, generis, et ſpeciei fuerint, etiam gemmas, ac pretioſa, et pecuniarum ſummas; necnon etiam fructus, reditus, et prouentus huiuſmodi menſarum à die eccleſiarum et monaſteriorum vacationis huiuſmodi, vſque ad diem præfectionis et prouiſionis, ſeu commendæ de illis faciendæ: quos omnes, et ſingulos fructus, reditus et prouentus, ad dictam Cameram ſpectare, et pertinere volumus, atque decernimus, ac eidem Cameræ applicamus, et appropriamus noſtro et prædictæ Cameræ nomine, colligendi, percipiendi, exigendi, et recuperandi, etc.

7 Primo noto illa verba *De cuius fide integritate, et diligentia*, &c. per quę video Reuerendiſſimum Franciſcum Odeſcalcum ſcriptis *fæl. rec. Pij IIII.* tantopere laudari numine fidei, diligentię & integritatis, quem iam inde à meo in Vrbem appulſu a quàm plurimis etiam multis alijs nominibus egregie commendari verbo audio, eò maiore cum animi voluptate, quò fratrem eius periilluſtrē ac Reuerēd. Epiſcopum Paulum Odeſchalcum ob eadem nomina, lego in literis eiuſdem Pij paulo ante relatis legatum fuiſſe nuntium, & commiſſarium generalem in totum Regnum Neapolitanum. De cuius Reuerendiſſima Dominat. in Hiſpania antequam huc venirem, & antequam ille ad præſulatum eueheretur, ſimul ac eum de facie ac conſuetudine noui, ac fidedignam eius in Curia regis Catholici geſtorum relationem accepi, mihi perſuaſi non ſolum eum laude dignum ob fidem, integritatem, & diligentiam, ſed etiam ob multas alias corporis & animi dotes, ob ingenium acres, ac ad omnia verſatile, ob egregiam, eandemque variam eruditionem, ob euoluendi, & reſoluendi confuſa ſolertiam, & experientiam, ob dicendi facundiam, & energiam, & libertatem cum animi magnitudine coniunctam explicandi commiſſa etiam apud ſummos Monarchas: cuius virtus in exequēdis nuper *fal. rec. Pij V.* apud D. Ioan. Auſtriacū glorioſiſſimū ſacri fœderis exercitus Imperat. ac poſtmodū apud primores Italię Princip. mādatis, maxime enituit, et è re Chriſtia. fuit.

Secundo noto illa verba *Aedificata refecta*, &c. per quæ confirmatur id quod ſupra ex literis eiuſdem Pij IIII. collegimus, nempe non ſolum cedere ſpoliis ſea quę beneficiarij relinquunt ſeparatim empta;

ſed etiam refectionem aliorum prædiorum ruſticorum, & vrbanorum, ſui vel aliorum patrimonij, quod intelligendum eſt vt ibi.

Tertio noto illa verba. *Non ſimplicia*, &c. per quæ ſignificatur aliqua differentia beneficiorum ſimplicium & aliorum; de qua dicendum vt ſupra in literis eiuſdem Pij IIII. dat. anno 1563. 3. Ianuarij.

Quarto noto illa verba, *Necnon etiam fructus*, &c. per quæ confirmatur id quod ſupra in breui eiuſdem commiſſionis anno 1560. contineretur: nempe fructus dignitatum, de quibus ſit hic mentio, tempore vacationis obuenientes S. Sedi Apoſt. reſeruari.

SVMMARIVM.

2 *Bona aliqua empta ex reditibus eccleſiaſticis beneficiarijs morientibus non connumerantur ſpolijs neque bonis eorum patrimonialibus, aut quaſi, & qua ſint illa.*

3 *Verba (ſtatuimus) & (decernimus) ius nouum important.*

4 *Sacra res & religioſa, etſi nullus hominis ſint, quoad verum dominium, vſus tamen earum honeſtus penes aliquem, etiam laicum eſſe poteſt.*

5 *Bonorum quorundam dominium ipſo iure tranſit in eccleſiam beneficiarij ſimul, ac ille vita perfunctus eſt.*

6 *Permittuntur multa ad ſedandas diſcordias exteriores, quæ nõ ſedãt interiores.*

7 *Beneficiarius nullus, aut penſionarius qui dum viueret non habuit in beneficijs, vel penſionibus reditum excedentem ſummam treginta ducatorum de Cam. cenſetur relinquere ſpolia.*

8 *Beneficia & penſiones quoad materiam ſpoliorum, & onus diſtribuendi reditus, æquiparantur.*

§. 8.

Sanctiſſimus autem fæ. mem. Pius V. in quadam conſtitutione digna ſua ſumma religione, iuſtitia, prudentia, & li-
1 beralitate, condita ſuper ſpolijs anno 1567. 3. Kal. Septembris Pontificatus ſui anno primo. ſic ſtatuit.

Cum itaque, ſicut accepimus, nonnulli Patriarchæ, Archiepiſcopi, Epiſcopi, & Abbates, ſeu commendatarij, ac beneficia eccleſiaſtica obtinentes, proprij honoris, & ſalutis immemores, etiam prætextum facultatum teſtandi eis per ſedem Apoſtolicam conceſſarum in eorum vltimis voluntatibus res ſacras, ac vaſa, ornamenta, ac paramenta eccleſiaſtica aliaque cultui diuino dicata quandoque ex fructibus eccleſiaſticis per eos acquiſita, non eccleſiis, & monaſteriis, ac beneficiis, quibus præfuerunt, ſeu à quibus prouentus eccleſiaſticos, & ſtipendia acceperunt, prout rationi, & honeſtati conſentaneum foret, ſed aliis locis, etiam non piis ac interdum eorum conſanguineis, & affinibus relinquere, ac Cameræ Apoſtolicæ collectores prętextu, quod illa ſub appellatione ſpoliorum veniunt, tanquam einſdem Cameræ ſpolia exigere, & percipere non erubeſcant, in maximum religionis dedecus, ac eccleſiarum, monaſteriorum, & beneficiorum eorundem detrimentum, ac reliquentium animarũ periculum, ſcandalumq; plurimorũ. Nos abuſibus, ſcandaliſq; huiuſmodi prouidere, ac ſingularium, eccleſiarum monaſteriorum, & beneficiorum indemnitati, animarumq; quorũlibet ſaluti cõſulere volentes. Motu proprio, ex certa ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine hac noſtra perpetuo valitura conſtitutione, ſtatuimus, ordinamus, decernimus, & declaramus; quod de cætero omnia & ſingula ornamenta, & paramenta, ac vaſa necnon miſſalia, & gradualia, ac cantus firmi, & muſicæ, aliique quomodolibet nuncupati libri, & alię res ſacrę, etiam auri; & argenti, ac quæcunque alia bona, per quoſcunq; Patriarchas, Archiepiſcopos, Epiſcopos, Abbates, commendatarios, & alios quoſcumque quęcumque & qualiacunq; beneficia eccleſiaſtica cum cura, & ſine cura ſecularia, & quorumuis ordinum regularia in titulum, vel cõmẽdam, aut alias quolibet obtinẽtes quocunq; nomine vel titulo cenſeãtur, ẽt ſi de illis, & eorũ qualitatibus ſpecialis, & expreſſa mentio habenda foret, ad vſum, & cultum diuinum, etiã in eorum priuatis ædibus, & cappellis, vel Oratorijs deſtinata, tẽpore eorum obitus ex teſtamento, vel ab inteſtato relicta, ſub quibuſuis facultatibus teſtandi, & alias diſponendi de bonis per eos ex altari, vel alias quomodolibet acquiſitis, per quoſcumque Romanos Pontif. prædeceſſores, & ſucceſſores, noſtros, ac nos ſub quibuſuis tenoribus, & formis, & cum quibuſuis clauſulis & decretis, etiam motu proprio, & alias quomodolibet conceſſis, & concedendis

minime

minime comprehendantur, nec ſub appellatione ſpoliorum veniant; ſed ad ſingulas eccleſias, monaſteria, etiam conuentu carentia, & beneficia huiuſmodi, in quibus reſederint, aut quibus præfuerint, ſeù alias quæ obtinuerint, omnino ſpectent, & pertineant, ac ſpectare, & pertinere; illaque poſt eorum obitum eiſdem eccleſijs, monaſteriis, & beneficiis, etiam ſi in Rom. Curia, & procul ab illis deceſſerint, vel ad illa nunquam acceſſerint, etiam ſi antea eccleſiarum & monaſteriorũ regimini ceſſerint, vel beneficia huiuſmodi renunciauerint, eo ipſo applicata, & incorporata ſint, & eſſe cenſeantur: ita quod liceat illis defunctia in eiſdem eccleſiis, monaſteriis, & beneficiis ſucceſſoribus, & eccleſiarum & monaſteriorum huiuſmodi Capitulis, conuentibus reſpectiue illa propria authoritate libere apprehendere ac eorum eccleſiis, & ſacriſtiis applicare, & incorporare ac quæcumque donationes, ac relicta, & legata, teſtamenta, & codicilli, & aliæ vltimæ voluntates ſeù ſpolia deſuper contra præſentis conſtitutionis noſtræ tenorem quomodolibet pro tempore facta, quoad præmiſſa, nulla, & inualida, nulliuſque roboris, & momenti exiſtant, Et perſonis etiam eccleſiaſticis ſeù locis etiam piis, aut eccleſiaſticis quibuſcunque, in quarum ſeù quorum fauorem pro tempore facta fuerint, minime ſuffragentur: nec per ea eiſdem perſonis, ſeù locis, vel aliis eccleſiia huiuſmodi aliquod ius in rebus prædictis, vel ad illas acquiri poſſit. Quinimo res ſacras, ac alia bona prædicta quocumque nomine, vel titulo detinentes pro tempore ad illa, eccleſiis & monaſteriis ac beneficiis, per defunctos quomodolibet acquiſitis, vt præfertur, iuxta præſentium tenorẽ realiter, & cum effectu reſtituendũ, & cõſignãdum qu buſuis diſpoſitionibus de illis in contrariũ quomodolibet factis, minime attentis, omnino teneantur; & ad id per cenſuras, & pænas, etiam furti, & ſacrilegij, ac alias iuris, & facti remedia opportuna cogi, & compelli poſſint, & debeat. Et inſuper ne deinceps contingat, inſolentia Camer. Apoſtolicæ collectorum vel ſubcollectorum, aliquas eccleſias aut hominum quemquam dãno, & iniuria affici; nec cuiquam de cætero vertatur in dubium, quæ res habendæ ſint nomine ſpolii, ſimili modo ſtatuimus, decernimus, & declaramus, quod quæcumque ſcamna, cathedræ, arcæ; & etiam ligneæ, vel lapideæ etiam marmoreæ menſæ, & tabulæ, ac quæcumque dolia, ſeù vaſa vinaria, vacua, & alia ſimilia ſuppellectilia domeſtica, per quoſnia presbyteros, ſeù clericos ab humanis pro tempore decedentes, tempore eorum obitus in eccleſiaſticis, ſeù eorum domibus eccleſiarum earundem, vel alibi vbinis locorum relicta, etiam ſi ex reditibus, & prouentibus, & fructibus, beneficiorum, quæ dum viuerent obtinebant, acquiſita fuerint ſub ſpoliorum appellatione minime veniant; nec pro ſpoliis vllo modo reputari poſſint. Præterea quod nullum ſpolium Cameræ præfatæ fieri, nec quicquam à quibuſuis ſpoliorum Cameræ huiuſmodi collectoribus, vel ſubcollectorib. exigi poſſit per obitum illius qui dum viueret vnum, vel plura beneficia eccleſiaſtica obtinuerit cuius, vel quorum ſimul fructus, reditus, & prouentus 30. ducatorum auri de Cam. ſecundum communem æſtimationem valorem annuum non exceſſerunt, aut qui penſiones annuas ſuper quibuſuis fructibus eccleſiaſticis vſque ad dictum valorem annuatim perceperit: dummodo tamen is ſe ab omni negociatione illicita, & à ſacris canonibus prohibita abſtinuerit. Ita quòd ſi quis dictorum collectorum; aliquid ex bonis quorumuis defunctorum, qui ſimilia beneficia obtinuerint, ſeù ſimiles penſiones perceperint, prætextu ſpoliorum eiuſdẽ Cameræ percipere, aut contra præſentes noſtras literas attentare præſumpſerit, ad totalem bonorum per eum pereeptorum reſtitutionem teneatur, ac ad id via iuria, & etiam per ſimiles cẽſuras, & penas cogi, & compelli poſſit, & debeat. diſtrictibus inhibentes quibuſuis Cameræ prę fatę ſpoliorum collectoribus, nunc & pro tẽpore exiſtentibus, ne ſub indignationis noſtrę, & priuationis eorum officiorum pœna, in ornamentis, & paramentis, ac vaſis, & libris, præfato cultui dicatis, ac aliis rebus ſacris; nec non ſuppellectilibus præfatis, quomodolibet ſe intromittant, nec in eorum inuentariis tanquam ſpolia redigant, ſeù deſcribant; ſed ornamenta, nec non vaſa, & libros, aliaque diuino cultui dicata, huiuſmodi eccleſiis, monaſteriis capellis, & aliis beneficiis huiuſmodi, eorumque Rectoribus, & aliis præfatis libere dimittant, & conſignent ac conſignari faciant cum effectu, ac ſuppellectilia prædicta in locis vbi conſtite-

 rint

rint relinquant, decernentes, &c.
Primo noto illa verba, *Res ſacras, vaſa, ornamenta*, &c. ex quibus colligitur aliqua
2 bona eſſe eccleſiaſtica empta de reditibus
eccleſiaſticis, ac relicta à beneficiariis morientibus, quæ non ſunt hodie adnumeranda ſpoliia, nec bonis eorum patrimonialibus, nec quaſi patrimonialibus: nam bona illa, de quibus hæc extrauag. loquitur, ſunt huiuſmodi; quia non ſunt, nec erunt poſt hac ſpolia, neq; Cam. Apoſtol. neq; collectores eius poſſunt ea ſibi vendicare, nec beneficiarii ex teſtamento, vel ab inteſtato cuipiam illa donare, vel relinquere. Illa verò ſunt omnia, & ſingula ornamenta, & paramenta, & vaſa, necnõ miſſalia, & gradualia, ac cantus firmi, & muſicæ, aliiq; quomodolibet nuncupati libri, & aliæ res ſacræ, etiam auri, & argenti, ac quęcumque alia bona, per quoſcumque beneficiarios, ſiue regulares, ſiue titulares, ſiue ſeculares, ſiue commendatarii, ſiue ſint ſimplices, ſiue curati, ſiue Prȩſules, Archiepiſcopales, ad vſum, & cultum diuinum, etiam in eorum priuatis ędibus, & capellis, vel oratoriis deſtinata, tempore eorum obitus ex teſtamento vel ab inteſtato relicta, ſub quibuſuis facultatibus, teſtandi, & aliàs diſponendi de bonis, per eos ex altari, vel alias quomodolibet acquiſitis per quoſcumque Romanos Pontif. prędeceſſores eius, & ſucceſſores, ac ipſum ſub quibuſuis tenoribus & formis, & cum quibuſuis clauſulis, & decretis, etiam motu proprio, & alias quomodolibet conceſſis, & concedendis minime comprehendantur, quæ conſtitutio noua eſt. Tum quia numquam antea hoc ſtatutum fuit, imo ante hac bonum aliqua erant ſpolia, illa videlicet, quæ erant empta ex reditibus eccleſiaſticis; quia illis conueniebat definitio ſpoliorũ ſupra poſita. Alia verò patrimonialia, vel quaſi patrimonialia, illa videlicet quæ ex aliis comparata eſſent, iuxta definitionẽ bonorum patrimonialium, vel quaſi patrimonialium poſitam in præfato *tract. de redit. eccleſ. q. 1. mon. 19. et in Apolog. q. 1. monit. 21. et* 22. Tum quia vtitur verbo
3 *Statuimus*, & verbo, *Decernimus*; quę ſignificant ius nouum, per prædictas *glo. c. vt litigantes, de offic. ord. lib. 6. clem. per literam, de præb.* Nec obſtat etiam, quod vtitur verbo *Declaramus*, quod ſignificat ius antiquum, iuxta *gloſ. receptam in cle. litteras, de reſcript.* quia poteſt verificari quoad aliqua, puta res cõſecratas aliqua benedictione, quæ etiam iure antiquo videbantur deberi eccleſiis; ſaltem ea, quę beneficiarii tenent empta de ſuis reditibus patrimoniorum, & ſeruant in domib. ſuis, vt quum voluerint celebrent, vel celebrari faciant miſſas, iure antiquo, inter quaſi patrimonialia numerari poterant, cum etiam laici talia ſoleant habere, & in hæredes tranſmittere; nam licet res ſacræ nullius hominis ſint, quoad verũ dominium, iuxta *§. nullius, et §. ſacræ. In-*
4 *ſti. de rer. diuiſ.* vſus tamen illarum honeſtus, & religioſus poteſt eſſe etiam apud laicos, ſicut & religioſa in nullius quidem bonis ſunt, d. *§. nullius*, & tamen vſus ſepulchri quod eſt religioſum, ita eſt penes vnum, quod non ſit penes alium, *§. religioſum eod. tit.*
Aduertendum autem, quod hæc noua diſpoſitio comprehendit præfata bona, etiam ſi non eſſent aliqua benedictione conſecrata: comprehendit enim paramenta & miſſalia, & libros cantus firmi, & muſici, quę nuſquam vt plurimum benedicuntur comprehendit item illa quæ ad agendum officia diuina etiam extra eccleſias in oratorijs priuatis habentur, vt patet ex littera; comprehendit etiam quæ beneficiarij relinquunt in morte, poſteaquam beneficia, ex quorum reditibus illa comparata fuerant, ante renunciauerunt vt patet ex littera. comprehenduntur item illa de quibus beneficiarij teſtati fuerunt, etiam cum legitima teſtandi facultate; non autem comprehendit illa quæ beneficiarij habent empta aliquibus eiuſdem generis, vel alijs ſibi neceſſarijs: quoniam à iure antiquo non eſt recedendum, niſi quatenus iura noua exprimunt. *leg. præcipimus, C. de appell.* At ius hoc nouum ſolum excipit ab antiquo ea quæ ſunt ad vſum eccleſiaſticum deputata qua ratione etiam non comprehenduntur in prædictis aulæa, & tapeta, quæ beneficiarius habet principaliter ad domum ſuam ornandam, licet non vnquam ea commodet eccleſiæ, vel alij ad agendum feſtiuiores dies ſacros, neque comprehendit ea quæ in vita poſt, vel ante renunciatum beneficium commutauit, vel donauit, quæ extrauagans nullum impedimentum adiicit ei, quo minus in vita eis pro ſuo arbitrio, alias canonice, vti poſſit; & vt dictum eſt à iure antiquo non recedimus, niſi quatenus in nouo exprimitur. Ex quibus infertur illum beneficiarium, qui in nundinis Legionis emiſſet multos calices ſacros, & multa ornamenta ad celebrandas miſſas idonea, multa item miſſalia, & libros
muſi-

muſicos, & Metinam Hiſpaniarum em-
porium traduxiſſet, quò alijs, & alijs ea
venderet non teneri ad relinquendũ illa
eccleſiæ ſui beneficij, ſi morte præuentus,
non potuit illa vendere.

5 Secundo noto, quòd præfatorum bono-
rum dominium ipſo iure tranſit in eccle-
ſiam beneficiarij, ſimul ac ille mortuus
fuerit. Tum per illa verba, *Et ipſo applica-
ta, & incorporata ſint, & eſſe cenſeantur.*
quæ ſignificant ſententiam iuris, *glo. in
cap. in pœnis, de reg. iur. lib. 6. & tradit
Fel. poſt alios in cap. Rodelſus, nu. 28. de
reſcr.* Tum per illa verba, *Furti, & ſacri-
legij*, quæ ſignificant eum qui talia bona
occuparet, vel occupata teneret, eſſe ſacri
legum, & furem; qualis iure non eſſet, niſi
prædicta bona ipſo iure pertinerent ad
eccleſiam, *arg leg. 1. de furt. cap. quiſquis,
§ ſacrilegium, & canon. ſacrilegium. 17. q.*
4. Tum per illa verba, *nec per ea eiſdẽ per-
ſonis*, &c. per quæ inducitur impotentia
quæ reddi dominium illorum, alijs quibuſ
cunque perſonis, ſiue ex teſtamento, ſiue
ab inteſtato beneficiario mortuo ſucce-
derint; & ita præſupponit dominium quę-
ri Eccleſiæ cum alioqui vacarent, & do-
minia eorum in incerto eſſent, cõtra *l. pri-
mam. ff. de vſuca.* Aduertẽdum item, quod
per hanc extrauagantem limitatur extra-
uagans Iulij III. ſupra relata, per quam
fit pleniſſima libertas teſtandi beneficia-
rijs morientibus in curia; hæc enim ſta-
tuit ne habeat locum in præfatis bonis vt
patet in ea, nec refert in loco eccleſiarum
vel procul ab eis decedant, nec an reſede-
rint, vel nunquam ad eas acceſſerint, nec
an eccleſiæ ſint collegiatæ, vel ſimplices,
vt in ea exprimitur.

Tertio noto ex §. in ſuper quod etam. ſcam
na, cathedræ, arcæ, & cætera bona quæ
hic nominantur, eximuntur à numero ſpo
liorum: cum tamen iure antiquo debuiſſẽt
eis annumerari, ſi fuerunt quæſita ex re-
ditibus eccleſiaſticis, & ita quoad hoc ius
nouum inducitur, licet quoad ea quæ con-
ſtaret eſſe comparata ex bonis patrimo-
nialibus, vel quaſi patrimonialibus ius an
tiquum contineat, & ita vtitur verbo, *De-
cernimus, & Declaramus*, quorum prius
tanquam iuris noui ſignum, refertur ad il-
6 la, poſterius verò ſcilicet, *Declaramus*.
quod eſt ſignum iuris antiqui, vt ſupra
dictum eſt refertur ad poſteriora, quæ de-
claratio ęqua quidem eſt ac S. D. N. ęqui
tate digna, ac tollendis murmurationibus
& moleſtijs hæredum, & cognatorum be
neficiariorum tam apta, quod eorum ſub-
latio iuſta cauſa videri poſſit, vt huiuſmo-
di ſupellectilia, quæ vt plurimum nõ ſunt
magni valoris, permittantur prædictis hę-
redibus, etiamſi alioqui diuites ſint. Qui-
bus ſine iuſta cauſa non poſſe donari ali-
qua ex reditibus eccleſiaſticis quęſita,
ſine intuitu paupertatis, definiuit *Concil.
Trid. ſeſſ. 25. cap. 1. de reform.* vt late pro-
bauimus in dicto *tract. de red. quaeſt.* 1.
mon. 42. & in d. Apolog. mon. 27. 38. & 39.
quamuis meo conſilio prædicti hæredes
diuites impenderent in opera pia tantũ,
quantum prædicta ſupellectilia valerent,
ſi conſtaret eis ea fuiſſe quæſita ex ſuper-
fluis quæ debebantur pauperibus: quoniã
licet per hanc *extrauag.* ſint ſecuri quoad
forum exterius, non tamen videntur eſſe
quoad interius, cum nulla contineat ver-
ba quæ id efficaciter probent, & multa
permittuntur ad ſedandas exteriores di-
ſcordias, quæ non ſedant interiores,
qualis eſt res iniuſte ſed rite iudicata.
*leg. prima. ff. de re. iudicat. & leg. res iu-
dicata. ff. de regul. iur. vna cum ſingu-
lari dicto Innocen. communiter recepti
in capitul. quia plerique. de immunit. ec-
cleſ.*

7 Quarto noto ex §. *preterea.* concluſio-
nem *fel. rec. Pij V.* liberalitate digniſſimã;
videlicet quod nullus beneficiarius, vel
penſionarius, qui dum viueret non habuit
in beneficijs, vel penſionibus eccleſiaſti-
cis maiorem reditum quam 30. ducat. au-
ri de Camera, non cenſeatur in morte re-
linquere aliqua ſpolia. cuius ratio firma
eſt concluſio illa noſtra, quam in *præd.
tracta. de redit. eccle. q. 1. mon. 44. & in d.
Apolog. q. 1. mon. 31.* contra N. aduerſariũ
latè defendimus, videlicet illa, quæ bene-
ficiarius facit reliqua ex reditibus eccle-
ſiaſticis parce viuendo, & ſe mortificando
fieri ei patrimonialia, adeo vt de illis per
inde in vita, & morte diſponere poſſit, ac
de patrimonialibus: ex ea enim efficaci-
ter colligitur, quod qui beneficiarius non
habet maiorem reditum quam 30. ducat.
auri de Camera, non poteſt relinquere
ſpolia; quia eget illis ad ſe honeſte ſuſten-
tandum; & ita quicquid reliquauerit ex
eis parce viuendo fit patrimoniale, vel
quaſi patrimoniale ipſius, quod non ce-
dit ſpoliis, nec iure ſpoliorum capi debet
& quia collectores Cameræ Apoſtol. &
aliorum qui ſub ius ſpoliorum prætendũt
multos beneficiarios ſine cauſa vexabãt,
rem ſe dignam, & multis miſeris clericis
commodam præfatus Sanctiſſimus per
hanc declarationem fecit.

Quin-

Quinto noto in eodem §. eſſe textum clare probantem beneficia, & penſionem, in
8 hac materia ſpoliorum, & per conſequutionem oneris diſtribuendi reditus, æquipatari; ſi enim de penſionibus pro libito quis poſſet diſponere, ſicut & de patrimonialibus, in vita, & morte, vt aliqui dicũt non poſſet Camera Apoſtolica capere ſpolia penſionarium per dicta in prædic. *tract. de red. q. 1. mon. 19. & ſeq.* & in dict. *Apolog. q. 1. mon. 21. et 22* cuius contrariũ hic clare inſinuatur, dum nõ oſcure ſignificat, iuri ſpoliorum eſſe locum in penſionariis penſionum excedentium ſummam 30. ducat. auri de Camera cui conſequens eſt, ea non exequari patrimonialibus, nec quaſi matrimonialibus in quibus non habet locum ius ſpolii, & cum nequeant diſponere amplius quam de reditibus beneficiorum, conſequitur eos in hoc beneficiariis æquiparari: quæ eſt concluſio à nobis aſſerta vbi ſupra, vbi citauimus hanc extrauagantem, quæ ſingulariter id probat.

Sexto noto, quantopere indignentur maximi Pontifices in illicite negociantes, iuxta illud B. Hieronymi, *Negociatorem clericum tanquam peſtem fuge. cap. negotiatorem. 88. diſt.* quum hic excludat Pius V. à beneficio declarationis prædictæ illos, & cum per aliam extrauag ſupra relatam Pius IV. reſeruauerit Cameræ Apoſtolic. omnia per religioſos illicite contra iura canonica negotiantes quæſita.

SVMMARIVM.

1 *Dubij primi hoc commentario principaliter propoſiti ampla in partem vtramque diſcuſſio, et eiuſdem reſolutio, et toto §. 9. et 10.*

Papa non eſt bonorum eclefiaſticorum dominus, ſed ſummus eorum adminiſtrator.

2 *Eccleſiaſticorum fructuum plenaria adminiſtratio ad Romanum ſpectat Pont. et res omnes eccleſiæ ipſius ſunt quoad adminiſtrationem.*

2 *Priuilegio diuino ad Papam pertinet ordinatio, et iudicium de rebus ſpiritualibus, et eccleſiaſticis.*

2 *Papa non raro beneficiorum vacantium fructus vnius aut alterius anni concedit nonnullis epiſcopis debitis oneratis.*

3 *Papa paſſim concedit clericis teſtandi facultatem de ſuperfluis redituum beneficiorum ſuorum, quæ inteſtatis eis morientibus ſpolia remanent.*

4 *Bonorum eccleſiaſticorum dominium eſſe domini noſtri Ieſu Chriſti de fide eſſe.*

4 *Papæ & Eccleſiæ vniuerſali immediatè à Deo commiſſa bonorum eccleſiaſticorum adminiſtratio.*

4 *Bonorum eccleſiaſticorum adminiſtrationem nemo habet, niſi eam immediate vel mediate, acceperit à Papa, vel Eccleſia vniuerſali.*

4 *Spolia Epiſcoporum Hiſpaniæ ſoluuntur ſedi Apoſtolicæ.*

5 *Patrum ſanctorum decretis, quod non eſt conſtitutum, ſuperſtitioſis inuentionibus affirmandum non eſt.*

6 *Conſuetudo in multis Epiſcopatibus Hiſpaniæ inualuit, vt Epiſcopus mortuo beneficiario optet ſpeciem vnam rerum mobilium.*

§. 9.

HIS extrauagantium præfatarum textoris partibus præmiſſis ad primum prædictorum quatuor dubiorum, videlicet, An iure antiquo aliqua ſpolia pertineant ad Papam ſummum Chriſti Vicarium? Reſpondeo, quòd pro eius parte affirmante facit primo, & plurimum extrauagans Pauli III. relata ſupra §. 5. quatenus reprehendit eos qui contrariũ dixerunt: quatenus item ait, ab antiquiſſimo tempore prædicta ſpolia pertinuiſſe, pertinereque ad ſanctam Sedem Apoſtolicam: quatenus item declarat non ſolum ſpolia beneficiariorum Italiæ, ſed etiam omnium aliorum Regnorum citra & vltra montes, & maria conſiſtentia, pertinere ad eandem, etiamſi ad ea loca non conſueuerit mittere collectores eorum, & aliorum redituum ad eam pertinentium: quatenus etiam aſſerit, hanc eſſe fuiſſeque ſemper Romani Pont. voluntatem, & intentionem etiam ſi forſan conſtitutione aliqua id non fuerit ab eis expreſſum.

Secundo facit, quod præfatam *extrauagan. Pauli III. confirmant Iulius III. Paulus 4. Pius 4. & Pius 5.* vt per eorũ *extrauagantium ſupra relatarum tenorem conſtat.*

Tertio, quod idem videntur præſupponere multi doctores antiqui, & moderni; in quibus ſunt *dom. Rota deciſ. 41 de proba. in antiq.* quæ pro re confeſſa, præſupponit, eiuſmodi ſpolia per ſpecialem diſpoſitionem eſſe Papæ reſeruata, *Calder. conſil. 1. de pecul. cler. Guid. Pap. dec. 110. Nicol.*

Boer.

Bocr. decis. 224. *& Card. in cap. niſi quum pridem.* §. *antueri de renunc.* & alii alibi, ex quibus eſt *Gomeſ. in ſuo tract. breuium à num.* 16.

2 Quarto facit, quod licet Papa nō ſit dominus bonorum Eccleſiæ, eſt tamen ſummus eorum adminiſtrator, vt ait *Bernardus in fine lib.* 4. *de conſid.* quem refert *Arch. in cap. non decet.* 12. *diſt.* quem rurſus refert, & ſequitur *Panor. in cap. conſtitutus, col.* 3. *de relig. domi.* comuniter in hoc receptus; Imo, & *Concil. Lateran. ſub Leone X. habitum ſeſſ.* 9. §. *& cum fructuum de reform.* habet fructum beneficiorum eccleſiaſticorum adminiſtrationem plenariam pertinere ad Romanum Pontificem, & *S. Thom.* 2. 2. *q.* 100. *artic.* 1. *ad* 3. receptus ab omnibus, ait res omnes Eccleſiæ eſſe Papæ quoad adminiſtrationem, & Inno. receptus etiam ab omnibus dixit in *cap. nouerint. de ſenten. excõmun.* quod priuilegio ipſiuſmet Dei pertinet ad Papam ordinatio, & iudicium de rebus ſpiritualibus & eccleſiaſticis. Quod ea ratio irreſragibili probatur, quod omnia illa ſunt ſolius Dei, vt efficaciter probauimus in præfato *tractatu de redit. eccleſ. q.* 1. *mon.* 40. *& in Apolog. prædicta, q.* 1. *mo.* 24. & quòd eius diuina Maieſtas ſolum Papam fecit ſuum Vicarium vniuerſalem, & vnicum *cap* 1. *de homicid. lib.* 6. & quod illi tantum, & non alij eorum adminiſtrationem, & iudicium conceſſit.

Quinto, quod frequenter fructus beneficiorum vacantium, vnius, vel alterius anni concedit aliquibus Epiſcopia debitis oneratis, *cap. tua. de verb. ſign. capit ſi propter tua debita. de reſcrip. lib.* 6. & quod paſſim
3 Papa ſolet concedere clericis maioribus & minoribus, teſtandi facultatem, de ſuperfluis redituum ſuorum beneficiorum quæ morientibus ijs ab inteſtato manerẽt ſpolia, & legibus de illis loquentibus ſubiecta, id quod ab antiquiſſimo tempore facere conſueuit, vt conſtat ex licentia teſtandi conceſſa Epiſcopo Portuenſi ab Innoc. III. qui fuit electus anno Domini 1198. quod ex eius regeſtis conſtat. Ad id non videtur poſſe facere niſi ſpolia eorũ eſſent futura ſua.

Sexto facit, quod eiuſmodi ſpolia morientibus beneficiariis reſtantia ad aliquem pertinent de iure; & non videtur deſignari poſſe aliqui alius quam Papa ad quem pertineant. non enim pertinent ad hæredes, quod ipſi ordinant, quoniam deeſt eis ius de illis teſtandi. *cap. ad hæc. & cap. relatum* 2. *de teſtam.* non item ad cognatos ab inteſtato: quia illi non ſuccedant in eis *c. fixum.* 12. *q.* 5. neque ad eccleſiam vel beneficiũ, de cuius fructibus illa quęſita ſunt quia poſſunt ſeruari futuro ſucceſſori, *cap. cum vos. de off. ord. & cap. præſenti. eod. tit. lib.* 6 *& cap. generali. eod. d. lib. de elect.* neque etiam videntur deberi futuro ſucceſſori; quia poſſunt impendi in eccleſiæ vtilitatem, per eadem iura. ergo pertinent ad Papam, tanquam ad ſummum adminiſtratorem, & diſpenſatorem.

4 Septimo facit, quod in dicto *tract. de redit. q.* 1. *mon.* 40. *& in Apolog. præfata q.* 1. *mon.* 24. concluſum fuit efficaciter, eſſe certum, imo & de fide, dominium bonorum eccleſiaſticorum eſſe, D. N. Ieſu Chriſti, non ſolum ea ratione generali, qua domini eſt terra, & plenitudo eius, ſed etiam ſpetiali cenſura & diſpoſitione hominis, vel hominum, vt ſupra eod cap. eſt repetitum, & adminiſtrationẽ eorum omnium conceſſam eſſe ab eo immediate Vicario eius ſummo, qui eſt Papa et eius Eccleſię vt vbi ſupra probatum eſt; & conſequenter neminem habere vllam præfatorum bonorum adminiſtrationem, niſi eam immediate vel mediate acceperit à Papa, vel eccleſia vniuerſali, quibus eſt immediate conceſſa. At conſtat ſpolia prædicta eſſe bona eccleſiaſtica, & non conſtat eorum adminiſtrationem eſſe vlli alii per S. Sedem Apoſt. conceſſam, ergo penes eam illa manet, & ſubinde poterit de illis Papa diſponere, ſicut de aliis bonis eccleſiaſticis, quorum adminiſtratio nemini alii eſt applicata.

Octauo facit, quod epiſcoporum Hiſpaniæ ſpolia ſoluuntur ſedi Apoſt, iam inde ab antiquiſſimo tempore, quamuis nulla conſtitutione antiquorum canonum id caueatur. facit item quod ipſa Sedes Apoſtolica in dies mandat capi poſſeſſionem beneficiorum vacãtium in curia, & ſuis menſibus velut ſibi reſeruatorum, nomine Cameræ eius: & adminiſtrare fructus tempore vacationis obuenientes; & non videtur habere maiorem poteſtatem in illis quàm in præfatis ſpoliis.

Pro contraria tamẽ parte facit primo, quod nulla conſtitutio, neque vllus canon inuenitur in libris canonum authenticis, videlicet in Decreto, Decretalibus, Sexto, et Clementinis, qui ſtatuat decernat, vel
5 declaret ſpolia prædicta pertinere ad S. Sedem Apoſtol. & quod ſanctorum Patrum decretis non eſt conſtitutum, non debet ſuperſtitioſis inuentionibus affirmari, 2. *q.* 4. *capit. conſuluiſti. & arg.* §. *con.* fide-

ſideremus. in Auth. de trien. et ſemiſſ. col. 3.

Secundo, quod id ſatis ſignificat præfatus Paulus III. in ſua prædicta extraua. quatenus ait, *In nulla conſtitutione forſan id inueniatur ſtatutum*.

Tertio facit, quod *capitul. cum vos. de offic. ordinar.* ſignificare videtur, ſpolia eſſe reſeruanda futuro ſucceſſori, aut in vtilitatem eccleſiæ conuertenda.

Quarto, quod ſupra eod. notab. 7. collegimus Papam non poſſe iuſte, ſine iuſt a cauſa, reditus, & bona, quæ vni eccleſiæ iam applicauit, auferre & applicare alij. At ſpolia quæ beneficiarius relinquit, ſunt collecta ex bonis eccleſiæ ſuæ, vel beneficio iam applicatis. ergo non poterit ea Papa ſine iuſta cauſa ſibi, vel alij quam futuro ſucceſſori accipere, nec conſequenter dici poteſt ea ei eſſe reſeruata.

Quinto vrget *capit. 1. de ſucceſſion. ab inteſt.* quatenus iuncta gloſ. & communi doctrina doctorum habet, bona etiam patrimonialia vel quaſi patrimonialia beneficiarij morientis ab inteſtato, ſine legitimis hæredibus, deberi eccleſiæ ſuæ. ergo à fortiori ſpolia ipſius quę ſunt bona eccleſiaſtica eius eccleſiæ debebũtur ei, ſi nõ ſuperſint cognati, imo etſi ſuperſint; quoniam illi non ſuccedunt in eis ipſi, *cap. 1. de teſt.*

Sexto facit, quod in bona parte totius orbis Chriſtiani, exceptis epiſcopis Hiſpaniæ, & epiſcopis & aliis clericis Italię, omniũ aliorum beneficiariorum ſpolia capiunt epiſcopi, vel alii prælati inferiores, vel ſucceſſores eorũ, ſi nullos hęredes legitimos relinquunt, nec collectores Sedis Apoſt. vidẽtur ſe collectioni ipſorũ immiſcere.

Septimo, quod conſuetudo habet in multis
6 epiſcopatibus Hiſpaniæ, vt epiſcopus oppet vnam ſpeciem rerum mobilium, vel ſe mouẽtium, quas beneficiarius mortuus relinquit, quam vulgus Hiſpaniæ vocat luctuoſam, quaſi quæ cedat epiſcopo, in conſolationem pro luctu, qui obuenit ei ex morte ſui beneficiarii; quod etiam fit in multis Belgij locis, vbi illa ſpecies *Mortmain* vocatur, eo quod ob mortem ſubditi manu ſuperioris capiatur. Et *Guido Papæ in deciſ.* 110, meminit cuiuſdam cõcordiæ factę inter Priores, & vicarios perpetuos epiſcopatus Grationopolis.

Poſtremo grauiſſime vrget, quod multis canonibus antiquis decretum eſt, huiuſmodi ſpolia pertinere ad eccleſiam illam quam rexit beneficiarius defunctus: habet enim *cap. placuit.* deſumptum ex Concilio Carthag. & relatum, 12. q. 3. ea omnia quæ acquirit Epiſcopus poſt ordinationem ſuã, intuitu eccleſiæ ſuæ pertinere ad ipſam, quod antea conſtituerat Iuſtinianus Imp. in ea Nouella quę incipit Nos ſemper. inter conſtitutiones Grçcas none in latinum verſas. Cui conſequens eſt eo mortuo non pertinere ad ſolum Papam, & cap. Pontifices, eadem cauſa & queſtione, deſumptum ex Concilio Toletano probat ea quę donantur Epiſcopo intuitu eccleſiæ pertinere ad ipſam eccleſiam eo mortuo, & *cap. 1. ead. cau q. 4.* deſumptum ex eodem Concil. Tolet. habet, defuncto epiſcopo, qui habuerit bona patrimonialia, & ex eis et epiſcopalibus acquiſierit aliqua, debere ſuccedere ipſam eccleſiam pro rata in illis quæſitis. Cum ergo illa ſint ſpolia relicta à defuncto quoad partem quæſitam ex bonis epiſcopalibus, & pertineant per illum canonem ad eccleſiam, conſequitur præfata ſpolia iure canonum non eſſe Papæ reſeruata. Ad quod pondera, quod *Grego.* relatus *in cap. 1.* eadem cauſa *q. 5.* ſignificat, ea quæ quidam Epiſcopus cuidam Luminoſæ ancillæ reliquit, eſſe adiudicanda eccleſię, ſi ea de bonis eius fuerint quęſita: pondera, inquam quod Grego. qui ea ſcribit, Papa erat. & non ait, ſibi debitum illud ſpolium Epiſcopi defuncti, ſed tantum eccleſię ipſi, vt & in Concilio Hiſpal. relato in *cap. fixum*, eadem cauſa, & q. in hæc verba fuit ſtatutum. *Fixum ab hinc & perpetuo manſurum decernimus, vt epiſcopus res ſui iuri, quas ante epiſcopatum, aut certe in epiſcopatu hæreditaria ſucceſſione acquiſiuit, ſecundum authoritatem canonicam, cui vult conferat, & quicquid vult de eis faciat. Poſtquam autem epiſcopus factus eſt; quaſcunque res de facultatibus eccleſiæ, aut ſuo, aut alterius nomine comparauerit, decernimus, vt non in propinquorum ſuorum ſed eccleſiæ, cui præeſt iura deueniant*, pondera verba. *Eccleſiæ cui præeſt.* ergo nõ Romanę; & ita palam conſtituit eccleſiam ſuccedere debere ſuo Rectori in eius ſpoliis, quin & *Gregor. III. in cap. 1. & capit. quicunque de teſtamentis*, idem omnino ſtatuit, imo & *Concilium Lateran.* relatum *in cap. cum in officijs. eodem titulo* continet antiquis canonibus idem contineri, & recentiore iure id tenendum per hæc verba ſtatuit. *Cum in officijs charitatis primo loco teneamur ijs obnoxij, à quibus beneficiũ nos cognoſcimus recepiſſe; è contra quidem clerici cum ab eccleſijs ſuis multa beneficia perceperint, bona per eas acquiſita in alios transferre præſumant. Hoc igitur, quia antiquis*

Digitized by Google

tiquis canonibus conſtat inhibitum, nos indemnitati eccleſiarum prouidere volentes, ſiue inteſtati deceſſerint, ſiue alijs conferre voluerint penes eccleſias eadem bona præcipimus remanere. Hæc ibi. Per quæ omnia conſtat, antiquis, & nouis canonibus ſtatutum, ea quæ de reditibus eccleſiaſticis quæſita relinquit beneficiarius, quæ appellamus ſpolia non reſeruari Sedi Apoſtolicæ, ſed fieri eccleſiæ beneficiarij defuncti.

SVMMARIVM.

1 *Intellectus. c. cum vos de offic. ord.*

2 *Clauſula poſita in aliqua diſpoſitione, ſiue in principio, ſiue in fine regulariter ad omnia refertur. Et quando fallat hæc regula.*

3 *Intellectus c. quia ſæpe de elect. lib. 6. & c. præſenti. de offic. ord. eod. lib.*

4 *Diuerſum eſt frequenter id quod fit, et quod fieri debet.*

5 *Bona eccleſiaſtica deſtituta catholicis adminiſtratoribus, ſpectant ad Sedē Apoſtolicam.*

6 *Beneficiarij ſucceſſor, an teneatur ad ſoluenda debita contracta per prædeceſſorem.*

7 *Beneficiarius prius eſt ſubſtentandus, quā eccleſia ipſa.*

§. 10.

HIs præconſideratis, videtur reſoluendum primo, quod nulla inuenitur conſtitutio antiqua, per quam expreſſe ſpolia beneficiariorum ſint S. Sedi Apoſt. reſeruata, quod efficaciter probat inſpectio iurium antiquorum, & prædicta extrauag. Pauli III. ſupra §. 5. relata.

Secundo poteſt dici, eſſe tacite, & implicite id conſtitutum. Tum quod, vt paulo ante dictum eſt, Concilium Lateranen. ſub Leone X. declarauit, adminiſtrationem bonorum omnium eccleſiaſticorum pertinere ad ſanctam Sed. Apoſt. idque priuilegio diuino eſſe conceſſum Papæ, in magnam Eccleſiæ libertatem primus omniū affirmauit *Innoc. in cap. nouerint, de ſent. excom.* receptus ab omnibus ibi, & à *Cardinal. in cap. perpendimus. eod. tit. à nu.* 12. & ab alijs alibi; ait enim ipſe *Innoc.* priuilegio Dei ſolum Papam, & cui ab eo ſit facultas, debere adminiſtrare ſpiritualia, & eccleſiaſtica iura, & de illis ſtatuere; quod maxime deberent animaduertere omnes Principes, & Primores Chriſtiani, & eorum conſiliarij; & conſequenter conſulere eorum adminiſtrationem ad ſolum Vicarium eius, qui vnicus eſt, & cui ſoli ſua adminiſtranda tradidit, & ad inſtitutos ab ipſo tantum pertinere. Tum quod præfati dicti *Innoc.* quod aliqui non ſatis ſuſpiciunt, & declarationis Concilij præfatæ, quam forte nondum nouerunt, ratio irrefragabilis eſt, quod dominium omnium illorum verè pertinet ad ipſum Dominum Noſtrum Ieſum Chriſtum, quod ita firmiter probauimus vbi ſupra; adeò quod qui hodie contradiceret, perfidus haberi poſſet per Concilium Triden. quod ibi citamus, & ad literam ſcribimus, & conſtat ſolum Papam Vicarium ſummum eſſe vnicum, & generalem in gubernandis omnibus pertinentibus ſpecialiter ad Chriſtum, *cap. cuncta per mūdum. & cap. per principalem. 9 q. 3. & ca. 1. de homici. lib. 6.* ita quod nullus in illis habeat adminiſtrandi poteſtatem, niſi eā à Papa mediate, vel immediate, accipiat at per nullam diſpoſitionem vel conſtitutionem prædictæ Sedis Apoſt. conſtat præd. ctorum ſpoliorum adminiſtrationē eſſe alicui alii applicatam, ergo ad eam ſolam pertinent.

Non obſtant pro contraria parte citata, ad quorum primum reſpondetur, concedendo quidem nullā fuiſſe ante Paulum III. conſtitutionem, quæ ſpeciarim ſpolia ſedi Apoſt. reſeruaret: fuiſſe tamen legem generalem, ſcilicet præfatam diuinam, per quā ſolus Papa, vel quia ab eo mediate vel immediate habet facultatem, poteſt adminiſtrare bona eccleſiaſtica: & cum nulli alij conceſſerit Papa adminiſtrationem ſpoliorum, neceſſario manet illa reſeruata ei.

Ad ſecundum reſpondetur eo modo, quoad primum, per quam reſponſionem exprimitur mens Pauli ſanius forte quam ſit ab alio hactenus expreſſa.

1 Ad tertium reſpondetur, quod *cap. illud cum nos. de off. ordin.* non loquitur de ſpolijs beneficiariorum præmortuorum, ſed de fructibus, & reditibus tempore vacationis prouenientibus, quæ longe ſunt alia, vt palam eſt; & conſtat per definitionem ſpoliorum ſupra poſitam. §. 1. Sed replicari poteſt neruoſiſſime ex *cap. quia ſæpe de elect. lib. 6. & cap. præſenti. de off. ord. eod. lib.* quæ loquuntur tam de ſpolijs, quàm de fructibus obuenientibus tempore vacationis, prædictum enim *c. quia ſæpe.* loquitur etiā de dimiſſis à mortuis, & d. *c. præſenti.* de inuentis in bonis mortui, & in vtroque ſubijcitur clauſula, quæ habet ea eſſe conuertenda in vtilitatē eccleſiæ, vel reſeruanda ſucceſſori, & clau-

Digitized by Google

2 ſula poſita In aliqua diſpoſitione ſiue in
principio ſiue in fine, regulariter ad om-
nia refertur, *cap. ſecundo requiris. de appel.*
cum concordantiis citatis ibi à *gloſ. & l.*
talis eſt ſcriptura. § ſi ff. de leg. 1. cum cita-
tis per *gl. Bar.* & alios ibi; & ita videtur
clauſula præſata referenda tam ad ſpolia
mortuorum, quam ad obuenientia tem-
pora vacationis. Sed reſpondetur negan-
do quod illa clauſula referatur ad, *Dimiſ-*
ſa, & *inuenta*. quibus nominibus ſignifi-
cantur ſpolia, ſed tantum ad proxima, ſci-
licet obuenientia tempore vacationis,
quod vt clare & noue monſtrem, ſubijcio
literam prędicti *cap. præſenti.* quæ quoad
propoſitum noſtrum ſic habet, *Ne Epi-*
ſcopi, vel alia vlla perſona eccleſiaſtica
bona, morientibus eorum ſucceſſoribus vel
miniſtris, in ipſis inuenta, ſiue vacationis
ipſorum tempore obuenientia, quæ in vtili
tatem eorundem expendi, vel futuris ſuc-
ceſſoribus debent fideliter reſeruari, occu-
pare, aut in vſus ſuos conuertere quoquo-
modo præſumant. hactenus in *d. cap. præ-*
ſenti. & ſimilis litera eſt, quoad hoc in d.
cap. quia ſæpe pręterquam quod in illo po
nitur verbum, *Dimiſſa*, & in hoc verbum,
Inuenta. quæ tamen ambo ſignificant eiuſ
dem generis ſpolia; per quã literam oſten
ditur non obſtare replicationem præſa-
tam. Tum quia præſata clauſula remo-
tior eſt ab illis verbis, *Dimiſſa*, & *Inuenta*
ſignificantibus ſpolia, quam ab aliis ſigni
ficantibus obuenientia tempore mortis;
& quamuis regulariter clauſula in vltimo
3 loco poſita referatur ad omnia præcadẽ-
tia, per iura in replicatione citata, fallit ta-
men quando non eſt eadem ratio, vt refe-
ratur ad remota, quę ad proxima, vt
Panor. in dict. capitul. ſecundo requi-
ris. receptus àb omnibus, præſertim
Decio, qui reſolutius aliis loquitur,
& antea dixerat *Bald. in leg. in actio-*
nibus. ff. de his qui not. infam. & in no-
ſtro caſu non eſt eadem ratio; imò di-
uerſa: nam nullo iure ſpolia beneficiarii
præmortui debentur futuro ſucceſſori qui
nullum adea titulum habet, & obue-
nientia tempore vacationis omni iure
debentur futuro ſucceſſori Tum quia
præſata regula fallit, quando clauſula
inſeritur proximiori acceſſoriè, cauſa
demonſtrationis, vel alia ſimili, vt Pa-
nor. ibidem ait, quem in eo commen-
dat Decius & nemo reprobat, & ratio-
ne firma protegitur, quòd in caſu no-
ſtro contingit; nam relatiuum illud (quę)
parenthesim & viam demonſtrationis ad
iungi videtur clauſulæ ſignificanti obue-
nientiã tempore vacationis: & ita non
debet referri ad alia præſertim remotio-
ra, & ad quæ non eſt, (vt dictum, eſt)
eadem referendi ratio. Tum denique
(quæ germana conſideratio eſt) quod
verba illa fuerunt deſumpta ex prædicto
capitul. cum vos, quod nullam de tali-
bus inuentis, vel dimiſſis mentionem
facit, ſed ſolum de obuenientibus tem-
pore vacationis, de quibus diſponit eſ-
ſe conuertenda in vtilitatem eccleſiæ,
vel reſeruanda futuro ſucceſſori: & ita
apparet per prædicta tria capitul. non
applicari alicui ſpolia beneficiariorum
mortuorum, ſicque ſolutum eſt tertium
argumentum pro contraria parte addu-
ctum.

Ad quartum verò reſpondetur concedendo
quidem, non debere Papam ſine aliqua
cauſa tollere vni eccleſiæ bona, quæ ſu-
ſtentandæ illi per ſe vel alium applica-
uit: ſed negando, quod reditus bono-
rum applicatorum alicui eccleſię perce-
pti, vel debiti beneficiario eius viuen-
ti ſint huiuſmodi; quam omnium con-
ſenſu poſſit ipſe illos in pauperes, & alia
opera pia, etiam ſuam eccleſiam non tan-
gentia in vita impendere, per late tradi-
ta in *d. tract. q. 2. mon: 1. et 7. et in Apolog.*
quaſt. et mon. eiſdem.

Ad quintum reſpondeo, concedendo qui-
dem; eccleſiam, vel beneficium ſucce-
dere beneficiario in patrimonialibus in
defectum cognatorum, ſed negando, idem
eſſe dicendum de ſpoliis: quia ſucceſſio in
illis nulli alii eſt reſeruata; ſicut in iis, in
quibus eſt reſeruata Papę: vnde ſi Epiſco-
pus habens patrimonialia ſimul & ſpolia
moreretur in Hiſpania, nullis cognatis
qui ei ſuccederent relictis, certe eccleſia
ſuccederet in patrimonialibus, & in ſpo-
liis Papa, & idẽ fieret in Italia, & in aliis
Regnis, in quibus ius ſpoliorum prędicto-
rum ſeruatur, in omnibus cuiuſque ordi-
nis beneficiariis.

Ad ſextum reſpondeo, argumentum illud fun
4 dari in eo quod fit: noſtram autem reſolu-
tionem in eo, quod fieri debet, quod
aliquando & frequentiſſime eſt diuer-
ſorum, *capitul. cum iam dudum. de*
preb. & cap. denique. 4. diſtin. & late tra-
didimus *in d. tract. de redit. eccleſ. q. 1. mo.*
54 & in Apolog. ead. q. mon. 52. An autem
& quando, contraria obſeruantia poſſit
huic noſtrę iuris communis reſolutioni
obſtare, ſuo poſtea loco in quarto dubio
tradetur.

Ad

Ad ſeptimum reſpondeo eodem modo, quoad ſextum.

Ad octauum reſpondeo vrgere quidem illud plurimum, ſed reſponderi poſſe capitula illa omnia intelligenda eſſe quoad eas terras, & prouincias; in quibus contraria conſuetudine iuri communi præiudicatum eſt: vel quòd conſenſu Papæ expreſſo vel tacito id ſpecialiter in illis terris obtinet: canoneſque illos antiquos, de quibus meminit prædictum *cap. cum in officijs. de teſt.* intelligendos eſſe ſecundum conſenſum expreſſum, vel tacitum Papæ communicantis ſibi reſeruata cum aliis eccleſiis inferioribus: quin & dici poſſet mentem prædictorum conciliorum, & canonum, non fuiſſe negare Papæ ius recipiendi ſpolia ſi vellet præferre ſe eccleſiis; ſed tantum quod eccleſiæ debent præferri cognatis; & aliis ſecularibus volentibus ſuccedere beneficiariis ex teſtamento, vel ab inteſtato, ſine præiudicio tamen Papæ, cui expreſſe vel tacite ipſe non conſentiret. Et ad hoc videntur tendere illa verba extrauag. prędictæ Pauli III. *Et ſi ſatis euidenter conſtet, & appareat prædeceſſorum noſtrorum Rom. Pontif. & noſtram indubiam intentionem, & voluntatem ſemper fuiſſe, vt ſpolia huiuſmodi ad dictam Cameram, et non ad alios ſpectarent, et pertinerent; et quod pro eadem Camera exigentur, et recuperarentur,* &c. hactenus ibi. per quæ ſignificatur ſpolia quidem prædicta ſoli Papæ deberi, licet aliquando ſit contentus, vt alicubi maneant beneficiariorum eccleſiis, dum ipſe non contradicit.

Ex his infertur primo, omnium bonorum eccleſiaſticorum, & fructuum eorum ad-
5 miniſtrationem quę immediate vel mediate non eſt alii à Papa conceſſa, pertinere ad illum, ex quo ſubinfertur bonorum eccleſiaſticorum & fructuum eorum quę nunc inueniuntur in Anglia, & Germania deſtituta Catholicis adminiſtratoribus pertinere ad ſacroſanctam eius Maieſtatem; quoniam certum eſt illa non deberi nunc alicui alii per conceſſionem eius immediatam, vel mediatam; quum palam ſit, carere illa hæreticos qui ea male poſſident. Ex quo ſubinfertur fæl. rec. Pium V. recte nuper quibuſdam nobilibus Anglis induſiſſe poteſtatem certis modis limitatam & oneratam adminiſtrandi bona quædam eccleſiaſtica per
6 eos poſſeſſa, pertinentia iure antiquo ad quandam Abbatiam prelato & conuentu Catholicis carētem donec eos habere inciperet.

Oritur ex precedentibus, preſertim ex reſponſione ad tertium hic queſtio, an verum ſit, quod *Panor.* & frequentior ſententia videtur affirmare in *cap. 1. de ſolut.* & in *cap. ex præſentium. de pignor.* videlicet ſucceſſorem beneficii teneri ad ſoluenda debita contracta per prædeceſſorem, non ſolum ob neceſſitatem eccleſiæ ſuæ, ſed etiam contracta ob neceſſitatem perſonæ: addens ſe pluries reſpondiſſe pro Rectoribus eccleſiarum, qui in ſuis infirmitatibus multa impenderunt, & debita contraxerunt, quod ſucceſſores tenentur ad eorum ſolutionem, & idem repetit in *capitul. ex præſentium, de pignor. num.* 5.

Contra quæ facit primo prędictum *cap. 1. de ſolut.* quatenus loquitur de debito contracto pro neceſſitate eccleſiæ, ſignificans à contrario ſenſu non eſſe idem de contracto ob neceſſitatem perſonæ Secundo, quod *Innoc.* ibi requirit, vt probentur conuerſa in vtilitatem eccleſiæ, quod videtur verius, quam id, quod ait *Panorm. cũ Hoſtien. & Cardin.* nimirum, ſufficere vt probentur contracta ob neceſſitatem eccleſiæ, niſi quando contraherentur ab ipſamet eccleſia, ſiue à populo, vel fabricarijs, ſiue operariis electis legitimè, qui ſe nomine illius obligarent; & niſi Rector deficientibus illis authoritate Iudicis eccleſiæ nomine pro neceſſitate ipſius contraheret, per quod poſſent conciliari omnes, & hoc videtur ſeruare praxis; iniuſtum enim videtur, vt eccleſia cogatur ſoluere debita, quæ prætextu eius neceſſitatis contraheret Rector, & in alia impenderet, quod ſentit *Innocent.* Tertio, quod nulli videtur id quod *Panormit.* ait ſtatutum neque vlla ratio neceſſario concludit id eſſe faciendum. Quarto, quod contrarium vbique videtur habere conſuetudo. Quinto, quod prædictum *cap. ex præſentium.* non iubet, vt ſucceſſor beneficiarij luat data in pignus ex rebus eccleſiæ à prædeceſſore ſuo pro neceſſitate ſua, ſed quod heres eius ad illorum luitionem tenetur; & nuſquam videmus cogi ſucceſſorem beneficii ad ſoluenda debita, etiam pro eccleſiæ neceſſitate contracta, ſi habet illa bona, & reditus ſuæ fabricæ applicatos.

Quare videtur reſoluendum, primo, quod ſucceſſor beneficiarii non tenetur ad ſoluenda illa debita contracta per præceſſorem, ſuæ perſonæ tantum,

quia hoc nullo iure cauetur. Nec obſtat dicere, quod perſona beneficiarii eſt ſu-
7 ſtentanda priuſquam ipſa eccleſia, *c. de his. de eccl. ædif.* Et quod ad debita pro neceſſitate eccleſiæ contracta tenetur ſucceſſor, ergo à fortiori, ad cõtracta neceſſitate perſonę nõ inquam hoc obſtat; quia non eſt eadem ratio, eo quod ad ſuſtentationem beneficiarij illi ſoli reditus ſunt deputati, qui eo viuente obueniunt, in quibus anteſertur eccleſiæ: quia illi principalius ſunt deputati ad ſuſtentandum eum, quam ad ſuſtentandum fabricam, & pauperes. Ad ſuſtentationem autem eccleſiæ omnes tam qui eo viuente, quam qui poſt mortem eius obueniunt, ſaltem minus principaliter deputantur: & ideo nimirum ſi eccleſia præferatur ei iam mortuo in reditibus poſt mortem eius obuenientibus, qui nullatenus ad eum pertinuerunt.

Secundo etiam reſoluendum videtur; quod ſucceſſor non tenetur ad cõtracta etiam ratione neceſſitatis eccleſiæ, ſi eius ſuſtẽtatio pertineat ad populum, vel ad alium de conſuetudine, vel haberet ſeparata bona, & reditus ad ſuam fabricam ſuſtentandam ſufficientia; quod ſatis colligitur ex *dec. Capell. Tholoſ.* 499. *& eius addit. & ex gloſ. optima pragmat. ſanct. in proœmio §. nam eccleſiarum. verbo ruunt.*

Tertio, quod per hoc eſt limitandum prædictum *c.* 1. vt procedat, quando eccleſia non haberet eiuſmodi bona in fabricam ſeparata, nec onus eius ſuſtentandæ pertineret ad alium; iuſte tamen, ni fallor, reſpondi contra me pridem ſuper ſuſtentatione eccleſiæ pagi, cui nomen Portodouella, Viſienſis diœc. commendæ B. Mariæ de Luymill, quæ eſt membrum admodum celebris Monaſterii Roncæuallis regni Nauarræ, cuius bonæ partis fabricæ ſuſtentatio pertinebat ad populum; ſed quia cauſa quare populus ab initio ſuſcepit illud onus, fuit grande deſiderium pauculorum, qui tunc erant habendi eccleſiã ſeparatam à qua longiſſime diſtabat, & parua quantitas decimarum, quæ non ſufficiebant ad ſuſtentandum Vicarium, & fabricam. Quæ cauſa quum ceſſaſſet poſtea auctis parochianis, & decimas ad omnia ſufficientiſſimas ſoluentibus, viſum fuit iuſtum, vt Commendatarius, qui tunc ego eram, ſuſtineret onus ſuſtentandi totam fabricam, & ab eo liberaretur populus. Quod ipſum iuſte fieret in multis oppidulis, quæ à paruis initijs multum creuerunt: & quia principio non ſufficiebant reditus ad ſuſtentandum rectorem & fabricam, popellus recepit in ſe onus ſuſtentandi eam: quamquam ſcio id paucis rectoribus eccleſiarũ gratum fore.

Quarto, quod ex æquo, & bono reſolui poſſe videtur, quod ſi eccleſia minaretur ruinam, vel aliam grandem neceſſitatem pateretur, & reditus eius fabricæ deputati non ſufficerent ad ei ſuccurrendum, beneficiarius quidem, cui eſſent ſuperflua, cõpelli poſſet ad mutuandum ei ad id neceſſaria, ita vt paulatim quotannis illa ei ſatisfaceret de fabricæ reditibus: non tamen poſſet compelli ad ſubueniendum ei gratis, ſi nollet, & ita moderanda videntur, quæ authores Galli aiunt, nempe parlamenta Franciæ ſolita eſſe compellere Rectores eccleſiarum ad tribuẽdam pro eccleſiarum reparatione tertiam partem, vt habet additio prædicta *deciſion. Capel. Tholo.* 499. nimirum vt procedant quando beneficiariis incumberet totum onus ſubſtentandi eas, vel quum bona in id dedicata, ad id non ſufficerent, & per mutuationem prædictam non eſſet ſatis eis conſultum.

SVMMARIVM.

1 *Dubiũ 2. principaliter hoc commentario propoſiti partim in vtramque diſcuſſio, & eiuſdem reſolutio, & ſeq. ac toto §. 1. & 12.*
1 *Papa bonis eccleſiaſticis neque inter viuos, neque in vltima voluntate pro libito vti poteſt.*
2 *Donationes quædam facta ab aliquibus maximis Pontificibus; & teſtandi facultates obreptitiæ cenſendæ.*
3 *Teſtandi facultas de ſpolijs à Iulio III. Clericis in Curia decedentibus facta videtur temperanda.*
4 *Forum exterius multa ad euitanda maiora mala permittit, quæ conſcientia non admittit.*
4 *Bonorum eccleſiaſticorum adminiſtratio vires humanas vnius excedit.*
5 *Papa licet poteſtatis plenitudinem acceperit, ſocios tamen qui ipſum in ea exercenda iuuent, aſſumere debet.*
5 *Officia ſingula ſingulis committenda perſonis.*
5 *Intellectus cap. mandata. de præſumpt.*
6 *Poſſumus ſolum, id quod iuſtè poſſumus.*
6 *Petrus et alij Pontifices Maximi, cur bonorum eccleſiaſticorum adminiſtrationem diuiſerint.*

7 Papa

7 *Papa omnes Eccleſiæ res eſſe, quomodo intelligendum.*
7 *Papa in miſſarum ſolemnis, cur vbique et ſemper pallio vtitur, alÿ vero Prælati minime.*
8 *Axiomata quinque magnoperè notabilia.*

§. II.

AD ſecundum dubium principale ſupra propoſitum reſpondeo, quod pro par
1 te illius negatiua, nempe, non poſſe Papã prædicta ſpolia reſeruare, facit primo huius *c. contextus.* quatenus ex eo in 7. *notab.* collegimus, non licere Papæ abſque aliqua cauſa, bona & reditus vnius eccleſiæ tollere illi, & illius rectori, & beneficiario, & dare alij eccleſiæ, aut rectori eius, vel beneficiario.

Secundo, quod ex hoc canone colligitur, id quod in primo notab. ſupra collegimus, & in *d. tract. de redit. q.* 1. *monit.* 48. *et q.* 3. *mon.* 6. *et in apolog. prædicta. q.* 1. *mon* 27. *et* 38. *et* 39. *et q.* 3. *mon.* 6. latius confirmauimus, videlicet, non licere Papæ vti rebus, & bonis eccleſiaſticis, & ſacris pro libito ſuo, nec inter viuos, nec in vltima voluntate. Et quod conſtat ſpolia prædicta eſſe res eccleſiaſticas, & ſacra quartæ ſpeciei, iuxta doctrinam *S. Thom.* 2. 2. *q.* 99. *art.* 3. latius deductam vbi ſupra.

Pro contraria verò parte, nimirum, poſſe Papam prædicta ſpolia ſibi reſeruare, facit primo quòd plenaria diſpoſitio, & adminiſtratio omnium bonorum eccleſiaſticorum pertinet ad Papam ipſum, vt definit *Concil. Lateranen. ſub Leon. X. ſeſſ.* 6. *§. cum fructuum.* Et quòd conſtat, vt proxime dicebamus, prædicta ſpolia eſſe bona eccleſiaſtica. Secundo quod Ioan. XXII. in duabus extrauag. quarum vtraque incipit. *cum nonnulli de præb.* præſupponit, ſe reſeruare ſibi pro aliquot eccleſiæ neceſſitatibus, fructus primi anni beneficiorum in toto orbe Chriſt. vacantium. Et declarat ſub eis quidem non comprehendi Epiſcopos, & Abbates, cæteros autem ſic; habentes item beneficia vacantia ipſo iure, per incompatibiliũ aſſecutionem. Ad quam reſeruationem faciendam tanta potentia videtur neceſſaria, quanta requiritur ad ſpolia clericorum ſibi ſeruanda. Tertio, quod prædictus Papa Paulus 3. reſeruauit ſibi ea vbique gentium, vt palam eſt, per partem cõſtitutionis eius ſupra §. 5. relatam. cuius factum expreſſe approbauerunt Iulius iij. Paulus iiij. Pius iv. Pius v. per extrauagantes ſupra relatas.

Pro concordia horum vtrinque pugnantiũ dicendum primo, non poſſe quidem Papã iuſte prędicta ſpolia reſeruare ſibi vel alii, ad finem vtẽdi eis pro libito, in quoſcũq; vſus etiã profanos ſine iuſta cauſa, quod efficaciter probant duo argumenta ſuperius pro parte negatiua inducta.

Ex quo infertur primo, ſubreptitias vel ob-
2 reptitias fuiſſe donationes factas ab aliquibus Maximis Pont. quibuſdam prælatis; & aliis de aliquot ſpoliis ſuis, vel alienis, ſine vllo pietatis, vel paupertatis intuitu in finem vtendi eis in vſus, etiam non pios ſine iuſta cauſa, quarum aliquot tenores vidimus in Vrbe, dolentes quod præberent anſam detrahendi ei, quem omnes laudare, venerarique iubentur.

Secundo infertur, ad indicandas etiam eſſe ſurreptitias, vel certe dignas à quibus ſupplicetur, illas teſtandi facultates, per quas cõceditur aliquibus pręlatis, et aliis beneficiariis, vt teſtari poſſint de ſuis ſpoliis in diuites, & ad vſus profanos: nã ſi Papa non poteſt ea in eiuſmodi vſu ſibi reſeruare, quãto minus poterit aliis concedere, vt eius authoritate id faciãt, argumẽto à maiori ad minus negatiue, quod valet, *c. G. Paul.* 32 *q.* 5. *et c immitare* 6. *q.* 1.

Tertio infertur, facultatem teſtandi de ſpoliis factam à Iulio III. clericis in Curia decedentibus, cuius tenor ſupra. §. 5. ponitur, eſſe temperandam quoad illam partem qua continetur, vt poſſint teſtari pro
3 libito de illis etiàm in diuites, agnatos, & extraneos, in pia, & non pia, ſine vllo pietatis, aut paupertatis intuitu; quia vt ibi monuimus, contrarium efficaciter probauimus, vbi ſupra. Temperanda, inquam, eſt, vt procedat tantum quoad forum exterius, & quoad finem vitandi moleſtias, quibus Cameræ Apoſt. miniſtri ſolebant moleſtare clericos in Curia decedentes ſuper eorum ſpoliis, etiam, antequam morerentur, partim adnotando illa, & ponẽdo cuſtodiam nocturnam, & diurnam, ne familiares eorum furarentur vel amouerent, illa e domibus, in quibus erant; partim occupando aliqua morientis bona, quæ penes eum erant, tanquam ſi eſſent ſua; partim aliis modis eo quod ſi non fuiſſet addita ampliatio illa prædicti miniſtri dicere poterant eſſe diuites eos, quibus relinquebantur ſpolia, & ita conturbare mortui funeralia, & iura iure ſuccedentium ei confundere, & litibus grauibus onerare. Quoad forum tamen conſcientię quæ veritate, & vera iuſtitia nititur, non

eſt

eſt extendenda,nec iure naturali, & diui-
no contradicente poteſt extendi: ſicut &
multa quæ ad euitanda maiora mala fo-
rum exterius permittit, quæ conſcientia
interius non admittit, vt latius quam alii
monſtrauimus in *tractatu de redit.quaſt.
prim. monit.* 54. *& in Apolog. prædicta
quaſtion. prima.monit.*52.*numer. primo
& 3.*

Secundo principaliter dico, quod non po-
teſt hodie Papa, neque vnquam potuit,
poſteaquam mediocriter fuit aucta Eccle-
ſia bonis temporalibus in variis orbis
partibus reſeruare ſibi ſoli adminiſtratio
nem illorum. Tum quia id vires huma-
nas vnius excedit,iuxta *c.*18. *Exod.* infra
citandum. Tum quia etiam in ipſo naſcẽ-
tis Eccleſiæ initio,quum adhuc parua eſ-
ſet,& pauca bona haberet,fuit neceſſariũ
Petro, & aliis Apoſtolis deligere diaco-
nos, qui ea quæ tunc obueniebant Eccle-
ſiæ adminiſtrarẽt,teſte Luca Act.6. Tum
quia oportet Papam, licet ei tradita ſit
plenitudo poteſtatis, iuxta c.ad honorẽ.
de vſu & auth. pal.accipere ſibi ſocios,
qui eum in ea exercenda iuuent,iuxta il-
5 lud *Gregorij in c.Mandata cæleſtia effica-
cius gerimus,ſi noſtra cum fratribus one-
ra partiamur* de præſum.per quod ait ibi
glo.partienda eſſe officia,iuxta illud eiuſ-
dem,*Singula officia,ſingulis ſunt commit-
tenda perſonis.c.ſingula* 89.*diſt.* cui con-
cordat *ca.cum ſingula.de præb.lib.6.*Tum
quia Panor.in d cap. mandata ſuper gloſ.
2.ait, non agere ibi, vti gloſ.illa putauit
Gregorium de illo mandato cæleſti ad
Gal.6.Alter alterius onera portate.&c. re-
latum in *cap.ponderet.*50.*diſt.*ſed de man
datis cœleſtibus Papæ factis circa onus
paſcendi populum Dei, quæ efficacius
implet aſſumendo ſibi multos ſocios, ad
imitationem CHRISTI,qui vltra 12. A-
poſtolos,delegit 72. diſcipulos, eo quod
meſſis erat multa, operarij autem pauci
Matt 9. Tum,quia *Exod.*18. Iethro ſocer
Moiſis,qui per ſeſe audiebat omnes cau-
ſas omnium filiorum Iſrael,eum reprehẽ
dit,dicens,*Stulto labore conſumeris tu,&
populus hic;quia vltra vires eſt hoc nego-
tium;ſolus illud non poteris ſuſtinere*; &
paulo poſt,*Prouidere*,ait,*de omni Plebe
viros ſapientes*, &c. Inconſulte igitur, &
non prudenter nec recte ageret nunc, &
antea egiſſet Papa, ſi poſt auctam, & ex-
tenſam mediocriter Eccleſiam in perſo-
nis, & bonis,per ſe ſolum ea omnia & ſin
gula adminiſtrare vellet,vel voluiſſet. Er-
go nec poteſt, nec potuit illam admini-
ſtrationem ſibi ſoli reſeruare,quia id ſolũ
poſſumus,quod commode poſſumus,*cap.
6 faciet homo.* 22.*quaſtion* 2. *& leg nepos
proculo.ff.de verborum ſignific.*

Tertio,quod Petrus,& alij Pontif. Max. vi-
dentes id eſſe neceſſarium diuiſerunt per
ſe immediate, vel per alios mediate bo-
norum eccleſiaſticorum, & eorum fru-
ctuum adminiſtrationem variis eccleſiis
in variis locis cõſtitutis,deſignando diœ-
ceſes,epiſcopis & parochias presbyteris
& aſſignando eis ſuſtentandis bona in-
tra illas diœceſes,& parochias contenta,
vt late traditur in *c.*1. 13.*q.*1. Vnde prædi-
ctum *Concil. Lateran.ſub Leone X.ſeſſ.*9.
§.& cum fructuum. non continet, ad ſo-
lum Papam pertinere plenariam fructuũ
beneficiorum Eccleſię adminiſtrationem
ſed quod pertinet ad illum,& alios bene-
ficia canonice tenentes. Vnde licèt in om-
nium beneficiorum fructuum adminiſtra-
tione concurrat Papa mediatè,vel imme-
diate,directe,vel indirecte, caſualiter vel
regulariter,authoritatiuè,vel miniſteriali-
ter,& multorum adminiſtratio ad ipſum ſo-
lum pertineat,quàm plurimorum tamen,
imò fere omnium bonorum fructuum per
tinentium ad beneficia,quæ per eum, vel
alios conferuntur, vel aliàs dantur,admi
niſtratio pertinet regulariter,& immedia
7 tè ad beneficiarios. Ex quo infertur mo-
dus intelligendi canonicus illius dicti, *S.
Thomæ*, à multis laudati, *in* 2.2.*q.*100.
*artic.*1.*ad vlt.* videlicet,omnes Eccleſiæ
res eſſe Papæ tanquam principalis diſpẽ
ſatoris,& non tamquam domini, & poſ-
ſeſſoris,quæ omnia,ſunt verba eius. Mo-
dus item intelligendi eius quod vulgus ait
declaratum eſſe in prædicto Concil. ſub
Leone X. plenam adminiſtrationem om-
nium bonorum Eccleſię pertinere ad Pa
pam. Modus item intelligẽdi illius, quod
habet prædictum c.ad honorem.de auth.
& vſu pal.nempe,ſolus Romanus Ponti-
fex in miſſarum ſolenniis pallio ſemper
vtitur,& vbique; quoniam aſſumptus eſt
in plenitudinem eccleſiaſticæ poteſtatis,
quę per pallium ſignificatur; alii autem
eo nec ſemper,nec vbique,ſed in eccleſiis
ſuis,in quibus iuriſdictionem eccleſiaſti-
cam ecceperunt,certis debent vti diebus
quoniam vocati ſunt in partem ſollicitu-
dinis,non in plenitudinem poteſtatis, &
probatur per *cap.cuncta per mundum.&
ca.per principalem.*9.*q.*3. Illius item,quod
multi dixerunt,plenam,& liberam diſpo-
ſitionem beneficiorum,& fructuum eorũ
pertinere ad Papã,eſſeque ipſi in eis pro
ratio-

ratione voluntatem, iuxta *glo. ſolemnem. cap. ſi gratioſe. de reſcript. lib. 6.* & id genus alia, quæ liberanda, & determinanda ſunt per proxime dicta, & ſupra *eod. capit. notab. 7. §. 4.* tacta, & per reſoluta in dicto *tract. de redit. q. 1. mon. 40. & in apolog. prædicta q. 1. mon. 24. 25. 27. 38. & 50.* liberanda ſunt, inquam, per has veritates.

8 Prima eſt, quod verum dominium omnium bonorum eccleſiaſticorum eſt penes ſolum Chriſtum D. N. & non penes vllos eccleſiaſticos, etiam Pontifices maximos, vt monſtratur, & declaratur vbi ſupra. Secunda, quod ſola, & tota eorum adminiſtratio eſt penes Papam immediate à Chriſto ei tradita. Tertia, quod penes ſolum Papam eſt adminiſtratio illorum fructuum, & bonorum, quorum adminiſtrandorum titulus nulli alij mediate, nec immediate eſt ab eo conceſſus. Quarta, quod abſolutior poteſtas adminiſtrandi remanet penes eum quoad ea, quorum adminiſtrandorum titulus canonicus nulli alij eſt tributus, quam aliorum, in quibus etiam alius habet canonicum titulũ, *argum. c. niſi cum pridem. §. intueri. de renunciat.* & eorum quæ per illud aſſeruit *Cardinal. in conſil.* 141. & nos ſupra *eod. notab. 7. § 3.* adduximus Quinta, quod remanet penes eum, quoad ea quorum adminiſtrandorum titulorum etiam alij habent, ſed longe ſtrictior quam in alijs; quia licet iuſta de cauſa poſſit alienare, vel authoritatem id faciendi præſtare, & ob delictum, & aliam iuſtam cauſam illa tollere ab eis qui ea canonice acceperunt; non tamen poteſt iuſte diſponere de fructibus & reditibus illorum, etiam in vſos pios, niſi ex aliqua grandi cauſa ſine conſenſu beneficiariorum, per ea quæ ſupra eod. c. notab. 7. §. 3. adduximus.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſiaſticos fructus, & redditus male percipientes, quid agere oporteat.*

2 *Beneficia tenentes ſine canonico titulo, quid de fructibus perceptis agere conueniat.*

3 *Fructuum eccleſiaſticorum alij obuenit vacante beneficio de iure, & de facto, eorumque differentia.*

4 *Remedia tria obtinendi abſolutionem ab obligatione reſtituendi fructus eccleſiaſticos varijs ex cauſis male perceptos.*

§. 12.

EX prædictis infertur primo, non male me conſuluiſſe aliquoties quibuſdam, 1 qui male ceperunt, vel male retinebant fructus, & reditus aliquot pertinentes ad beneficiarios aliquorum beneficiorum, videlicet; quod non ſufficeret eis componere ſe cum Camera Apoſt. vel commiſſario Cruciatæ habente poteſtatem componendi de fructibus beneficiorum male perceptis, ſed oportere eos reſtituere illos male perceptos ipſis beneficiarijs; ad quos eorum diſpenſatio, & diſpoſitio ratione titulorum ſuorum pertinebat, modo adhuc illi viuerent; imo nec ſi iam mortui eſſent, & in vita, vel in morte in aliquos vſus pios, eos ſpeciatim, vel generatim donaſſent, vel iuſte ad opera pia in morte reliquiſſent vigente conſuetudine talia relinquendi; imo nec ſi non donaſſent neque reliquiſſent, ſed aliquo reſpectu eorum, quæ tanguntur in *dicto tract. de redi. q. 3. mon. 34. et in apolog. prædicta ead. qu. mon. vlt.* eſſent facta patrimonialia; vel quaſi patrimonialia, vel talia, quæ bono iure ipſi potuerunt relinquere ſuis hæredibus ſine intuitu pietatis, vel paupertatis; quia tunc hæredibus eſt ſatisfaciendum, *arg. cap. cum tu de vſur. et c. ea te de. iureiur.* quibus beneficiarijs, vel eorum hęredibus viuentibus; non eſt veriſimile velle Papam quæ ipſis debentur auferre.

Secundo infertur, iuſte quoque me conſuluiſſe beneficiarijs, qui tenuerunt beneficia ſine canonico titulo ſaltem ab initio habito, ſuæ obligationi ſatisfacere, reſtituendo fructus medio tempore male perceptos Cameræ Apoſtol. vel certe componẽdo ſe cum illa; quoniam omnium bonorũ 2 eccleſiaſticorum, & fructuum eorum adminiſtratio, quæ non eſt conceſſa alicui particulari à Papa immediate, vel mediate, pertinet ad ipſum ſolum per prędicta. At nullo iure conceſſa videtur diſpenſatio fructuum prædictorum vlli alij quam Papæ; quia nullus alius habet titulum canonicum; ergo pertinet ad eum ſolum.

Contra hoc tamen facit, quod videntur deberi futuro ſucceſſori, hoc eſt, illi qui primus poſt eum beneficium illud canonice adeptus fuerit; vel quod debent verti in vtilitatem eccleſiæ per *c. cum vos. de offic. ord.* & per *c. præſenti. eodem tit. lib. 6.* & *c. quia ſæpe. de election. eodem libro 6.* Nec ſatisfacere videtur id quod ſcio aliquando viro cuidam doctiſſimo ſatisfeciſſe, vi-

deli-

delicet quod illa capitula non agunt de fructibus beneficiorum male à beneficiario perceptis, ſed de fructibus obuenientibus tempore vacationis, & bene perceptis ab Oeconomo ad eorum cuſtodiam legitime deputato, vel male à raptore aliquo, vel fure, vel ab alio huiuſmodi perceptis; non, inquam, hoc ſatisfacit: quia toto tempore quo beneficium poſſeſſum eſt ſine titulo canonico, ſaltem ab initio habito, vacauit; & ita omnea fructus percepti tempore quo illa beneficia ſine canonico titulo poſſidentur, dicuntur obuenire tempore vacationis, & ita debent reſeruari futuro ſucceſſori, vel in vtilitatem eccleſiæ conuerti: & conſequenter eorũ diſpenſatio ad alium quam ad Papam pertinere videtur.

Reſpondeo igitur ad argumentum, quod nõ
3 eſt eadem ratio de vtriſque, quoniam alij obueniunt vacante beneficio de iure, & de facto; alij vero tempore vacationis de iure, & non de facto; & ideò non vſque adeò debentur futuro ſucceſſori, ac alij tẽpore plenæ vacationis obuenientes. Vnde arbitror, & mea ſententia, iuſte, fructus quidem illoa male perceptos, conuerti poſſe in vtilitatem eccleſiæ, vel futuro ſucceſſori reſeruari, attento quod vere tempore vacationia obuenerunt, & nihilominus antequam in vtilitatem eccleſiæ conuertantur, & antequam inſtituatur futurus ſucceſſor, & illi tradantur, pertinere ad diſpenſationem Papæ; attento quod licet illa beneficia de iure vacent, de facto tamen non vacant: & licet nemo ſit eo tempore legitimus eorum adminiſtrator ob defectum tituli canonici; quo adminiſtratio legitima conceditur, eſt tamẽ, qualia qualis, & putatiuus adminiſtrator eorum: & ita non pertinent tam pleno iure ad futurum ſucceſſorem, quam illi qui obueniunt tempore quo vacant de iure, & de facto. Cui ſententiæ arridere videtur praxis Romana, qua ſummus Pœnitentiarius frequenter remittit huiuſmodi beneficiarios ad ſe cum Camera Apoſt. componendum; cuius ratio nunquam, quod ſciam, hactenus adeo exerte reddita eſt, nec videtur poſſe hauriri iuſtius, quam ex prædicta conſideratione.

4 Ex quibus ſubinfertur, eum qui poſſedit beneficium ſine canonico titulo, ſaltem ab initio habito, puto, quia erat irregularis, excommunicatus, vel ſuſpenſus, vel alias inhabilis tempore collationis ei factæ per eum, qui non potuit eiuſmodi defectum tollere, vel ſaltem non abſtulit, habere tria remedia, quibus abſoluatur ab obligatione reſtituendi fructus illos male perceptos. Primum eſt componere ſe cum Camera Apoſt. Secundum conuertere illos in vtilitatem eccleſiæ ſuæ, vel beneficij. Tertium tradere illos futuro ſucceſſori & contingere poteſt, vt aliquo reſpectu vnum illorum magis conueniat ei, quam aliud; nam per compoſitionem cum Camera, magna pars ſolet remitti, quum tamen per conuerſionem in vtilitatem eccleſiæ nihil remittatur: futurus autem ſucceſſor poteſt eſſe adeo amicus, quod maiorem partem remitteret quam Camera, ſed nec illa, nec ille poſſunt ei remittere iuſte ſi eſt diues, cum facultate conuertẽdi eos in vſus profanos, vel non pios; quoniam nec ipſi id facere poſſunt, per late adducta *in tract. de redit. q. 1. mon. 48. & q. 2. mon. 7. & in Apolog. prædicta q. 1. Mon. 27. & 38 & ſequent. & q. 2. mon. 7.* & nemo dat quod non habet, *cap. quod autem. de iur. patron. & l. ſi vniuerſa. C. de legat.*

Subinfertur etiam, quod ſi quis, quod quotidie contingit, obtineat à ſancta Sed. Apoſtol. narratis narrandis, confirmationem tituli quo beneficium poſſidet, & quatenus opus eſt, nouam conceſſionem, nihil tenebitur reſtituere, ſi facta eſt ei gratia ſine obligatione ad ſe cum Camera componendum, ſed ſolum tenebitur eos ita impendere, ac ſi obueniſſent ei poſtea quam illam nouam conceſſionem obtinuit: & ita impendere illoa in honeſtam ſui ſuſtentationem, vel in pios vſus: quoniam per obtentionem huiuſmodi gratiæ ipſe conſtituitur primus ſucceſſor, cui fructus illi reſeruari, & tradi iuſte poterant. Non otioſe ſupra toties repetij illa verba *ſine canonico titulo ſaltem ab initio habito*; nam maioris quæſtionis eſt, an idem ſit dicendum de fructibus perceptis ſine canonico titulo ab illo, qui à principio quidem habuit illum, ſed poſtea per negligentiam ordines ſacros accipiendi, iuxta *cap. licet canon. de elect. lib 6.* vel impaßibilitatem, *cap de multa. de præb. & extrauag. execrabilis. Ioan. 22 eod. tit.* vel hereſim. *c. 2. de hæret. lib. 6.* vel alias cauſas, ſeu ſtatuta, & leges particulares ipſo iure amittuntur. Et quidem quoad forum exterius idem omninò eſt dicendum, & etiã quoad forum conſcientiæ, ſi teneremus illas pœnas ipſo iure incurſas deberi in foro conſcientiæ; ſi autem contrarium teneremus, contrarium eſſet dicendum: ſed quia huius rei definitio altiorem exigit indaginem, ideò illam remitto in *Commentario-*

catiolum *c. fraternitas.* 12.*q.*2.quo propo-
nimus omnia,quæ frater Alfonſus Caſtrẽ
ſis in duobus libris de lege pœnali tradit,
perpendere, contrahere, ac declarando
definire.

SVMMARIVM.

1 *Dubij tertij principaliter hoc commenta rio propoſiti breuis reſolutio.*
2 *Spoliorum adminiſtratio ſoli Papæ eſt reſeruata.*

§. 13.

1 AD tertium dubium principale; videlicet, an Papa ſibi eiuſmodi ſpolia
reſeruauerit? reſpondeo affirmatiue, vt
palam conſtat ex conſtitutione præſata
bonæ memoriæ Pauli III. approbata,
per Iulium III. Paulum IIII. Pium IIII.
& Pium V. vt ſupra in *§.* 5. & 6. oſten-
dimus ex fragmentis conſtitutionum eo-
rundem ſupra relatis. Conſtat etiam, &
efficaciter colligitur, ex illa theorica
2 ſuperius aſſerta, nempe, quoad ſolum
Papam pertinet omnium bonorum, &
fructuum eccleſiaſticorum adminiſtra-
tio, quæ nulli alij iure debetur At prædi-
cta ſpolia ſunt bona eccleſiaſtica, quo-
rum adminiſtratio ad nullum alium quam
ad Papam iure pertinet; ergo eorum ad-
miniſtratio ei ſoli eſt reſeruata. Non ob-
ſtat dicere, quod ſpoliorum adminiſtra-
tio pertinere videatur ad futurum ſucceſ-
ſorem.per *c.cum uos.de off.ord. & c.præ-
ſenti.eod.tit.lib. 6. & c.quia ſæpe.de elect.
eod.lib.*per reſponſionem, quę data eſt ad
ea ſupra *§.*10.

SVMMARIVM.

1 *Dubij quarti principaliter hoc cõmenta rio propoſiti reſolutio,et tot.§.14.et 15.*
1 *Conſuetudo nulla contra legem naturalem vel diuinam excuſare poteſt.*
2 *Conſuetudo an induci poſſit contra legem etiam humanam decreto irritante munitam.*
2 *Decreti irritantis efficaciam.*
3 *Conſuetudo non valet contra legem humanam prohibitiuam, quæ virtualiter continet decretum irritans*
4 *Iura quæ conſuetudinis authoritatem ponent.*
5 *Beneficiarij de ſuperfluis redituum eccleſiaſticorum teſtari cur vetentur.*
6 *Conſuetudo, vel priuilegium Papæ teſtandi de ſpolijs ad opera pia à peccato excuſat.*
6 *Conſuetudo, & priuilegium Principis contra legem humanam valet.*
7 *Conſtitutio Papæ poſterior; licèt deroget priori eiuſdem contrariæ,non tamen derogat conſuetudinibus contrarijs, ſi rationabiles ſunt.*
7 *Conſuetudo quæ rationabilis,& quæ irrationabilis.*
8 *Legem humanam omnem, quatenus humana eſt,conſuetudo tollere poteſt.*

§. 14.

AD quartum dubium,videlicet,An con
ſuetudo non ſoluendi ſpolia Papæ ex-
xuſet? Reſpondeo pro eius parte negati-
1 ua facere primo, quod qui contrauenit
legi, *peccat.cap. nam concupiſcentiam de
conſti.cap. qui peccat.*23.*quæſt.* 4. & qui
capit ſpolia ſine authoritate Papæ con-
tra prædictam legem Pauli III. relatam.
§ 5.facit.
Secundo, quod nulla conſuetudo poteſt
quenquam excuſare contra legem natura
lem,vel diuinam,*cap. mala. cap. veritate.*
& *melius in cap.ſi conſuetudinem.* 8. *diſt.*
At prædicta lex Pauli III. potius eſt lex
diuina;quàm humana:quia infertur in bo
na conſequentia ex illa lege diuina, de
qua ſupra *§.* 4. nimirum quod omnium
bonorum eccleſiaſticorum adminiſtratio
immediatè conceditur à Deo Papæ. Et
nemo alium poteſt habere illorum admi-
niſtrationem,niſi concedatur illa ei à Pa-
pa mediatè,vel immediatè.& quòd vt ſu-
pra eodem.*§.*probatum eſt,omnia ſpolia
ſunt bona eccleſiaſtica,& eorum admini-
ſtratio nulli alij eſt à Papa conceſſa. quæ
neceſſario cõſequitur lege diuina eam ad
ipſum ſolum Papam pertinere.
2 Tertio, quod contra legem etiam hu-
manam decreto irritante munitam non
videtur poſſe Induci conſuetudo valida.
tum per *cap.ſtatutum.§.fin. de reſcriptis.
lib.*6. adiuncto dicto Gulielmi à Monte
Laud.in.*clem' ſi Romanus.ſuper verb.cura
de præben.relati à Sarnen.in regula de an
nali.q.*23. *& in tract.gratiarum expect.
nu.*19. *videlicet, Decretum irritans eſt pe-
netrabilius omni gladio ancipiti,omnia in
teriora,& occultiſſima afficiens,& aſtrin-
gens;nam eſt tã malignantis naturæ, quod
quicquid inuenit, deſtruit,* & in oppoſitũ
dicit. Vnde nec cõſenſu partiũ cõtrarium
induci poſſe videtur, iuxta textum iuris
optimum,vbi *Panor.in capit.dilecto.de*

præb.& gloſ.in verb.committantur,prædi
3 *cti cap.ſtatutum. in princ.* Tum quia etiã
contra legem humanam prohibitiuam,
quæ virtualiter continet decretum irritãa
non valet conſuetudo,iuxta *leg.1. & 2.C.*
ne fideiuſ.dot dentur,vt tradit *Bal.Nouel.*
4 *de dote ſexta parte.21.priuilegio.decimo-*
tertio limitatione. facit lex. non dubium.
*C.de legib.*cum traditis ibi per *Iaſ.col.* 4.
Pro contraria parte faciunt primo omnia
iura,quæ conſuetudinis authoritatem fo-
uent,*cap.conſuetudo.1.diſt.l.minime.& l.*
de quibus.ff.de leg.l.2 C.quæ ſit long. con-
ſuet. cum ſimil. Secundo, quod eum qui
contrarium tenuerit oportebit dicere,
quod omnes fere eccleſiaſtici Hiſpani,
Galli,& Germani pereũt:in Regnis enim
Hiſpaniæ Caſtellæ ſubiectis,ſola Epiſco-
porum ſpolia ſoluuntur Papæ,in aliis au-
tem nulla; imo neque in parte Hiſpaniæ
regno Portugalliç ſubiecta.
Pro reſolutione integra dico primum, con-
ſuetudinem quæ haberet, vt in præfata
ſpolia ſuccederent alii quàm Papa ſine
pietatis vel paupertatis intuitu ad effe-
ctum vtendis eis ad profana tanquam a-
lijs profanis,non valet;quia illa eſſet con
tra legem naturæ,de non furando, neque
vtendo re aliena inuito domino in alium
vſum quam conceſſum,iuxta,quæ allata
fuerunt in *præd.tract.de reditib.q 1.moni.*
20.& ſeq.& monit. 42.& in Apolog præ-
dicta quorum appendix eſt iſte commen-
tarius *q.1.mon.27.& 38.et 39.*Tum quia
eadem ratio, qua vetantur beneficiarii
teſtari de ſuperfluis redituum eccleſiaſti-
corum ad profana,concludit,vt nemo eis
iuſte poſſit in ſpolijs ſuccedere profane,
id eſt tanquam in patrimonialibus profa
5 nis ad vtendum eis profane.i.ſine pieta-
tis;& paupertatis intuitu;ratio enim qua
vetantur teſtari beneficiarii de ſuperfluis
redituum eccleſiaſticorum,eſt;quia lege
naturæ vetatur, nequis re aliena in alium
vſum quam conceſſum vtatur,& quod ſu
perflua redituum eccleſiaſticorum ſunt
deputata in vſum pauperum, & alia pia
opera. Cũ ergo ſpolia ſint illa quç benefi-
ciarlis ſuperfluunt, cõſequens eſt,de illis
non poſſe aliter diſponi,nec in illis aliter
ſuccedi,quàm in reditibus eccleſiaſticis.
Secundo dico, quod excuſaret conſuetudo
legitime præſcripta, vel priuilegium Pa-
pæ, quibus beneficiariorum ſpolia cede-
rent in opera pia, ſicut & conſuetudo ad
teſtandum in ea, valeret; quia id nulla-
6 tenus repugnat legi naturali,nec diuinæ,
vt in *Apolog.præfata q.2.mon.2.& 7. et in*
d. tracta. eiuſdem q. et monit. probatum
fuit,licet repugnet legi humanæ, contra
quam conſuetudo,& priuilegium Princi-
pis valere poteſt,*cap fin.de conſueta. et c.*
propoſuit de conceſſ præbend.et cap.priui-
leg. 3 diſt. Pro hoc dicto videtur caſus in
literis Pauli iv.dat.anno 1550.8.Febr. &
etiã Pij iv.dat.nno 1560 30.Iulij.ſupra §.
6.relatis. quatenus à ſua diſpoſitione ex-
cludunt ſpolia quorundam beneficiario-
rum,quibus priuilegio,vel conſuetudine
teſtari licet. Faciunt etiam literæ eiuſdem
Pij IIII.datæ anno 1560.26. Maij relatæ
ſupra in *eod.§. 6.* quatenus à ſua diſpoſi-
tione excludunt à contrario ſenſu ſpolia
beneficiariorum,quibus eſt facultas teſtã
di: quæ quoad opera pia contingere po-
teſt ex priuilegio vel conſuetudine,vt ibi
ſuper oſtenditur.
Tertio, quod prædicta *extrauagans Pauli*
III. licet videatur abſtuliſſe conſuetudi-
nes omnes, quibus ſpolia cederent in
vſus profanos: non tamen videtur dero-
gaſſe conſuetudinibus cederent in pios,
per *c.1 de conſtit lib. 6.* quatenus habet,
7 quod licet conſtitutio Papæ poſterior de-
roget conſtitutioni eiuſdem priori con-
trariæ non tamen derogat conſuetudini-
bus contrarijs, ſi ſunt rationabiles. Cum
ergo conſuetudo, qua beneficiariorum
ſpolia profanis vſibus applicantur, ſit ir-
rationabilis,quippe quæ ſit legem natura
lem, vt monſtratum fuit in *d. tract. de re-*
dit.q.1.mon.20.& conſuetudo qua illa ce-
derent in pia ſit rationabilis, vt quæ ſit
contra legem humanam tantum, vti in
prædictis monit. ſatis oſtenditur, conſe-
quens eſt,hanc nõ abrogaſſe,illã verò ſic.
Per quæ tria dicta,conciliari poſſunt funda-
menta pro vtraque parte adducta; nam
quæ adducta fuerunt pro parte negatiua,
videlicet,quod conſuetudo non poteſt ex-
cuſare,intelliguntur de conſuetudine irra
tionabili, ea verò quæ pro parte affirma-
tiua,de rationabili,quç definiri poteſt eſ-
ſe illa,quæ non eſt contra legem naturalẽ
vel diuinam directe vel indirecte; licet
enim recepta *glo.*præfat l c.1.de conſt. lib.
6.in verb. rationabilia. dixerit eſſe relin-
quendum Iudicis arbitrio, quæ conſue-
tudo dicenda ſit rationabilis & quæ irra-
tionabilis; nullam tamen regulam ad id
arbitrandum inuenio aptiorem & genera
liorẽ,licet multa ſpeciatim congerãtur à
multis in *l.de quib.ff.de leg.et in l.2 C.quæ*
ſit longa conſu.& in *d.cap.1.de conſt.lib.6.*
& in *capitul. fin. de conſtit.* præſertim
per Rochum, quam illam quæ olim viſa
fuit

Digitized by Google

fuit nobis aptiſſima, in *d. cap. fin.* videlicet, quod omnis & ſola conſuetudo quæ directe vel indirecte repugnat legi naturę, vel diuinæ, eſt irrationabilis, quæ nullatenus induci poteſt, quæ regula colligitur ex *ca. illa.* 12. *diſtin.* ibi. *Quod neque contra fidē Catholicam, neque contra bonos mores eſſe conuincitur indifferentes eſt habendum.* Colligitur & ex eo, quod quicquid & ſolū id quod lege humana ſtatui poteſt; conſuetudine quoque induci poteſt. Tum *arg. cap. ius ciuile. & ea. conſuetudo* 1. *diſt. adiunctis cap. erit autem lex.* 4. *diſt. & c. quæ contra mores.* 8. *diſt.* Tum quia eadem poteſtate nituntur lex. humana, & conſuetudo; quia ſolum differunt in eo, quod illa nititur expreſſo conſenſu potentis facere legem, hæc verò tacito eiuſdem, *d. l. de quibus. ff. de leg. & d. cap. conſuetudo.* 1. *diſt. & tradit Innoc. in cap. ex parte. de conſuet.* Tum quia id ſatis ſignificat *cap. omnes.* 1. *diſtin.* ibi, *Humanæ leges moribus cōſtant.* quo ſignificatur, morem qui eſt conſuetudo, *cap. mos eſt. ead. diſt.* eiuſdem eſſe potētiæ, cuius eſt lex. Cui alludit etiā id quod Gratianus ſub *eod. cap. omnes.* ait, quod nomine legis humanæ mores iure conſcripti, & traditi intelligātur. Tum quod multo maiore tempore ab orbe condito vixerunt homines conſuetudine, & moribus tacitè traditis, quam legibus expreſſe cōſtitutis, vt ex ſacris, profaniſq; literis colligitur. Tum quod quicquid eſt quæſibile per priuilegium, eſt quæſibile per conſuetudinem ſpecialem; vel generalem temporis immemorialis, vel memorialis, *ca. catholica.* 11. *diſt. cap. ſuper quibuſdam. de verb. ſig. l. hoc iure §. ductus aquæ ff. de aqua quot. & æſt. & tradit Fel. in cap. accedentes. de præſcript.* citans alios, cuius dicta licèt alicui aliquid contra hoc ſignificare poſſent, re vera tamen ad hoc reduci debent, vel ſibi contradicunt; nam etſi in aliquibus caſibus conſuetudo, præſertim memorialis, non poſſit aliquid inducere contradicente lege illius inductioni, non tamen ideo id accidit; quia conſuetudo de ſe id non poſſit inducere: ſed quia à maiore poteſtate impeditur, ne id faciat. per quod tollitur argumentum quod ex *cap. contra morem.* 100. *diſt.* & aliquot aliis formari poteſt. Cum igitur per priuilegium ſupremi Principis poſſit induci quicquid per legem humanam induci poteſt, *arg. cap. priuilegia.* 3. *diſt. & c. cuncta per mundum.* 9. *q.* 3. *& c. propoſuit. de conceſſ. præb.* conſequens eſt, vt per alicuius generis conſuetudinem idem fieri poſſit. Tum denique quod per legem humanā id ſolum conſtitui non poteſt, quod eſt contra legem naturalem, vel diuinam, directe vel indirectè, *arg. c. ſunt quidam.* 25. *q.* 1. *clem. paſtoralis. de re iud.* ita id ſolum non poterit induci per vllam conſuetudinem, quod contra easdem leges directe vel indire-
8 ctè fuerit. Vnde ſicut Princeps lege vel priuilegio iuſte poteſt priuare ſubditum re ſua ex cauſa iuxta *l. item ſi verberatum ff. de rei vend. & l. Lucius ff de euict.* ita & *conſuetudo, l. venditor. §. ſi conſtat. ff. com. præd. de quo, & alijs ſimilibus, late Fel. poſt alios, cap. quæ in eccleſiarum. de conſt. à nu.* 26.

Non obſtat huic reſolutioni, quòd omnis lex iuſta eſt rationabilis *capit. erit autem lex.* 4 *diſt. & l. inter claras. C. de ſum. Trinit.* ergo omnis conſuetudo iuſtę legi cōtraria; erit irrationabilis; quia contraria de contrarijs dicuntur, *arg. cap. ſciendum.* 8. *q.* 1. *l. & ſi contra. ff. de vulg.* Non, inquā, hoc obſtat; quoniam licet vno & eodem reſpectu non poſſint eſſe duo contraria rationabilia; diuerſis tamen poſſunt eſſe talia, *arg. cap. quanquam.* 2. *q.* 1 *& gloſ. notabilis in cap. deliberatione. de off. leg. lib.* 6. *verb. electionis.* quatenus probant, quod hoc eſt eſſe vnum & idem maius & minus altero diuerſis reſpectibus. Non obſtat etiam dicere, quod omnis conſuetudo, cui ius reſiſti, eſt irrationabilis ſecundum *gloſ.* ſolennem & receptam *cap.* 1. *de conſt. lib.* 6. quia id procedit, quando ius reſiſtit ei declarando eam eſſe irrationabilem, & corruptelam, non autem quādo ſolum reſiſtit eam tollendo, vel iubendo ne inducatur, eo quod contrarium aliqua ratione magis placeat & rationabilius ſit vt colligitur ex *glo. clem. fin. de elect.* & ſatis ex *Dominic. in d. cap.* 1. *de conſt. lib.* 6. *num.* 30. Cum ergo præfata conſuetudo, de qua loquimur, nempe qua applicantur ſpolia pijs operibus, aut pijs viris, quo illa pijs, vſibus applicent, non ſit directe, nec indirecte contraria legi naturali, vel diuinæ, poteſt eſſe rationabilis & valida. Nec obſtat, quod nos ſæpe diximus tam in *præf. tracta. de redit. q.* 1. *mon.* 40. *& in Apologia prædicta q.* 1. *mon.* 24. *quam ſupra eod.* reſpondēdo ad primum dubium, quod tota adminiſtratio bonorum eccleſiaſticorū, & cōſeqnēter ſpoliorū lege diuina ad ſolū Pap. pertinet, eo q Chriſtus verus eorū dominus, immediate illā ei cōceſſit, et per eū ſolū et alios quib. ille ſuā poteſtatē cōmunicat, eſt exercēda, & per cōſequens nō p illū, cui ſola cōſuetudo eſt

concedit. Non inquam, hoc obſtat; quoniam conſuetudo rationabilis eſt iuſtum medium; per quod Papa ipſe illam communicat; nam & tota iuriſdictio eccleſiaſtica fuit data Papæ à CHRISTO, *c. in nouo. 21. diſt. & c. omnes. 22. diſt.* Quę tamen non ſolum communicatur à Papa per titulos epiſcopales, ſed etiam per cōſuetudinem; nam conſuetudo iuriſdictionem dare poteſt, per *tex. expreſſum in c. duo ſimul. de off. ord. et cap. cum contingat. cum glo. cui alias* 5. ſimiles citat ibi *Fel. de for. compet. & c. conqueſtus. 9 q. 3.* in quibus omnibus i lud adnotant doctores.

SVMMARIVM.

1 *Conſuetudine extante, vt fructus primi, vel ſecundi anni cedant beneficiario præmortuo, non debent cedere ſecularibus, quo ditiores fiant.*

2 *Traditioni rei ſuæ modum quilibet addere poteſt.*

3 *Spolia per diſpoſitiones inter viuos, vel vltimas voluntates alio reſpectu quam pietatis, vel paupertatis poſſidentes, Sedi Apoſt. illa reſtituere tenentur.*

4 *Spolia poſſidentes etiam per vltimas voluntates, & intuitu pietatis, vel paupertatis, ſine priuilegio vel conſuetudine ad pia teſtandi factas, ad reſtitutionem tenentur.*

5 *Remiſſio magnæ quantitatis à quodam prælato de reditibus eccleſiaſticis cuidam diuiti ſine pietatis, vel paupertatis intuitu facta, inualida.*

5 *Remiſſio debiti eſt donatio.*

§. 15.

EX proxime dictis infertur, erudite admodum dixiſſe Zenzelinum in *gloſ. extrau. ſuſcepti. Ioan. 22. de elect. in verb.* eccleſijs, & verbo, perſonis, quod extante conſuetudine, vt fructus primi, vel ſecundi anni cedant beneficiario præmortuo, non debent cedere ſecularibus quo ditiores fiant: ſed quo debita defuncti ſoluant, & eius funeralia peragant, vel quo in pauperes diſpendant; quoniam eiuſmodi fructus ſpolia ſunt, vt patet per definitionem ſupra. eod. §. 1. poſita; & conſuetudo quæ haberet, vt illa cederent ſecularibus, eſſet irrationabilis, per dicta in §. ſupra proximo. Conſuetudo verò, vt ea cederent ſoluendis debitis, vel funeralibus explendis, quæ ſunt opera pia, eſſet rationabilis, per prædicta; licet ſecus eſſet de ſtatuto in fundatione à ſeculari poſito quia id quod per illud reſeruaretur patrono, etiam laico deberetur illi, etiam ſi diues eſſet, vt ait prædicta *gloſ.* & probatur per *c. Eleutherius. 18. q. 2. & c. præterea de iur. pat.* cum eis adnotatis, quia quilibet poteſt adijcere modum ſuę rei tradi-
2 tioni. *c. verum. de cond. appo.* cum citatis ibi per *glo. & Doctores.*

Secundo infertur, quod excuſaret conſuetudo quæ haberet, vt ſpolia conuertantur in vtilitatem eccleſiæ cuius erat beneficiarius, imo & illa quæ haberet, vt futuro ſucceſſori reſeruarentur, ad diſpendendū in ſuos vſus decentes, vel opera pia, ſicut & fructus ſuo tempore obuenientes: quia hæ conſuetudines ſunt rationabiles, & cōſequenter non videntur ſublatæ, per prædictam *extrau. Pauli III. per prædictum c. 1. de conſti. lib. 6.*

Tertio infertur, omnes illos qui poſſident ſpolia beneficiariorum cuiuſcumque gentis per diſpoſitionem inter viuos, vel vltimas voluntates alio reſpectu quam pau-
3 pertatis, vel pietatis, teneri ſaltem in foro conſcientiæ ad reſtituendum ea Sedi Apoſt. quia per prædictam extrauag. ſublatæ fuerunt conſuetudines priores irrationabiles ei contrariæ, per prædictum *c. 1. de conſt. lib. 6.* quarum de numero ſunt illæ quę diſponunt vt in bonis eccleſiaſticis ſuccedant laici diuites ſine paupertatis vel pietatis intuitu, vt prædictum eſt.

Nec obſtat, quod rari ſunt hæredes beneficiariorum, qui extra Italiā ſpolia eiuſmodi ſedi Apoſt. reſtituant, vel reſtituere cogantur; quoniam id contingit, eo quod intuitu paupertatis illa eis relinquuntur, vel non ſunt in illis partibus collectores ſedis Apoſt. vel ſi ſunt, non petunt; vel quia tolleratur illa conſuetudo quoad forum exterius, ne reſpub. litium multitudine turbetur. Qua ratione diximus in *prædict. tract. de reditib. quæſt. 1. mon. 53 & quæſt. 2 mon. 3. & 6. & in Apolo prædicta quæ. 1. mon. 50. & q. 2. mon. 3. &* 6. apud Hiſpanos tolerari conſuetudinem beneficiariorum exceptis epiſcopis, teſtandi ad profana; quæ tamen in conſcientiæ foro minime excuſat, vt ibi adiectum eſt.

Quarto infertur, etiam ad eandem reſtitutio-
4 nem teneri illos qui tenent ea per vltimas voluntates etiam intuitu paupertatis vel pietatis factas ſine priuilegio, vel conſuetudine ad pia teſtandi, debereque omnes eos componere ſe cum Camera Apoſt. quo tuta conſcientia aliqua ex eis retinere valeant, licet in foro exteriori ſu-

per

per eis non inquietentur, *arg. capit. ſi rex alienare.* 14 *quaſt.* 6. *& cap peccatum. de regulis iur. lib.* 6. quæ eſt magni momenti concluſio.

Quinto infertur quiddam pulchrum & vtile quod poſſet addi cuidam reſponſo, quod nuper mihi dixit dediſſe Doctor inſignis Callandrus Luſitanus, qui multis olim annis Salmaticæ, & Conimbricæ fuit auditor meus feruentiſſimus, & in præſentia eſt in Vrbe Aduocatus V. I. callentiſſimus, & celeberrimus, in ſapientia Vrbs
5 facultatis canonum prælector, dixit enim mihi, quod ſequutus dicta mea in meo Confeſſariorum manuali, in q. I. tract. de reditibus eccleſiaſticis, ſuper cap. fin. 16. q. 1. reſpondit, quod remiſſio quædam magnæ quantitatis de reditibus eccleſiaſticis facto cuidam diuiti, à quodam Abbate, ſine paupertatis, & pietatis intuitu, non valuit; & quidem recte: quia remiſſio debiti eſt donatio *c. veniens. de teſtib. & l. ſi mulier. de condict. cau. dat.* At donatio Abbatis tantæ quantitatis facta de reditibus eccleſiaſticis homini diuiti ſine paupertati, aut pietatis intuitu, non valuit, vt nos probauimus in d. *q. 1. tract. de redit. eccleſ. mon.* 20 34. *&* 42. *& in Apolo. præd. q. 1. mon.* 27. *&* 38. *&* 39. & ſpecialius *mon.* 81. & 82. ergo nec remiſſio valet; quæ eſt deciſio quotidiana, nec vſquã alibi (vt opinor) ſpeciatim facta, quamuis ex dictis vbi ſupra inferri poterat, vt ipſe ſubtiliter intulit. Illud autem pulchrum, quod ex prædictis ſubinferri dixi, poſſeq. addi prædicto reſponſo, eſt, quod prædictus donatarius diues, ſi non ſoluit illud debitum ſibi remiſſum Abbati dum viueret, & ita remanſit in parte ſpoliorum eius debet reſtituere Sedi Apoſtolic. vel ſe cum ea componere. Et ſi quis diceret quod hoc eſſet verum ſi prædictus Abbas degebat in Italia, vel alijs terris, in quibus ſpolia ſoluuntur Papæ, ſi tamen degebat in prouincia, in qua per priuilegium, vel iuſtam conſuetudinem ſoluerẽtur alijs, eiuſmodi debitum remiſſum eis & non Papæ eſſet reſtituendum, ei qui hoc diceret, reſponderi poteſt, id eſſe verum, vbi conſuetudo, vel priuilegium applicaret ea pijs operibus, non autem vbi applicaret ea diuitibus, vel alijs operibus profanis: quoniam eiuſmodi conſuetudines, & priuilegia tanquam irrationabilia, nil valeant, & ſublata fuerunt per præfatam extrauagantem Pauli iij. vt prædictũ eſt; & ita quum in illa Prouincia, in qua degebat prędictus Abbas, non ſit vlla conſuetudo, quę applicet ſpolia operibus piis, licet permittantur hæredes accipere illa quo ad forum exterius ex teſtamento, vel ab inteſtato, merito poſſunt dici debita in foro conſcientię Sedi Apoſtolicæ quum per nullam diſpoſitionem iuridicã ſint aliis reſeruata; & omnium bonorum eccleſiaſticorum adminiſtratio, quæ non eſt alij à Papa mediate, vel immediate conceſſa, ſoli Papæ debeatur, vt ſupra §. 5. probatum eſt.

Sexto ex proxime dictis infertur non videri ſatis tutos eſſe illos diuites, quibus Camera Apoſt. vel ab ea deputati remittũt ſine paupertatis, & pietatis intuitu, vel ſine alia iuſta cauſa, ea quæ debent illi aliqua iuſta ratione: nam ſi nullæ perſonæ eccleſiaſticæ, etiam Papæ donare poſſunt bona eccleſiaſtica, nec reditus eorũ ad ſe pertinentes pro libito ſine paupertatis, vel pietatis intuitu, vel ſine alia iuſta cauſa; & remiſſio debiti eſt donatio, conſequitur profecto non poſſe illos facere huiuſmodi remiſſionem. Aliquando tamen iuſta cauſa eſſe poſſet, ſi per eam creſceret deuotio eius, cui fit remiſſio in ſanctam ſedem Apoſtolicam vel reductio ad eius obedientiam, vel alia obſequia pro Chriſto, vel ſede Apoſtolica, vel Eccleſiæ defenſione præſtitiſſet, vel probabiliter præſtiturus eſſet; quæ tamen omnia directe, vel indirecte cauſam pietatis reſpiciunt. Sed non quicquid horum, quod ſufficit ad iuſtificandam alicuius quantitatis remiſſionem, ſufficit ad iuſtificandam quantæcumque remiſſionem. In quo quia certa regula dari non poteſt arbitrio prudentis diſpenſatoris relinquendum eſt, *arg. l. 1. ff. de iure delibe. & c. de cauſis. de off. deleg.* Qua ratione defendi poteſt illa grandiſſima remiſſio fructuum eccleſiæ occupatorum in Anglia per multos, quando miniſterio Catholici Regis Hiſpaniarum Philippi II. & Reginę Mariæ Iulio III. Pontifice Max. in eius obedientiam illa reducta fuit.

Septimo infertur, quod non videntur ſatis perpenſæ remiſſiones illæ quas vidi fieri à Commiſſariis ſanctæ Cruciatę de fructibus male perceptis, & aliis Sedi Apoſt. reſtituendis, indifferenter ſeptima partę reſtituendorum reſtituta; quoniam pro cauſarum eis remittendi varietate, aliis minoris partis, & aliis maioris facienda remiſſio videtur, quod etiam iuſte applicari poſſe videtur compoſitionibus cum Camera Apoſt. fieri ſolitis.

SVMMARIVM.

1 *Conſuetudo, qua Epiſcopus ſpeciem vnam bonorum mobilium, ſeu ſe mouentium beneficiarij morientis optat, valida, & eius conſuetudinis limitationes.*
2 *Reditus annuus res immobilis cenſetur.*
3 *Mutuum nequit iuſte fieri, niſi gratis.*

ſ. 16.

OCtauo infertur, validam eſſe conſuetudinem Conimbricẽſis epiſcopatus Luſitaniæ, & aliorum illius prouinciæ, quæ habet, vt vna res, ſiue ſpecies bonorum mobilium, vel ſe mouentium beneficiarij morientis, quam Epiſcopus elegerit, cedat illi, quaſi in conſolationem damni obuenientis ei ex ſui beneficiarij morte: qua ratione vulgus appellat illam luctuoſam. Cuius conſuetudinis valor probatur, eo quod, vt ſupra diximus, omnis conſuetudo diſponens vt ſpolia beneficiarij cedãt operibus piis, vel futuro ſucceſſori, vel ãlicui alii eccleſiaſtico ad vtendum eis ad ſuam honeſtam, atque decentem ſuſtentationem, vel alia opera pia, valet, & excuſat. Hęc autem eſt eiuſmodi. ergo &c.

Per quam tamen rationem limitanda eſt prĩmo, non procedere, ſaltem poſthac in beneficiario, cui non fuit in vita beneficium vel penſio maioris valoris quam 30. ducatorum annuorum, neque exercuit negotiationem illicitam; quia per extrauagantem præfatam Pii V. relatam ſupra ſ. 8. eiuſmodi beneficiarii relicta non debent inter ſpolia computari, vt ſuper ea eſt annotatum.

Secundo limitatur præfata conſuetudo per eandem pręfatam rationem, ne epiſcopus poſſit vti ea re, vel ſpecie, per eum electa ſiue luctoſa in profana.

Tertio limitatur non procedere in vlla re ſacra, vel vllo ornamento, vel paramento, miſſali, libro cantus, vel alio, in vita morientis officiis diuinis agendis ab eo ante mortem ſuam deputato: hæc enim omnia extra numerum ſpoliorum conſtituit præfatus Pius V. relatus in prædicto ſ. non quidem, vt in eis hæredes ex teſtamento, vel ab inteſtato ſuccedant, ſed vt ea eccleſiæ beneficiarii præmortui maneant applicata, vt ibi latius tangitur; & epiſcopus eam ſibi deligere, cum per prędictam extrauag pręuentus ſit epiſcopus applicando eam eccleſiæ. Et quia extrauagans prædicta eſt ſpecialior prædicta conſuetudine, videtur derogare illi, per regulam generi per ſpeciem. *de regul. iur. lib. 6. & l. in toto ff. eod.* cum citatis vtrobique à doctoribus, præſertim à *Dec. in d. l. in toto*.

Quarto limitatur, ne procedat in ſcamnis, menſis, cupis, & aliis vaſis vacuis, quæ adeo non cadunt ſub numerum ſpoliorũ, nec eccleſiis applicatorum, vt hæredes tam ex teſtamento, quam ab inteſtato in illis ſuccedant, etiam ſi ex reditibus eccleſiaſticis fuerint acquiſita, vt ſuper eadem extrauagante. ſ. 8. annotauimus.

Nono infertur, videri poſſe alicui, quod non poſſet beneficiarius relinquere vlli operi etiam pio, in quibus terris eiuſmodi conſuetudo viget vllam rem, vel ſpeciem ſuorum mobilium, vel ſe mouentium, alicui ita efficaciter, vt ea cedat legatario, vel hæredi contradicente epiſcopo. Tum quia ſecundum aliquos iure canonico nõ valet rei alienæ legatum, ſecundum *gloſ. cap. filius de teſtam. per illum tex.* Tum quia videtur legare per ignorantiam legis, vel conſuetudinis præfatæ, ne præſumatur in dubio delinquere, contra *cap. 2. de reg. iur. & l. merito. ff. pro ſoc.* Sed contrarium videtur verius: quia recepta ſententia habet in d. *cap. filius. & l. cum rem alienam. C. de legat.* legatum rei alienæ ſcienter factum, valere ad hoc, vt hæres eam redemptam à domino, vel æſtimationem eius ſi ille nolit vendere, tradat, vel ſoluat legatario. At hoc legatum non poteſt ex alio capite infirmari, quam quod videtur per illud teſtatorem alteri poſt mortem ſuam debendam legare alteri. Si ergo legando rem, quam ſciret eſſe ipſius epiſcopi valide legaret, à fortiori legatum rei debendæ illi valebit, *argumen. authent. . multo magis. C. de ſacroſanct. eccleſ. capitul. cum in cunctis. de elec.* Nec obſtat *l. 2. de opti. vel elect. leg.* quatenus habet, poſſe legatarium, cui generaliter eſt optio ſerui legata, quem voluerit optare; non obſtante, quod hæres de illo aliter diſponat; quoniam nolumus dicere, quod huiuſmodi beneficiarius præiudicare poſſit epiſcopo, ſed quod legatarius habebit ſpeciem illam, ſi epiſcopus eam non optarit, vel ęſtimationem eius, ſi eam optauerit, & noluerit hæredi eam redimenti vendere, perinde ac ſi epiſcopo legaſſet, per communiter recepta in prædictis gloſ.

Decimo infertur, quod Epiſcopus poſſe, ſtante prædicta conſuetudine, deligere vnum numiſma, quod ualeret 100. 500.

uel

vel 1000.ſcutis, quia illud licet valeat mul
tis ſcutis; eſt tamen vna res mobilis. Ma-
ioris tamen quæſtiouis eſſet, an poſſet
deligere loculos ſeu burſam intra arcam
in qua beneficiarius haberet 100.vel 500
vel 1000.ſcnta aurea? & videtur, quod
non; quoniam non conſtitnunt vnam rē
eſſentialem, nec vnam rem artificialem,
de qua in *l.eum qui. ff. de vſucap. & in l.
qui vniuerſas de acquir.poſſ.*

Vndecimo infertur, maioris eſſe quæſtionis,
an extante prædicta conſuetudine poſſet
Epiſcopus eligere de bonis beneficiarij
ſummam illam pecuniæ, quam haberet in
aliquo monte, ex qua ei aliquid annum
rediret; nam à parte negatiua ſtat, quod
illa ſumma pecuniæ non eſt vna res eſſe-
tialis, nec artificialis à nummis, qui eam
conſtituunt ſeparata; & ita potius eſt
multæ res, & ſpecies, quā vna: non enim
conſtituunt aliqnod totum eſſentiale, vel
integrale, iuxta prædictam *l. eum qui. ff.
de vſucap. & l. qui vniuerſas. ff. de acqui.
poſſ.* cum multis citatis ibi à *gloſ.* Tum
quia eiuſmodi pecunia non erat prædicti
beneficiarij, ſed ipſius montis, cui pro
pretio annui reditus fuit tradita: nam li-
cet vulgus appellet frequenter eiuſmodi
pecunias depoſitas, non tamen ſunt verè
depoſitæ, alioqui grauis vſura commit-
teretur, ſed ſunt pretia verarum emptio-
num redituum annuorum, cum pacto de
redimendo, iuxta extrauag. 1. & 2. de em-
ptione, & aliam Pij V. ſuper cenſibus edi-
tam, à nobis gloſ. ornatam in *tract. de
vſur. ſuper capitul.* 1. 14. *quæſtion.* 3.
Tum quia reditus annuus, qui erat ip-
ſius clerici non poteſt eligi ab Epiſcopo;
2 quia non cenſetur res mobilis, ſed immo
bilis *clem. exiui §. cumque annus reditus.
de verbor. ſignific.*

A parte verò affirmatiua ſtat, quod pecunia
poſita in arca, vel ſacculo ſignato cenſe-
tur potius ſpecies, quam quantitas per
*l. talis ſcriptura. §. idem ſi legetur, & l.
plane. verſ. ſed hoc ita erit. l. ſi certos. ff. de
leg.* 1. quatenus probant differre, an quis
leget certam quantitatem pecuniæ in ge-
nere, vel ſimpliciter, an pecuniam, quam
in illa, vel illa arca, vel ſacculo, quia in
priore caſu non cenſetur legata vlla ſpe-
cies, in poſteriore vero ſic: adeo quod
hæres non ſatisfaceret legatario tot, & ſi-
miles nummos præſtando quot, & quales
teſtator habuiſſet in illo ſacculo. Ab ea-
dem quoque parte ſtat, quod *Bartol. poſt
Dyn.* determinat in dict. *l. talis ſcriptura.*
eum qui legat 110. quæ apud Campſorē
habet, videri legare ſpeciem, quæ non po-
teſt ſolui in 110. ſimilibus: adeo quidem,
quod ſi adderet pœnam, vt perderet vi-
neam ſi non ſolueret illa, perderet eam,
ſi ea in alios vſus impenderet, etiamſi
alia ſimilia ſoluere paratus ſit; vbi re-
ſpondet *l. quidam. eod. titulo*; quæ con-
tra eum facere videtur, quatenus habet
ſolui poſſe legatum 400. de quibuſcunq;
etiamſi factum à teſtatore declarante, vt
ſoluerentur illa, de illis, & de illis, quæ
illic, & illic, habebat.

Pro reſolutione dico primo, quod eam pe-
cuniam non poteſt Epiſcopus pro luctuo
ſa eligere, ſi ex ea iuſte ea redibat aliquid
ad beneficiarium; quia ſi iuſte aliquid
ex ea redibat, nec erat beneficiarii, nec
ab eo verè mutuata, vel depoſita, ſed in
pretium iuſtum eius reditus annui, qui ad
3 eum redibat, data: iuxta præfatas *extra-
uag.* quoniam mutuum nequit iuſte fieri,
niſi gratis, *capitul. conſuluit. de vſur.* ne-
que depoſitum rei conſiſtentis in nume-
ro, pondere, vel menſura; ita vt depoſi-
tarius poſſit ea vti: quia ſimul, ac vti cœ-
perit tranſit in mutuum *l. quintus. ff. de
poſ. & l. dic. §. qui pecuniam, et l. certi con-
dictio. §. fin. ff. de reb. cre.* & ita id quod
vltra ſortem inde acciperetur, eſſet vſura
iuxta prædictum *capitul. conſuluit. et cap.
ſi fœneraueris. 14. q.* 3. At ſi pecunia erat
data in pretium iuſtum reditus annui nō
erat beneficiarij, ſed montis: quia pretiū
rei emptę fit venditoris, *§ pretium, et §.
item pretium, inſtitut. de empt. et vendit.*
conſequenter nō poſſet ab Epiſcopo pro
luctuoſa eligi.

Secundo dico etiam, quod non poſſet eligi
ab Epiſcopo prędicta pecunia, ſi eſſet de
poſita ea lege tacita, vel expreſſa, vt ea
poſſint vti rectores montis; quia tunc nō
eſſet depoſita ut ſpecies, ſed ut quantitas,
unde *Bartol. in prædicta l. talis. ſcriptura.*
communiter receptus, ait deciſioni eius
ſuperadditæ, non eſſe locum, ſi centum
illa, quę teſtator habebat apud Campſo-
ſem non erant in ſacculo ſignato, ſed ita
depoſita, ut liceret eis uti.

Tertio dico, quod uerius uidetur, quod non
poſſit Epiſcopus eligere prędictam pecu
niam pro ſua luctuoſa, etiam ſi eſſent de-
poſita in ſacculo obſignato ea lege tacita,
uel expreſſa, ut Rectores montis non poſ
ſint ea licite uti, ſed manere parata ad
emendum reditum illius montis, quum
primum occurreret uenalis. Tum quia
illę pecuniæ, licet ſint in ſacculo incluſæ,
non conſtituunt unam rem, nec unum to-

tum

tum eſſentiale, vel integrale, ſed ſolum vnum cumulum, vel aceruum, de quo agitur in *l. vulgaris. ff. de furt.* relata in *cap. vulgaris. de pœnitent. diſtin.* 1. quod non ſufficit: alioqui conſequeretur Epiſcopũ poſſe eligere triticum, vel hordeum, quod haberet beneficiarius in granario repoſitum, quod nuſquam eſt in vſu. Tum quia prædicta conſuetudo exorbitat à iure cõmuni, & ita non eſt extendenda: præiudicat etiam iuſtis hæredibus beneficiarij iure communi, vel particulari iuſto teſtãtis: & ita veluti odioſa debet reſtringi, *c. odia de reg. iur. lib. 6.* & ita intelligenda eſt de re, & ſpecie, quæ eſt propriè vna, qualis propriè eſt res continua, & qualis non eſt illa, quæ tantum eſt vna ordine, vt familia, & ciuitas, quod luculenter docet *S. Thom. in 1 Eth. lect. 1. in princ.* Tum quia alioqui conſequeretur, quod epiſcopus poſſet deligere gregem ouium, & porcorum, vel armentum bouum, vel equorũ quæ ſunt magis, vel æque vna, quam pecuniæ in ſacculo poſitæ. Tum quia non obſtat ſupradicta *l. talis ſcriptura* cum ſuis concordantiis: primum, quia non probat prædictus pecunias in ſacculo vel capſa poſitas eſſe vnam rem; & conſuetudo, de qua loquimur ſolum facit facultatem deligendi vnam rem. Deinde quod ſolum probat pecunias in earum caſibus reputari potius ſpecies, quam quantitates quod non eſt contra id quod diximus de vera rei vnitate, quæ requiritur, vt pro luctuoſa eligi poſſit, per rationem ſupradictam.

SVMMARIVM.

1 *Bulla affrancationis Pij V. qua circunſpectè compoſita eſt.*
2 *Bullam contra præfatam 7. difficultates.*
2 *Prima, quod dat facultatem alienandi immobilia eccleſiaſtica ſine mandato ſpeciali.*
2 *Secunda quod dat facultatem alienandi non ſeruata forma iuris.*
3 *Tertia quod faciat facultatem tollendi pacta.*
4 *Quarta quod faciat facultatem tollendi domina ſine conſenſu dominorum.*
4 *Quinta quod dat facultatem procedendi ſine citatione.*
5 *Sexta quod dat facultatem faciendi, vt eadem bona ſint eccleſiſtica, & non eccleſiaſtica.*
Septima quod facit facultatem execrandi ſacra.

§. 17.

POſtremo omnium ex proximis corollarijs, & efficacius ex 7. notabili ſupra §. 3. excerpto infertur ratio dubitandi, & decidendi de iuſtitia bullæ Pij V. ſuper aſfrancatione bonorum eccleſiaſticorum, cuius tenor ſequitur.

PIVS EPISCOPVS Seruus Seruorum Dei.

VEnerabilibus fratribus Ioanni Hoſtien. Morono, & Ioanni Albanen. Epiſcopis de Montepolitano, & dilectis filijs
1 Aloyſio S. Marci, S. R. E. Camerario Cornelio, Michaeli S. Mariæ ſupra Mineruam Alexandrino, Ioanni Paulo S. Pãcratij ab Eccleſia, Marcoantonio S. Calixti Maffeo, Petro Donato Sancti Vitalis Cæſio, Hieronymo S. Suſannæ Ruſticuccio; & Ioanni Hieronymo S. Ioannis ante portam Latinam titulorum Albano nuncupatis presbyteris Cardinalibus, ſeu maiori parti veſtrum in Curia nunc, & pro tempore exiſtẽtium ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Et ſi benedictus Deus, & dominus pater miſericordiarum, & totius conſolationis, qui ſeruos ſuos ſperantes in ſe non derelinquit, nos miſericorditer eſt conſolatus, tradendo partem inimicorum ſuorum in manus ſeruorum ſuorum; dum tamen de gregis Dominici ſalute ita exactam curam gerimus, vt illius non ſolum præſentibus, verum etiam futuris periculis occurrendum eſſe indicemus, animaduertimus plane nobis omnino neceſſe eſſe, hanc victoriam ea, qua poſſumus ratione proſequi, cum ſi perfido Chriſtiani nominis hoſti, quieſcendi, & vires inſtaurandi nouamq; claſſem inſtruendi, terreſtremq; exercitum comparandi ſpatium dederimus fructus, qui ex nuper parta victoria vberrimi ſpectantur inanes, & vacui prorſus reddereutur; quod ne fiat omni prorſus ope enitendum eſt, vt nouis copijs terra, marique inſtructis qui nuper nobis ipſis timebamus, & ipſius hoſtis terreſtres, quos maximos, vt accepimus, parat impetus reprimere, & eiuſdem loca inuadere, & durum ſeruitutis iugum quam pluribus Chriſti fidelibus impoſitum excutere, & Chriſti nomen propagare ſtudeamus. Verum cum hoc opere adimplendo multa, ac ea, quam ærarium noſtrum retro actis ſubſidijs labefactatum non habet

bet pecuniarum ſumma ſit expedienda, mirum nemini videri debet, ſi pecunias vndequaque licite tamen exquirimus, quibus præmiſſa exequi valeamus. Habita igitur ſuper iis cum venerabilibus fratribus noſtris S. R. E. Card. in Conſiſtorio noſtro ſecreto diſcuſſione, & deliberatione matura, de ipſorum fratrum conſilio, & vnanimi aſſenſu ex certa noſtra ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, aliorũ Romanorũ pontificum prædeceſſorum noſtrorum, qui ſimilibus vel aliis tunc vrgentibus neceſſitatibus nonnulla bona eccleſiaſtica vendiderunt, veſtigiis inhærendo Circunſpectioni veſtræ, quorum integritas in rebus gerendis dexteritas, necnon fides & prudentia, ac cum rerum experientia coniuncta ſolertia, nobis iamdudum perſpectæ & cognitæ ſunt, quoſque propterea ad infraſcripta omnia noſtros, & apoſtolicæ Sedis Commiſſarios, & executores facimus & deputamus; quod infra annum à die publicationis præſentium computandum, per vos vel alium ſeù alios à vobis per veſtras patentes literas deputandos, quoſcumque canones, liuellos, reſponſiones, recognitiones, & cenſus perpetuos vel temporales, precariæ perpetuæ ſeù emphyteoſis, vel vſus, & quocunque alio etiam feudi *iuriſdictione tamen temporali carentis* nomine nuncupatos ſub quibuſuis caducitatis, & aliis pactis, & conuentionibus, ac obligationibus, necnon modis etiam in recognitionem directi dominii & proprietatis, ſeù etiam cauſa honoris alioue iure, occaſione, vel aliter quomodolibet conſtitutos, ſuper quibuſuis caſalibus, poſſeſſionibus, terris, vineis, domibus, prædiis, pratis, nemoribus, ſyluis, vallibus, paludibus, tenimentis, & aliis bonis immobilibus, cuiuſcunque quantitatis, valoris, ac eſtimationis etiam ſpeciali nota dignis, exiſtentibus, & quorum & ſingulorum bonorum corpora pro expreſſis hic haberi volumus, perinde ac ſi ſingula ipſa corpora, cum ſuis cohærentiis & qualitatib. deſcripta eſſent: quarumcunque eccleſiarum etiam Cathedralium, & Metropolitanarum, ac Patriarchalium, necnon baſilicarum, & monaſteriorum, congregationum, ordinum, Hoſpitalium, etiam actu hoſpitalitatem ſeruantium, militiarum, & aliorum religioſorũ, & piorum locorum etiam quãtuncunque priuilegiatorum, & exemptorum, ac habẽtium quod in ſpeciali vel generali expreſſione, niſi certis modo, & forma, ſeruatis nõ veniant, neque comprehendantur, in vrbe primum, necnon extra illius muros, ac quibuſcunque ciuitatib. terris et locis per tam Italiam conſtitutis conſiſtentium; exceptis tamen dumtaxat canonib. liuellis reſponſionib. recognitionib. et cenſibus ſuper Caſtris, fortellitiis, villis, et oppodis conſtitutis et aſſignatis, ad quæcunque loca ſupradicta ſpectant, per quoſcunque tam collegia, capitula, conuentus, comunitates, vniuerſitàtes quarumcunque Ciuitatum, oppidorum, terrarum caſtrorum villarum, et locorum. quam particulates, perſonas etiam epiſcopali, vel alia maiori eccleſiaſtica vel mundana dignitate et excellentia præditos ſolue. ſeù debitos vel debendos pro pretio ſeù pretiis quod ſeù quæ vobis vel maiori parti veſtrum, videbitur ſeù videbuntur etiam per interpellatas vices, nobis et Cam. apoſt. in actu extinctionis ſeù liberationis infraſcriptarum, ſeù infra tempus per vos ſtatuen. perſoluendo, ſeù perſoluendis: etiam ſine aliqua cauſæ cognitione, et nullis tractatib. nulliuſue ſolennitatibus deſuper habitis, et ſeruatis, et ſine requiſitione et conſenſu eorum, qui de iure vel aliter requiri deberent: ac illis etiam inuitis, et reclamantib. extinguere, necnon, et cum quibuſcunque dictorum Canonum, liuellorum, reſponſionum, et quouis alio nomine nuncupatorum cenſuum debitorib. tranſigere, et caſalia, poſſeſſiones, vineas, domos, prædia, prata, ac terras, nemora, ſyluas, valles, paludes, tenimenta et alia bona prædicta etiam ſi minus legitime, aut alias nulliter à principio alienata fuerint, illaue ſeù illorum aliqua adueniente ſine certarum linearum, et generationum quib. ſeù temporis ad quod conceſſa ſint, vel concedi conſueuerunt ex forma et pactis in inueſtituris deſuper factis expreſſe appoſitis, ſeù ob canones, cenſus, vſus reſponſiones debitos, ac loco, et tempore conſuetis non ſolutos, aut inueſtituras legitimo tempore acceptas alienationeſuè de rebus ipſis tam iure proprio, quam etiam ratione vtilis dominii, eccleſia tamen irrequiſita, aut etiam contradicente factas: aliaue quauis occaſione et cauſa etiam ſpeciali mentione digna ad eccleſias, monaſteria, Prioratus, Plebanias, Archipreſbyteratus, Præceptorias, Domos, Collegia, capit. Cõuẽtus,

Congregationes, Hoſpitalia, Militias illorumue menſas quaſcunq; necnon cętera alia cum cura vel ſine cura ſecularia, & quorumuis ordinum regularis beneficia eccleſiaſtica qualitercunque qualificata, & alia loca religioſa & pia huiuſmodi ſpectent aot eo ipſo & pleno iure reuerti & deuolui deberent: tanquam forſan propterea, ſeù alias quomodolibet inter quaſcunque in quauis inſtantia ligitioſa exiſterent, & pro tempore fuerint: aut inueſtituræ & conceſſiones de caſalibus, poſſeſſioonibus, vineis, domibus, prędijs, pratis, nemoribus, ſyluis, vallibos, paludibus, tenimentis & aliis bonis huiuſmodi etiam ab antiquiſſimo tempore factæ; pactaque conuentiones, & promiſſiones inter dantes & recipientes in id etiam iteratis & multiplicatis vicib. appoſita, inita & inrata aliquomodo tacite vel expreſſe repugnarent ſeù obſtarent, illorumqne fendatarios, vſuarios, emphyteotas, pręcarios, cenſuarios, liuellarios, locatarios, conductores, ac vtiles domino (à feudi vt præfertur iuriſdictione vacui) vſuum, cenſuum, canonum, lluellornm, pręcariæ, reſponſionum, & recognitionum huiuſmodi, ac etiam laudemiorum ſeù capſoldorum in pecunia numerata, vel alia ſpecie debitorum præſtatione, onereqne nexu, & obligatione, reuerſione & deuolutione prædictis, ac renouatiooe inueſtitnrarum, conſenſu directorum dominorum in alienationib. & translationib. de illis in qnoſcunque etiam penitus extraneos pro tempore factis adhibendo. necnon omni ſuperioritate & iure eccleſiaſtico, atque vexatione litium qoarumcunque quæ forſan ſuper inde etiam inter ipſos directos dominos ex vna & poſſeſſores bonorum huiuſmodi parte altera, nunc & in futurum motæ extiterint, & indeciſæ quomodolibet in quacumqne inſtantia pendeant, quarum ſtatum, & merita, oominaque & cognomina Iudicum & Commiſſariornm, & delegatorum coram quibus, & collitigantinm inter quos forſan ſic indeciſa pendent: ſimnlqoe eorum titulos & iura, etiam nulla, & infecta pro expreſſis hic haberi volumus. perpetuo in toto vel parte affrancare, & liberare; illiſque poſſeſſiones, & alia bona huiuſmodi etiam ſi in commiſſum; qoia directum dominum, & proprietatem eorum, quorum iuris ſunt, aut eſſe prætenduotur in iudicio, vel extra, expreſſe etiam, & pluries negauerint, recognitionemue de directis domioio, & proprietate huiuſmodi etiam reqniſiti facere neglexerint; ſeù recuſauerint: vel ob canonis non ſolutionem, aut extinctam lineam, aut alienationes, vt ſupra factas, ſiue quouis alio prætextu cecidiſſent ad eccleſiaſque monaſteria Priorstibus, Præpoſituras, Præpoſitatus Plebanias. Archipresbyteratus, Præceptorias, Domos, Collegia, Capitula, Conuentus, Congregationes, Hoſpitalia, Militias, Menſas cæteraque beneficis & loca prędicta quomodolibet deuoluta, & pleoo iure iam reuerſa eſſent, ab omni & quacunque etiam caducitatis, deuolutionis, reuerſionis renouationis, cooſenſuſque adhibitionis huiuſmodi moleſtia libera & franca dimittere, & perpetuo concedere: necnon quęcuoque inſtrumenta & ſcripturas, pactis, promiſſionibus, & aliis in ſimilibus appooi ſolitis & neceſſariis vallata & firmata cooficere & celebrare. ac quemconque ſeù quoſcunque; Commiſſarios tam ſpeciales quàm generales qui præmiſſa aut eorum aliqua vice noſtra ſnppleant: cum ſimili vel limitata ac vobis beneuiſa poteſtate deputare; & ſnbdelegare, cæteraque in id quomodolibet neceſſaria & oportuna facere, & exequi libere & licite poſſitis & valeatis, plenam & liberam licentiam & facultatem, ac auctoritatem Apoſtolica auctoritate tenore præſentium concedimus. Necnon ſecuta liberatione hac lites & canſas huiuſmodi & tam pendentes quam inchoandas ex nunc prout ex tunc & è contra harum ſerie auocamus, & penitos extinguimus, atque perpetuum ſilentinm ſuper illis aliiſque pręmiſſis, Præſulibns, Abbatibus, Prioribus, Præpoſitis, Plebanis. Archipresbyteris, Præceptoribos, Commendatariis, Collegiis, Capitulis, Conuentibus, Congregationibus, Rectoribus, Adminiſtratoribuſque ſnpradictis & aliis quibuſcnnqne coiuſuis ſtatus gradus, ordinis, conditioois, dignitatis, & præmineotiæ, exiſtentibus, qnorum id qnomodolibet directe, vel indirecte intereſt, vel in futurum intereſſe poterit, imponimus. Inſuper ne vllo vmquam tēpore dubitari cōtingat, ſi liberatione & affrācatione huiuſmodi ſecutis, priuilegia immunitates, libertates, & exemptiones quæ tā eccleſia ipſa quā poſſeſſiones, & alia booa ſupradicta, illaſq; ſic pro tēpore titul. feudi, vſus emphythe. liuelli preca

riæ

riæ, ſeù alias quomodolibet obtinentes habuerunt & habent, perierint, et expirauerint, quod eatenus, quatenus vobis viſum fuerit, exemptiones, immunitates, priuilegia, libertates, de quibus ſupra, & præſertim quod in publicatione, & confiſcatione, bonorum, particulari, vel vniuerſali etiam ob quodcunque delictum, & crimen pro tempore commiſſa, caſalia, poſſeſſiones, terræ, vineę domus, prędia, prata, nemora, ſiluę, valles, paludes, tenimenta, & alia quæcunque bona feudalia, emphyteotica, liuellaria, præcariata, cenſualia ſeù alias quomodolibet eccleſiis, monaſteriis, prioratibus, præpoſituris, præpoſitatibus, plebaniis, archipresbyteratibus, præceptoriis, domibus, collegiis, capitulis, conuẽtib. cõgregationib. hoſpitalib. militiis illorũue mẽſis, ceteriſque beneficiis, & locis piis, huiuſmodi obnoxia nequaquã veniant, aut cõprehendantur, aut vllo modo publicari ſeù Curiæ cuiuſuis domini eccleſiaſtici vel temporalis confiſcari poſſint, vel debeãt quæ tam eccleſiæ quã eiſdem poſſeſſionibus, terris, vineis, domibus, prædiis, pratis nemoribus, ſiluis, vallibus, paludibus, tenimentis, & aliis huiuſmodi bonis, illiſque ſic ea in feudum, liuellum emphyteoſim pręcariam, vſum, cenſum, aut alias quomodolibet pro tempore obtinentibus retroactis temporibus de iure, priuilegio, conſuetudine ſeù alias conceſſa fuerunt, & competere dignoſcuntur; ac durante ſuperioritate, nexu, obligatione, & onere præſtationis canonis, liuelli, cenſus, pręcarię, reſponſionis, reuerſionis, & deuolutionis, directique dominii & proprietatis ſupra dictorum vtebãtur, potiebantur & gaudebant; vtiue potiri et gaudere poterant & debebant, nequaquam ob liberationem & affrãcationem huiusmodi aliaue harum noſtrarum vigore quomodolibet pro tempore ſecuta expirent, aut ceſſent, ſed in ſuo priſtino robore & vigore permaneant; eiſque obtinentibus pro tempore terras, vineas, domos, prædia, prata nemora, ſiluas, valles, paludes, tenimenta & alia bona huiuſmodi etiam vt pręfertur affrancata & liberata vt prius non ſolum pariformiter, ſed æque principaliter & abſque vlla prorſus differentia, ac vere & non per fictionem perpetuo gaudeant potiantur & fruantur in omnibus & per omnia ſibique ſuffragari debeant perinde ac ſi ſuperioritas onera, nexus, & obligationes canonum, feudi, vſuum, emphyteoſis, liuellorum, pręcariæ, cenſuum, reſponſionum, reuerſionum, deuolutionum inueſtiturarum, directi dominii ac proprietatis huiuſmodi durarent, & nullatenus extincta eſſent, ſi & prout vobis concedere videbitur concedimus ſtatuimus & indulgemus. Ita tamen vt priuilegia, & exemptiones, huiuſmodi per vos concedi & reſeruari nequeant reis criminum læſæ Maieſtatis diuinæ, vel humanæ, aſſaſſinii, et offenſionis Cardinalium, vel Epiſcoporum; his enim caſibus ſi alias de iure locus futurus ſit confiſcationi, priuilegia; huiuſmodi concedi aut ſuffragari nullo modo poſſe volum. Decernentes affrancationes, liberationes inueſtituras, et conceſſiones ac alia præmiſſa per vos ſeù maiorem partem veſtrum, aut à vobis reſpectiue deputandum vel deputandos ab eis et ſingulos eorum vt præfertur facienda et exequenda perpetuæ firmitatis robur obtinere debere, ac feudatarios, vſuarios, emphiteotas, liuellarios, præcarios, cenſuarios et vtiles dominos, ac alios prædictos eorumque hæredes & ſucceſſores quoſcumque ac alios quorum intereſſe poterit modo aliquo contra præſentium tenorem deſuper moleſtari, inquietari, vel impediri non poſſe: ſed illos ac poſſeſſiones, vineas domos, prædia, prata, nemore, ſiluas, valles, paludes, tenimenta, bona ac iura huiuſmodi franca, libera, & allodialia perpetuo fore & eſſe: & vt talia ac prout alia bona mere laicalia & profana in quoſcumque, etiam penitus extraneos, & incapaces, tam ex diſpoſitione inter viuos, quam cauſa mortis & ab inteſtato transferre, ac transferri & alienari libere & licite poſſe & debere. Et inſuper non modo eccleſias, monaſteria, priorat. præpoſituras, præpoſitat. plebanias, præceptorias, archipreſbyterat. domos, collegia, capitula, conuentib. congregationes: hoſpitalia, militias, menſas cæteraque beneficia & loca prædicta eorumque præſules, abbates, priores, præpoſitos, plebanos archipresbyteros, præceptores, commendatarios, rectores, & adminiſtratores quocunque nomine nuncupatos, ſed neque nos aut ſucceſſores noſtros Romanos Pontifices aut Camerã Apoſtolicam vllo vnquã tẽpore pręmiſſis ſe opponere, aut ab illis reclamare, vel beneficiũ reſtitutionis in integrũ ſubleſionis etiã enormis; enormiſſimę, aut etiã totalis, aut alio quocunq; prætextu petere, vel impetrare, aut ab alio impetratis ſeù ẽt motu ſimili cõceſſis vti; minuſq; præſẽtes literas, ſub

quibuſuis ſimilium, vel diſſimilium aliena
tionum, reuocationibus, ſuſpenſionibus,
limitationibus,& alijs contrarijs diſpoſi-
tionib. comprehendi nullatenus poſſe,
ſed ſemper ab illis exceptas, & quoties
illę emanabunt, toties in priſtinum ſtatū
repoſitas,& plenarie etiam ſub quacunq;
data per ipſos eligenda conceſſas; vimq;
validi & efficacis, ac onetoſi contractus
inter nos & ſedem Apoſtolicam, & di-
ctos liberatos etiam cum iuramento initi
& ſtipulati ſortiori; & ita ab omnibus
cenſeri atque incommutabilis voluntatis
& intenſionis noſtræ eſſe; ſicque in præ-
miſſis omnibus,& ſingulis per quoſcunq;
Iudices, & Commiſſarios quauis autho-
ritate fungentes, & locorum ordinarios
etiam cauſarum Palatij Apoſtolici Audi-
tores, ac S.R.E. Cardinales vbique decidi
cognoſci & iudicari debere. Irritum quo-
que ſi ſecus ſuper ijs à quoquam quauis
authoritate ſcienter vel ignoranter conti-
gerit attentari. Cæterum vt indemnita-
te eccleſiarum, monaſteriorum, priora-
tuum, præpoſiturarum, præpoſitatuum,
plebaniarum,archipresbyteratuum, præ-
ceptoriarum,domorum, collegiorum, ca-
pit.plebaniarum,conuentuum, congrega-
tionum,hoſpitalium,militiarum, illorum-
que menſarum cæterorumque benefici-
orum,& locorum huiuſmodi aliqua ſaltē
ex parte conſulatur, volumus quod eiſdē
eccleſijs; monaſteriis, prioratibus,præ-
poſituris,prępoſitatibus,plebanis, archi-
presbyteratibus præceptorijs, domibus,
collegijs,capitulis, conuentibus, congre-
gationibus,hoſpitalibus,militis,illarumq;
menſis,cæteriſque beneficijs & locis prę
dictis quorum canones,liuellos, reſpon-
ſiones, recogintioues, cenſus, & præca-
rias,emphyteoſes,ſeu alia quæcunq; iura
per vos ſeu maiorem partem veſtrum li-
berari,affrancari alienari,& tranſigi con-
tigerit, aliqua recompenſa non quidem
fundo ſuper quo canones impoſiti ſunt
correſpectiua, ſed reſpectu annui reditus,
ipſas eccleſias,monaſteria,prioratus prę-
poſituras prępoſit. plebanias archipre-
sbyteratus pręceptorias domos collegia
capitula conuentus congregationes hoſpi
talia militias illarumq; menſas, cęteraq;
beneficia & loca huiuſmodi percipi ſolita
ęquiualens, aut minor, ſi vobis aliquan-
do viſum fuerit; ſuper alijs bonis ſtabili-
bus, ſeù tot locis montium non vocabiliū
etiam pietatis nuncupatorum,& per ſin-
gulas vniuerſitates,ciuitatum,oppidorū,
terrarum, & locorum huiuſmodi pro tem
pore erectorum,& inſtitutorum,vel facto
partis pecuniarum ex dicta affrancatione,
liberatione, & tranſactione redigendarū.
vobis beneuiſa actuali depoſito, ad eſſe
ctum illam ad eccleſiarum, & locorum,
prędictorum commodum inueſtiendi aſ-
ſignetur, ipſaque aſſignata recompenſa
perpetuo pro euictione iurium affranca-
torum huiuſmodi remaneat: & exinde
amoueri nullatenus poſſit. Atque vt eo
magis ſecuritati eorum,qui vobiſcum aut
deputandis à vobis ſunt cōtractaturi pro-
uideatur, ſtatuimus quoad ipſos affran-
cantes,& liberantes,facultatem hac affrā-
candi,liberandi,tranſigendi,& alienandi,
vobis conceſſam, nullatenus conditiona-
lem,aut ad certam formam & modum re
ſtrictam, ſed quoad validitatem contra-
ctuum celebrandorum,ipſorumque affrā-
cantium & acquirentium ſecuritatem pu-
ram & liberam cenſeri,nullamque recō-
penſæ aſſignandæ rationem haberi;affran
cationesq; & liberationes faciendas ſic
valere ac tenere,ac ſi prædicta omnia ſi-
ne aliqua recompenſæ mentione conceſ-
ſa eſſent, Ac inſuper affrancationes, li-
berationes,& tranſactiones, præfatas per
petuo effectum ſortiri; ipſoſq; affrancan-
tes,liberantes, & tranſigentes ſecuros eſ-
ſe, etiam ſi contingeret recompenſatio-
nes per vos eiſdem eccleſiis monaſteriis
prioratibus,præpoſituris, præpoſitatib.
plebanis,archipresbyteratibus,præcepto
riis,domibus,collegijs, capitulis,conuenti-
tibus,congregationib.hoſpitalib. militijs,
illorumq; menſis cæteriſq; beneficijs &
locis huiuſmodi vel nullo modo dari, vel
dandas & aſſignandas ab eiſdem de facto
vel de iure in totum,vel pro parte euinci,
eoſdemq; affrancātes,liberantes, & tran-
ſigentes, nullo vnquam tempore in perpe
tuum teneri ad probandum actualem pe-
cuniarum numerationem, aut pecunias
per eos erogatas in Sedis Apoſt. vtilitatē
verſas,minuſue recompenſam eſſe aſſigna
tam; cum pro eorum perpetua ſecuritate
ſufficere velimus exhibitionem veſtrarū
literarum patentium quibus affrancatio
huiuſmodi concedatur, etiam ſi contin-
geret vllo vnquam tempore contrarium
probari,nihilominus vniuerſis, & ſingul-
perſonis in dignitate eccleſiaſt. conſtitutis
in d. locis conſiſtentib. motu ſimili man-
damus quatenus ipſi, vel duo, aut vnus
eorum per ſe,vel alium ſe alios præſentes
literas,& in eis cōtenta quæcunq; vbi, &
quando opus fuerit, & quoties pro parte
alicuius fuerint requiſiti faciant auctori-
tate

tate noſtra extinctiones, affrancationes, liberationes, & alia præſentium vigore facienda ab omnibus, quos illa concernunt inuiolabiliter obſeruari, illiſque bonis affrancatis & liberatis huiuſmodi dominos & poſſeſſores, ac omnes & ſingulos quos quomodolibet concernunt, eorumq; hæredes & ſucceſſores quoſcunq; pacifice frui, & gaudere; nec permittant quemquam contra præſentium, aut ipſorum inſtrumentorum ſeù literarum patentium tenores modo aliquo moleſtari, impediri, aut inquietari cõtradictores quoſlibet, & rebelles per ſententias, cenſuras, & pœnas eccleſiaſticas aliaq; opportuna iuris & facti remedia appellatione poſtpoſita compeſcendo, legitimiſq; ſuper his habendis ſeruatis proceſſibus ſententias cenſuras, & pœnas ipſas etiam iteratis vicibus aggrauando, inuocato etiam adhoc ſi opus fuerit auxilio brachii ſæcularis. Nõ obſtantibus fel. rec. Bonifacii viij. de vna, & Cõcilij generalis de duab. dietis, & Symmachi quæ incipit. Non liceat Papę. necnon Benedicti xii. Pauli ij. Pauli IV Romanorũ Põtificũ prædeceſſorũ noſtrorum, necnon de non tollendo cuiquã jus quæſitum, ac aliis apoſtolicis, necnon in quibuſuis generalibus, prouincialibus, & ſynodalibus conciliis editis ſpecialibus vel generalibus, conſtitutionibus & ordinationibus, ac quarumuis eccleſiarũ, Monaſteriorum, ordinumq; militiarum, hoſpitalium & locorum præfatorum ac aliorum quorumcunque etiam iuramento confirmatione Apoſtolica vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis, vſibus, naturis, & conſuetudinibus priuilegiis quoque indultis & literis apoſtolicis, per præfatos & quoſcunque alios Romanos Pont. prædeceſſores noſtros, ac nos & Sedem Apoſt. etiam per viam generalis legis & ſtatuti perpetui, necnon motu proprio ex certa ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine etiam conſiſtorialiter, ac cum quibuſuis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus efficaciſſimis & inſolitis clauſulis; etiam in vim contractus & pluries conceſſis, cõfirmatis, & innouatis; quibus omnibus etiam ſi de illis eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & indiuidua non autem per clauſulas generales idem importantes mentio habenda, ſeù quæuis alia exquiſita forma ad hoc ſeruanda foret, tenores huiuſmodi præſẽtibus pro expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcunque aut ſi aliquibus comuniter ũel diuiſim ab eadem ſit ſede indultum, quod interdici, vel excomunicari non poſſint per literas Apoſt. non facientes plenam & expreſſam ac de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi mentionem. Et ne vllo vnquam tẽpore de viribus in huiuſmodi negotio per vos gerendorum dubitari contingat, ex eo quod ab initio non omnes in vnum conueneritis, aut ex vobis præſentibus aliqui receſſerint, & ex abſentibus negotio iam inchoato alii redierint, decernimus inſpiciendum numerum maioris partis veſtrum præſentium in Curia tempore conclusionis; ita vt quod aliqui ex vobis cœperint, alii libere illud proſequi valeãt & finire, & totiens quotiẽs redierint reaſſumere: et quod circa præfatum numerum maioris partis præſentium in curia ſtetur plenę aſſertioni Secretarii vel Notarii veſtri ſic in literis patentibus, vel inſtrumentis aſſerentis. Vt autem eo facilius præſentes noſtræ literæ ad omnium notitiam deducantur, illas in Baſilicæ principis Apoſtolor. de Vrbe et Cãcell. apoſt. valuis, ac in acie Campi Floræ per vnum ex Curſoribus noſtris vt moris eſt publicari & affigi volumus, & mandamus, quodque harum exemplis etiam impreſſis ac inſertis manu Secretarii veſtræ congregationis ſubſcriptis, & ſigillo paruo alicuius ex vobis munitis eadem prorſus fides in iudicio & extra vbique locorum adhibeatur, quæ pręſentibus adhiberetur ſi forent exhibitę vel oſtenſæ. Nulli ergo omnino hominũ liceat hanc paginam noſtrorum facti, deputationis, conceſſionum, auocationis, extinctionis, impoſitionis, ſtatutorum, indulti, voluntatum, decretorum, mandatorum, & derogationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Dat. Romæ apud S. Petrum Anno Incarnationis dominicæ milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo primo. Tertio Non. Decembris. Pontificatus Noſtri anno ſexto.

2 Hæc bulla vigilanti cura, & ſtudio compoſita eſt, præſertim quoad hoc, vt liberationes, ſiue affrancationes, de quibus agit permaneant firmę; & qui eas fecerint ſecuri ſint, ne ſuper eis in vllo foro moleſtari poſſint. quod circunſpecte quidem fa-

ctum

ctum eſt; quoniam non deernnt, qui aduerſus eam mutmurent, & iniuſtitiæ notare velint Primo quidem, quod in principio commiſſionis poteſtas datur generaliter alienandi quoſcumque canones, res, penſiones, caſus, &c. quæ repntantur immobilia iuxta *c. extui reditus. de verb. ſig lib. 6.* non ſpecificando illa. Et quod mandatnm generale alienandi non videtur ſufficere, vt alienatio illius virtute facta, etiã ſetuatis alils ſeruandis, valeat, per *c. 2. iuncta gloſ. verb. Speciali. quam ſequitur Philip. Franc. & communis. de reb. eccl. non alie lib. 6.*

3 Secundo quod alienatio rerum immobilium eccleſiaſticarum, debeat fieri cum iuſta cauſa, & ſolemnitate ſaltem iutis Pontificij ſetuata, *c. ſine exceptione.* 12. *q. 2. c. nulli. de reb. eccl. non alien.* & per hanc bullam paulo poſt principium, vbi traditur poteſtas prædicta expreſſe conceditur, vt Commiſſarii poſſint alienare prædicta ſine cauſæ cognitione, & nulla inris ſolennitate obſeruata, nulliſq; tractaribus habitis.

Tertio, quod paulo infėtnr tollit pacta, & conuentiones poſitas in inueſtituris datis à prælatis in conceſſionibus rerum immobilium ſactis laicis, quod videtur contra legem non ſolum humanam, ſed etiam naturalem, quæ iubet pacta ſeruari, *l. 1. ff. de pact.* etiam à principibns *cap. 1. de probat. & cap. 1. §. qui ſeud dar. poſſ.* & nullus princeps etiam Papa videtur illa poſſe rollere, neque illis contrauenire, *capitul. ſunt quidam.* 25. *q.* 1. quia inferior, qualis eſt Princeps reſpectn Dei, nõ poteſt tollere legem ſuperioris Dei, *cap. inferior.* 21. *diſt. & c. eti inferior. de maior.* & lex naturalis eſt Dei. 1. *diſtinct, in princ. & 5. diſt. in prin.*

4 Quarto, quod paulo inſetius concedit poteſtatem prædictis commiſſarijs tollendi eccleſijs dominia rerum emphyteoticarũ feudalium, & aliorum bonorum ad eas reuetſorum propter non ſolntum canonem, vel non ſeruata pacta, vel alias cauſas caducitatis, ſine conſenſu illarum, vel ptælatorum earum, quod videtur eſſe cõtra regulam, id quod noſtrum eſt. *ff. de reg. iur.* imo, & contra præceptum diuinum, quod eſt in Decalogo ſeptimum de non ſurando, vel non capiendo rem inuito domino, *Exod.* 20. relatum à *gloſ. cap. quod in omnibus.* 32. *q.* 7.

Quinto, quod in *§. necnon.* auocat, & extinguit multas lites cum magno præiudicio eccleſiarum, & ptælatorum earum, non auditis, nec citatis eis, quod videtur eſſe contra *c. nos in quemquam.* 2. *q.* 1. & magis contra *cap. 1. de cauſ. poſſ. & prop.* & magis contra *clem. paſtoralis, §. notorium. §. cæterum. de re iud.* quatenus probat nõ poſſe ab Imperatore tolli citationem, nec illa prius non facta ferri ſententiam.

5 Sexto, quod in *§. inſuper.* videtur diſponere contraria, nempe quod bona eccleſiaſtica deſinant eſſe eccleſiaſtica, & maneant eccleſiaſtica: quia diſponunt, vt bona eccleſiaſtica facta laica gaudeant omnibus priuilegijs, quibus gaudent eccleſiaſtica, quod videtur cõtra legem. vbi repugnantia. *ff. de regul. iur. & c ſollicitudinem. de appella.* imo & contra leges ſecularium Principum, quibus non placet vt bona profana laicotum gaudeant priuilegiis bonotum eccleſiaſticorum, *argumen. cap. quoniam.* 10. *diſtinct. & cap. quum ad verum.* 96. *diſtinct. & cap. nouit. de iud.*

Septimo, qnod in *§. decernentes.* decernit, vt bona eccleſiaſtica quorum cenſus vel pẽſio per hanc bullam redimentur, fiant allodialia penitus profana & laica, quod videtur eſſe contra *capitul. ſemel Deo dicatum non eſt ad vſus humanos vlterius transferendum. de regul. iur. lib. 6.* cuius *gloſ.* per verbum humanos, intelligit laicos ſiue profanos. & contra *cap. comperimus.* 4. *q* 6. quod haber, quod Deo conſecratum eſt, non poſſe ad vſus profanos applicari. Ec *S. Thom.* 2. 2. *q.* 87. *articul.* 10. *ad* 1. determinat rem conſecratam non poſſe fieri profanam, per *capitul. vlt. Leuit.* qua ratione in ead. q. 11. in corpore quęſtionis determinat etiam rem inanimatam Deo conſecratam non poſſe per aliquem Prælatum Eccleſiæ fieri profanam, & per Prælatum, intelligit etiam Papam: quia per illam rationem affirmat Papam non poſſe diſpenſare ſuper ſolenni voto continentiæ. Cum ergo omnia bona ecclaſiaſtica, ſint ſacra, ſaltem quartæ ſpeciei ſacrorum, vt tradit idem *S. Th.* receptus in d. 2. 2. *q.* 99. *articul.* 3. videtur non poſſe fieri omnino profana, etiã per Papam, ſiue Pontiſ. Maximum.

SVMMARIVM.

1 *Intellectus c. 2. de reb. eccleſ. non alien.*

1 *Papa non ſubeſt iure humano.*

1 *Iure humano inducta eſt forma alienandi eccleſiaſtica bona.*

2 *Papa iure naturali tenetur ſeruare pacta iuſta, ſecum, vel inter alios facta; ſed*

ex

ex cauſa poteſt eis derogare. Quod ipſum dicendum eſt de dominio. nu.3.

3 *Pij V. benignitas, quibus maxime reſplendet.*

4 *Papa plus iuris habet in clericos, & bona eorum eccleſiaſtica, quam Rex in laicos & bona eorum laica, & ratio huius differentia noua.*

5 *Citatio iure naturæ requiritur, ſed ex cauſa omitti poteſt.*

5 *Citatio omitti poteſt, cum conſtat notoriè non poſſe competere parti defenſionem.*

6 *Bona eccleſiaſtica fieri poſſunt per Pap. profana, cum retentione priuilegij bonorum eccleſ.*

7 *Bona eccleſiaſtica omnia ſunt ſacra, ſed alia alijs ſacratiora.*

7 *Bona Deo dicata benedictione conſtitutiua ſacri non poſſunt profanari durante forma, & eſſe arteficiali eorum.*

8 *Oblationes vendi & locari poſſunt, non autem ius eas capiendi, & quid in eis locandis ſeruandum.*

9 *Benedictio duplex, altera conſtitutiua ſacri, altera inuocatiua.*

10 *Papa non poteſt conſecrata benedictione conſtitutiua ſacri profanare, antequam deſinant eſſe talia.*

10 *Bona facta ſacra ſine benedictione, vlla, vel ſolum cum inuocatiua tantum, poſſunt profanari, etiam ab inferiore Papa.*

11 *Bonorum ſacratorum benedictione conſtitutiua ſacri partes an, & per quem poſſint profanari.*

§. 18.

His tamen non obſtantibus, iuſta, & ſuſpicienda videtur præfata bulla. Ad primum enim reſpondetur, primo, quod *capitul.2.de rebus eccleſ. lib. 6.* allegatum in eo non loquitur de omni alienatione, ſed tãtum de illa, qua res eccleſiæ immobilis ſubmittitur, ſiue ſubiicitur poteſtati laici ſine translatione dominii, aut poſſeſſionis, de qua in præſata bulla nihil agitur. Secundo, quod in aliis alienationib. non ſemper requiritur ſpeciale mandatũ Papæ, vt *Philipp.Franc.* recte ait, in *d. c. 2.* vbi ſupra. Et eſto, quod mandatum generale factum à potente, alienare rem eccleſiæ non ſufficeret, vt alienatio virtute illius facta valeret, id tamen iure humano, & non naturali, neque diuino eſſet inductum. & propterea poſſet derogari illi, etiam ſine cauſa, ſaltem quoad effectum valeret, per Papã, qui ei non ſubeſt *l.princeps.ff. de legat.1.* & ideo derogatum cautè eſt in bulla, quatenus habet illa bona cum acceſſionibus præ ſpecificatis habere, &c. Adde quod neque hanc derogationem facit ſine cauſa, facit enim, quod de prudentia, & fidelitate Commiſſariorum multorum, eorumque prudentiſſimorum, & iuſtiſſimorum confidit. Et quia tot bonorum ſpecialia nomina, & confinia, non poterant, ſaltem commode, & poſſibilitate morali exprimi, eo præſertim, quod antequam accederẽt qui vellent redimere, nõ poterat ſciri, quę forent redimenda. Id autem dicitur fieri non poſſe, quod commode fieri nequit. *capitul facit.22.quæſt.2.& l.nepos Procul. ff.de verb.ſig.*

Ad ſecundum eodem modo reſpondetur, nempe, quod ſolennitas alienandi, de qua in iuribus in argumento allegatis, eſt iure humano inducta, cui etiam ſine cauſa poteſt Papa derogare, ſaltem quo ad effectum vt valeat actus, per prædicta; quamuis id non faciat hæc bulla ſine cauſa; eadem enim fere ſeruit huic derogationi, quam ſeruire diximus præcedenti.

Ad tertium reſpondeo, concedendo quidem
2 Papam non poſſe tollere pacta, & contractus, obligationes ex eis natas ſine iuſta
cauſa, vt probant allegata in eo, etiam de plenitudine poteſtatis, ſecundum *Bald. in l.princeps.ff.de legib.* & alios quos refert, & ſequitur *Dec. in cap.1.de prob.* ſed poſſe cum iuſta cauſa noua qualis in noſtro propoſito occurrebat ſecundum *Bald. in l. fin. ff.de ſenal. & Imol.* poſt *Anto. Butr. in capitul. cum M. de conſt.* quos ſequitur *Fel, in capitul. 1. de probat. numer 6.* ſicut, & priuilegium remuneratorium datum non ſubdito, non poteſt quidem reuocari iuſte à principe ſine cauſa, poteſt tamen cum illa, vt colligitur ex *Innocen. Panor. & communi in cap. nouit. de iudic.* quod ſatis explicat *Fel ibi a num. 9.*

Ad quartum reſpondeo concedendo quidem per hanc bullam indulgeri commiſſariis in ea deputatis poteſtatem tollendi ius quæſitum, & dominium, & quaſi dominium multorum bonorum, & multorũ iurium ſine cõſenſu dominorum, & quod
3 id iuſte fieri non poſſet, ſine iuſta cauſa;
negando tamen, quod cum cauſa id fieri nequeat, per *l. item ſi verberatum. ff.de rei vend. & l.Lucius. ff.de euiction.* & per dicta *Innoc.* & omnium aliorum in *capit. quæ in eccleſiarum. de conſtit. & in l.final. C. ſi cõtra ius vel vtil.publ.* negando item quod illa in propoſito non occurrat, quũ

non

non ſolum vetum, ſed etiam notorium ſit toti Orbi Chriſtiano id quod in ea narratur; nempe totam Eccleſiam Chriſtianã præſertim Italiam, quæ pars eius adeo nobilis eſt, vt ipſius Vicarium caput conſeruet, eſſe conſtitutam in maximo periculo ſubuerſionis, & captiuitatis, niſi victoriam nouam ter mirabilem, contra immaniſſimos Turcas proximis diebus cœlitus conceſſam proſequentes, eos penitus deleamus, aut certe in eum ſtatum in quo non timeantur, redigamus priuſquam vires ſuas redintegrẽt, & in priſtinum ſuum ſtatum nobis oppidò formidandum ſeſe reſtitnant. Et quod ærarium publicum Sedis Apoſtol eſt maximè exauſtum, non quidem conuiuijs. & aliis malis, aut vanis ſumptibus, ſed bellis piis aduerſus infideles ſuſceptis, & alijs operibus neceſſariis, quibus eius benignitas, pietas, & religio reſpondent.

4 Quæ confirmantur ex eo quòd Papa plus iuris habet in clericos ſaltem quo ad bona eccleſiaſtica, quam Imperator, & Reges in laicos, iuxta *Panor. in cap. ex multiplici de decimis communiter recept.* vt poſt alios tradit *Dec. in d. capitul. qua in eccleſiarum. num.* 26. cuius rei efficax ratio, quæ à nemine, quem viderim, redditur eſt illa, quæ colligitur ex *notabil.* 7. *§. 3. ſuper eod. adiunctis*, quæ late probauimus in dicto *tract. de reditib. eccleſ. q.* 1. *monit.* 40. *&* 41. *& in d. Apolog. q.* 1. *monit.* 24. *&* 25. videlicet, quod omnia bona eccleſiaſtica ſunt ſacra, ſaltem quartæ ſpeciei, iuxta doctrinam *S. Thom. in* 2. 2. *q.* 99. *articul.* 3. & ita nullius hominis. *§. nullius. §. ſacræ inſtitut. de rer. diuiſ.* ſed ſolus Chriſtus D. N. habet verum dominium omnium bonorum eccleſiaſticorum. Et quod ſolus Papa, tanquam ſummus eius Vicarius, & Procurator, habet poteſtatem adminiſtrandi ea, receptã immediate ab eo, & quod omnes alij Prælati, & beneficiarii accipiunt à papa mediate, vel immediate poteſtatem adminiſtrandi aliqua ex eis. Bona vero profana laicorum ſunt eorumdem quo ad dominium, & Rex, vel Imperator ſecularis nõ habet dominium in eis, licet habeat iuriſdictionem & poteſtatem gubernandi ſua bona Regna & Imperia, vt habet *gloſ. in l. bene a Zenone. C. de quadr. præſcript. verb. principis.* recepta communiter ibi. & ab *Archid. in cap. per principalem* 9. *q.* 3. *& in cap. quamuis.* 23. *quæſt.* 8. *& a Bart. in proœm. ff. orum.* & vbique, & ſubditi laici non recipiunt dominium ſuorũ bonorum, neque adminiſtrationem eorum à Rege, vel Imperatore, ſicut clerici à Papa recipiunt adminiſtrationem bonorum eccleſiaſticorum; imo ipſi Reges & Imperatores ab initio ſuſceperunt iuriſdictionem, & poteſtatem gubernandi ab ipſis populis, & Regnis, *l. prima, ff. de conſtit. princip. §. ſed & quod principi Inſtit. de iur. na. gent. & ciuil.* vt tradidimus pridem latius in *repet. capit. nouit. de iud. nota* 3. & ita eſt clarum, longe maius ius eſſe Papæ in clericos quo ad bona eccleſiaſtica, quam Imperatori, & Regi in laicos quo ad bona profana. Qua ratione nõ aſſentimur Decio, qui contra communem conatur defendere vbi ſupra eſſe ius Papæ in clericos quo ad bona patrimonialia, quam Regibus in laicos, quo ad profana; quia in patrimonialibus bonis clerici habent dominium, ſicut laici in ſuis, & non recipiunt dominium, nec adminiſtrationem à Papa, quæ eſt ratio vera. *capitul. cum dilectus. de iur. patron. & ibi Abb.* 3. *notab.* & latius *Felin. in dicto capitul. qua in eccleſiarum. num.* 31. vbi hoc ſentiunt plerique omnes. facit. *cap. fixum.* 12. *q.* 5. *capitul. quicunque. de teſt.* cum aliis citatis in eis.

Ex quo infero, Papam, qui clerico etiam terræ ſibi in temporalibus ſubiectæ bona patrimonialia, ſine culpa, et iuſta cauſa tolleret, perinde teneri ad reſtitutionem, ac alium quemlibet Regem, et Monarchã idem facientem laico ſibi ſubiecto. Ex quo ſubinfertur, Papam patrimonium clerico iuſte auferentem ad integriorem reſtitutionem teneri, quamſi iniuſte tolleret beneficium eccleſiaſticum; quoniam per adducta ſupra *§.* 3. nu. 9. (vbi huc quoad aliqua lectorem remiſimus) Papa non tenetur omnino de rigore iuſtitiæ vere et ſpecialis ad reſtituendum beneficium iniuſte ablatum; quamuis ex bono, et æquo teneatur ad faciendam ei iuſtam compenſationem. Et ſi quis roget quoad quid tenebitur magis reſtituere, ob iniuſtam beneficij? Reſpondeo, quod ablatio iniuſta patrimonij obligat ad reſtituendũ id ipſum quod ablatum eſt, *l. eum à quo. authen. hoc niſi. & l. manifeſti iuris. C. de ſolut.* et tradimus in *Manuali cap.* 17. *nu.* 24. Ablatio verò beneficij ſolum obligat ad compenſationem reſtituendi idem, vel ſimile. Ratio diuerſitatis poteſt eſſe, quod auferendo iniuſte patrimonium ab inuito non aufertur dominium competens ei iure naturali, nec transfertur in eum, cui datum fuerit iuxta *l. id quod noſtrum. ff. de reg.*

reguȷ.iur. & ita idipſum reſtitui. poteſt,
ſine alterius iniuria. Auferendo autem be
neficium, auffertur verè, licet iniuſte ius
quod in eo habet is, cui auffertur, & colla
tum alteri verè fit eius quoad adminiſtra
tionem, per adducta in d. nu. 9. & ita non
poteſt reſtitui ſine iniuria alterius. Quæ
omnia fundantur iurib. & rationib. ſupra
proxime, & in d. §. 3. citatis. Credo autem
quod Rex, vel alius Princeps, aut domi-
nus, qui aliquod officium vendibile, vendi
tum aut datum alicui, iniuſte auferret, per
inde teneretur reſtituere illi, ac ſi aliquã
rem vendibilem quæſitam ei per vendi-
tionem, vel donationem, vel aliàs aufer-
ret: & quod vbi ſupra dixi, non teneri Re-
gem ad integram reſtitutionem ob abla-
tionem officii à ſe dati, procedat in eo
quod gratis dat, vſque ad ſuum beneplaci-
tum, iuxta textum c. ſi gratioſe. & ei nota-
ta, de reſcrip. lib. 6. qualiter vt plurimum
conferuntur in Hiſpania omnia officia
Prætoriorum regiorum. quamuis aliquo
reſpectu etiam tunc dicantur perpetua,
iuxta *l. iuriſperitos. ff. de excuſ. tut.*

5 Ad quintum reſpondeo, concedendo qui
dem non poſſe procedere aliquem Iudi-
cem, etiam Principem contra aliquẽ etiã
ſubditum, inauditum, & non citatum ſine
iuſta cauſa, quod probant iura in eo alle-
gata, ſed negando quod non poſſit exiſtẽ-
te illa iuxta *gloſ. not l. antepen. ff. ex quib.
cau. maior* quam poſt alios ſequitur *Fel.
in d. c. quæ in eccleſiarum. nu. 66.* in duob.
locis, & *Dec. nu.* 18. Pro ea eſt caſu in *cap.
cum olim de re. iud.* vbi etiam id adnotat
Panor. & in caſu bullæ interuenit iuſta
cauſa omittendi citationem, tum quia illa
omitti poteſt, eſt, quoties conſtat non eſſe
abſenti defenſionem per tex. quem ad
hoc putat eſſe *ſing. Card. ibi in d. cap. cum
olim. de re iud.* quem ſequuntur ibidem
*Panor. Fel. & citati ab eis. & Dec. & cita-
ti ab eo in capitul. cauſam quæ. nu. 3. de
reſcript.* quod probat poſſe pronunciari
proceſſum eſſe nullum, abſente parte: quia
non poteſt competere ei defenſio, quam
Iudex non intelligat parte non vocata. &
in caſu prædictæ bullæ conſtat notorie
Papæ, non poſſe beneficiariis & eccleſiis
eorum competere aduerſus voluntatem
eius in ea expreſſam defenſionem aliquã,
quę eis prodeſſet, extante veritate cauſæ
notoria qua nititur.

Ad ſextum reſpõdeo cõcedẽdo quidẽ, quod
6 per prędictã bullã datur facultas efficiẽ-
di bona eccleſiaſtica profana cum priuile-
gio gaudẽdi bonorum eccleſiaſticorum
priuilegijs, negãdo verò id cõtinere in ſe
repugnantiã, licet per accidens contradi-
ctionem Principum ſecularium in terris
eis ſubiectis forte patietur, in terris autẽ
ſubiectis Papę: quoad temporalia obti-
nebit. Quod autem etiam Principes ſe-
culares compelli poſſent, facit, quod
qui poteſt tollere totum, à fortiori poteſt
tollere partem tantum eius rei quę diuiſi
bilis eſt, *arg. l. quæ de tota. ff. de rei vendi.
& cap. paſtoralis. §. item ſi totum. ff. de off.
deleg.* & ita videtur poſſe Papam efficere,
quod bona quæ in totum ſunt eccleſiaſti-
ca maneant quoad aliquid talia, & quoad
reliqua profana: quum per id nihil præiu-
dicij noui fiat Principib. ſecularib. à quib.
ante prædictam bullam erant omnino
exempta.

7 Ad ſeptimum reſpondeo, concedendo
primum omnia bona eccleſiaſtica eſſe
ſacra, non ſolum ob authoritatem *S. Tho.*
in *argum.* citati; ſed etiam ob *capit. nulli.
et cap prædia. 12. q. 2. et cap. ſunt qui opes.
et cap. ſacril, et cap quiſquis. §. ſacrilegiũ
ſub eod ſito.* 17. q. 4. & alia multa, in qui-
bus appellatur ſacrilegus is qui eccleſia-
ſtica bona qualiacunque etiam prædia ru
ſtica, vel vrbana lædit, vel damnificat, &
actus quo id fit ſacrilegium. Secundo di-
ſtinguendo, vt diſtinximus *præfa. tract. de
redit. q. 1. mon. 40. et 41. in Apolog. quæſt.* 1.
mon. 24. et 25. inter ſacra, quę benedictio-
ne aliqua conſtitutiua ſacri conſecrantur
& inter ſacra quæ ſola donatione vel alia
diſpoſitione deputantur ad hominum, &
rerum aliqua benedictione conſecrato-
rum ſuſtentationem; & concedendo quod
priora, videlicet bona conſecrata benedi-
ctione aliqua conſtitutiua, ſacri non poſ-
ſunt penitus execrari durante eadem for-
ma, & eodem eſſe artificiali antequã cor-
rumpantur, conflentur, diſſoluantur, vel
aliàs perdant prædictum ſuum eſſe artifi-
ciale, de quibus intelligendum *cap. compe-
rimus. 14. q 6. et dicta S. Thom. in argu.* ci-
tata, quatenus ſignificat id non poſſe fieri
etiam per Papam; negando autem, quod
poſteriora, videlicet quæ ſine benedictio-
ne cõſtitutiua ſacri fiunt talia, non poſſint
penitus execrari, etiam per Prælatos infe
8 riores, vt quotidie execrantur; immobilia
quidem quoties iuſta de cauſa, & cum ſo-
lennitate debita vẽduntur laicis, vel alias
commutantur cum eis, per notata in ſum
ma, & in *cap. ſine exceptione.* 12. *q.* 2. *et in
c. nulli. et per totum titulum. de reb eccleſ.
non alien.* fructus verò eorum ſine vlla
ſolennitate, *iuxta capit. veſtra. de loca.*

& cap.querelam. de prælat. vic.ſu. Hanc diſtinctionem ſignificat *gloſ.prædicta.ca. ſemel. de reg.iur.libr.6.* ſatis eam ponderanti; quam quia multi non animaduerterunt, confuſè, ac varie loquuti ſunt: vt pridem prælegendo *d. cap. ſemel. adnotauimus.* ob id enim *Dyn.* quem ſequuntur *Francus & Rauen.* ibi ſignificauit illi *c.* non eſſe locum in Papa, quum tamen per prædictam diſtinctionem ſit locus etiam in eo quoad priora, & quoad poſteriora ſit locus etiam in alijs prælatis. ob id etiã cõmuniter intelliguntur eodem modo, *c. eccleſiaſticis.12.q.2.& c. 3. de rer.permu. & cap.ligna.& cap. veſtimenta de conſec. diſt.1.& cap.quæ ſemel.19.q.3.& cap.comperimus.& cap.ad hæc.de relig.dom.* quum tamẽ plurimum inter illa diſtet; nam alia illorum agunt tantum de prioribus ſacris, ſcilicet de ſacratis benedictione cõſtitutiua ſacri. Alia verò de poſterioribus. ſcilicet de ſacris non benedictis, nec conſecratis, ſed ad ſuſtentationem ſacrorum deputatis ſine vlla benedictione, vel ſolam inuocatiua, quæ appellauit S.Thom. vt prædictum eſt, quartæ ſpeciei ſacrorũ, in *2.2.q.99.art.3.* Ob id etiam *gloſ. in cap. altar.1.q.3.* putata ſingularis à *Lud. Rom. in ſingu.664.fructus.* citato à multis; & in ijs à *Dec. c. 2.nu.14.de iud.& conſil.148. nu.3.* & à *Troil.col. penul. tract. de oblat.* quatenus ſenſit oblata in altari non poſſe vendi, eo quod viſum fuerit illis altare, & oblationes ad illud factas, eſſe eiuſdem ſpeciei ſacrorum, quum ſint longe diuerſæ; nam altare eſt de numero ſacrorum conſecratorum benedictione conſtitutiua facti, oblationes autem de numero ſacrorum abſque tali; benedictione dicatorum, & ſolum deputatorum ad ſuſtentationem ſacrorum abſque eiuſmodi benedictione, licet aliquæ dedicentur benedictione tantum inuocatiua. Quare non immerito Papa & alij prælati omnes contra dictum *Ludou.* faciunt, vt ait *Archid. in cap.ſanctorum. 10. q. 1.* non demirans hoc vt Ludoui. imponit ei, nec dubitans de valore talis conſuetudinis, vt alij dicunt, & merito; quoniam aliud eſt ius accipiẽdi oblationes ad altare factas, quod tanquam ſpirituale vendi non poteſt. *c. quam pio.1. q. 2.* & aliud oblationes ipſę temporales, quę locari, & vendi poſſunt. *d.c.quam pio.* ipſæ tamen decimę, ſiue fructus, vendi & locari poſſunt, per *d.cap.veſtra.* & in hoc ſenſu prædictum *c. altare.* coæquat altare & decimas, nihil exprimens de oblationibus, neque de fructibus decimarum. Et hæc concluſio certiſſima eſt, quoad oblationes iam factas, & ſuſceptas ab eo cui ius eas capiendi eſt, quoad faciendas autem, & ſuſcipiendas, habet aliquid dubij propter ſcandalum, & occaſionem, qua diminui poſſet offerentium deuotio, eo quod videant eas laicis & profanis eſſe locatas, nec plus aut minus, eccleſiam vel eccleſiaſticos de illis habituros eo quo plus, vel minus offerant. Quare cauendum eſſe cenſuit *Archi. in d.c.altare.* ne conductor, ſeù arrendator oblationum laicus capiat eas per ſe in altari, vel de illo. Propter quam eandem rationem ſine aliqua grandi cauſa non eſſent locandę ſeù arrendandę oblationes, quæ à fidelibus mittuntur in corbonas, quas *clem.exiui. de verb.ſigni.ſoccos vocat,* nec aliæ oblationes quę in medio miſſæ fieri ſolent; imo, neque illæ quæ oſtiatim; & compitatim, vel in eccleſijs & valuis earũ fiũt, pro eccleſijs, monaſterijs hoſpitalib. & aliis piis locis. Quod ipſum potuit eſſe vna de rationib. dubitandi, an decimę nõdum perceptę poſſent locari, & vẽdi, qua non obſtante, definitum fuit in prędictis *c.veſtra. & querelam.* poſſe illas vendi quanquam in illis non videtur eſſe tanta occaſio diminuendi deuotionem ſoluendi decimas, quanta in propoſito eſt diminuendi deuotionem offerendi. Quare reſoluendum eſt poſſe quidem illas ſtricto iure vendi & locari, etiam antequam fiãt & ſuſcipiantur. fieri tamen id debere ſecreto, aut tali modo quo non fiat notabilis deuotionis offerẽdi diminutio ſaltem ſine aliqua cauſa, quę id iuſtificet.

9 Ex quibus infertur primo, quod alia eſt benedictio conſtitutiua ſacri, id eſt. qua res fit ſacra, qualia eſt benedictio calicis, corporalis, eccleſiæ, & altaris. Alia benedictio inuocatiua, qua res non fit ſacra, qualis eſt benedictio menſæ, nauis, ignis, domus, & ſimilium, quæ non benedicuntur vt ſint ſacra, ac proinde nullius, ſed vt per inuocationẽ Dei obtineatur aliqua aſſiſtentia eius ſpecialis, vt pulchre declarãt *Caiet in 2.2.q.88.artic.11.*

Secundo infertur, nullũ prælatũ ẽt Papã poſ-
10 ſe calicẽ, altare vel eccleſiã, vel aliã rem benedictione cõſtitutiua ſacri dicatã, ſiue ſacratã, in ſua forma, & eſſe artificiali permanẽtia profanare, ſiue vſib. profanis applicare, vt habet regula prædicta ſemel, & prędictũ *c.cõperimus.* Tũ quia id videtur eſſe iure diuino, vel naturali prohibitũ, vt ſẽſit *S.Th.in. 2.2.q.88.artic.10.ad primũ per c.ſi.Leuit.* Tũ quia id clare vbi ſupra affir-

affirmat Caiet. & ſatis, licet non ita aperte, S.Thom.ibidem, & in d. artic. 10. ad primum.

Tertio, quod non ſolum per Papam, ſed etiã per alios pręlatos inferiores poſſunt profanari illa, quę ſunt ſacrę alia ratione, quam benedictione conſtitutina ſacri, quod, vt ſupra dictum eſt paſſim fit de bonis eccleſiarnm mobilibus, & frequentiſſime de immobilib. per iura prædicta; quum tamen omnia illa ſint ſacra, vt ſupradictnm, & probatum eſt.

11 Quarto, qnod magna eſt qnæſtio, quã non video per aliquem digne tractatam; An, partes rei ſacratæ per benedictionẽ conſtitutinam ſacri, quales ſnnt lapides altaris, & eccleſiæ deſtrnctæ, vel collapſæ poſſint applicari vſibns profanis? quod enim non poſſint videtur caſus in capit. ligna.de conſecr. diſtin. 1. quatenns habet ligna eccleſiæ deſtructæ non poſſe applicari vſibus profanis.

Qnod autem poſſint, facit primo, quod vaſa ſacra conflata vendi poſſunt, cap. aurum. 12.q.2. cum glo. recepta. Et conſtat argentum calicis iam conflati fuiſſe partem eiuſdem, anteaquam conflaretur, & execraretur.

Deinde, quod eccleſia pro maiore parte exuſta, vel deſtructa, deſinit eſſe conſecrata. *cap. de fabrica. de conſecra. diſtin.* 1. & altare enormiter deformatum deſinit eſſe cõſecratum, *capitul. primo, & capitul. quod in dubijs. de conſec. eccl. vel altar.* & conſequenter, imo à fortiori videntur lapides & ligna Eccleſię dirutæ, vel collapſæ deſinere eſſe ſacra. Et expreſſe ait *Archid. ligna eccleſiæ non eſſe ſacra, in d. capit. ligna.* Tnm quia licet eccleſia ſit conſecrata benedictione conſtitntiua ſacri, non tamen lapides eius; quia aliud eſt eccleſia, & aliud partes ex qnib. illa cõſtat, *l. eũ qui ff. de vſuca. & l. qui vniuerſ. ff. de acq. poſ.*

Equidem in hac qnotidiana qnæſtione arbitror primo, iuſte poſſe Papam concedere facultatem faciendi domum laicam ex area, & lapidib. eccleſiæ deſtructę, vel collapſæ. Tũ qnia Dynns, quẽ ibi omnes aliis ſequuntur in *d. cap. ſemel. ait, cap.* illud non habere locum in ſummo Pontifice, cnius dictum licet non ſit verum quoad ea quæ ſunt dicata benedictione cõſtitutiua ſacri vt prius diximus, tamẽ in his lapidibns, qui non ſunt benedicti tali benedictione, habebit locum, per *l. cõtinuus. §. pen.* & ibi, *not. per omnes. ff de verb. obl.* quod tamen aliquis intelligeret, quando lapides eiuſmodi non eſſent tales qui in ędificio domus profanę poſiti gignerent ſcandalum actiuum iis qui cognoſcerent eos fuiſſe partes eccleſiæ ſacræ. nam cum tali ſcandalo nil diſponi poſſe videtur, *c. nihil cum ſcandalo. de præſcrip. & ca. 2. de noui oper. nunt.* quamuis reſponderi poſſet, per facultatem, & licentiam à Papa conceſſam, & publicatã effici, ne tale ſcãdalũ ſit actiuũ: ſicut & ceſſat in matrimonio contracto cum cognatis intra quartũ gradum cnm eius diſpenſatione, qnod videtur verius: quia prohibitio hæc qua prohibetur, ne res quę fuit pars rei ſacrę profano vſui applicetur, videtur inris humani tantum, ſupra quod eſt Papa, *c. propoſuit. de conceſſ. præb.*

Secnndo eiuſmodi facultatem nõ poteſt cõcedere ordinarius, per *cap. ligna. & capit. veſtimenta. de conſecra. diſt.* 1. non quidẽ quia ſunt ſacra, aut ſancta, ſantitate benedictionis conſtitutiuæ ſacri, ſed ob reuerentiam eccleſiæ cni ſeruierunt, vt ait Archid. ibi. cum nullo iure videatnr conceſſa ei ſuper hoc diſpenſandi facultas, quamuis viderim in Hiſpania ligna eccleſiæ veteris ditntæ, qnæ nouæ ampliori conſtruẽdæ inepta erant, vendi plus offerenti etiã volenti ex eis domum profanam facere, vel reficere ſine licentia etiam ordinarij, quod forte diſſimulari poſſet, in lignis nõ pictis, neqne vllo ſigno inſignitis, quo poſita in ſtructura domns profanę noſcerẽtur fuiſſe eccleſiæ, ac proinde ſcandalizarent.

Quinto infertur, S.D.N. iuſte nuper annuiſſe cuidã Anglo, vt vteretur quadam ampla domo conſtructa ex lapidibus cuiuſdam monaſterij à Lutheranis deſtructi, donec Abbas Catholicns ei ſufficeretur, vt ſupra meminimus.

Vltimo infertur, iuſte potniſſe S. D. N. per prædictam bullam facere facultatem, prædictis Commiſſarijs profanandi bona Eccleſiaſtica in ea contenta, eo qnod licet ſint ſacra quartæ ſpeciei, ſacrornm, non tamen ſunt ſacrata benedictione aliqua conſtitutina ſacri, imo nec partes rerum tali benedictione ſacratarum, & conſequenter ſolntam eſſe ſeptimam difficnltatem aduerſus prædictam bullam propoſitam. Per cuius ſolntionem & aliarum ſex contra eam propoſitarum, clare apparet, ipſam à nemine poſſe iniuſtitiæ redargui, ſed potius magnopere commendandam eſſe, tanquam quæ ſit è Repub. Chriſt. in magnam gloriam Chriſti, qui nos omnes ſeruet, beetque æternum Amen.

SVMMARIVM.

1 *Bulla Pij V. reuocatoria facultatum ad diſponendum in illegitimos factarum.*

2 *Filios eccleſiaſticorum occaſionem eſſe damnorum eccleſiaſticorum.*

2 *Filios habens an poſſit in Epiſcopum eligi.*

3 *Filijs illegitimis relinquēdi facultas cur ſcandoloſa.*

2 *Exempla prælatorum mala ſcandaloſa.*

4 *Eccleſiaſticos teneri ad dandum ſuperflua pauperibus.*

4 *Filios in illegitimos diſponendi omnis facultas de quibuſcunque bonis ſublata vna cum facultate ſuccedendi ab inteſtato habentibus illos.*

5 *Statutum habilitans ſpurios ad ſucceſſionem an valeat.*

6 *Facutaltes concedendi facultates diſponendi in illegitimos ſublata.*

7 *Beneficium vtrumque incompatibile perdit, qui vtrumque retinere contendit.*

8 *Feudum, & emphyteuſim perdendi nouus modus.*

9 *Filijs ſpurijs non eſt adempta facultas ſuccedendi à iurecommuni conceſſa per hanc Extraua. Pij V.*

10 *Filios, & filias clericorum iuſte poſſe ab eis etiam hodie ali, & dotari.*

10 *Lex humana non poteſt tollere diuinam vel naturalem.*

11 *Duos ſuccedit loco alimentorum.*

12 *Filium habentem vnde ſe alat, non tenetur pater alere, nec è contrario.*

§. 19.

QVoniam ſupra §. 6. promiſimus nos huic Commentario bullam S. D. N. Pij V. reuocatoriam facultatum teſtandi, & diſponendi de rebus eccleſiaſticis, ac etiam de bonis feudalibus, emphyteuticis in illegitimos de verbo ad verbum cum nonnullis adnotationibus inſerturos, ideo tenorem illius nunc ſubijciemus, & illi adnotationes promiſſas obiter adiungemus. Sic itaque habet.

PIVS EPISCOPVS
Seruus Seruorum Dei ad Perpetuam Rei Memoriam.

QVæ ordini eccleſiaſtico noxia eſſe, & ſcandalum obijcere perhibentur, neceſſe eſt è medio ſubmouere. Quod nos pro noſtri muneris officio, inter alia incommodaque in oculos noſtros incurrunt, de Chriſti peculio, ne ab indignis, & reiectis ignominioſe conſumatur, neue illorum cauſa eccleſiis & pauperib. præripiatur curam præcipuam habere volētes, De nobis attributæ poteſtatis plenitudine reuocamus, & abolemus omnia, & quæcunque priuilegia, licentias, diſpenſationes, & indulta faciendi teſtamēta, donationes, ſiue inter viuos, ſiue cauſa mortis, legata, & quaſcunque alias diſpoſitiones, de Dominiis, Terris, Caſtria Domibus, & quibuſlibet aliis bonis, & rebus immobilibus, mobilibus, & ſe mouentib. necnon pecuniis, iuribus, & actionibus, ex beneficiis, fructib. penſionib. & aliis reb. eccleſiaſticis quibuſcunque conſectis, acquiſitis, & alias quomodocunq; prouenientib. necnon de peculio, & aliis etiam ſola induſtria, labore, munerib. aut quocunque alio modo partis, cuiuſcunq; qualitatis, quantitatis, ſpecies, naturę; & valoris exiſtentibus, in quoſcunque illegitimos ſiue ſuos, ſiue extraneos, etiam legitimatos, eoſdemque ex toto vel in parte hæredes inſtituendi, & ſubſtituendi, ſeu quod ipſi in prædictis ab inteſtato ſuccedant, cæteraſque huiuſmodi facultates, & permiſſiones, ac etiam habilitationes, & capacitates ſuccedendi in bonis, & rebus feudalib. & emphyteuticis, ab eccleſiis, monaſteriis, & Pijs locis profectis, quibuſcunque perſonis, & ſecularib. & quoruncunque ordinum, necnon militiarum, & hoſpitalium, regularib. ac Romanæ Curiæ officialib. & aliis curialib. Curiamque ipſam ſequentib. et etiam Vrbis Romæ ciuib. ac palatia, ędes, cenſus, aliaque bona, in ea eiuſque diſtrictu habentib. noſtris quoque; et aliorum Romanorum Pōtificum familiarib. eccleſiarum prælatis, etiam Sanctæ Romanę Eccleſiæ Cardinalib. et alijs cuiuſcunque dignitatis, ordinis, et conditionis, exiſtentib. illorumq; & aliis eccleſiis, capitulis, conuentib. ordinib. militiis, hoſpitalib. collegiis, officiis & locis, ac prædictæ vrbi, aliiſque ciuita-

tibus,

tatibus,prouincijs, & dominijs, populis, & incolis, tam per fælic. record. Sixtum iv. Innocentium viij. Alexandum vj. Iuliũ ii. Leonem x. Clementem vij. Paulum iij. Iulium iij Paulum iv. Pium iv. & qui ante illos fuerunt alios quoſcunque Romanos Pontifices,ac nos,& Sedem Apoſtolicam, eiuſque legatos, etiam de latere,nuntios, notarios, comites, collegia, officia,& loca, etiam per modum ſtatuti perpetui,generalis legis, initi & ſtipulati contractus ſeu quaſi, & alias ſub quibuſcunque tenoribus,& formis, ac cum quibuſuis, reſtitutiuis, præſeruatiuis, mentis atteſtatiuis, derogatoriarum derogatorijs, aliiſq; fortioribus,efficaciorib. & in ſolitis clauſulis,necnon irritantibus, & aliis decretis,etiam Motu proprio, & ex certa ſcientia,deque ſimili poteſtatis plenitudine; ac prædictorum Cardinalium conſilio,& matura deliberatione in Conſiſtoro habita, necnon conſideratione, intuitu, contemplatione, vel diſtantia Imperatoris, Regum, & aliorum Principum, etiam ob remunerationem laborum, & obſequiorum, nobis, & dictæ Sedi impenſorum, refectionem damnorum,compenſationem iurium ceſſorum vel ablatorum, nauatæ militiæ cõtra hęreticos, & infideles, ſeu pro prędictæ vrbis ornatu,& frequentatione, ac quibuſcunq; aliis vſibus, ac etiam neceſſariis,& piis cauſis conceſſa, & multiplicatis,vicib.confirmata,innouata,extenſa & moderata,& quantuncunq; tẽpore pacifice obſeruata,quoad eã partẽ,quæ illegitimos præd.tãgit dũtaxat,ẽt ſi illa cõtineant, quod omnes Curiales curiam ſequentes& alij ſiue eccleſiaſtici,etiã Cardinales,ſiue mundani,qui palatia,domos & prædia vrbana, vel ruſtica ædificauerint, aut cenſus, aliaue bona acquiſiuerint, aut alias acquiſita habuerint in dicta Vrbe, & circum eam ad milliaria decem, ex bonis, ſeu fructibus eccleſiaſticis,hi tales de illis, necnon iuribus, & iuriſdictionib. omnib. in fauorem illegitimorum, ac quomodolibet inhabilium, & incapacium ſiue inter viuos, ſiue cauſa mortis diſponere, eoſque heredes, & ſucceſſores vniuerſales, vel particulares inſtituere,& ſubſtituere, & ſi inteſtati deceſſerint,ipſi illegitimi,& incapaces, in illis ſuccedere poſſint; quodq; per quaſcunq;reuocatione,derogationes,aut alias contrarias diſpoſitiones, illis quorum intereſt præiudicari nequeant: & ſi vllo vnquam tempore præiudicatum, aut derogatum quomodo apparuerit, ius quæſitũ oblatum,& literæ reuocationum, & derogationum huiuſmodi,iuris quæſiti ablatiuæ cenſeantur. Sicque per quoſcunque iudices iudicari debebeat, & etiam definiri. Ac pariter tollimus,& abrogamus omnes, & quaſcunq; facultates ſimilia concedendi Legatis, Nuntij, Notarij,Comitib.Collegijs,Officijs, & alijs ſupradictis; quorum omnium tenores, ac ſi ad verbum inſererentur, habemus præſentibus pro expreſſis. Ita vt priuilegiorum, diſpenſationum, facultatum, habilitationum,capacitatum,indultorum,& aliorum ſupradictorum ſic reuocatorum, aut etiã literarum legitimationis prætextu,nullus omnino de huiuſmodi bonis,reb.pecunijs iurib. iuriſdictionib. & actionib. in commodum,& fauorem illegitimorum vtriuſuis ſexus;ſiue eorum filiorum,ſiue conſanguineorum,affiniumuè,ſiue extraneorum etiam in ſtatu ſeculari procreatorum, ac legitimati quacunque auctoritate donatorum, & ac huiuſmodi res & bona,eiuſq; ſuceſſionem,teſtato,vel inteſtato idoneorum, & capacium effectorum,ſiue donatione, ſiue legato,ſiue eleemoſyna, ſiue alio quocunque titulo, & pio opere (exceptis in communi, ac omni fraude,conuentione, ſeu compoſitione, ceſſante hoſpitalib. expoſitorum, et orphanorum) diſponere, nec illegitimi ipſi in eis ab inteſtato, ſiue protinus,ſiue per intepoſitas perſonas, ac quomodocunque ſuccedere, aut illa alias ad eos etiam per quemcunque circuitum multiplicatarum in alios capaces ſucceſſionum, vllo tempore deuenire poſſint. Ad hæc nulla eſſe, et pro infectis haberi volumus omnia, et quecunque facta hucuſque teſtamenta,legata donationes, et alia diſpoſita huiuſmodi, quæ viuentib. adhuc teſtatorib. aut alias locum non habuerunt, ac pariter ab inteſtato ſucceſſiones, non tamen litigoſas quę plenariam non ſunt effectum ſortitę. Dehinc vero diſtrictius prohibemus, ne talia ſiue in prædictos illegitimos,vtriuſlibet ſexus, ſiue in illorum coniuges, ſiue ipſorum parẽtes,filios,deſcend.aſcẽd. vel alios cognatos ſiue viuentibus, ſiue defunctis ipſis illegitimis etiam paupertatis dotis, aut alterius cuiuſcunque piis operis intuitu fiant,neue ipſi vnquam in rebus bonis,pecuniis, iurib. iuriſdictionib. & actionib. prædictis,ſiue totis, ſiue in parte ſuccedant, aut illa ad ipſos quauis diſpenſatione ſuffultos etiam per prædictum circuitum deueniant, neue de is vl-

la in

la in alium, ſeu alios conceſſio, donatio, translatio, aliaue diſpoſitio fiat, vt alia bona ſimilia, vel diſſimilia, illegitimis, aut *aliis* ſupradictis concedantur. Quod ſi prædictorum quiſquam fuerit pręſentium violator, teſtamentum, donatio, legatum & diſpoſitio omnino non teneat, nec etiã quo ad alios capaces, & res alias valeat, ſicque diſponens priuilegio, diſpenſatione, facultate, & indulto prædicto, eiuſque vſu, & commodo, etiam in cæteris omnib. ipſo ſit iure priuatus. Nemo quantumuis capax illius prætextu fructus, res, pecunias, aut prorſus alia bona ſua faciat, nec illa detinens vlla præſcriptione, aut vllo alio iuris præſidio adiuuctur, ſed ad integram illorum reſtitutionem, quocunque temporis lapſu non obſtante, debeat coerceri. Ita vt omnes in eccleſiis, Monaſteriis, & beneficiis, ſucceſſores, tam coniunctim, quam diuiſim, quiſque videlicet pro rata parte ſua, illa omni tempore recuperare poſſint, & qui primus cæteris ab eo monitis, & negligentibus, iudicium intenderit, ei ſoli res tota merito vendicetur. Nullis vero huiuſmodi ſucceſſoribus, pro prædictis inſiſtentib. ac etiam de peculio alias quam ex reb. eccleſiaſticis confecto, locorum ordinarii tam conceſſorum, & relictorum illegitimis, eorumue cauſa quam quorumcunq; aliorum bonorum immobilium, mobilium, & ſe mouentium, necnon pecuniarum, fructuum, rerũ & iurium, alias ſub dictis teſtamentis, donationib. legatis, & diſpoſitionibus comprehenſorum, corporalem poſſeſſionem, amotis inde, & expulſis quibuſcunque detentorib. ſiue incapacib. ſiue capacib. per ſe, vel alium, ſeu alios, libere apprehendant, & apprehenſam huius Sedis nomine cuſtodiant, donec ipſa Sedes de illis vti tum tulerit piorum operum neceſſitas dux erit prouidendum. Bona vero, res, & iura feudalia, vel emphyteutica (aliis legitimis ad ea forte vocatis non exiſtentib.) eo ipſo deuoluta, & iuri, ac proprietati ſuarum, eccleſiarum, & locorum reſtituta, & cum reliquis eorum bonis conſolida eſſe declaramus. Decernentes irritum & inane quicquid ſecus per quoſcũque ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtantib. conſtitutionib. & ordinationib Apoſtol. ac ſtatutis, & conſuetudinib. eccleſiarum, capitulorum, conuentuum ordinum, militiarum, hoſpitalium, vrbium, prouinciarum, collegiorũ etiam Cardinalium, & officiorum prædictorum, iuramento, confirmatione apoſtolica, vel quauis firmitate alia communitis, et in Conſiſtorio prædicto, ſeu conclaui habitis aliiſque priuilegiis, indultis, & literis Apoſtolicis generalib. & ſpecialibus, illis, eorumque, & alis quibuſcunq; perſonis, cum quibuſuis clauſulis, & decretis, etiam ſupradictis fortioribus, ac etiam diſponentibus, quod prædicta per quaſcunque literas nunquam, aut ſine cõſenſu illorum quorum intereſt, reuocata, aut ſublata intelligantur, & alias cuiuſcunque tenoris exiſtant, per quæ præſentibus non expreſſa, aut omnino non inſerta effectus earum impediri valeat quomodolibet vel differri, & de quibus quorumque totis tenoribus, de verbo ad uerbum habenda eſſet in noſtris literis mentio ſpecialis, quæ omnia, quatenus prædictis aduerſentur illorumue exequutionem diſturbare poſſint, viribus prorſus, & effectu carere decernimus, ceteriſque contrariis quibuſcunque. Quia vero difficile nimis eſſet pręſentes quocũque illis opus erit perſerre, volumus, vt earum exempla etiam impreſſa Notarii publici manu, & perſonæ in dignitate eccleſiaſtica conſtitutæ eiuſue curiæ ſigillo obſignata, eãdem illam prorſus fidem, in iudicio & extra illud, vbique gentium faciant, quam ipſæmet præſentes facerent, ſi eſſent exhibitæ & oſtenſæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ reuocationis, abolitionis, ablationis, abrogationis, voluntatis, prohibitionis, declarationis, & decreti infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtol. eius ſe nouerit incurſurum. Dat. Romæ apud S. Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ Milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo primo. Kalend. Februarii, Pontif. Anno ſexto.

Annotationes promiſſas huic extrauag. obiter adiecturus, primo noto illa verba, *Quæ noxia ſunt ordini eccleſiaſtico.* quod noxium eſt ordini eccleſiaſtico, vt filij eccleſiaſticorum illegitimi ſuccedant eis,
2 quod confirmatur ex eo quod per filios eorum ſolet periclitari ſubſtantia eccleſiarum, *cap. de Syracuſanæ. 28. diſtinct.* & epiſcopi ſolent eſſe cæci erga nepotes ſecundum *gloſ. ſing. in ca. peruenit. 1. quæſt. 3.* Quibus conſonat *Concil. Trid. ſeſſ. 25. cap. 1. de reform. ibi. Vt eccleſiaſtici omnẽ humanũ erga fratres; nepotes, propinquoſque carnis affectum unde multorum ma-*

lorum

lorum in Eccleſia ſeminarium extat, pœnitus deponant. vnde in Authen. quomodo oportet Epiſcopos. §. 1. collat. 1. conſtituitur, ne quis habens filios, vel nepotes, etiam legitimos in Epiſcopum eligatur, ſumpta voce nepotes proprie pro filijs filiorum. *l. Iuriſconſultus. ff. de grad. cogn.* ſecundum *Panor. in d. cap.* 1. *de teſtamen. num.* 3. Quæ conſtitutio refertur in dicto *cap. de Syracuſana.* & mandatur in *capit. Catinenſis.* 61. *diſtin.* ne habens vxorem, & filios in Epiſcopum eligatur. cui concordat *capitul. priuſquam.* 28. *diſtinct.* per quæ *Innocen. in d. cap.* 1. *de teſtamen.* defenſus ibi per *Panorm. num.* 2. affirmat non poſſe iure communi, habentem filios eligi in Epiſcopum non obſtante *c. epiſcopus qui filios* 12. *queſt.* 2. quamuis *Hoſtien.* communiter receptus, contrarium teneat; cuius opinionem vſu receptam eſſe arbitror, eo quod viderim multos Epiſcopos, & alios prælatoa habentes filios, promotos à ſancta Sede Apoſtolica non ſacta mentione de illis, nec habita, vt puto, diſpenſatione ſuper hoc ab eadem. Quare non arbitror teneri ad renunciandum epiſcopatui, qui habens filium etiam illegitimum præſentatur a Rege, etiam illud neſciente Papæ, id ipsũ ignoranti. Sed negari non poteſt opinionem *Innoc.* iuri ſcripto eſſe conſonantiorem.

Secundo noto ex illo verbo, *Et ſcandaloſo*, quod facultas dandi, vel relinquendi bona eccleſiaſtica perſonis eſt ſcandaloſa, & merito quidem: quia ſcandalum eſt, dictũ vel factum præbens occaſionem ruinæ à *S. Thom.* 2. 2. *q.* 43. *art.* 1. conſtat per huiuſmodi facultatem præberi occaſionem ruẽdi in peccatum perſonis eccleſiaſticis. Primum, volendo, & procurando habere filios fornicarios quibus bona relinquant quod eſt graue peccatum, *cap. vouentibus.* 17. *q.* 2. *& toto titulo de coha. cleric.* Deinde quærendo, & ſeruando filijs, ea, quæ deberent diſtribuere pauperibus, quod eſſe peccatum probat prefatum *capitul.* 1. *de reform. ſeſſ.* 25. *Concil. Trident.* & præfatum, *c. peruenit.* per quæ, & alia multa id probauimus in præfato *tract. de redit. eccleſ. q.* 1. *mon.* 62. *& in d. Apologia q.* 1. *mon* 27. Tertio præbendo exemplum fornicandi alijs, dum memoriam ſuarum fornicationum renouant per huiuſmodi ſucceſſionem iuxta *c. præcipue.* 11. *q.* 3. *ibi, Tot mortibus digni ſunt prælati, quot perditionis exempla in ſubditos tranſmittunt.*

Tertio noto ex illo verbo, *Peculio.* adiunctis verbis *eccleſijs, & pauperibus præripiatur.* infra poſitis, quod peculia eccleſiaſticorum debentur eccleſiis, & pauperibus, hoc eſt operibus piis; ita quod ea quæ ſuperſunt beneficiariis decenter ſuſtentaris debent in illa diſtribui: & ita hæc extrauag. ſentit, id quod late confirmauimus in dicto *tract. de reditib. quæſ.* 1. *mon.* 42. *&* 43. *& in d. Apolog. q.* 1. *monit.* 23. *&* 28. *& ſeq.* licet enim non dicat rapi, vt dixit *Bernardus in epiſt.* 2. *col. penul. & in* 42. *col.* 3. dicit tamen præripi, quod idem, vel aliud maius ſonat.

Quarto noto ex illis verbis; *Omnia priuilegia, &c.* quod omnis facultas quibuſcunque perſonis non ſolum eccleſiaſticis, ſed etiam ſecularibus, & non ſolum ſingularibus, ſed etiam collegijs, & vniuerſitatibus, non ſolum profanis, ſed etiã pijs ad diſponendum de rebus quibuſcunque non ſolum eccleſiaſticis, ſed etiam ſæcularibus in filios illegitimos, à quibuſcunque Romanis Pontific. etiam à Iulio III. eſt iam inutilis, & conſequenter facta eſt moderatio facultatum conceſſarum ab eodem Iulio III. clericis, & Romanis curialibus teſtandi, donandi, & relinquendi ſua peculia ſuis filijs illegitimis, & ſucceſſionis incapacib. quam deſiderauimus in §. 6. ſupra eod. ante quam eam videremus editam, & longe amplior: nam nos ſolum deſiderauimus prædictam moderationem, fieri quoad facultates, conceſſas perſonis eccleſiaſticis ad diſponendum de reb. eccleſiaſticis tãtum in filios illegitimos proprios tantum, hæc extrauag. moderatur omnes facultates Apoſtolicas etiam conceſſas laicis, etiam ad diſponẽdum de rebus profanis non ſolum in prædictos filios proprios illegitimos, ſed etiã in extraneos, & in filios, parentes, & cognatos omnes eorum, et non ſolum facultates factas ad diſponendum, ſed etiã factas ad ſuccedendum ab inteſtato, & capacitates indultas ad ſuccedendum in rebus emphytheuticis, & feudalib. & alijs quibuſcunque quæſitis ab eccleſijs, etiam conceſſas eccleſijs, & alijs pijs locis exceptis hoſpitalib. expoſitorum, & orphanorum, & hoc in communi tantum omni fraude, contentione, ſeu compoſitione ceſſante: & non ſolum facultates conceſſas à Iulio iij. quod ſolum ipſe deſiderabam, ſed etiam facultates omnes conceſſas per ipſiummet, & per quoſcunque alios Pontif. max. Quod merito à nobis deſideratum fuit, & prudentiſſime iuxta,

Digitized by Google

ac ſanctiſſime, à prudentiſſimo D. N. Pio v. per hanc extrauag. cumulatiſſime ſtatutum. nam omnis occaſio delinquedi eſt impedienda, ne detur, & ſi data fuerit tollenda. 1 *Tim.* 4. *& cap. nolo.* 12. *q.* 1. *& cap. non ſunt audiendi.* 11. *q.* 3. *& l. conueniri. ff. de pact. dot.* hinc conſuetudo inuitas maritum ad diſſipanda ſua bona, & vxorem ad adulterandam reprobatur in *cap. ex parte. de conſuet.* hic vetatur promiſſio beneficiorum vacaturorum, ne detur occaſio mortia alienæ captandæ. *cap.* 2. *de conceſ. præb. & capit. ne captanda. eodem titulo lib.* 6. hinc lex licet ſuapte natura reſpiaciat futura, *cap. fin. de conſtit. & l. leges. C. de leg.* cum tamen indulget aliquid, ſolum eſt reſtringenda ad præterita, vel præſentia tantum, ne det occaſionem delinquendi, *l. cum lex. ff. de leg.* per quam ibi *Bart. & Bald.* communiter recepti dixerunt, quod ſtatutum diſponens, quod quilibet bannitua extrahatur de banno ſoluendo decem, non comprehendit poſt illud banniendos; hinc reſcriptum per quod pena remittitur, ante commiſſum delictum non valere dixit *Salicet. in l. caſtitati. C. de adult.* hinc denique in terminis noſtria *Federic. conſil.* 275. caſua talia eſt, quem vitioſe allegando ſequitur *Felin. in cap. fin. nu.* 13. *de conſtit.* conſuluit, quod ſtatutum non poteſt habilitare prolem ſpuriam ad parentum ſucceſſionem, etiam non extantib. legitimis, ne detur occaſio adulterandi, & fornicandi, quem ſecutus *Domi. in* §. 1. *c.* 2. *de filijs presb. lib* 6. ait, *Epiſcopum non poſſe per ſuum ſtatutum filios illegitimos ſui Epiſcopatus habiles facere ad ordines minores, & ſimplicia beneficia; quia daret occaſionem peccandi, licet per diſpenſationem poſteaquam fuerint nati id facere poſſit per illum tex. Et quamuis,* vt in §. 6. diximua, contrarium eius quod conſuluit *Feder.* tenuerit *Cald. conſil* 4. *de conſt.* & eum ſequatur *Dec. in conſ.* 271. *col.* 5. cum quibuſdam alijs, qnoa ibi citat, quorum opinio in aliquot Regnis ſeruatur, & in puncto iuris verior etiam nobia videatur, ob quod vbi ſupra facultatem Iulianam ſernandam eſſe donec reuocaretur diximus: tamen negari non poteſt multo ſanctius eſſe contrarium præſertim quoad eccleſiaſticos, & quoad diſpoſitionem faciendam de bonis, & fructibua eccleſiaſticis, à quibus multis canonibus arcentur illegitimi, vt etiam principium huius extrauag. inſinuat, merito igitur illegitimi, fel. re. Pius v. reuocauit in hoc præſatas facultates, per quas magna dabatur occaſio polluendi ſe perſonis Deo dicatia & ſanctificatis.

Non obſtat dicere, per hanc rationem inſtificari quidem deſiderium noſtrum, prædictum, & etiam hanc legem quatenus illud explet, ſed non quatenus illud cumulat tollendo facultates conceſſas collegijs, & vniuerſitatibus, quæ non ſunt filiorum capaces, quibus per illas non datur occaſio vtendi venereis, non inquam hoc obſtat: quia illum cumulum non addidit, cauſa tollendi occaſionem vtēdi venereis collegijs, ſed cauſa tollendi occaſionem vtendi eis ſingularibus perſonis eccleſiaſticia, quæ poterant conuenire tacite cū prædictia collegijs, vt bona quæ ipſis darent vel relinquerent darentur filijs illegitimia earum aliqua parte ſibi retenta, quæ ratio inſinuatur per hanc eandem extrauag. in exceptione hoſpitalium, expoſitorum, & orphanorum; dum limitat eam vt ſolum procedat, quum datur, vel relinquitur eia in communi, & nulli eorū in particulari, idque omni fraude, & conuentione ceſſante. Qua eadem ratione iuſtificatur quatenus vetat diſpoſitionem in filios illegitimoa extraneos, & parentes, filios, & cognatos eorum: id enim fecit ad obuiandum fraudi, qua clerici conuenire poterant inter ſe, vt alij in aliorum filios illegitimos, vel cognatos eorum diſponerent, & dicere ſibi mutuo, tu ſac hæredem, legatarium, vel donatarium filium meum illegitimum, vel aliquem cognatum eius, & ego ſaciam tuum, vel aliquem cognatum illius; conuentio. n. eiuſmodi non poterat reprobari, tanquā ſimoniaca, argu. definitionis ſimoniæ datæ à *gloſ. in ſumma.* 1 *q.* 1. & *a S. Thom.* 2. 2. *q.* 100. *art.* 1. quia non fieret ſuper ſpiritualibus: & ita niſi per hanc legem alias prohibita fuiſſet, iudicanda erat valida, arg. *l. illam. C. de collat. et cap. legatur.* 24. *quæſt.* 2.

Quinto noto ex verſic. *Quibuſcunque perſonis.* &c. nullam eſſe differentiam in hoc inter perſonaa ſingulares, & vniuerſitates, nec inter ſecularea, & eccleſiaſticos, nec inter pia loca, & profana, neque inter epiſcopos, & ſuperiores; imo parificari ita quod per præfataa facultatea non poſſunt diſponere in præfatoa filios illegitimos proprios, nec extraneoa, nec cognatoa eorum, nec præfatarum facultatum virtute ſuccedere. Ex quo ſequitur, quod facultates, quas habent aliqua pia loca ſuccedendi clericis ab inteſtato, ſunt abla

tæ per

tæ per hanc reuocatoriã, quoad clericos
habẽtes filios illegitimos, ea ratione ne
vt prædictum eſt fraus fiat legi huic, par
tiẽdo bona quæſita cum filijs illegitimis.
Sexto noto ex illo verſ. *Ac pariter* &c. quod
non ſolum reuocat facultates huiuſmodi
à ſe ſuiſque prędeceſſorib. datis, ſed etiam
datas à ſuis legatis. Imo & facultates fa-
ctas à Sede Apoſtolica eis & quibuſcun-
que alijs ad concedendum prędictas fa-
cultates; ita quod poſthac à nemine poſ-
ſunt concedi virtute cuiuſcumque facul-
tatis Apoſtolicæ.
Septimo noto ex illis verbis. *Quod ſi prædi-
ctorum* &c. quod licet facultates prędi-
ctę ſolum ſint ſublatę quatenus tangunt
illegitimus filios, & non quoad alios, ſi
tamen habentes illas vſi fuerint eis quo-
ad ea quæ tangunt filios illegitimos ipſo
iure ſunt reuocatæ, etiam quoad cętera
contenta in eis, & quoad omnia facta vir-
tute illarum, ſicut in ſimili qui Epiſcopus
male ordinat clericum alienum ſine lite-
ris dimiſſorijs bene ſuſpenditur per annũ
à collatione ordinum, *capit. eos. de temp.
ordi. in 6.* & qui male retinet priorem pa
rochialem obtenta ſecunda, quam bene
7 retinere poteſt dimiſſa illa per *cap. de mul
ta de præb.* iuſte perdit vtranque, ſi iuſte
non relinquit priorem per *extrag. execra-
bilis. Ioan. xxij.*
Octauo noto ex verſ. *Bona vero* &c. nouum
modum quo cadunt in commiſſum res
feudales, & emphyteuticæ; nempe ſi quis
8 illas habens diſpoſuerit de illis virtute fa
cultatum Apoſtolicarum in filios illegiti
mos, proprios, vel extraneos, vel cogna-
tos eorum. quę eſt adnotatio addenda *c.
potuit. de locat. & l. 2. de iure emphiteut. &
c. 1 de feud.*
Nono noto & colligo ex tota extrauagan.
id in quo multos audio decipi, nempe
quod hæc extrauag. non reuocat iura cõ-
munia per quę illegitimi poſſunt habere
9 aliqua de bonis parentum etiam ſi ſint
ſpurii, iux æquitatem canonicam cap. cum
haberet de eo qui du. in mat. ea quæ Pa-
nor. & alii ibidem notant; ſolum enim re-
uocat priuilegia, licentias, diſpenſationes
& indulta faciendi teſtamenta; donatio-
nes, &c. contra vel prætor ius commune
conceſſa per ipſummet Pium V. & alios
omnes prędeceſſores, vt ex ea patet.
Et probatur primo; quia qui de vno dicit, de
alio negare videtur, *leg. cum prætor. ff. de
iud. cap nonne. de præſumpt.* & priuilegiũ
aliud eſt à lege, imo eſt legi contrarium.
c. priuileg. 3. diſt. in his. de priuileg. Ergo
per reuocationem priuilegiorum quæ fit
hic non reuocatur ius commune, cuius ni
hil meminit. Secũdo quia facilius tollitur
ius ſpeciale quam ius commune, *l. eius mi
litis. §. militia miſſus ff. de milit. teſtam. &
l. ſi quando. C de inoff. teſtam.* Tertio, quia
lege humana non poteſt tolli naturalis,
*cap. ſunt quidam. 25. q. 1. l. id quod noſtrum
ff. de reg. iur.* & educatio liberorum iure
naturalis, debetur, *cap. ius naturale. 1. diſt.*
& *leg. 1. §. ius naturale. ff. de iuſt. & iur.*
Quarto, quia prędicta auth. ex complexu.
C. de inceſt. nup. nullibi gentium ſeruatur,
quatenus habet ſpurios filios non eſſe à
parentibus alendos: quoniam tanquam
contraria pietati naturali poſtponitur
æquitati canonicæ prędictę conformi iuri
& pietati naturali, de qua in *l. 1. & 2. ff.
de lib. agnoſ.* vt ſupradictum eſt. Quinto,
quia non eſt veriſimile, quod Pius V. pię-
tiſſimus, & iuris communis obſeruantiſſi
mus, & morum ab exorbitantium redu-
ctionis in illud tanquam in priſtinum, &
probatiſſimum ſtatum amantiſſimus in-
tenderit tollere legem tantæ pietatis, cũ
ſimilis ſimilem quærat & foueat *iuxta.
cap. 13. Eccl. & Philoſophum in Ethi.* & fa
cere contrarium eſſet quædam crudelitas
Deo & hominibus inuiſa, ſecundum Io.
Baptiſt. in repet. l. ſi qua illuſtris. C. ad or-
fic. col. pen. Denique quod à iure antiquo
nõ cenſetur receſſum; niſi quatenus id in
nouo exprimitur. *l. præcipimus. C. de ap-
pell. & per hanc extrau.* nulla receſſio ab
eo exprimitur. ergo.
Ex quo infertur iuſte poſſe & debere cleri-
10 cos, non obſtante hac extrau. alere ſuos
filios illegitimos etiam ſpurios nitendo
iuri communi contento in d. cap. cum ha
beret. quod ſeruandum eſſe etiam in foro
ſeculari terrarum imperij, & aliorum Re-
gnorum, etiam non ſubiectorum Papæ af
firmat communis opinio poſt *Panor. in
d. cap. cum haberet. & Bart. in authen. ex
complexu. C. de inceſt. nupt.* & videre eſt
apud Decium alios citantem in *cap. cleri.
nu. 2. de iud. cui adde Philip. Franc in rub.
de teſt. lib. 6. col 28. & Io. Lupum in repet.
cap. per veſtras. de conat. inter vir. & vxo.
§. 23. nu. 12.* quorum omnium firma ratio
eſt, quod vt ſupradictũ eſt, humana pote-
ſtas, quæ minor eſt, non poteſt naturali
vel diuinę, quæ maior eſt, reſiſtere, *c. infe
rior. 21. diſt. c. ex inſinuatione. de appella.*
Subinfertur etiam, quod clerici poſſunt, &
debent filias ſuas etiam ſpurias dotare:
11 quia qui poteſt, & debet filiam alere,
poteſt & debet eam dotare, quum dos

ſuccedat loco alimentorum,ſecundum cõmunem præſertim *Bart.*qui in his terminis hoc dicit in *l.vxorem.§.pater naturalis.ff.de leg.3.*quem cum alijs refert,& ſequitur Ioannes Lupus, vbi ſupra. Quæ duo facere poteſt etiam de reditib.eccleſiaſticis,*arg.text.cum gloſ. in c. omni nu. 31.diſtinct.*quatenus habet,quod propriã vxorem, & filios ſuſtinere debet clericus de bonis eccleſiæ;& licet loquatur de filijs ante clericatum habitis: idem eſt in filijs habitis per illicitum coitum quoad hoc:nam licet clericus malefecerit;tamen ex quo ſunt geniti non ſunt perdendi,ſed paſcendi, & tanquam pauperes iuuandi, *argumen.cap.paſce.86.diſtinct. & cap.ſicut hi.& prædicti cap.cum haberet.* Quæ tamen omnia limitanda ſunt procedere
12 in filijs qui aliunde non haberent quo ſe alerent; quoniam nullo iure naturali, nec humano tenetur pater alere filium habentem quo ſe alat,nec è contrario filius patrem idem habentem.*leg. ſi quis a liberis. §.ſed ſi filius & § ſolent ff. de liber. agnoſcen.*

Quamquam autem ad alia multa adnotãda copioſam materiam hæc extrauag ditiſſima iuxta,ac pientiſſima præſtabat, paucula tamen hæc breuiter noſtro propoſito magis congruentia ſufficiant adnotaſſe:ne vltra inſtitutum excreſcat præſens Commentarius;& ne iam diutius cõtra iuſſa,& rogatus quamplurimorum Sũmatum, & infimatum differamus editionem Manualis noſtri Confeſſariorum, & pœnitentium, quod ex ſermone Hiſpano in Latinum per nos ipſos traductum, ac recognitum,& quam plurimis auctum, mos (vt ſupra condiximus) euulgabimus; in gloriam Dei, qui ſua nos omnes infinita bonitate ſeruet, beetque æternum Amen.

FINIS.

QVAE-

QVAESTIONES DE SPOLIIS CLERICORVM.

AVCTORE

IO. AZORII LORCITANI

E SOCIETATE IESV PRESB. THEOL.

QVO IVRE SPOLIA CLERICOR. Romano Pontifici debeantur.

SVMMARIVM.

1 *Quanam clericorum bona veniant appellatione ſpoliorum?*
Qua ſunt ſpolia opima, & qua cruenta.
Spolia hac quomodo definiantur?
Non ſunt ſpolia, qua ex patrimonio, & hereditate, vel ſua induſtria.
2 *An clericorum ſpolia ad romanum Pontificem (iure communi) pertineant?*
3 *Clericus ſi habet beneficia in plurib. eccleſiis bona relicta diuidantur inter ipſas.*
4 *Nequit ſine iuſta cauſa Papa, bona vnius Eccleſia alteri dare.*
5 *Iure antiquo ſpolia clericorum ad Summum Pont. pertinere non ſolum in Italiam, ſed etiam citra montes, & maria, & num. 8.*
6 *Spolia clericorum, quo iure Papa ſibi potuerit reſeruare?*
7 *Papa poteſt fructus beneficiorum ad certum tempus vacantium, quibuſdã Epiſcopis conferre; cur nõ ſibi poterint aliqua retinere.*
9 *Spolia clericorum, an ſint Fiſco Pontific. debita ante Iudicis ſententiam.*
10 *Spolia cleric. nunquid Papa, prius ſolui debent, quam a Collectorib. repetantur.*
11 *Dominium talium bonorum an ad Fiſcum Pontiſ. tranſeat?*
12 *Pœna quiſpiam minime debetur ante Iudicis ſententiam.*
13 *Poſſeſſorem occultorum ſpoliorum, non eſſe tutum in foro conſcientia, niſi ea Fiſco Pontiſ. reddat.*
14 *Poſſeſſor ſpoliorum ſi aliquid alienet, alienatio nihil valet.*
15 *Hares clerici debet ſpolia, camera Pont. ſoluere, nec poteſt exigere contra debitores in ſpolijs exigendis.*

CAPVT PRIMVM.

DE Spolis Eccleſiaſticis tractatum edidit Gullelmus Redoanus vtriuſq; Iuris Conſultus in 17. quæſt. diuiſum. Nauarrus quoque de ſpolijs Clericorum Commentarium ſcripſit ſuper *cap. Non liceat Papa 12. quaeſt. 11.*

Primo quæritur, Quænam Clericorum bo-
1 na veniant appellatione ſpoliorum? Reſpondeo, ſpolium proprie dici apud Scriptores Latinos, quidquid hoſtibus detrahitur, vt in id Virgilianũ Seruius notauit; ... *Et ſpolia ampla refertis.* Vnde ſpolia opima dicuntur, quæ dux duci detrahit: cruenta, quæ non ſine ſanguine hoſtibus auferuntur, At vero ſpolia Clericorum dicta ſunt ea bona, quæ clericis vita functis, Romani Pontiſ. auctoritate, Fiſcus Apoſtolicus accipit, ne ad eorum hæredes, futuroſue in beneficio ſucceſſores traſmittantur.

Secundo quæritur, Quo modo hæc ſpolia
definiantur? Difficile eſt ſane, quæ in iure
tum Ciuili, tum Canonico tractãtur, vel-
le Philoſophorum more, plene ſcilicet, &
exacte definitur; quare potius hæc ſpolia
deſeribi poſſunt, quam definiri; itaue ſint
ea bona à Clericis quibuslibet etiam Re-
ligioſis ratione, & iure eccleſiæ acquiſita
vel ex negociatione contra Canones cõ-
parata, & poſt obitum relicta. Sic *Redoa.*
quæſt. 1. de ſpol. eccleſ. num. 7. Dicitur *Bona*
tanquam genus; ſpolia enim Clericorum
bona ſunt, non tamen è contrario, vniuer-
ſa Clericorum bona, ſunt ſpolia. Ac bono
rum nomine generatim accipiuntur bona
tum mobilia, vel ſe mouentia, tum immo-
bilia; iura item, & actiones, & corpora
quocunque nomine cenſeantur; hęc enim
omnia generali bonorum vocabulo com
prehendantur. *l. bonorum. ff. de verb. ſigni*
fic. Quæ Clericis quibuslibet etiam Re-
ligioſis; vt comprehenduntur bona, quo
rumuis Monachorum, religioſorum, etiã
eorum, qui Conuerſi, vel Donati dicun-
tur, demum quorumcunque, qui eccleſia-
ſticæ perſonę in iure canonico cenſentur
hi enim omnes etiamſi clerici non ſint,
pro perſonis tamen eccleſiaſticis haben-
tur, vt docet *Gloſſa in capit. duo ſunt.* 12.
q. 1. & colligitur ex *cap. alia. & cap. legi,*
16. q. 1. & cap. non dubium. & cap. Monia-
lib. de ſentent. excomm. (*ratione, & iure*
eccleſiæ acquiſita) hoc nimirum dicitur,
ad includendum ea omnia bona, quæ cle-
cus ex beneficijs, vel bonis eccleſiaſticis
acquirit; neque enim ſpolia ſunt, aut vo-
cantur, quæ ex patrimonio, & hæreditate
vel ex arte, induſtria, opera, labore ſuo,
vel ex donatione aliorum parta Clerici
habent, vel ex negociatione contra cano-
nes comparata, vt in cluſula intelligan-
tur ea bona, quæ Beneficiarius lucratur
contra canones negociando.

Tertio quæritur à quibuſdam, An iure com-
muni ſpolia clericorum ad Rom. Pontif.
2 pertineant? Hoc ideo in dubium vocant,
quia nullus inquiunt, repetitur canon, aut
conſtitutio in toto Iure canonico, quo ſi-
gnificetur ea ſpolia ad Rom. Pontif. ſpe-
ctare. Deinde in *cap. cum vos. de offic. ord.*
& cap. præſenti. eod. tit. in 6. conſtitutum
eſt, vt hæc de quibus agimus clericorum
bona futuro ſucceſſori reſeruentur, aut in
eccleſiæ vſus conuertantur. Nam in *cap.*
hoc ius placuit 12. *q.* 2. *et cap. charitatem*
ibidem, & *cap. quoniam quidam, diſtin.*
75. & *cap. ſi quis epiſcopus,* 10. *q.* 2. bona
eccleſiæ conſeruanda ſunt ſucceſſori, &
ex iure ipſo communi conſtat, quando
eccleſiæ, & quando ſucceſſori beneficia-
riorum bona etiam collecta, ſed non con
ſumpta, ac propterea poſt obitum relicta
debeantur; nam ex *cap. relatum, de teſta-*
ment. nomine eccleſiæ intelligitur clerico
rum collegium. Quare vbi quis eſt bene-
ficiarius, cuius beneficium eſt ex com-
munibus collegij communis menſæ bo-
nis, cuiuſmodi eſt canonicus. & is, qui
portionarius vocatur; bona ab eo relicta
toti collegio clericorum debentur: vbi
vero quis eſt beneficiarius, cuius benefi-
cium eſt per ſe diſtinctum, & ſeparatum,
non ex communi clericorũ menſa, vtpote
quia eſt Rector alicuius Eccleſ. Parochia-
lis, vel Archipresbyter, Archidiaconus,
Præpoſitus, vel aliam dignitatem, aut be-
neficium habens, à Collegio Clericorum
ſeparatum per ſe tunc bona, ex eo benefi
cio relicta ſucceſſori reſeruantur: quia
hoc beneficium non ex communib. Colle
gij bonis exiſtit, vt illud Abbas, & alij in
cap. relatum ſupradicto. Item, ex iure etiã
communi colligitur, quid de his bonis
Collegium Clericorum; quid item ſucceſ-
ſor ſtatuere iure ipſo Canonico debeat:
nam vt docet Abbas. c. Relatum citato,
nu. 6. Collegium Canonicorum poteſt ea
bona in communem menſam conferre, &
adminiſtrare, ſicut cętera ad communem
eorum menſam ſpectantia: Poteſt, & in-
ter Canonicos diſtribuere, vti Canones
permittunt, Succeſſor verò debet ea bo-
na, ſicut reliqua Eccleſiæ, in pios vſus im-
3 pendere, Si Clericus habet beneficia in
multis Eccleſijs, bona ex ipſis relicta di-
uidentur inter ipſas Eccleſias per cõgruã
æſtimationem: ita in eodem c. Relatum ad
finem. hoc eſt (vti explicat Panormita-
nus) aut conſtat ex quo beneficio ea bona
ſint acquiſita, aut dubitatur. Si primum,
debentur illi Eccleſiæ, in qua ſitum eſt
beneficium. Si ſecundum, diuiduntur in-
ter illas Eccleſias ita vt plus ei rendatur
à qua plus Beneficiarius acceperat: vt ſi
ex vna Eccleſia centum, ex altera bis cen
tum perceperat, priori duæ partes deben
tur. Accedit, quod c. 1. de ſucceſſionib. ab
inteſtato, Gloſ. ab omnib. recepta, tradit,
bona ex patrimonio acquiſita Beneficia-
rii ab inteſtato morientis ſine legitimis
hæredib. Eccleſię deberi: ergo potiori ra-
tione, huius generis ſpolia ad Eccleſiam
4 pertinebunt. Poſtremo Rom. Pont. nequit
ſine iuſta, vel rationabili cauſa, vnius Ec-
cleſiæ bona, alteri dare; ſed quę dixi ſpolia
cõmuni iure, futuro ſucceſſori, vel Eccle-
ſię

Digitized by Google

ſiæ debêtur;ergo cû ſit ius alteri q æſitû
Romanus Pontiſex alteri ſine iuſta cau-
ſa non confert.Hæc & alia quidam obii-
ciunt contra ſpolia Clericorum, quæ ſibi
Papa reſeruauit,vt propoſitæ initio quæ-
ſtioni reſpondeam,illud dico: ius ſpolio-
rum ab antiquo tempore eſſe introductû.
Nam Cardinalis in c. Niſi eum pridem,
§.Intueri, de Renuntiat. aperte teſtatur
vſum,& morem in ſpoliis Prælatorum de
cedentium ab antiquo tempore eſſe ſerua
tum.Et Calderinus conſil. 1. de peculio
Clericor. refert idipſum: necnon Guido
Papæ deciſ.110.Nicolaus Bocrius deciſ.
224.& in Rota Auditores deciſ. 41. de
probatio.in antiquis,vt certum ponunt,
ſpolia Prælatorum obeuntium, per Ponti
ficias Conſtitutiones Papæ reſeruari.
Vnde Paulus III.in Conſtitutione ſua de
ſpoliis Clericorum,cuius initium eſt:Ita-
que ſicut accepimus, reprehendit eos,
qui aſſerebant,iure antiquo ſpolia ad pa-
5 pam non pertinere:ſimul tradit, ab anti-
quo tempore ea Sedi Apoſtolicæ fuiſſe
reſeruata:& non ſolum ſpolia Beneficia-
riorum in Italia morientium, ſed & om-
nium aliorum in quibuſuis Prouinciis, &
Regnis citra,& vltra montes, & maria
decedentium, & etiamſi ab ea loca Rom.
Pontiſex ſpoliorum Collectores mittere
non conſueuerit. Dubitare igitur nemo
iure poteſt iam olim Romanum Pontifi-
cem hæc ſpolia tanquam ſibi debita col-
legiſſe. Et quanquam ante Paulum iij.
nullæ conſtitutiones pontificiæ extent de
ſpoliis clericorum Papæ reſeruatis; me-
rito tamen credimus, multo ante Pauli ij.
ætatem iſtiuſmodi de ſpolia ab romanis
Pontificibus per collectores ſuos percipi
conſueuiſſe. Nec mirum videatur, ſi ius
canonicum nihil de ſpolijs iſtis vſpiam
inſinuauerint; nimirum, ea paulatim(vt
alia etiam non pauca) ipſo vſu Romano
Pontifici reſeruari cęperunt; antea, vel
futuro ſucceſſori ſeruabantur; vel certe
in vtilitatem Eccleſiæ conuertebantur.
Atq; hoc eſt,quod veteres eccleſiæ cano-
nes ſupracitati tradidere. Vnde in locum
eccleſiæ, vel ſucceſſoria eſt fiſcus pontifi-
cius ſubrogatus. De his omnibus Redo.
in q. de ſpol.Eccleſ.
6 Quarto quæritur, quo iure Papa potue
rit reſeruare ſibi ſpolia clericorum? Non
eſt ſane dubitandum, optimo de iure pô-
tificem facere potuiſſe. Nam negare qui-
dem non poſſumus, penes eum eſſe ple-
nam,& liberã beneficiorum adminiſtra-
tionem,vt habetur in *cap. licet de praben.*
in 6. et Clem. 2. vt lite pendente ad finem,
ſed adminiſtratoris eſt, bona in domini
ſui vtilitatem diſpenſare; ergo poteſt Pa-
pa ex beneficiorum fructibus aliqua ſibi
ſeruare, vnde Curię, & Eccleſiæ Roma-
næ neceſſitatibus ſubuenire commode
poſſit. Deinde, quis neget Clericorum
ſpolia ſi futuro ſucceſſori,& Eccleſiæ de-
beantur; iure tamen Canonico Romani
Pontificis auctoritate firmato deberi,nõ
iure diuino, aut naturali: ſed Romanus
Pontifex iuſtis de cauſis poteſt eos Cano
nes,& iura mutare,& quæ futuro ſucceſ-
ſori,vel Eccleſiæ ex beneficio Clericorû
debebantur, ſibi reſeruare. Vt enim vel
ſucceſſori, vel Eccleſiæ ea debebantur ad
neceſſitates eorum ſubleuandas; ita iuſte
Romano Pontifici reſeruantur, vt habeat
vnde ſibi in difficultatibus,& neceſſitati-
bus ſubueniat:quæ quidem neque paucio
res,neque minores ſolent eſſe, quam Ec-
7 cleſiæ,vel ſucceſſoris,Romanus item Pô-
tifex poteſt fructus beneficiorum ad cer-
tum tempus vacantium quibuſdam Epi-
ſcopis iure conferre,ad eos commodo vi-
tæ ſubſidio ſuſtentandos:cur igitur non
ſibi poterint ex beneficijs aliqua retine-
re?Poſtremo Eccleſiæ bona,præter neceſ
ſariã portionem ad Clericos honeſte alẽ-
dos, ſecundum Canones, & Iura, in pios
vſus impendi debent:ergo minime miran
dum,ſi vſibus Eccleſiæ Romanæ reſeruẽ
tur.nec enim Romanus Pontifex,aut eius
Fiſcus is,qui Camera Apoſtolica voca-
tur, & Sacra Curia deterioria eſt condi-
tionis?nec priuatorum eſt hominum iudi
care indigeat necne Curia Romana, &
Camera Apoſtolica his ſpolijs:Principis
enim eſt reipublicæ bene conſulentis,non
alterius id indicare.
Ex his licet intelligere,in hiſce ſpolijs Cle-
8 ricorum pleno iure Romanum ſucceſſiſſe
Pontificem,eiuſue Fiſcum,loco Eccleſię
vel futuri ſucceſſoris;ideſt dicere;Quem-
admodum olim hæc bona Clericorum
quam poſt obitum relicta debebantur Ec
cleſiæ, vel ſucceſſori ita modo, tanquam
debita, ad Fiſcum Pontificium ſpectant:
quia quemadmodum olim Canones, &
Iura voluerunt,vt ea bona Eccleſiæ, vel
ſucceſſori reſeruarentur; ita Conſtitutio-
nes etiam Apoſtolicæ ſanxerunt,vt Fiſco
Pontificio illa reſeruẽtur,debeanturque.
Redoa.quaeſt.1.de ſpol.Eccleſ.
Quinto queritur,An ſpolia Clericorum Fi
9 ſco Pontificio ſint debita ante Iudicis
ſententiam? Debentur. Primo, quia vt
paulo ante monui, Fiſcus ſubrogatus eſt
in

in locũ Eccleſiæ, vel ſucceſſoris, cui olim
ea bona debebantur etiam ſecundum cõ-
ſcientiam ante vllam Iudicis ſententiam.
eodem ergo iure, & ratione, Fiſco quo-
que Pontificio debentur ante vllam Iudi-
cis ſententiam. Deinde quia Conſtitutio-
nes Apoſtolicæ, quibus hęc bona Papæ
reſeruantur, in hunc modum habent; De-
claramus, vel decernimus, hæc ſpolia ad
Cameram Apoſtolicam ſpectaſſe, & ſpe-
ctare. Item ſic; Incorporamus ea, appro-
priamus, applicamus; illaque applicata,
appropriata; & eſſe ſtatuimus. Hæc autē
verba continens ſententiam ipſo Iure la-
tam, non ferendam. nam vt docet Gloſſa,
à qua nemo diſcrepat Canonicis iuris in-
terpretum, in c. Quicumque, de Hæret. in
6. lex ſancita, & promulgata per partici-
pium, vel per verbum præteriti temporis,
continet ſententiam non à Iudice feren-
dam, ſed ipſo iure latam Poſtremo, quia
Romani Pontifices hæc ſibi bona reſer-
uarunt, ea igitur nemo ſibi tuta poteſt cõ
10 ſcientia retinere. Sed numquid ea ſpolia
pontifici, prius ſolui debent quam à pon-
tificijs Collectorib. repetantur? Conſue-
tudo in Eccleſia recepta, in hac parte ſer
uanda eſt; nam vbi poſitum in more fue-
rit, vt non niſi cum petuntur, ſoluantur,
non debentur ante: alioqui verò ſolui de-
bent antequam petantur, cum ad Fiſcum
pontificium ſpectent.

Sexto quęritur, An dominium talium bono
11 rum transeat ad Fiſcum Pontificium, ſi-
ne vlla traditione rei? Tranſit; nam vt tra
dunt omnes; vbi eſt vniuerſitas rerum, vt
ſunt actiones, iura, & corpora, dominium
ſine traditione transfertur: ſed in his ſpo-
lijs, Clericorum, hæc tria continentur; er
go dominium ſine vlla traditione tranſit
ad Fiſcum, quoniam Conſtitutiones Apo
ſtolicæ hæc ſpolia Fiſco pontificio reſer-
uantes, ipſo iure dominium ad ipſum quo
que trãſtulerunt. Accedit, quod olim, cum
hæc bona Eccleſiæ, vel ſucceſſori reſerua-
bantur ex Iure, eo ipſo dominium eorum
ad Eccleſiam, vel ſucceſſorem tranſibat:
ſed Fiſcus pontificius in locum Eccleſiæ,
vel ſucceſſoris eſt ſuffectus, igitur ad ipsũ
ſpectat. Quo fit, vt ſaltem ſpoliorum poſ-
ſeſſor, ea debeat ſecundum conſcientiam
12 pontificio Fiſco reddere. At pœna. dicet
quiſpiam, minime debetur ante Iudicis
condemnationem; ſed ſpolia Clericorum
Fiſco pontificio debentur tanquam pœ-
na delicti, cum Beneficiarij in vſus pau-
perum, quod ſupererat ex beneficijs, mi-
nime impenderint, vt debebant; aut quod
contra Canones negociando, ea lucrifece
rint? Reſpondeo, hęc bona non deberi Fi-
ſco pontificio tanquam pœnas delicto-
rum, ſed tanquam bona, quę Romani pon
tifices ſibi reſeruarunt, & ad ſuum Fiſcũ
13 pertinere optimo iure voluerunt. Ex quo
etiam perſpicitur; occultum horum ſpo-
liorum poſſeſſorem, in foro conſcientię tu
tum non eſſe, niſi ea Fiſco reddat pontifi
cio, nam licet Eccleſia de occultis non
iudicet. c. ſicut tuis, de ſimonia: hæc tamē
bona ante vllam Iudicis ſententiam in
conſcientię foro debentur, quia in Fiſci
Apoſtolici dominium trãſierunt eo ipſo
iure, quo ſunt ipſi reſeruata; quare debi-
tores alicuius rei, quæ ad ſpolium perti-
net, ſoluere minime debent, ipſi ſpoliorũ
poſſeſſori tanquam creditori, non enim li-
berantur à debito, cum non ſpoliorum
14 poſſeſſori, niſi bona fide poſſeſſori ſolue-
rint, Item, ſi poſſeſſor ſpoliorum aliquid
ex ſpolijs alienet. nullius erit momenti
alienatio, & ſtatim Fiſcus Apoſtolicus id
poteſt ſibi vendicare tanquam ſuum. Hæ
15 res item Clerici debet ſpolia Cameræ
ſoluere Pontificiæ, nec exigere poteſt con
tra cohæredes, vel contra debitores in
ſpolijs exigendis. Hinc etiam fit, vt ipſo
facto in excommunicationem incurrant,
quæ irrogari ſolet ijs, qui vel per vim, vel
inique detinent res Fiſco, ſiue Cameræ
Apoſtolicæ debitas.

SVMMARIVM.

1 *Quæ bona à Clericis ex negotiatione con tra canones acquiſita, ſpolia cenſeantur. & ſi inteſtatus decedat, num. 2.*

3 *An bona ex illicita negotiatione compa-rata ante condemnatum, vel iudicis ſen tentiam debantur foro conſcientia ipſi Pont. Rom.*

4 *Conſtitutio Pij IV. ſtricte an amplè ſit interpretanda?*

5 *Quanam iure veniant nomine negotia-tionis illicitæ?*

6 *Quid ſignificetur illis verbis, vel alias contra ſacros Canones.*

7 *An comprehendantur illis verbis, turpi-ter, vel male acquiſita: quæ reſtitui debēt ei à quo ſunt accepta?*

8 *Quæ Clericus, monachus, vel Religioſus, ex ludo ſibi comparauit, an haberi in-ter ſpolia debent.*

9 *Clericorum nomine, an veniant in hac conſtitutione Clerici minoribus initi ordinib. omni beneficio Eccleſiaſtico ca-rentes.*

10 Quot

10 *Quot genera Clericorum per hanc Pontificam declarationem à præfata conſtitutione ſint excepta?*

11 *An cum dubitatur ſint necnon ex illicita negotiatione acquiſita bona, quæ beneficiarius poſt obitum relinquit, credi potius debeat ea eſſe licite comparata?*

12 *An ad fiſcum Apoſtol. pertineat probare bona, quæ beneficiarius relinquit, fuiſſe ex illicita negotiatione acquiſita.*

De ſpolijs Clericorum, ex negociatione contra Canones acquiſitis.

Cap. II.

PRimo quæritur, Quę bona à Clericis ex negociatione contra Canones acquiſita, ſpolia cenſeantur? Reſpõdeo, Pium iiij. Conſtitutionem promulgaſſe, quæ incipit; Decens, quam ad verbum habens apud *Redoanum q. 2. de ſpol. Eccl.* vbi inter alia, hunc in modum ait; Decernimus, & declaramus, omnia, & ſingula res, & bona cuiuſcumque qualitatis, & quantitatis exiſtentia, ac in quibuſuis rebus, regnis, & dominijs tam vltra, quam citra montes, & mare conſiſtentia, per quoſuis Clericos, tam, ſæculares, quam Regulares etiam Mendicantium Ordinum, ac Militiarum, etiam in ſacris Ordinib. conſtitutos, cuiuſcunque ſtatus, Ordinis, & conditionis fuerint, etiamſi Epiſcopali, Archiepiſcopali, vel alia maiori dignitate prǽfulgeant, ex negociatione illicita, aut alias contra ſacros canones quomodolibet acquiſita, pro tempore poſt obitum eorum, qui etiam ex facultate, quam habuerint teſtandi, condito teſtamento, vbiuis locorum deceſſerint, aut quibus etiam illos viuentes priuari, aut eis ſteſtitui contigerit, eatenus remanſerunt, aut in poſterum remanerent; ad eandem Cameram & non alios; etiam in quibuſuis Cathedralibus, Metropolitanis, collegiatis, ac aliis Eccleſiis, Monaſteriis, Hoſpitalibus Militijs, cæteriſque beneficijs eccleſiaſticis cum cura, & ſine cura, ſæcularibus, & quorumcumque ordinum Regularibus qualitercunque qualificatis, ſucceſſores. illa in titulum, commendam, adminiſtrationem, commiſſionem, ac alias quomodolibet obtinentes, etiam ſi illa vigore prioris tituli ius regrediendi, vel accedendi, vel ingrediendi aliquibus conceſſum fuerit, ſpectaſſe ac ſpectare. ac ſub nomine ſpoliorum venire; illaque tanquam ſpolia ad eandem cameram pertinentia perpetuò colligi, & recuperari potuiſſe ac poſſe ac debere, pro ſingulis litteris plenius continetur. Hæc ibi. Vnde omnia acquiſita à clericis, vel monachis, vel religioſis per negotiationem illicitam, vel alias contra ſacros canones, quæ poſt obitum ipſorum extant, vel quibus in vita priuantur, vbique gentium pertinẽt ad fiſcum Apoſtolicum, etiamſi accepta facultate teſtandi teſtati fuerint. Noluit Pontifex, vt facultas accepta teſtandi ad huiuſmodi bona protenderetur; imo facultas data ad teſtandum intelligitur data ad teſtandum de bonis licite acquiſitis. In qua Conſtitutione, vt Nauarrus tractatu ſupracitatos annotauit, cõditum eſt nouum ius; ſpolia enim clericorum antea ſolum cenſebantur bona, quæ ex beneficiis, acquiſita poſt obitum Beneficiariorum ſupererant. Item ſecundum Canones, & iura antiqua, ad Monaſterium pertinebant, quæcumque Monachus, vel Religioſus certam regulam profeſſus negociando, vel alio modo acquirebat, vt colligitur ex *cap. cum olim. 2. de priuil. & authen. Ingreſſi de ſacroſ. eccleſ. & c. Ne dicatis. 12. q. 1.* ex quo fit, vt poſt conſtitutionem pontificiam Pij IV. ſi Monachus val religioſus, ſine legitima facultate monaſterium egreſſus aliquid lucretur, quod poſt obitum ipſius extet, vel quo in vita priuetur, totum id cameræ apoſtolicæ, non ipſi Monaſterio debeatur, quo ſi Monaſterium id ſibi vſurpauerit, reſtituere debet cameræ pontificiæ.

2 Secundo quæritur, cui nam iure communi debeantur, quę clericus acquirit ex illicita contra canones negociatione, ſi inteſtatus decedat? Hanc quæſtionem vnus propoſuit Panormitanus in *capitul. relatum. 2. de teſtam.* refertque Hoſtienſem ſcripſiſſe, ſedandos eſſe clamores, ſi qui excitentur quæ verba idem Panormitanus interpretatur; ſi qui ea bona repetunt: eſſe illis reddenda; ſin minus, per epiſcopum inter pauperes diuidenda: vt poteſt colligi ex *capit. qui habetis. 12 q. 5.* cæterum ipſe cenſet, eiuſmodi bona ſi nõ ſint reſtituenda ei, à quo clericus contra iuſtitię leges accepit, in ipſius clerici dominium tranſiſſe, quoniam licet contra canones negociando peccauerit, ſibi tamen acquiſiuit, quod lucrifecit; & ideo põt id ſuo arbitratu in quoslibet vſus inſumere, perinde, ac ſi ad ſuum patrimoniũ pertineret, quod ſi inteſtatus excedit e viuis, eius hæredibus debetur. Citat. pro

hac

hac ſententia *gloſſam in cap. extranſmiſſa, de camit. & 4. q. 5. in ſumma & 4. q. 1. capitul. non eſt putanda*. Vnde perſpicitur, iure optimo Romanos Pontifices ſibi hæc bona vendicaſſe, & Fiſco Pontif. addixiſſe tanquam ſpolia.

3 Tertio quæritur, An quæ dixi bona ex illicita negociatione compatata ante cõdemnatum crimen, vel latam à Iudice ſententiam, debeantut in foro conſcientiæ ipſi Pontifici Romano? Quidam negant deberi, eo quod hæc ſpolia debentur tanquam pæna delicti, videlicet negociationis illicitæ: ſed pœna ante delictum ſententia Iudicis damnatum, ſolui in foro ad conſcientiam ſpectante non debet; vt eſt omnium opinio. Ceterum hæc ſententia cum conſtitutione apoſtolica pugnate videtur. Nam Pius IV. hæc ſpolia ad camer. apoſtol. pertinere decernit, & declarat ea eſſe ſpolia, ac proinde tanquam ſpolia cameræ apoſtolicæ, & deberi, & vt talia poſſe peti, & colligi. Peccant quidem clerici negociantes contra ſacros canones, ſed nihilominus lucra ex tali negociatione comparata, Papa tanquam ſpolia ſibi reſeruat, non ſolum in pęnam delicti, ſed ea quaſi male acquiſita fiſcus apoſtolicus eodem iure habeat, quo reliqua clericorum ſpolia. Dices, in reliquis ſpoliis fiſcum apoſtolicum ſuccedere in locum eccleſiæ, vel ſucceſſoris, cui olim debebantur: at huiuſmodi lucra, ex illicita negociatione parta non debebantur eccleſiæ, vel ſucceſſori? Reſpondeo, hoc nihil referre, quoniam Papa hæc etiam lucra ſibi reſeruauit: nam in Religioſo, monaſterio debebantur, cuius in locum camera apoſtolica ſubſtituta acquirit. In clericis vero ſæcularibus lucra huiuſmodi in ipſorum clericorum ius, & dominiũ non aliorum cedebant. At papa in clericorum locum, ſuum fiſcum merito ſubrogauit.

4 Quarto quæritur, An ea Pij Quarti conſtitutio ſtricte, an ample ſit interpretanda? Quæſtionem mouet quia videtur pœnam continere, & odium, & ideo ſtrictim accipienda; auſert enim à clericorum hęredibus acquiſita per ipſos clericos bona. Reſpondeo, eam conſtitutionem ample eſſe intelligendam, quia pænalis, & odioſa non eſt. Deinde, quia potius ius antiquum declarat, quam conſtituat nouum; quod; & ipſe Pontifex inſinuat illis verbis; Nos omnem deſuper hæſitationis materiam ſumouere cupientes; decernimus, & declaramus. Quare, cum in hac conſtitutione dicitur; *Et alias contra Sacros Canones comparata*; vox, *Canones*, latius eſt explicanda, vt docet *Redoanus quæſt. 2. de ſpol. Eccleſ. numer.* 83. ita vt illo vocabulo omnis Iuris communis Canonica Conſtitutio, ſiue decretum, ſiue decretalis epiſtola, dogma, ſanctio, interdictum, vel mandatum accipiatur, hæc enim, & ſimilia, in iure lato modo Canones ſolent appellari. Proprie autem, & ſtrictim, ita vt ſonat Canon dicitur Conſtitutio in Concilio generalĩ ſancita. *Gloſſa in capitul. Canon. diſtinct. tertia*.

5 Quinto quæritur, Quænam iure veniant nomine negociationis illicitæ? Reſpondeo, à negociatione, vel mercatura Clericos arceri, ea videlicet, qua aliquid emitur, vt prorſus non mutatum carius vendatur, qua eſt Clericis interdictum negotiari. *14. quæſt. 4. capitul. Canonti. & capitul. nunquam. de conſecrat. diſtinct.* 5. Nec tamen clerici prohibentur aliquid emere, & deinde arte, induſtria, vel alio modo mutatum vendere. in his enim nõ eſt negotiatio, ſed artificium. *Redoan. quæſt. 2. de ſpol. eccleſ. numer.* 15. Dubitet aliquis, An ſpolium cenſeatur, quod Clericus ſemel tantum negociando comparauerit? Reſpondeo, ſpolium cenſeri: quia licet negociatores, vel mercatores non intelligantur in iure, qui ſemel tantum, aut iterum negociantur; attamen Pontificia Conſtitutio abſolute dicit ſpolia cenſeri, quæcunque, maxime ex illicita negociatione Clericus acquiſierit. *Redoan. quæſt. 2. de ſpol. eccleſ. num. 65. ad finem.*

6 Sexto quæritur, Quid ſignificetur illis verbis. *Vel alias contra ſacros Canones acquiſita*? Reſpondeo, hæc verba fuiſſe addita à Pontifice, vt multa alia comprehenderet, præter ea, quæ ex negociatione Clericis interdicta quæruntur; huiuſmodi nimirum ſunt, quæ Clerici perceperunt ex beneficiis contra iura poſſeſſis, ex officijs ciuilibus, aut Regularibus contra Canones adminiſtratis, exercitatione Medicinæ, Chirurgiæ, aliarumuè artium ad corporis curam pertinentium, quæ nimirum ſine ſanguinis effuſione non exercentur. Namque Sententiam. ne Clerici, vel Monachi dicitur; Nec vllam Chirurgi, artem Subdiaconus, Diaconus, vel Sacerdos exerceat, quæ aduſtionem, vel inciſionem inducit; & ex multis aliis obſequiis, quæ Clerici Regibus, Principibus

bus, alijſque ptimarijs viris contra quam ſtatuerunt Eccleſiæ Canones, exhibere ſolent. *capitul. primo, & ſecundo, & capitul. Sed nec Procuratores, & capitul. Sententiam ſanguinis, capitul. Secundum, ne Clerici, vel Monachi, multa officia, contractus, & obſequia Clericis, & Monachis interdicuntur: item capitul. 1. & 2. de poſtulando* interdicitur Clericis munere & officio Aduocati, ac proinde etiam Procuratoris apud Iudices ſæculares. *c. Clerici, de vita, & honeſtate Clericor.* prohibentur Clerici arma deferre: ac proinde illis eſt interdicta venatio, vel aucupium miniſterio canum, vel armorum præſidio fieri ſolita.

Septimo quæritur, An etiam comprehendantur prædictis verbis turpiter, vel male acquiſita: quæ reſtitui debent ei, à quo
7 ſunt accepta? Reſpondeo, cum *Redoano quæſtion. 2. de ſpol. Eccleſ. num. 93.* Minime, quia Pontifex licet generatim loquatur, non tamen videtur velle tollere ius quæſitum alteri. Item quæ reſtitui debent, in bonis Clerici non computantur; vnde *Innocentius in capitul. Quia plerique, de Immunitate Eccleſiæ.* Regulam ponit generalem; hanc videlicet, reſtitutionem fieri debere, quotieſcumque fuerit commiſſum furtum, rapina, oppreſſio, dolus, vel calumnia. *decimaquarta quæſtione. 5. capitul. vlt.* Et per hæc, inquit, comprehenduntur omnes caſus, in quibus competit repetitio, ſiue per actionem legis: puta metus cauſa, vel de dolo, vel calumniæ, & ſimilium, ſiue Iudicis officio. Item, quod tenetur quis reſtituere, ſiue iure naturali tantum, quale eſt, quod ſeruo debetur: vel iure ciuili, vt quod bonæ fidei poſſeſſori, vel ei, qui aliquid præſcripſit: vel exceptione tantum, vt qui Senatus conſulto Macedoniano tenetur aliquid reſtituere. Pari ratione, ſi quippiam Clericus acceperit donatum à filiofamilias, vel minori, ſine conſenſu patris, tutoris, vel curatoris, vel decreto Iudicis, inter ſpolia haberi non poteſt. Hactenus ex Innocentio. Hæc igitur inter ſpolia non computantur. *Redoan. quæſtion. 2. de ſpol. Eccleſ. nu. 101. & 102. & ſeqq.*

8 Octauo quæritur, An quæ Clericus, Monachus, vel Religioſus, ex ludo ſibi comparauit, haberi inter ſpolia debeat? Debent haberi, ſi ludus ſit Clericis per ſacros Canones interdictus, qualis eſt aleæ luſus. monachi verò, vel Religioſi quotieſcumque citra ſuperioris conſenſum ludunt, quidquid acquirunt, contra Canones intelliguntur acquirere, quia in illis velle, vel nolle, non eſt abſque ſuperioris aſſenſu. Non tamen quidquid ſæculares Clerici lucriſecerint ex ludo Synodalibus tantummodo Conſtitutionibus interdicto, ad ſpolia pertinet; nec item, ſi quid Clericus acquiſierit, ſiue ex luſu, ſiue ex contractu, ſiue ex officio, contra ſpeciale ſolummodo, vel generale Epiſcopi mandatum, venit nomine ſpolij; hæc enim, & ſimilia nequaquam contra ſacros Eccleſiæ Canones comparantur.

9 Nono quæritur, An Clericorum nomine veniant in hac etiam Conſtitutione Clerici minoribus initiati Ordinibus, omnique beneficio carentes Eccleſiaſtico? Veniunt: vt ait Redoanus, quia in Conſtitutione generatim dicitur: *Per quoſuis Clericos* Sed animaduertendum multa in iure Canonico, Clericis Beneficiarijs, vel in ſacris Ordinibus conſtitutis eſſe interdicta, à quibus Clerici minores non prohibentur: veluti Aduocati munere, & officio fungi coram Iudicibus ſæcularibus, interdictum eſt Clericis ſacros Ordines, vel beneficium habentibus, clericis verò minoribus non item, & ideo multa ab illis acquiſita inter ſpolia habentur, quæ tamen ſi ab his fuerint comparata, ſpolia non erunt, quia contra ſacros Canones non ſunt acquiſita. Ego verò appellatione clericorum intelligendos arbitror non ſolum Sacerdotes, Diaconos, & Subdiaconos, ſed etiam Clericos minores, nõ quidem omni ex parte, ſed ex aliqua: nam ceteris Clericis minorib. initiatos Ordinibus per Eccleſiæ canones non eſt negociatione interdictum, niſi dum Beneficiarij, aut Penſionarij ſunt: ac proinde minores clerici beneficia, aut penſiones Eccleſiaſticas habentes, comprehenduntur clericorum vocabulo.

10 Decimo quæritur, Quot genera clericorum per Pontificiam declarationem à præfata conſtitutione ſint excepta? Hæc tria genera excipiuntur; cardinalium ſcilicet; Habitantium in Vrbe, vel curiam Romanam ſectantium, ac in ea morientium, & eorum, qui priuilegium ſpeciale, vel generale teſtandi ratione ſuorum, vel alias quomodocunque, habent tametſi extra curiam decederet. Sic enim habet declaratio Pontificis Pij V. Litteras noſtras, inquit, prædictas ad S.R.E.

Cardinales, etiamſi vbiuis locorum decedentes, ac eorum bona vbique exiſtentia, nullo pacto, ac Vrbem & Curiam Præfatas, necnon Prælatos, Officiales, & alios ſæculares, cuiuſuis Ordinis Regulares Clericos, ceteroſque tam in Vrbe, & Curia præfatis, pro tempore exiſtentes, & in ea, ſeù eius diſtrictu decedentes, quam alias, alibi, vbiuis locorum, etiam vltra montes, & maria exiſtentes, teſtandi tamen codicillandi, & aliàs de bonis ſuis quibuſcumque, quomodolibet diſponendi facultatem, ſeù etiam; quod eis ab inteſtato decedentibus, eorum bona ad ipſorum proximiores; & qui niſi beneficiati eſſent ſuccedere deberent, deuoluantur, & debeant ab Apoſtolica ſede, vel officiorum ſuorum ratione priuilegiorum, aut ex alio quouis titulo pro tempore habentes, cuiuſcumque ſtatus, gradus ordinis, conditionis, & præeminentiæ perſonis, minime ſe extendere, neque illos, aut eorum aliquem comprehendere. Sic verba declarationis habent, & ante Pium IIII. Sixtus IV. Alexander VI. Leo X. eoſdem Clericos exceperant teſte *Redoano. quæſtion.* 1. *de ſpol. num.* 48. Excipiuntur itaque Cardinales, & Vrbis incolæ, & qui Curiam Romanam ſequuntur, niſi aliud Curiæ ſtylus, & vſus habuerit, vt habere ſoquod attinet ad Clericos Vrbis incolas, vel Curiam Romanam ſectantes. Teſte quoque *Redoano*, exempti ſunt milites ſacræ militiæ Ordinis Hierolymitani; horum enim militum morientium bona, ſiue ex beneficijs ſint, & adminiſtrationibus commendatis acquiſita, ſiue ex negociatione illicita ab eis parta, & comparata, ad ipſius militię Ordinem pertinent; ac proinde in eiuſmodi bonis ipſa Religio ſuccedit ſtatutis Religionis ſummi Pontificis auctoritate confirmatis in quibus caput, quod incipit. *Cum bona, ſic habet*. Cum bona, & facultates, quæ Ordo noſter poſſidet piorum hominum liberalitate collata ſint ad ſuſtinendas hoſpitalitatis impenſas, & propulſandos Chriſtiani nominis hoſtes; certum eſt, fratres noſtros proprij in eis, aut priuati iuris nihil habere, ſed eorum verum dominium, ac proprietatem, & poſſeſſionem ad ſolum ipſum Ordinem noſtrum ſpectare. Verum cum in commune recte adminiſtrari non poſſent propter locorum diſtantiam, & diſſidentiam nationum; Maiores noſtri ea Viritim fratribus per partes regenda commendaruut. Vnde nomen Commendarum ſumpſerunt, impoſitis annuis penſionibus, quæ augerentur, & minuerentur, prout, & rei, & tempori, hoc eſt, neceſſitati conuenire viſum eſt. Etenim vt minimum quinta, ſæpe quarta fructuum pars penditur, & in commune ærarium inferri iubetur: nonnumquam etiam dimidia, vel omnes etiam fructus, ſi ita à Capitulo Generali fuerit ſtatutum: penes quod vnum imponendarum, & aſſignandarum penſionum, & collationum huiuſmodi, quàs Reſponſiones, & Impoſitiones vocamus, ius eſt. Id autem quod à quoquam ſit pendendum, & ſoluendum, decernit, & publice declarat decretum, & declarationem ſuam Prioribus, Caſtellano Empoſtæ, & Capitulis prouincialibus, per litteras ſuas ſignificat; mandatque, vt penſiones à ſe impoſitas exigi, perſolui ab adminiſtratoribus procurent. ſi qui fratrum noſtrorum eius mandatis, ac ſcriptis non paruerint, habitu priuentur. Et in capitul. Conſuetudo, decernitur ſic: Conſuetudo laudabilis, & inueterata in noſtro Ordine inoleuit, vt per obitum Priorum, Caſtellani Empoſte, Balliuorum, Commendatariorum, & aliorum, adminiſtratorum bonorum noſtri Ordinis commune noſtrum ærarium percipiat iura mortuarij, & vacantis: id eſt, pro mortuario, fructus Prioratus, Balliuiatus, & Commendæ, & adminiſtrationis, à die obitus Prioris, Balliui, aut Commendatarij vſque ad dictum feſtum Natiuitatis Sancti Ioannis Baptiſtæ proxime ſequentem; & pro vacante, ab eo die vſque ad alium feſtum Sancti Ioannis Baptiſtæ proxime futurum peracto anno, præter, & vltra iura ſpoliorum, quæ ad id idem commune ærarium ſpectant. Quam conſuetudinem hac lege, & ſtatuto confirmamus, & pro lege haberi volumus, & obſeruari mandamus. Rurſus in *cap. omnia bona*, ſic ſtatutum eſt; Omnia, bona mobilia, ac ſe mouentia quorumcumque fratrum noſtrorum tam in Conuentu, quam extra decedentium, cuiuſcumque conditionis, & qualitatis fuerint, quæ ſpolia vocamus, ad commune noſtrum ærarium pleno iure pertinent, exceptis fratribus Cappellanis obedientiæ, & ſeruientibus Officii, quorum ſpolia peruenient ad illos, in quorũ Prioratib. aut cõmendis

reſi-

Digitized by Google

reſidentiam, & ſtaginm habuerint. Hęc ibi.

Vndecimo quæritur; An cum debitatur ſint necne ex illicita negotiatione acquiſita bona, quæ Beneficiarius poſt obitum relinquit, credi potius debeat ea eſſe licite comparata? Reſpondeo potius eſſe credēdnm ſuiſſe licite acquiſita: nam negociatio eſt Clericis interdicta: ergo niſi, id cōſtiterit, non eſt credendum Clericum deliquiſſe, & contra ſacros Canones negociatum fuiſſe. Vnde *Panorm. in c. 1. de peculio Cleric.* Prælatus, inquit, non videtur ex negociatione acquiſiſſe; neque enim credendo eſt, eum in negociando delictū admiſiſſe, nemo enim, niſi cum maniſeſte conſtat, creditur eſſe malns. Sic etiam *Roman. in conſ.* 159. quē & ſequitur *Redoan. de Spol. Eccl. p. 15. n. 30.*

Duodecimo quæritur, An ad Fiſcum Apoſt. pertineat, cum intendit litem, de ſpolijs Clerici, probare, hæc ant illa bona, quæ Beneficiarius poſt obitum relinquit, ex illicita negociatione fuiſſe acquiſita, An verò potius ad hæredem Clerici? Reſpondet *Redoanus de Spoliis Eccl. q. 15. nu. 30.* cui & ipſe aſſentior, ad Fiſcum id Apoſtolicum pertinere. quippe negociatio, res eſt facti, non iuris: at facta non præſumuntur, niſi conſtet contra communem ſententiam. *l. ſciendum, ff. de verb. oblig.* nec eſt credendum, Clericum negociando deliquiſſe.

De ſpolijs Clericorum, quæ ſunt bona ex beneficiorum fructibus poſt obitum relictis.

Cap. III.

SVMMARIVM.

1 *An Spolia cenſeantur, quæcunque Beneficij ad ſe ſuſtentādum ex beneficijs poterant impendere ſed non impenderunt, quia aliunde commodum vitæ ſubſidiū habuerunt?*

2 *An inter Spolia cenſeri debeant quæcunque beneficiarius parcius viuendo ſibi ſubtrahit, & reſeruat ex beneficij fructibus?*

3 *An Apoſt. fiſcus ſoluere debeat æs alienum, quod contraxit clericus, cui mortui Spolia acquiſiuit?*

4 *An quando dubitatur bona, quæ extant, poſt obitum beneficiarij, ſintne acquiſita ex fructibus beneficij, an ex patrimonio, induſtria, vel arte in ſpolijs ſint habenda?*

5 *An empta per clericum nomine ſuo, non Eccleſiæ ex fructibus beneficij, vel ex bonis eccleſiæ pertineant ad ſpoliorum bona?*

6 *An huiuſmodi bona, à die quo empta ſunt in dominium eccleſiæ transferantur, an verò ſolum debeantur Eccleſiæ?*

7 *Quæ bona ex fructibus beneficiorum empta ab beneficiarijs minime in ſpolijs computentur?*

8 *An in ſpolijs comprehendantur Gradualia cantus firmi miſſalia, & vaſa aurea &c. ad diuinum cultum dicata quas beneficiarius emit ex ſui patrimonij pecunijs.*

9 *Bona empta per beneficiarium ex patrimonio, vel quaſi patrimonio, quo iure Pontifex ea Eccleſiæ, vel monaſterio addixit?*

10 *An penſiones, quas penſionarij poſt obitum relinquunt, in Spolijs computentur?*

11 *An diſtributiones quotidianæ, quas ſolent Canonici percipere, pertineant ad hæredes, an ad fiſcum cum inteſtati decedunt;*

12 *Quæ beneficiarij lucrifaciunt, munera, & officia aliqua obeuntes vel obſequia præſtantes, in Spolijs numerentur an ad hæredes ab inteſtato pertineant?*

13 *An pro Spolijs habenda ſint, quæ clericus ex patrimonio, vel arte, &c. comparata relinquit ſine hæredibus extantibus.*

14 *Quando dubitatur, num bona quæ Prælatus, vel alius beneficiarius, cum moritur ſine teſtamento relinquit, ſint acquiſita ex patrimonio &c. pro Spolijs habeantur?*

15 *Fructus beneficij beneficiario debiti, ſed ante obitum non percepti, an ad hæredes vel ad Spolia pertineant?*

16 *Fructus eccleſ. cathedral. à die vacationis earum vſque ad legitimum earundem vacantium ſucceſſorem prouenientes an in Spolijs comprehendantur?*

17 *An Spoliorum nomine veniant quæcunque bona religioſorum extra monaſteria ſiue ſuorum ſuperiorum conceſſu ſiue ſine illo degentium, & decedentium?*

18 *Penſiones debitæ penſionario, ſed non ſolutæ an pertineant ad hæredes penſionarij, an inter Spolia habeantur?*

Secundum genus ſpoliorum Eccleſiaſticorum conſiſtit in bonis,quæ ex beneficijs acquiruntur, ac poſt obitum Clerici relinquuntur.

1 Primo quæritur,An cenſeantur,quæcumque Beneficiarij ad ſe ſuſtentandum ex beneficijs poterant impendere, ſed non impenderunt, quia aliunde commodum vitæ ſubſidium habuerunt? Ratio huius quæſtionis eſt, quia Clerici Beneficiarij plerumque Regibus, Principibus, aut viris alijs primariis inſeruiunt,à quibus debita ſtipendia accipiunt, vnde vt par eſt, honeſte ſuſtentantur:quare ex beneficiorum fructibus nihil in victum, vel veſtitũ impendunt. Sunt duę opiniones: vna eſt affirmantium, quæ placet *Redoano de Spol.Eccl.q.6.num 8.* & ſequentib. altera negantium eſt, vti Couarruuię in c. Cum in officiis,de teſtam.verſic.Tertio ex eadem,quæ & mihi probabilior videtur, ea ratione è natura ducta, quod Beneficiario tanquam laboranti ſtipẽdium,& merces debetur:ergo etiam ſi aliunde commode ſuſtentetur, nihilo tamen minus non amittit ille ſui laboris,& operæ debitum ſtipendium; eodem prorſus modo, quo licet ex ſui, quod habet patrimonii bonis alatur, tuta poteſt conſcientia ex beneficii fructibus id ſumere,quod ex patrimonio ad ſuum victum,& veſtitum impendit. Sed opponet nobis Redoanus,Beneficiarios tantum eſſe vſuarios, vt ait Gloſſa in *c. vlt.de peculio Clerico.& in c. Cum olim, de rerum permut. & in capit.* Quia nos, de teſtam. Demus id Gloſſam ſenſiſſe: at non negabit profecto Redoanus,ex beneficii fructibus poſſe Beneficiarium aliquid,licet aliunde ſe alentem, ac tuentem,vt debitam laboris ſui mercedẽ, optimo iure percipere. Inſtat Redoanus Eccleſia Clerico non debet beneficii fructus niſi tanquam vitę alimenta; ſed hæc debentur ſolum indigenti, qualis procul dubio Clericus non eſt,cui aliunde ſuppetit ad vitam commode tuendam. Verum quidem id eſt, ſed quod iam ſupra diximus,Beneficiario,fructuum debetur pars non ſolum tanquam vitæ neceſſaria, ſed etiam tanquam laboris merces,& ſtipendium, ac proinde debetur etiam eidem quamuis patrimonium idoneum habenti ad ſuę vitæ ſuſtentationem.Dignus enim eſt operarius mercede ſua,& cibo vti Dominus dixit; & Apoſtolus, Quis militat, inquit,ſuis ſtipendiis vnquam? Nec boui trituranti os alligatur;quare ſicut hæc bona ſibi Beneficiarius facit ſua,& iure communi ad hæredes tranſmittebat, non ad Eccleſiam,vel ſucceſſorem: ſic etiam nũc ad hæredes tranſmittit.

2 Secundo quæritur, An inter ſpolia cenſeri debeant quęcumque Beneficiarius parcius viuendo ſibi ſubtrahit,& reſeruat ex beneficii fructibus? *Redoa. loco cit. affirmat,negat Nauar.in tract.*de ſpoliis Clericorum,& meo quidem iudicio probabilius, ac verius: quam prior ille in ea fuit opinione;quæ fructus beneficii ſolũ Clerico vult deberi tanquam alimenta vitæ neceſſaria, cum tamen debeantur tanquã laboris ſtipendium,& merces. Operarius verò non ideo quia velit parcius viuere, amittit aliquid ex debito ſibi ſtipendio; ergo Beneficiarius, nihilominus acquirit ſibi totam fructuum partem,ſuæ vitę neceſſariam tamquam debitam mercedem; iure igitur,ſuo arbitratu id quod ſibi ſubtrahit,in quoſuis vſus impendit, nec tanquam ſpolium, ad Fiſcum pertinet Apoſtolicum. Quemadmodum igitur Beneficiarius huiuſmodi bona poteſt cui voluerit donare;ſic in morte poteſt teſtamento legare,vt ſua.

3 Tertio quæritur,An apoſtolicus Fiſcus ſoluere debeat ęs alienum, quod contraxit Clericus,cuius mortui ſpolia acquiſiuit? Reſpondeo,in hunc modum,Cum Camera Apoſtolica in Eccleſiæ, vel ſucceſſoris locum ſubrogata ſit, cogitur ea debita ſoluere,quę alioqui eccleſia,vel ſucceſſor ſoluere debebat; cetera verò debita non item: at ſucceſſor ad ſoluendum omnia Beneficiarij debita minime compellitur. Aut enim Beneficiarius,teſtib Ioan. Andrea,& Panormitano. c. 1. de ſolutionib. & Antonio,& Imola in c peruenit. de fideiuſ. æs alienum contraxit nomine ſuo, & ſuæ vtilitatis cauſa, aut ſuæ Eccleſiæ gratia, & nomine. Si primum, ſucceſſor non debet id alienum æs ſoluere:ſi ſecundum,debet,quia ſunt potius Eccleſię debita, quam Clerici. Ita ſit, vt ſi Beneficiarius æs alienum contraxerit ſuæ cauſa valetudinis tuendæ, & conſeruandæ, id ſoluendum à ſucceſſore ſit, eo iure quo Eccleſiæ miniſtrum ſuum alit,& ſuſtentat Si verò Clericus ad res ſuas, vtpote, vineam, vel agrum colendum, vel domum meliorem reddendam,ęs fecerit alienum, nullo iure compellitur.Eodem iure tenetur Fiſcus Apoſtolicus,quo ſucceſſor,aut Eccleſia olim iure communi tenebatur, quoniam in eius locum ſubrogatus eſt.

4 Quarto quæritur,An quando dubitatur bona,quæ extant,poſt obitum beneficiarij

rii, ſintnè acquiſita ex fructibus beneficii, An ex patrimonio, induſtria, vel arte, in ſpoliis ſint habēda? Redoanua de ſpoliis *Eccleſ. quaſt. 3. §. quid dicendum, num. 1. & ſeqq.* ea bona vult in ſpolijs Eccleſiæ computari: ob eam rationem, quod vbi nos dubij ſumna, credere potius debemus ad eccleſiam pertinere, quia Iura, & Canones ſanxerunt, vt res Clerici manifeſte ſint ſeparatæ à rebus, & bonis eccleſiæ, ac proinde, niſi clare conſtet ſintne rea Clerici, an eccleſiæ, melius, & potina eſt iua eccleſię, quam Clerici: ac proinde pro iure eccleſiæ iudicare debemus.

5 Quinto qnæritur, An empta per Clericū nomine ſuo, non eccleſiæ, ex fructibns beneficijs, vel ex bonia eccleſiæ pertineant ad ſpoliorū bona; Hæc q. pendet ex illa q. An quæ emit Beneficiarins ex fructibus ſui beneficij, vel ex ex bonis ſuæ Eccleſiæ, nomine ſuo non ipſins Eccleſiæ, debeantur Eccleſiæ, iure communi; Nam ſi eccleſiæ debentur, ita vt facta ſint ipſius ea beneficiarius non facit ſua; ſi vero eccleſiæ, minime debentur, ea ſibi Clericus acquirit; & proinde beneficiarius ſtatuere de illis ſuo arbitratu poteſt, & ſic, poſt obitum ipſiua, ad hæredem ab inteſtato tranſibunt. Quidam opinantur promiſcne, hæc bona nec ſtatim ipſo iure in eccleſiarum domininm tranſire, nec etiam ad fiſcum Apoſtolicum pertinere, ſed poſſe per Beneficiarioa, dnm ipſi viunnt, alienari. Id ex Pontifi. Conſtitut. Iulij III. Pauli III. & IV. de ſpolija, probare contendunt; in quibus Conſtitntionibus habetur, immobilia bona, quæ emunt Beneficiarij ſuo, non ipſius Eccleſię nomine ex reditibus beneficiorum, non fieri ipſo iure Eccleſię; alioqui ſi iń iua eccleſię tranſirent, prędicti pontifices non diſtinguerent hęc bona ab ijs, quæ Beneficiarij viuentea eccleſię donat, cum aiunt bona ex reditibus beneficiornm empta, ſi fuerint Eccleſijs donata, nequaquam eſſe in ſpolijs numeranda. ergo ſignificant Pontifices, quandiu eccleſiæ donata non ſunt, ad eam minime pertinere, ita vt alienari per beneficiarinm qneant. Sed hoc nihil ad noa in quæſtione propoſita: nā licet beneficiarius dum viuit, ea poſſit bona in qnos voluerit vſus impendere, vt quæ nondnm in eccleſiæ dominium tranſierint tamen ſi poſt eius obitū ita relinquūtur; vt nihil de ipſis Beneficiarins ſtatuerit, dubiæ quæſtionis eſt, An in ipſis iure communi eccleſia ſuccedat, an potius hęres ab inteſtato. Nam ſi iure communi ad eccleſiam pertinent; ad Fiſcum quoq; Apoſtolicum ea ſpectare neceſſe eſt. Quidquid iſti dicant, diſtinguendum omnino eſt; aut enim loquimur de ijs, qnæ emit Clericus ex fructibus ſni beneficij, & hæc ſibi acquirit, ſi ſuo nomine, non eccleſiæ emit; aut loquimur de ijs, quæ emit Beneficiarius ex bonia eccleſiæ, quamnis ſuo, non eccleſiæ nomine emerit, & hæc Beneficiarius ſibi non acquirit; quia huiuſmodi bona empta, fiunt ipſiua eccleſiæ.

6 Quæſtio quidem eſt apnd Iuria Canonici peritos. An huinſmodi bona à die quo empta ſunr, in dominium eccleſiæ tranaferantur, An vero ſolum debeantur eccleſia? Intereſt enim multum, rea noſtra fiat, ſed tantum nobis debeatur; nam illud actionem in rem ipſam parit, ac gignit, hoc vero actionem in perſonam nobis obligatam. Sunt duæ hac de re ſententiæ, eæq; à nobis ſuſius ſno loco tractatę; Vna docet, ea bona à clerico empta, ſtatim in eccleſię ius, & dominiū tranſire, quę fuit *Gloſſa* opinio, *& Hoſtienſis, Io. Andrea, Cardinalis, Barbatij, Romani, Corſetti*, & aliorum, quos refert *Couarruuias de teſtament. capitul. 1. numer. 5.* Altera eſt ſententia, à die quo empta ſunt, deberi quidem hæc bona eccleſię, ſed non ſtatim in eius domininm tranſferri; à die vero, quo Beneficiarius è viuis exceſſit, in eccleſiæ iua, & poteſtatē tranſire, ita vt tunc eccleſia vendicare, tanqnam ſua, & ſibi capere poſſit. Nam licet rea empta ex aliena pecunia fiat emptoris, non domini pecunię, aliquando tamē ipſius fit, cuiua eſt pecunia, vʒ in ſex caſibus quos enumerat Hoſtien. in c. inqnirendum, de pecul. cleric. vt res empta ex pecunia pnpilli, vel minoris, fit ipſius pupilli, vel minoris. Idem iuria eſt in re empta à marito, ex pecunia ſibi data ab vxore, & in re empta à liberto, ex pecunia patroni, vel domini, & in re empta ex pecunia funębri. Sic etiam rea empta ex bonis eccleſię, fit ipſius eccleſię. Et quuidquid ſit de quęſtione, An ſtatim, vt empta eſt, in eccleſiæ dominium tranſeat, An vero potiva cum Beneficiarius decedit, nihil attinet ad præſentem quęſtionē de ſpoliis, quoniam bona empta, ex rebus vel pecuniis eccleſiæ, inter ſpolia clericorum non habentur, qnoniam, vel ſtatim vt empta ſnnt, fiunt, ipſius eccleſiæ, vel ſaltem debentur illi; unde ſine à die quo empta ſunt, ſiue, à die quo Beneficiarij

mo-

moriuntur, ad eccleſiam pertinent ſi loquamur de iis, quæ emit Clericus ex fructibus ſui beneficij ea ſunt eiuſdem conditionis vnius, ſicut fructus ipſi. Nam quemadmodum de beneficij fructibus poteſt Beneficiarius, dum viuit ſuo arbitratu ſtatuere; ita tamen, vt quod ſibi ſupereſt, in pios vſus impendat: & nihilominus fructus poſt eius obitum remanentes, eccleſiæ, vel ſucceſſori, communi iure debentur, pari quoque ratione bona quæ emũt clerici, ex fructibus ſuorum beneficiorum poſſunt beneficiarij, dum viuunt, & valent in quos voluerint vſus inſumere: at poſt obitum relicta, cum nihil de illis in vita ſtatuerint, ſpectant iure communi ad eccleſiam, vel ſucceſſorem. Quare ſequitur, vt ſicut Fiſcus Pontificius loco eccleſię, vel ſucceſſoris ſibi ſumit fructus beneficiorum à Clericis vita functis relictos, ita quoque ſuccedit in bonis per beneficiarium ex redditibus beneficij emptis, & poſt obitum remanentib. vtraque enim inter ſpolia computantur.

Neq; vero illæ Pontific. allatę Conſtitutiones negant in vniuerſum, bona empta per beneficiarios, ex fructibus beneficiorum inter ſpolia cenſeri; ſed ea ſolummodo, quæ beneficiarij viuentes, eccleſię tradiderint, ſiue donauerint, quia ante obitũ ad eccleſię ius, & dominium, deuenerunt, quamuis Pius V. quædam ex illis etiam eccleſijs nondum donata, & tradita ab ſpolijs excluſerit, vt quæſtione proxime ſequenti dicetur.

7 Sexto quæritur, Quæ bona ex fructibus beneficiorum, empta ab beneficiarijs, minime in ſpolijs computentur? Reſpondeo Pium V. edidiſſe Conſtitutionem Anno 1567. in qua ſic decernit, Cum itaq; ſicut accepimus, nonnulli Patriarchæ, Epiſcopi, & Abbates, ſeu commendatarij, & beneficia eccleſiaſtica obtinentes proprij honoris, & ſalutis immemores etiam prętextu facultatum teſtandi eis per Sedem Apoſtolicam cõceſſarum, in eorum vltimis voluntatibus res ſacras, ac vaſa, ornamenta, ac paramenta eccleſiaſtica, aliaq; cultui diuino dicata, quandoque ex fructibus eccleſiaſticis per eos acquiſita, nõ Eccleſijs, & Monaſterijs, ac beneficijs, quibus præfuerunt, ſeu à quibus prouentus eccleſiaſticos, & ſtipendia acceperũt, prout rationi & honeſtati conſentaneum foret, ſed aliis locis etiam non pijs, ac interdum eorum conſanguineis & affinibus reliquerunt, ac Cameræ Apoſtolicæ Collectores, prætextu, quod illa ſub appellatione ſpoliorum veniunt, tanquam eiuſdem cameræ ſpolia exigere, & percipere non erubeſcunt in maximum religionis dedecus, ac eccleſiaſticorum beneficiorum, & beneficiariorum eorundem detrimentum, ac relinquentium animarum periculum, ſcandalumque plurimorum. Nos abuſibus, ſcandaliſque huiuſmodi prouidere, ac ſingularum eccleſiarum, monaſteriorum, & beneficiorum indemnitati, animarumque quarumlibet ſaluti conſulere volentes. Motu proprio, & ex certa ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, ac noſtra perpetuo valitura conſtitutione, ſtatuimus, ordinamus, quod de cętera omnia, & ſingula ornamenta, & apparata, ac vaſa, necnon Miſſalia, & gradualia, ac cantus firmi, & Muſicſ, alijq. quolibet nuncupati libri, & alię res ſacrę, etiã auri, & argenti, ac quęcunque alia bona per quoſcunque Patriarchas, Archiepiſcopos, epiſcopos, Abbates, ſeu commendatarios, & alios quoſcunque, quæcunque, & qualiacunque beneficia eccleſiaſtica cum cura, & ſine cura, ſæcularia; & quorũuis ordinum regularia. in titulum, vel commẽdam, aut alias quomodolibet obtinentes, quocunque nomine, vel titulo cenſeantur etiamſi de illis, & eorum qualitatibus ſpecialis & expreſſa mentio habenda foret ad vſum & cultum diuinum, etiam in eorum priuatis ędibus, & cappellis, vel oratorijs deſtinata, tempore eorum obitus ex teſtamento, vel ab inteſtato relicta ſub quibuſuis facultatibus teſtandi, & alias diſponendi de bonis per eos ex altari, uel alias quomodolibet acquiſitis. per quoſcumq Romanos Pontiſ. prędeceſſores & ſucceſſores noſtros, ac nos ſub quibuſuis tenorib. & formis, & cum quibuſuis clauſulis, & decretis, etiam motu proprio, & alias quomodolibet conceſſis, & concedendis minime comprehendantur, nec ſub appellatione ſpoliorum veniant, ſed ad ſingulas Eccleſias, Monaſteria, etiam cõuentu carentia. Et beneficia huiuſmodi, in quibus reſederit, aut quibus præfuerint, ſeu qui obtinuerint, omnino ſpectet, & pertineant, ac ſpectare, & pertinere, illaq. poſt eorum obitum eiſdem eccleſijs & beneficijs, etiamſi in Romana Curia, & procul ab illis, vel ad illa nunquam acceſſerit, etiamsi antea eccleſiarũ & Monaſteriorum regimini ceſſerint, vel beneficia huiuſmodi renunciauerint, eo ipſo applicata, & incorporata ſint, & eſſe cenſeantur. Ita vt liceat illis defunctis in

eiſdem

eiſdem Eccleſijs, Monaſterijs, & beneficijs ſucceſſoribus, & Eccleſiarum, Monaſteriorum eiuſdem capitulis, conuentib. reſpectiue illa propria auctoritate libere apprehendere, ac eorum eccleſijs, & Sacriſtiis applicare & incorporare. Ac quęcunque donationes, & relicta, vel legata, teſtamenta, & codicilli, & aliæ vltimę voluntates, ſeu ſpolia deſuper contra præſentis conſtitutionis noſtræ, quomodolibet pro tempore facta, quoad præmiſſa, nulla, & inualida, nulliuſque robotis & momenti exiſtant, & perſonis etiam eccleſiaſticis, ſeu locis etiam pijs aut eccleſiaſticis quibuſcunq. in quarum, ſen quorum fauorem pro tempore facta fuerint, minime ſuffragentur: nec per ea eiſdem perſonis ſe locis, vel aliis eccleſiis huiuſmodi aliquod ius in rebus pręd ictis, vel ad illas acquiri poſſit. Quinimo, res ſacras, ac alia bona prædicta quocumq. nomine, vel titulo pro tempore detinentes illis eccleſiis & Monaſteriis ac beneficiis per defunctos quomodolibet acquiſitis, præfertur, iuxta præſentem tenorem realiter & cum effectu reſtituendum, & conſignādum quibuſuis diſpoſitionibus de illis in contrarium quomodolibet tactis, minime attentis omnino teneantur, & ad id per cenſuras & pænas, etiam furti & ſacrilegii, ac alias iuris & facti romediis opportunis cogi, & compelli poſſint & debeant. Et inſuper ne deinceps contingat inſolentia ſpoliorum Cameræ Apoſtolicæ Collectorum, vel Subcollectorum aliquas eccleſias, vel hominum quenquā damno, vel iniutia affici, nec cuiquam de cętero vertatur in dubium, quę tes habendę ſint nomine ſpolij. Simili modo ſtatuimus, & declaramus, quod quæcumq. ſcāna, cathedræ, arcæ, & etiam ligneę, vel lapideę, & etiam marmoreæ, menſæ, & tabulæ, ac quæcumque dolia, menſa vinaria & alia ſimilia ſuppellectilia domeſtica, per quoſuis Presbyteros, ſeu Clericos ab humanis pro tempore decedentes, tempore eorum obitus in Eccleſiis, ſeu eorū domibus Eccleſiarum eorūdem, vel alibi vbiuis locorum relicta, etiamſi ex fructib. & prouenientib. beneficiorum, quæ dum viuerent, obtinebant, acquiſita fuerant, ſub ſpoliorum appellatione minime veniant, nec pro ſpolijs vllo modo reputari poſſint. Præterea quod nullum ſpoliū Camerę præfatę fieri, nec quiſqam à quiſquam à quibuſuis ſpoliorum Cameræ huiuſmodi Collectorib. vel Subcollectorib. exigi poſſit per obitum illius, qui dum viueret, vnum vel plura beneficia Eccleſiaſtica obtinuerat: cuius, vel quorum ſimul fructus, redditus, & prouentus triginta ducatorum auri de camera ſecundum cōmunem æſtimationem, valorem annuum non exceſſerunt, aut qui penſiones annuas ſuper quibuſuis fructibus Eccleſiaſticis vſque ad dictum valorem annuum perceperit: dummodo tamen is ſe ab omni negociatione illicita, & à ſacris Canonibus prohibita abſtinuerit. Ita quod ſi quis dictorum Collectorum aliquid ex bonis quorumuis defunctorum, qui ſimilia beneficia obtinuerint, ſeū ſimiles penſiones perceperint prętextu ſpoliorum eiuſdem Cameræ percipere, aut contra præſentes noſtras litteras attentare præſumpſerit, ad totalem bonorum per eum perceptorum reſtitutionem teneatur, & ad id iuris, & etiam per ſimiles cenſuras, & pœnas cogi & compelli poſſit, & debeat. Diſtrictius inhibentes quibuslibet Cameræ præfatæ ſpoliorum Collectoribus, nunc, & pro tempore exiſtentibus, ne ſub indignationis noſtræ & priuationis eorum officiorum pœna, in ornamentis & paramentis, ac vaſis, & libris præfato cultui dicatis, ac alijs rebus ſacris, necnon ſupellectilib. præfatis quomodolibet ſe intromittant; nec in eorum Inuentarijs tanquam ſpolia redigant ſeū deſcribant: Sed ornamenta, & paramenta, nec non vaſa, libros, aliaque Diuino cultui dicata huiuſmodi Eccleſiis, Monaſteriis, Cappellis, & aliis beneficiis huiuſmodi, eorumque Rectoribus, & alijs præfatis libere dimittant, & conſignent, ac conſignari faciant cum effectu ac ſupellectibili prædicta in locis vbi conſtiterint, relinquant. Hactenus Conſtitutio.

8 Septimo quæritur circa prædictam Pij Quinti Conſtitutionem. An in ſpolijs cenſeantur prędictæ res ſacræ, & Diuino cultui dicatæ, quas beneficiarius emerit ex ſui patrimonij pecunis, vel ex bonis arte, doctrina, & induſtria ſua comparatis? Ratio dubitandi eſt ex vna quidem parte, quia videntur ad hæredem beneficiarij ab inteſtato ſuccedentem pertinere, propterea quod ſint res emptæ ex proprijs beneficiarij bonis, in quibus hæres ſuccedit; ex altera verò parte videntur ad Eccleſiam, cuius emptor eſt beneficiarius, ſpectare; quia in ea Conſtitutione id videtur eſſe ſancitum? Reſpondet *Nauarrus de ſpolijs Cleric. §. 8. nu. 2 & 3.* hæc bona iure quidem antiquo ad hæredem beneficiarij pertinere, ob rationem ſuperius aſſigna-

aſſignatam; ſed iure nouo per prędictam Conſtitutionem ſpectare ad Eccleſiam, in qua eſt emptor Beneficiarius Nam Pōtifex generatim loquitur: omnia, inquiens & ſingula ornamenta, paramenta, vaſa, necnon Miſſalia, & Gradualia, & cantus firmos & muſicos alioſq. quomodolibet nuncupatos libros & alias res ſacras etiā auri, & argenti ac quæcunq. alia bona per quoſcunq. Beneficiarios ſiue Regulares, ſiue Sacerdotes ſiue titulares, ſiue commendatarios; ſiue ſimplices, ſiue curam habentes, ſiue Pręſules ſiue Archiepiſcopales ad vſum & cultum diuinum, etiam in prefatis eorum ędibus vel Cappellis, vel Oratoriis deſtinata tempore eorum obitus ex teſtamento vel ab inteſtato relicta ſub quibuſuis facultatib. teſtandi; & alias diſponendi de bonis per eos ex altari, vel alias quomodolibet acquiſitis per quoſcumq. Romanos Pontif. prædeceſſores eius, & ſucceſſores; ac ipſum ſuper quibuſuis tenorib. & formis, & cum quibuſuis clauſulis, & decretis, etiam Motu proprio & alias quomodolibet conceſſis & concedendis, minimè ſpoliorum nomine venire, nec ad hæredes beneficiorum teſtamento, vel ab inteſtato, tranſmitti, ſed illi eccleſiæ Monaſterio, vel Cappellę deberi, in qua qui emerat beneficium obtinuerat. Ipſe enim Pontifex huiuſmodi eccleſiis vel Monaſteriis ea bona addicit. Quare obitu beneficiarij, in ipſarum eccleſiarum vel Monaſteriorum ius & dominium tranſeunt; & ideo Pontifex trib. verbis vtitur, quorum duo illa, *ſtatuimus, & decernimus*; ius nouum ſignificant, vt *Gloſſa* annotauit *capitul. Vt litigantes de officio ordin. in 6. & Clement. Per literas de præben.* ius autem nouum eſt, vt hæc bona ex patrimonio, vel quaſi patrimonio per Beneficiarium empta, ipſius eccleſię, vel Monaſterio debeantur Tertium eſt verbum. *Declaramus*, quod ſignificat ius antiquum, vt ait *Gloſſa* recepta ab omnib. in *Clementina. Litteras de reſcr* Antiquo vero iure res ſacræ per beneficiarium ex beneficii fructib. emptę, ipſius eccleſiæ, & Monaſterio debebantur.

9 Dices, hæc bona empta per beneficiariū ex patrimonio, vel quaſi patrimonio, in ipſius Beneficiarij bonis connumerari; quo ergo iure Pontifex ea eccleſiæ vel monaſterio addixit? Deinde Laici ſolent etiam ſimilia bona ſacra in ſuis ædib. habere, vt cum voluerint, rem diuinam priuatim faciendam curent; cum tamen ad ſuos hæredes teſtato, vel ab inteſtato trāſmittant. Ait *Nauarrus*, *iure ciuili communi res ſacras in nullius priuati hominis eſſe dominio; capitul. Nullus & §. ſacræ inſtit. de rerum diuiſ.* quamuis earum rerum vſus religioſus, & ſacer penes laicos eſſe poſſit. *Nihil igitur*; inquit, *mirū eſt, ſi Pontifex ſacras eiuſmodi res per beneficiarios emptas; & ad vſum; & cultum diuinum deſtinatas eccleſijs attribuerit: Nec eſt*; ait ille; *quod laici beneficiariorū hæredes conquerantur quod ſibi ſint ereptæ quia cum fuerint a beneficiarijs emptæ; & ſacræ redditæ; & diuino cultui mancipatæ optimo iure ſunt Eccleſiis attributæ.* Alij tamen cenſent, quæ diximus bona eadē Pontificia conſtitutione non contineri; proinde niſi ea beneficiarii ſuis eccleſiis donauerint, ad hæredes tranſire; quoniam à iure communi non recedimus, niſi quādo expreſſum abrogatur. *l. Præcipimus. C. de appellat.* Sed iure communi hæc bona ad hæredes pertinent. *Nauarrus* putat talia bona eo ipſo, quod ſunt ſacris vſib. alicuius eccleſiæ deſtinata, intelligi donata eccleſiæ. Sed quænam bona ſacra includuntur dicta Conſtitutione, quæ vero ab illa excluduntur? Vt diſtinctè, ac in promptu ea diſcernamus? Reſpondeo, hac conſtitutione comprehendi prædicta bona ſacra, empta tametſi nulla ſint conſecratione affecta. Nam comprehenduntur paramenta; & miſſalia, ſacri cantus muſici & firmi, quę ſacrari non conſueuerūt. Satis igitur eſt ſi ſint ad diuinum cultum & vſum deſtinata, etiamſi extra eccleſias in Oratoriis priuatis, uel beneficiariorū ædib. contineantur. Comprehenduntur etiam quæ Beneficiarii poſt obitum relinquunt, empta ſcilicet ex redditib. Beneficiorum licet poſtea ipſum Beneficium dimiſerint; item & illa, de quib. Beneficiarii teſtati fuerunt, etiam cum legitima teſtandi facultate; Tum & ſcamna, cathedrę, atcę; & cœtera quę in Conſtitutione ipſa exprimuntur ac nominantur, quę ante Pium Quintum in ſpoliis computabantur, cum ex Beneficiis fructib. fuerant cōparata. Non tamen Conſtitutio comprehendit ea que Beneficiarii poſſidebant, empta ad donandum alteri eccleſiæ, vel ad permutanda cum aliis bonis eiuſdem generis; vel aliis ſibi neceſſariis; nō enim eſt à iure antiquo recedendum; niſi quatenus nouę leges illud abrogant. *l. Præcipimus. C. de appellation* Sed hęc Conſtitutio ſolum excipit ab antiquo iure, quę ſunt cultui diuino dicata. Non item eadē

includit

eadem includit Cōſtitut.aulæa,vaſa aurea velargētea,quę habēt Beneficiarij ad ſuarum ædium ornatum,qnamuis ea conſueuerint commodato dare Eccleſijs ad diuinos vſus.Nec etiam ea, quę Beneficiarius dum vixit,poſt , vel ante beneficium dimiſſum cum alijs commutanit,vel alijs donauit;nam hęc Conſtitutio non prohibet, qno minus beneficiarius dum viuit, poſſit ea bona donare,& alienare.Ex eadem Conſtitutione etiam liquet, nullum Beneficiarium , vel Penſionarium , culus beneficium,vel penſio maiorem fructum annuum non affert,quam triginta ducatorum aureorum,iuxta æſtimationem communem Cam.Apoſt.inter ſpolia cenſeri, quia Pont.iudicauit,totum huiuſmodi beneficium vel penſionem eſſe neceſſarium, ad honeſtam Beneficiarij ſuſtētationem.

10 Octauo quæritur, An penſiones quas penſionarij poſt obitum relinquūt,in ſpolijs,cōputētur vt cōputāt fructus benefic. poſt Clerici obitum relicti;An vero tranſeant ad hæredes? Duæ ſunt opiniones; Vna eſt negantium,quia penſiones ex teſtamento,vel ab inteſtato ad hęredē Clerici penſio ſiquidem non eſt Eccleſiaſticum beneficium, & ſolum datur ad ſubſidium vitæ tanquam alimentum;ſed is cui legatum eſt alimentum moriens tranſmittit ius exigendi alimenta percepta & ſoluta ad ſuos hæredes. *l.Vti,§.vlt.ff.Vſuſfructus.* Item penſio conceditur etiam Laicis auctoritate Romani Pontificis. Ad hæc Penſionarius ſimilis eſt vſufructuario; extingnitur enim penſio morte Penſionarij; ſicut vſusfructus vſufructuarii morte finitur. *§.Finitur autem. Inſtit.de Vſufruct.*at vſufructuarius fructus iam ante acquiſitos ad hæredes tranſmittit. *leg. Defuncta. ff. de Vſufruct:* Ergo Penſionarius tranſmittit etiā ad hæredes pēſiones ante perceptas. Prętetea inquiunt. *Gigas de Penſionibus. q.* 52. docet , penſiones non ſolum in vita Penſionaril perceptas, ſed etiam debitas, & nōdum ſolutas, de quibus inferius dicam, ad hæredes ſiue ex teſtamento, ſiue ab inteſtato tranſire, quam ſententiā probat auctoritate *Alexandri in conſ. 40. ad finem volum.* 3 eamque ſequitur *Couarruuias de Teſtamen. c. Cum in officijs, n. 6. ad calcem . Caccialupus eandem citat. ſententiam & approbat. Gigas itaque de penſion. quaſt.* 53. vult, penſionem deberi hęredibus Penſionarii , ſi tempore quo moritur, ſunt percepti fructus, in quibus eſt penſio conſtituta : immo etiam quando ſunt per debitorem penſionis collecti, quamuis nondum dies ſoluendæ penſionis aduenerit, de qua re poſtea. Item Auditores in Rota , teſte *Redoano quæſt. 3. §. & in hac materia , n. 12. de ſpol.* iudicarunt penſiones præteritas,& non ſolutas, inter ſpolia non computari, ſed ad hæredes tranſire, ſeclusis Conſtitutionibus Pontificiis Pauli III. & Iulii III. & vſu Cameræ Apoſtolicę. Ergo & penſionea à penſionario perceptæ & poſt obitum relictæ ad hæredes tranſeunt iure cōmuni. Altera eſt opinio aſſerentium, penſiones in ſpolijs reponendas eſſe. Eam probat & amplectitur *Redoanus de ſpol. Eccleſia.quæſt.8.num.32.& quæſt.3.§.& in hac materia,nu.*12. Quam opinionem arbitror,inquit,eſſe veriorem, vtpote cū iure nouo Conſtitutionum Pontificiarū, non cum Iure antiquo communi congruentem. Hæc opinio eſt vera attentis *conſtitutionibus Pauli III. & Iulij III. & Pij V.* & vſu Camerę Apoſtolicæ. Nam licet penſio,beneficii nomine Eccleſiaſtici non veniat, & in vitæ ſubſidium conferatur; eſt tamen portio quædam ex fructibus beneficii detracta , ac proinde in bonis & fructibus ex Eccleſia prouenientibus cenſetur. Et quia beneficiorum fructus poſt obitum Beneficiarii ſine teſtamento decedentis relicti , ad ſpolia ſpectant; ideo voluerunt Pontifices vt penſiones inter ſpolia haberentur. ac teſte *Redoano*, Conſtitutiones Pauli 3. & Iulii 3. ſignificant penſiones ad Cameram Apoſtolicam pertinere.deinde Pius Quintus in Conſtitutione ſuperius allegata declarat annuam penſionem, quando nō excedit quantitatem triginta nummorum aureorum,non eſſe in ſpoliis habendam; ſignificat ergo,penſionem dictam ſummā excedentem, in ſpoliis eſſe ponendam. Dices, poſſe Penſionarium de penſionib. perceptis ſuo arbitratu ſtatuere, & eas quibus maluerit in teſtamento relinquere;ergo ſi Inteſtatus decedat,eas ad hæredes tranſmittit? Reſpondeo , id in Iure cōi locū habere,ſed nō in iure nouo pōtificio.deinde quemadmodū Beneſ.poteſt dū viuit,fructus beneſ.in quos voluerit ipſos vſus inſumere,& nihilominus ſi nihil de illis ſtatuerit, eos poſt obitū relictos , ad hæredes nō trāsmittit,ac ideo tanquā ſpolia ſibi debita Fiſcus Apoſt.capit;ita et Pēſionarius poteſt vt vult,de pēſionib. ſtatuere;Sed penſiones poſt eius obitum relictę tanquā ſpolia ad Camer. Apoſtol. ſpectant.Nec idem eſt iuris de penſione,

omni ex parte, quod de vſufructu, vel alimento legato; Nam penſio ex bonis Eccleſiæ, & fructibus beneficij percipitur; ſed vſus fructus, vel alimentum ex patrimonij bonis conceditur, ſiue legatur, ac propterea Pontifices ad ſpolia penſiones pertinere voluerunt. Cæterum conſtitutiones Pontificiæ Pauli iij. Iulij. iij. & Pij v. volunt vt penſiones inter ſpolia habeantur, nec tranſeant ad hæredes, niſi vbi contrarium conſuetudine præſcripta receptum fuerit.

11 Nono quæritur, An diſtributiones quotidianæ, quas ſolent Canonici percipere, pertineant ad hęredes, An potius tanquã ſpolia, ad Fiſcum Pontificis, cum Canonici inteſtati decedunt? Conuenit inter omnes harum diſtributionum canonicos dominium acquirere, & de eis poſſe ſtatuere quicquid voluerint etiam per teſtamentum, quando non dantur ratione tituli, aut loco beneficij; ſed ratione præſentiæ & miniſterij in officijs diuinis, vt colligitur ex *cap. 1. de Cleric. non reſid. in 6. Sic Germinianus ibidem, & Boerius conſil. 280. Parſius conſil. 33. num. 8. lib. 4. deciſ. 340. ad finem. Couarruuias lib. 3. variarum reſolutio. cap. 13. Iulius Clarius lib. 3. receptar. ſentent. §. Teſtamentum, nu. 5. Redoanus de Spolijs q. 3. §. Stantibus his. n. 18. q. 1. n. 17. & 18.* Operarius enim ſuã facit mercedem labori debitam. Hinc colligunt communiter prædicti auctores diſtributiones huiuſmodi in ſpolijs non haberi, & ad hæredes pertinere. Sed aliorũ eſt opinio, haſce diſtributiones Canonicis ſine teſtamento decedentibus, tanquã ſpolia Fiſco Pontificis deberi. Nam *gloſ. in capit. Præſenti, de officio Ordin. & Hoſtienſis in capit. vlt. de Peculio Clerico.* in fructib. ex beneficio ſimplici acquiſitis, ſi Beneficiarius inteſtatus exceſſerit, Eccleſia ſuccedit iure communi; Sed quotidianæ diſtributiones ſunt fructus ex beneficijs percepti, ergo in eis Iure communi ſuccedit Eccleſia, ſi Beneficiarij abſque teſtamento deceſſerint, & in locum Eccleſiæ Fiſcus Pontificis eſt ſubrogatus ergo ipſe ſuccedit.

Primam opinionem exiſtimo probabiliorẽ, & magis cum ſententia & Iure communi conuenientem. Nam Beneficiarius harum diſtributionum dominium acquirit, quoniam tanquam ſui laboris & operæ mercedem debitam percipit; & ideo poteſt tuta conſcientia in quos maluerit vſus impendere; & vel in vita donare quibus voluerit, & in morte legare teſtamento condito, quod ſi inteſtatus deceſſerit, ad hæredes tranſmittit. Hęc enim tradit prima, quæ eſt communis opinio. Sed nihilominus cum Eccleſiæ bona cenſeantur, & ſint vere; idcirco nihil de ipſis Beneficiario ſiue Clerico ſtatuente, tanquam ſpolia poſſunt ſi velint, Pontifices, ſibi iure optimo reſeruare.

12 Decimo quęritur, An quę Beneficiarij lucrifaciunt, munera & officia aliqua obeuntes, vel obſequia præſtantes, in ſpoliis numerentur, An vero potius ad hęredes ab inteſtato pertineant? Reſpõdet, *Redoanus de Spol Eccleſ. q. 8. nu. 55.* cui & aſſentior ipſe, ad hæredes ſpectare; non enim ſunt fructus ex beneficio acquiſiti, cuius ſententiæ idem Auctor dicit fuiſſe Abbatem, Petrum Ancharanum, Ioannẽ Imolenſem, Antonium Butrium, & alios At ſi quæres, quæ bona inter illa recenſentur? In primis quęcumque Clericus acquirit, quia ſacrificia offert, vel preces fundit, vel aliter certe in Eccleſia inſeruit. Item quęcumque lucratur ratione alicuius legationis, aut muneris quo fungitur, aut alicuius alterius adminiſtrationis tum Clericis, tum Laicis communis; immo etiam ratione muneris, quod obeat, ad Clericos tantummodo ſpectantis; cuiuſmodi ſunt in Curia Romana Vicecancellarius, Camerarius, Maximus Pœnitentiarius; qualia etiam ſunt in eadem Curia qui vocantur Protonorarii, Scriptores, & alii generis eiuſdem. Tales item ſunt Vicarii & Officiales in ſpiritualibus Epiſcoporum; nam quicquid ratione muneris & officij acquiritur, eſt ſtipendium & merces laboris non beneficij Eccleſiaſtici fructus, Si roges, talia ne etiam cenſentur bona à Clericis acquiſita, eo quod Cappellani ſint Regis, Principis, vel alterius magni & primarij viri; Vtique cenſentur, & in his locum habent, vti de cæteris ſupradictis diximus, quandocumque tales Cappellanię non ſunt beneficia. Idẽ quoq; iuris eſt de iis bonis, quæ quis parocho relinquit, vt pro mortuis ſacrificia offerẽda, & preces fundendas curet, eodem teſte Redoan.

13 Vndecimo quæritur, An pro ſpoliis habenda ſint, quæ Clericus ex patrimonio, vel arte vel induſtria cõparata relinquit, ſine hæredib. extantib. hoc eſt, nullo hærede, uel ex aſcendentibus, uel ex deſcendentibus, uel alio quouis extante? Reſpondeo, certi iuris eſſe, in his bonis Clericorum hæredes ſuccedere, ut colligitur ex *capit. Sint manifeſta. 12. quæſtion. 1. de ſucceſſoribus ab inteſtato.* Si nulli prorſus

ſus

Digitized by Google

ſus hæredes extiterint intra decimum gradum, iure communi ſuccedit eccleſia, vt colligitur ex *c. voltim. 12. quæſt. 5.* Vbi ſunt hæc verba; *Quicumque ex gradu Eccleſiaſtico ſine teſtamento, & ſine cognatione deceſſerit; hæreditas eius ad eccleſiam, vbi deſeruiuit, deuoluatur.* Et in *Autent. de Eccleſia titu. Collatio. 9. §. interdicimus. Verſicul. Si quis autem Epiſcopus.* Imperator ait, Si quis autem epiſcopus, aut clericus, aut cuiuslibet eccleſiaſtici gradus miniſter, aut eccleſiæ Diaconiſſæ moriantur ſine teſtamentis, & legitimus ſucceſſoribus; horum ſucceſſio eccleſiæ competat; in qua conſtituti fuerint. Idem colligitur ex *capitul. Presbyteri, de pænis, & capit. 1. & cap cum dilectus, de ſucceſſio. ab inteſtato;* vt ibi *Gloſſa* annotauit. Sed quid ſi clericus nulli erat eccleſiæ adſcriptus? Bona eius ad epiſcopum deuenient, de quibus ſtatuet coram Deo, quod pium eſſe crediderit. *Abbas c. 1. de ſucceſſ. ab inteſta.* Et quia in locum Eccleſiæ Fiſcus Pontificis eſt ſubſtitutus: ſequitur vt in his bonis tanquam ſpolijs ſuccedat, aut ſuccedere merito poſſit.

14 Duodecimo quæritur, An quando dubitatur, num bona, quę Prælatus vel alius Beneficiarius, cum moritur ſine teſtamẽto relinquit, ſint acquiſita ex patrimonio arte, doctrina, induſtria, munere aliquo, & officio, An verò ex bonis Eccleſiæ, pro ſpolijs habeantur? Scribit *Couarruuias de Teſtamen. cap. 1. nu. 6.* quem & ſequor quandocunque res eſt dubia, omnia bona iudicari tanquam acquiſita ex bonis Eccleſiæ. & proinde in illis omnibus Eccleſiam ſuccedere excluſis hæredib. Nam eadem ratione ex *l. Quintus, ff. de Donationibus inter virum & vxorem, & leg. Etiam, C. eod. tit.* Bona quę penes vxorem mortuo marito reperiuntur, ipſius mariti eſſe creduntur; & ideo oportet vxorem contrarium oſtẽdere. Et quia locum Eccleſiæ ſubijt Fiſcus Pontificius, inde fit vt in his omnib. bonis quando dubia res eſt, ſuccedat; nam tunc merito credimus ea bona eſſe ex bonis Eccleſiæ acquiſita, ac propterea ad Beneficiarij hæredẽ pertinet oppoſitum probare. Immo omnia bona, quæ Beneficiarius poſt obitum relinquit, fuiſſe acquiſita ex bonis Eccleſiæ creduntur, niſi hæres Beneficiarij probauerit fuiſſe ex patrimonio, vel aliunde comparata.

15 Decimotertio quęritur, An fructus Beneficij Beneficiario debiti, ſed ante obitũ non percepti, ad hæredes, An vero ad ſpolia pertineant? Explico rem quæſitam; Petrus Beneficiarius moritur poſt menſem Septembrem, vel Octobrem, cum fructus beneficij maturati iam erant: immo etiam à ſolo ſeparati, & nondum Petro redditi & ſoluti, ſed ſolum debiti, quia eos, preuentus morte, exigere & percipere nequiuit: Iam quæritur, An hi fructus, de quibus nihil Petrus ante obitum conſtituit, eius hęredi, An potius Camerę Põtificis tanquam ſpolia debeantur? Hanc quæſtionem tractauit Redoanus de ſpolijs Eccleſiæ, *quæſt. 5.* & meo iudicio recte ſoluit; iſtiuſmodi fructus inter ſpolia computandos. Nàm vt *Hoſtienſis, Calderinus Ioan. Andreas,* & alij quos citat ille docuerunt, hi fructus iure communi Eccleſiæ debebantur, cum non penderent ex ſolo; ſed vel erant collecti, vel ſaltem ſeparati à ſolo, non pendentes: ſed Fiſcus Pontificis loco Eccleſię ſuccedit, ergo ad eum, non ad hæredes pertinent. Præterea extant de hac re duæ Cõſtitutiones Iulij iij. In quarum vna, declarat Pontifex, fructus beneficiorum per ipſos Beneficiarios tẽpore quo obeunt, nondum exactos ſiue perceptos, deberi videlicet, Iure communi, ſucceſſorib. in beneficiis, & non hæredibus ipſorum beneficiariorum: & declarat inſuper nummos aureos quingentos, & reliqua per mortem S.R.E. Cardinalium Cameræ, & Cappellæ Apoſtolicę debita, eidem eſſe ſoluendæ, nec de eiſdem prędictos Cardinales teſtari potuiſſe.

In altera conſtitutione declarat pontifex, prædictam conſtitutionem de fructibus beneficiariorum non exactis, nec perceptis ſucceſſori in beneficio ſoluendis, vim & locum habere in locis, vbi Collectores Cameræ Apoſtolicę eſſe non conſueuerunt. priori igitur illa Conſtitutione excluſit pontifex Beneficiariorum hæredes ab huiuſmodi fructib. beneficiorum & voluit eos fructus ad ſucceſſores in ipſis beneficiis vel Eccleſiis pertinere; in poſteriori vero excludit etiam ab eorum fructuum perceptione ſucceſſores. nam eius mens pontificis fuiſſe videtur, vt in his locis prędicti fructus ad Cameram Apoſtolicam pertinerent; ea tamen conditione, ſi nulla in iis locis conſuetudo contraria, priuilegium, vel ſpeciale ius obſtiterit.

Decimoquarto quæritur, An fructu Eccleſ. Cathedraliũ à die vacationis earũ, vſq; ad legitima earũ dẽ vacãtiũ ſucceſſorẽ prouenientes, in ſpoliis cõprehẽdãtur? Reſp. iure cõi ad Eccl. ipſorũ beneficiorũ, vel ad ſucceſſo-

ceſſorem in ipſis pertinuiſſe. *cap. Quia ſæpe, de Elect. in 6. & capitul Præſenti, de offi. Ord. in 6.* Sed quia in locum Eccleſiarum, vel ſucceſſorum ſuffectus eſt Fiſcus Pontificis: ſequitur vt eiuſmodi fructus Cameræ Apoſtolicę debeãtur. Nam Pius IV. anno 1560. die 30. Iulij anno primo ſui Pontificatus mandatum dedit Theſaurario Generali, in quo ei poteſtatem & anctoritatem concedit colligendi bona quæcumque mobilia & immobilia, & ſe mouentia, ſpolia, nuncupata: & ea quæ ex fructibus, prouentibus, & redditibus Eccleſiaſticis empta, reædificata, refecta & reſtaurata fuerint, ſeù, alias ex eiſdem fructibus, redditibus & prouentibus quomodolibet prouenerint per obitum quarumcumque perſonarum Eccleſiaſticarum, ſæcularium, beneficia, non ſimplicia ſed adminiſtrationem habentia, obtinentium; & quod beneficia ſimplicia niſi ex priuilegio Apoſtolico eis conceſſa, ſeù ex conſuetudine legitime præſcripta in loco vigente, teſtari volentium, & quorumuis Ordinum Regularium; quamuis etiam Pontificali auctoritate fulgentium in vniuerſa Italia extra Almam Vrbem pro tẽpore degentium, remanſura & relicta, cuiuſcumque qualitatis & ſpeciei fuerint, etiam gemmas, & alia pretioſa, & pecuniarum ſummas, necnon & fructus, redditus, & prouentus menſarum Patriarchalium, Metropolitanarum, & aliarum Cathedralium Eccleſiarum & Monaſteriorũ in tota Italia conſiſtentium, à die vacationis prędictarum Eccleſiarum & Monaſteriorum, vſque ad diem prouectionis, & prouiſionis, ſeù Commendæ de illis faciendæ. Quos omnes fructus, redditus, & prouentus, ad Cameram Apoſtolicã ſpectare & pertinere vult, & decernit ei eſſe applicata, & appropriata; & Theſaurario facit poteſtatem exigendi, percipiendi, & recuperandi, Sic Pontifex in ea Conſtitutione. Vbi eſt annotandum cum *Nauarro de Spolijs Cleric. §. 6. num. 6.* illud. *In tota Italia*, non ſignificare ſpolia ſolum in tota Italia, Pontificis Fiſco deberi: nam Paulo iij. edita Conſtitutione, manifeſte decreuerat, & declarauerat Papę ſpolia reſeruari, non ſolum in Italia, ſed vbiq. locorum & gentium.

Quia verò Pius Quartus in prædicto mandato loquitur cum Generali Theſaurario à ſe in Italia conſtituto ideo dicit, *in vniuerſa Italia*. Idem Pontifex in alio Mandato, quod dedit anno 1560. die 7. Decembris anno primo ſui Pontificatus ſic ait; Motu proprio, & ex certa ſcientia omnes & ſingulos fructus, redditus, & prouentus, iura, obuentiones, & emolumenta quæcumque quomodolibet, & qualitercunque nuncupata, omnium & ſingulorum beneficiorum eccleſiaſticorũ cum cura, & ſine cura, ſęcularium, & quorumuis Ordinum Regularium & Monaſteriorum, & Conſiſtorialium, Sedi Apoſtolicæ tam per Conſtitutiones Apoſtolicas, quã cancellariæ Apoſtolicæ Regulas editas, & edendas, ſeù alias quomodolibet ex quauis cauſa, generaliter, vel ſpecialiter, reſeruatorum, ſeù affectorum in Regno Neapolis, & quibuſuis Prouincijs, ciuitatibus, Terris, Oppidis, & Locis conſiſtentium, per obitum, & alias, quouis modo, pręterquam per ceſſum illa obtinentium pro tẽpore vacãtiũ à die ipſorũ benefic. & Monaſteriorũ vacationis, pro rata temporis, vſque ad diem, quo prouiſi per nos de ijſdem Beneficijs & Monaſterijs, vigore litterarum noſtrarum ſub plumbo, illorum poſſeſſionem de manu dilecti filij Magiſtri Pauli Odeſcalchi Notarij, & in dicto Regno Nuncij, & collectoris noſtri vel per alias noſtras litteras ad commiſſarium, quem ad capiendam poſſeſſionem Beneficiorum, & Monaſteriorum, huiuſmodi deputauimus, habuerint, & acceperint; et aliter apprehenſa poſſeſſio nullius ſit roboris, vel momẽti, ac prouiſis ipſis nullum ius per eam acquiri, neque eis vllatenus ſuffragari poſſit, camerę Apoſtolicę auctoritate Apoſtolicæ tenore pręſentium applicamus incorporamus. & appropriamus, & ad prædictam camerã ſpectare ſtatuimus, & ordinamus. Vbi eſt annotandum, hoc Mandatum in hoc à ſuperiore mandato differre; quod illud ſolũ ſtatuit, fructus, & emolumenta vacantium Patriarchalium, Metropolitanarum, & cathedralium Eccleſiarum, & Monaſteriorum, vbique conſiſtentium, Pontificis Fiſco deberi, hoc autem Mandatum, declarat, fructus omnium beneficiorum quomodocumque Sedi Apoſtolicæ reſeruatorum, et affectorum aliter quam per reſignationem vacantium in toto Regno Neapolitano, ad Fiſcum Pontificis pertinere. Aliorum igitur beneficiorum vacantium non reſeruatorum fructus in Regno Neapolitano, Papæ minime debentur.

Extat et Gregorij xiij. Conſtitutio, hoc initio; Cum ſicut accepimus: in qua omnes fructus Eccleſiarum Patriarchalium. Metropolitanarum, Cathedralium, et Monaſteriorum vacantium, à die vacationis,

vſque

vſque ad diem earum conceſſionis, Cameræ Apoſtolicæ reſeruat; & illa bona, quæ ex fructibus Eccleſiaſticis profecta reſecta & reſtaurata fuerant. Extat alia etiam Conſtitutio Pij IV. cuius exordiũ eſt: In ſupremo; in qua decernit, tanquam ſpolia, habenda bona non reſidentium in ſuis Eccleſijs, non obſtante teſtandi facultate Rom. Pont. beneficio conceſſa.

17 Decimoquinto quæritur, An ſpoliorũ nomine veniant quæcumque bona Religioſorum extra Monaſteria ſiue ſuorum ſuperiorum conceſſu, ſiue ſine illo degentium, & decedentium? Reſpõdeo, Paulum iiij. Conſtitutionem edidiſſe incipientem: Poſtquam diuina; in qua decernit, bona Religioſorum, qui egrediuntur, vel eijciũtur, vel ad alium Ordinem tranſeunt, vel etiam ſuorum ſuperiorum conſenſu extra Cœnobia & Clauſtra commorantur, vndecumque, vel quomodocumque fuerint acquiſita, ſiue ex teſtamento, ſiue ex beneficijs, ſiue induſtria, arte, mercatura, negociatione, ſiue aliorum donatione, ipſis Monaſterijs deberi, in quibus illi primo profeſſionem emiſerant. Extat alia tamẽ Conſtitutio Gregorii XIII. quæ incipit; Officii noſtri, vbi definit, dicta bona Religioſorum ad Cameram Apoſtolicã tanquam ſpolia pertinere.

Sciendum eſt, iure quidem communi hæc bona Religioſorum ad Monaſteria, ſiue Cœnobia, in quibus primo fuerant Religionem profeſſi, ſpectare: quod Ius commune ſeruari voluit Paulus IV. ſtatuens; vt egreſſi, eiecti, & ad alium Ordinẽ præter Canones & Iura tranſlati Monachi, & Religioſi facilius in ſua Monaſteria reciperentur: Sed quia ea Conſtitutio vſu recepta non fuit; ideo Gregorius XIII. conſtituit vt id ſeruaretur, quod longe ante Pauli IV. tempora ſeruari cœptum erat, videlicet vt hęc Religioſorum bona pro ſpoliis haberentur, & ad Fiſcum Pontificis pertinerent.

18 Decimoſexto quęritur, An penſiones debitæ, penſionario, ſed non ſolutæ, pertineant ad hæredes penſionarii, An verò potius inter ſpolia habeantur. Superius, quæſt 8. dixi opinionem eſſe communem penſiones perceptas & poſt obitum penſionarii relictas, ad eius hæredes pertinere, ſi loquamur ſecluſis conſtitutionibus Pauli iiii. Iulii iii. & Pii v. Et vſu ac more Curiæ Romanæ, idem iuris eſt de penſionibus debitis penſionario & non ſolutis: quare inter ſpolia cenſentur vſu Curię Romanæ.

An conſuetudine fieri queat, vt ſpolia Fiſco Apoſtolico minime debeantur.

Cap. IIII.

SVMMARIVM.

1 *Spolia Clericorum, in quibuſnam prouincijs & locis, Cameræ Apoſtolicæ tã quam debita ſoluantur?*

2 *Germania, Gallia, Luſitanea quam iuſtã excuſationem habeant, & in quibus, aut nulla beneficiariorum ſpolia, aut ſola Epiſcoporum, Romano Pontifici debentur.*

3 *Vlla præſcriptio an poſſit valere contra ſpolia Apoſtolica.*

4 *An Conſuetudine fieri queat, vt bona ex beneficiorum fructib. relicta, ad hæredes Clericorum teſtamento vel ab inteſtato transferantur?*

5 *Permittitur Beneficiarijs teſtari de bonis ex beneficijs acquiſitis in vſus pios, vel ad eos remunerandos, qui ipſis viuentib. inſeruierunt.*

6 *Conſuetudo in Hiſpania eſt, quòd bona Beneficiarij inteſtato morientis, hæredibus deberi, non Fiſco Pontificio.*

7 *An iure probari queat conſuetudo, quæ in quibuſdam prouincijs viget qua Epiſcopus rem vnam mobilem, ſiue ſe mouentem, ex ijs bonis, quæ Beneficiarius vita functus relinquit, ſibi ſumit, & vendicat, quam vulgus luctuoſam appellat.*

8 *Ab hæredibus Beneficiariorum, aut Penſionariorum, multæ fraudes committuntur, vt ſpolia Cameræ Apoſtolicæ debita ſibi retineant.*

PRimo quæritur, In quibuſnam prouincijs & locis ſpolia Clericorum Cameræ Apoſtolicæ tanquam debita ſoluan-
1 tur? Reſpondet *Nauarrus*, & recte de
ſpolijs clericorum §. 14. in tota Germania Gallia, Luſitania vſu eſſe receptam, vt nulla beneficiariorum etiam Epiſcoporũ bona tanquam ſpolia, ad Cameram apoſtolicam pertineant. In Regno vero Caſtellæ in Hiſpania, ſola Epiſcoporum ſpolia, Papæ ſoluuntur: aliorum vero Beneficiariorum non item. In Italia uero, tum Epiſcoporum, tum aliorum quorumlibet Beneficiariorum ſpolia Camer. apoſtol. debentur.

Secun-

2 Secundo quæritur: Quam iuxtam excuſationem habeant prædictæ prouinciæ, in quibus aut nulla Beneficiariorum ſpolia, aut ſola Epiſcoporum Romano Pontifici debentur? Reſpondeo, Regum, uel Principum ſolam auctoritatem per ſe dare iuſtam excuſationem non poſſe, quoniam penes eos poteſtas non eſt aliquid de bonis eccleſiarum ſtatuendi: Sed ſpolia ex bonis eccleſiarum ſoluuntur, ergo de ipſis nihil poſſunt laici conſtituere. Quamuis quidam dicant, In pronincijs præſatis ſpolia Camer. Apoſtol. denegari quia fortaſſe Principes earnm iudicarunt popolis ſibi ſubiectis nocere non parum, ſi tot pecuniæ ex beneficijs, & eccleſiis in ipſorum Regno conſiſtentibus iu Italiam exportarentur: & iudicarunt pariter id expedire, ne à Collectoribus Pontificijs ſubditi populi litibus, aliiſq. rationibus, & ſpoliorum collectione uexarentur; Neqne tam urgentem, & grauem eſſe Camerę Apoſtolicæ neceſſitatem, ut id permittere deberent. Sed difficile eſt dicere Reges, & Principes potuiſſe ſtatnere ne ſpolia Clericorum Roman. Pontifici darentur, non enim id eſt Laicorũ. Et quamuis beneficia in eorum ditione, Imperio, & Prouincijs conſtituta ſint, nihilominns ſunt eccleſiarnm boua, ac proinde libere Romani Pontificis adminiſtrationi ſubiecta, & in communẽ Ro. eccleſię utilitatem & neceſſitatem impẽdi inre & poſſunt, & debent. Ius quidem habent Reges, & Principes imperandi, ne pecunię ex eorum prouinciis extrahantur; Sed quis dicat ea lege Rom. Pontificem teneri, aut beneficiorum fructns, aut Eccleſiarum bona, hiſce laicorum legibus ſubiici? Quod ſi Pontificij Collectores in exigendis, & colligendis ſpolijs Eccleſiaſticis forſan plus æqno vexant, eorum eſt culpa, non Romanorum Pontificum. Et abuſus ſi qui irrepſerit, præcidendi ſunt referuato iuris ordine, non Canones, & Iura damnanda, improbandauè. Nec noſtrum eſt iudicare, egeat nec'ne Camera Apoſtolica: nam huiuſmodi bona, quæ ad ſpolia pertinent, inre communi antiquo Eccleſijs, & ſucceſſoribus reſeruabantur: at in eorum locnm iure optimo Fiſcns Pontificins ſuppoſitus eſt: nec enim minus indiget, quam olim Eccleſia & ſucceſſores. Et certe melioris eſt conditionis, quam illi: nam Pontifex circa omnem bonorum Eccleſiaſticorum plenam adminiſtrationem, & ſalutem omnium eccleſiarum curam habet. Quare ſi in Gallia, Germania, Polonia, Luſitania nulla clericorum ſpolia, & in Caſtellæ Regno tantũ Epiſcoporum ſpolia Pontifici ſoluuntur; id non eſt, quia Reges & Principes decreuerunt, ſed quia cum Rom. Pontificibus ita conuenerunt. Vt enim Paulus quãuis merito poſſet ſibi victum debitum exigere ob laborem prædicationis: iure tamen ſuo ſponte ceſſit; ſic Romani Pontifices ſuo iure cedere voluerunt.

Tertio quæritur, an contra ſpolia Apoſtolica vlla poſſit præſcriptio valere? reſpondeo, in ſpolijs Pontifici Romano non ſoluendis, poteſt conſuetudo legitime præſcripta locum habere, nam pari ratione decima ſructuum pars conſuetudine multis in locis non ſolultur. In exigenda item & percipienda decima poteſt vna eccleſia contra alteram ius acquirere, ergo etiam contra Cameram Apoſtolicam ius obtinere, vt epiſcoporum, & aliorum beneficiariorum ſpolia ſucceſſoribus, non fiſco pontificio debeantur. Item, bona ex beneficiis relicta, olim iure communi eccleſiis, vel ſucceſſoribus reſeruabantur; in quorum locum Pontificiæ Conſtitutiones Cameram Apoſtolicam ſubrogarunt; ergo fieri poteſt, vt alicubi Ius antiquum communè retentum ſeruetur, conſtitutionibus Pontificis nequaquam vſu receptis, ant conſuetudine abrogatis.

4 Quarto quæritur, An conſuetudine fieri queat, vt bona ex beneficiorum fructib. relicta, ad hæredes Clericorum teſtamento vel ab inteſtato transferantur? Hæc quæſtio pendet ex illa; An conſuetudine poſſint Clerici ex fructib. beneficiorum teſtari; de qua quæſtione ſuperiori libro ſatis ſuperq. locuti ſumus. In præſenti loco ſufficit dicere, in Gallia, & Hiſpania communi vſu eſſe receptum, vt Beneficiarii teſtentur; nec eſt cur ea conſuetudo damnetur, cum ſit ab antiquo tempore, cuius initii memoria non extat, uſu recepta; & Conſtitutiones ipſæ Pontificiæ ſpolia Clericorum Cameræ Apoſtolicæ reſeruantes vſum contrarium ibi uigentem non damnant, immo potius ſeruandum eſſe decernunt. Eadem ratione, ubicunque conſuetudine talia bona Beneficiariorum ab inteſtato decedentium ad hæredes trãſeunt, minime Cameræ Apoſtolicæ debentur; noluerunt enim romani Pontifices hiſce conſuetudinib. locorum derogare, quare locum habent, cum derogatæ nõ ſint. Nauarrus probat quidem conſuetudine teſtandi Beneficiariis; ſed negat poſſe eos teſtari in quolibet uſus, præter

quam

quam pios, at negari non poteſt, vſu eſſe alicubi receptum, vt in quoſuis vſus Beneficiarii teſtantur; immo à Romano Pontifice ſolet Cardinalibus, & Epiſcopis ampla concedi facultas, vt in quos voluerint vſus, de redditibus eccleſiaſticis teſtentur.

Vt hæc omnia breuiter intelligantur, animaduertendum eſt, in *cap. relatum de teſtament.* conſuetudinem approbari, qua
5 permittitur Beneficiarij teſtari de bonis ex beneficijs acquiſitis in vſus pios, vel ad eos remunerandos, qui ipſis viuentib. inſeruierunt; Vnde, vt ait; *Couarruuias capit. cum in officijs de teſtament. num.* 9. conſtans omnium opinio cõſuetudinem non improbat, quæ permittit clericis de his bonis teſtari arbitratu ſuo in quoslibet vſus; ita *Panormitanus, Cardinalis, Aluarus, Pelagius, Archidiaconus, Ioannes Maior, Silueſter, Angelus*, & alij, quos citat ibi *Couarruuias*. *Gloſſa* verò in *capit. Præſenti de offic. ordin. in 6. Hoſtienſem* ſecuta ſentit, Beneficiarium ſui beneficij vel eccleſiæ adminiſtrationem habentem dum viuit, & valet, eſſe vſufructuarium, ac proinde de his bonis donare poſſe cui voluerit, dummodo id moderate faciat; dum vero ægrotat, aut eſt morti vicinus; eſſe tantum vſuarium, & ideo nihil iuris habere in hijs bonis, niſi vſum; ac idcirco de ijs teſtari iure non poſſe, beneficiarium autem adminiſtrationem non habẽtem, hoc eſt, poſſidentem beneficium ex communi Collegii menſa, qualis Canonicus eſt, & cęteri ſimiles ſiue dum viuit, & valet, ſiue dum incipit ęgrotare, etiam grauiter & periculoſe, vſufructuarium eſſe, & ideo poſſe teſtari. Si tamen inteſtatus decedat, ſuccedere illi eccleſiam, hoc eſt, clericorum Collegium. Sed profecto, vt loco ſupradicto teſtatur Couarruuias, in Hiſpania generalis conſuetudo obtinuit, vt de his bonis benificiarii arbitratu ſuo teſtentur, & in ipſis hæredes ſuccedant, ſi inteſtati moriantur. Eandem conſuetudinem in Gallia uigere, tradit *Coſmas in Pragmat. ſanctio. titul. de annatis §. Item quod, verbo acquiſitos*; quam conſuetudinem ualere docent *Faber inſt. de rerum diuiſ. §.* His uero, *Guido Papa deciſ.* 115. & alii, quos refert *Philippus Probus capit. præſenti de offic. ordin. in 6.* & hanc conſuetudinem in Hiſpania legibus Regiis approbarunt Carolus V. & Philippus II. eius filius; ille anno ſalutis humanę 1523. hic anno 1566. vt refert idem *Couarruuias. Redoanus de ſpol. Eccl. q. 4. nu.* 16. ait, huiuſmodi morem non valere, nec ſatis eſſe, ſi pragmaticis in Hiſpania ſanctionibus confirmetur; quoniam *Laici* nihil de his bonis conſtituere poſſunt. Verumtamen cum hæc conſuetudo non ſit Iuri naturali, vel diuino, ſed tãtum Canonico contraria, & ſit vſu longo recepta, nõ eſt cur damnari debeat; Et pragmaticę ſanctiones in Hiſpania nihil aliud conſtituunt, niſi, vt huiuſmodi conſuetudo ab antiquo tẽpore introducta & præſcripta ſeruetur, ſiquidem Romani Pontifices eam non damnant; ſed permittunt.

6 Ex his intelligitur, ea conſuetudine in Hiſpania vigente, bona Beneficiarii inteſtato morientis, hæredibus deberi, non Fiſco Pontificio: quoniam ſicut conſuetudo alicubi recepta introduxit, vt fructus primo anno, immo etiam ſecundo colligendi ad Canonicum demortuum pertineant, *Extrauag. ſuſcepti. de Elect. Ioannis.* 22. Sic etiam vſu introduci potuit, vt hæc bona quæ Beneficiarius relinquit inteſtatus decedens, ad hęredes tranſmittantur: Sicut enim conſuetudo pręſcripta ſucceſſoris iuri potuit derogare, ſic etiam iuri Eccleſiæ, & Fiſci Pontificii. Nec verum eſt quod *Nauarrus tradit de ſpol. §. 14. nu. 4. & 5. & §. 15. num. 3. &* 4. non poſſe conſuetudine induci vt in ſpoliis Clericorum ſuccedant alij, pręterquã Papa, niſi iure & titulo paupertatis & pietatis: hoc enim ille ideo dixit, quia fuit ſemper in ea opinione; videlicet, quod ſupereſt ex beneficiorum fructibus, lege iuſtitiæ eſſe in pios vſus erogandum: de qua ſententia ſuo loco tractauimus *lib. 7. Inſt. moral.* Sicut enim conſuetudine recepta, de his bonis Beneficiarij in quos voluerint vſus, teſtari queunt; ita quoq; ſi inteſtati decedant, ad ſuos hęredes ſimpliciter de more tranſmittunt.

7 Quinto quæritur, An iure probari queat conſuetudo, quę in quibuſdam prouinciis viget, qua Epiſcopus rem vnam mobilẽ, ſiue ſe mouentem, ex iis bonis, quæ Beneficiarius vita functus relinquit, ſibi ſumit, & vendicat, quam vulgus luctuoſam appellat? Reſpondet, Nauarrus (atque ego etiam) de *ſpol Cler. §.* 16. eam conſuetudinem non eſſe damnandam, quippe quæ ſolum Iuri Canonico derogat, non diuino, aut naturali, & poteſt conſuetudo Beneficiarii bona alteri quam Eccleſiæ, aut ſucceſſori addicere. Sed quærit Nauarrus An poſt Conſtitutionem editam à Pio V. de ſpol. Clericorũ, poſſit Epiſcopus eam

con-

Digitized by Google

conſuetudinem ſeruare, cum Beneficiarius demortuus beneficii habebat, cuius redditus annui 30. ducatorum quantitaté non excedebant. Et reſpondet, non paſſe, quia Pontifex præcipit ne bona ab huiuſmôdi Beneficiario relicta inter ſpolia habeantur. Mihi certe res dubia videtur: nam Conſtitutione Pii V. ſolum ſtatuitur, ne Collectores Pontificii ea bona tamquam ſpolia fiſco Apoſtolico debita capiant. Alias vero non videtur ius conſuetudine acquiſitum, derogatum, ſiquidẽ illud Conſtitutio non tollit. Addit etiam *Nauarrus*, non licere Epiſcopo ea re vti niſi vſus pios. Sed probabilius puto, poſſe eum rem illam in quos voluerit vſus impendere. Vbi tamen recepta fuerit eiuſmodi conſuetudo, poterit epiſcopus rem quam maluerit, eligere, dummodo non fuerit Eccleſiæ ante donata vel promiſſa, nec fuerit res immobilis, cuiuſmodi redditus ſiue cenſus annuus indicetur; & dũmodo vna tantum res ſit, qualis non eſt pecunia in crumena contenta, vel res in arca incluſa, ſiue vinum in dolio ſeruatum ſi continens & res contenta ſimul capiãtur: nec tale eſt armentum boum aut grex porcorum.

8 Multæ fraudes committuntur ab hæredibus beneficiariorum, aut penſionariorum vt ſpolia Cameræ Apoſtolicæ debita ſibi retineant: in primis fingunt ſe empta ex fructib. beneficii, vel penſionis, donatione accepiſſe in vita à beneficiario, vel penſionario, cum tamen non acceperint, niſi in morte, vel ægritudine, aut ſaltem cum Beneficiarius, vel penſionarius poſt quam dederat, non vixerit viginti diebus, vt donatio valeret. Item fingunt Beneficiarii vel penſionarii ſe donaſſe, & tamen apud ſe retinere, ut commodata à donatario, cum tamen nulla donatio uera extiterit. Aliquando contingit ut plures à Beneficiario, uel penſionario donata acceperint, quæ ut ſpolia Cameræ Apoſtolicæ debebantur, & unus eorum cum Camera Pontificia conuenit, & ab ea abſolutionẽ, & debiti remiſſionem impetrat: Cæteri niſi cum Camera conueniant, reſtituere debent, quod acceperunt, aliter ab excommunicatione abſolui nequiunt.

FINIS.

TRACTATVS

TRACTATVS
DE SPOLIIS
CLERICORVM.

AVCTORE
VINCENTII FILLIVCII
E SOCIETATE IESV PRESB. THEOL.

EGerunt autem de ſpolijs Gulielmus Redoanus integro tractatu; & poſt illum Martinus Nauarrus, in commentario quem ſub hoc titulo de ſpolijs ſcripſit in *c. non liceat.* 12. *q* 2. poſt quem nonnulla eadem de reſcripſit Ioannes Azor noſtræ Societatis; quos omnes tractatus, ſimul cum pluribus alijs conſultationibus & deciſionibus Rotæ; ad eandem materiam ſpectantibus collegit & edidit Iulius Cęſar, latiùs: ex quibus nos ea quæ neceſſaria & magis vtilia erunt, decerpemus, & ſeqq. capitibus explicabimus. Primum erit, quod & quotuplex ſit ſpolium Eccleſiaſticum Secundum, in quibus perſonis fiat. Tertium, quorum bonorum ſit. Quartum, diſtinctiùs, ex quibus bonis in conſcientia, & à quibus perſonis debeatur. Quintum, ex quibus bonis in foro exteriori capiatur: vbi etiam exponetur, ex qua negotiatione, viri Eccleſiaſtici ſpolij obligationem incurrant. Sextum, quibus, quę ſpolia debeantur; & an, & quomodo ante ſententiam iudicis. Septimum, varias ſimul quæſtiones complectetur, & quæ frequentiùs, in hac materia peccari ſoleant explicabit.

CAPVT I.

Quid & quotuplex ſit ſpolium Eccleſiaſticum.

SVMMARIVM.

1 *Spolium Eccleſiaſticum quid.*

QVęrò primo, quæ ſit Eccleſiaſtici ſpolii deſinitio.

1 Reſpondeo, variè ipſum deſiniri, vt videre eſt apud *Redoan. q.* 1. *de ſpolijs*, *n.* 7. *Azor. c.* 1. *q.* 2. *Nauar. tract. de ſpolijs*, *§.* 1. *n.* 20. quibus omiſſis, vt ſuperfluis, & minimè neceſſaria continentibus,

Dico primo, ſpolium Eccleſiaſticum eſſe, quidquid in bonis Eccleſiaſticæ perſonæ poſt mortem ipſius rerum peritur quod ad hęredes ipſius, nec ex teſtamento pertinet, nec ab inteſtato. quæ definitio colligitur ex ijs, quæ D D. prædicti tradunt, licèt eam aliter forment & proponant. probabitur autem à nobis clarè, & explicabitur ex ijs quæ deinceps ſubijciemus.

Dico ſecundo, ex hac definitione coligitur. ſpolia Eccleſiaſtica poſſe diſtingui, ex parte eorum, quibus poſt mortem bona perſonæ Eccleſiaſticæ aliter, quàm iure hęreditario debentur; vt tot ſint ſpecies, ſeù genera ſpoliorum, quot ſunt perſonarum, quibus ea bona obueniunt. Sunt autem tres pręcipuè, Camera Apoſtolica, Camera & Eccleſia Epiſcopalis, ſeu alia beneficiario coniuncta, ſucceſſores in beneficio ex his tamen proprijſſimè ſpolij nomen obtinent quæ Cameræ Apoſtolicæ debentur.

CAPVT II.

Ex quibus perſonis ſpolia Eccleſiaſtica capiantur.

SVMMARIVM.

1 *Nomine Eccleſiaſtica perſona qui intelligi debeant. De Clericis.*
2 *Ce Regularibus.*
3 *De conuerſis oblatis Deo in monaſterijs.*
4 *Quæ perſonæ vniuerſim ſpolio Eccleſiaſtico ſubiecta.*
5 *Quæ ſpeciali conceſſione excepta.*

DVbium non eſt ſpolia hęc Eccleſiaſtica ex Eccleſiaſticis perſonis accipi; ita vt ex nulla perſona fiant quæ Eccleſiaſtica non ſit, & ex omni Eccleſiaſtica capiantur; niſi aliter ſit ſpeciali exceptione diſpoſitum.

Quęro ergo qui hoc nomine intelligantur,
1 & primo, an ſolùm Clerici?

Reſpondeo, latiùs patere Eccleſiaſticę perſonę nomen, quàm nomen clerici; proinde ex omnibus clericis fieri, & pręterea, à pluribus alijs, quia licèt omnis clericus ſit perſona Eccleſiaſtica; non tamen omnis Eccleſiaſtica perſona clericus eſt, vt bene Decius *c. Eccleſia. de conſtitutionibus*, *n.* 7. & habetur in *text.* iuncta *gloſ. c. duo ſunt.* 12. *q.* 1. *c. alia. & c. legi* 16. *q.* 1. *c. non dubium, & c. de monialibus. de ſententia excommunicationis.* & latè explicat *Nauar. tract. de reditibus Eccleſ. c. vlt. q.* 1. *monit.* 55.

Quæro ſecundo, an Regulares etiam hoc
2 nomine comprehendantur reſpectu ſpoliorum?

Reſpondeo, comprehendi. quare ſi qui reperiantur tempore mortis bona habentes hæredibus non debita, bona illa cedunt in ſpolia Eccleſiaſtica, vt expręſsè decernunt Paulus III. Pius IV. & Pius V. quorum verba refert & expendit *Nauar. de ſpolijs. §.* 5. *n.* 3. Quomodo autem Regulares poſſint aliquid ſuum habere ex quo ſpolium fiat, infrà ſuo loco exponemus.

Quęro tertio, an conuerſi oblati Deo in mo-
3 naſterijs, nomine perſonæ Eccleſiaſticæ ad hunc effectum ſpoliorum contineantur?

Reſpondeo, contineri, vt poſt *Redoanum*, *Nau.* docet *Azor q.* 2. clarèque conſtat ex verbis DD. Pontificum quę refert *Nau.*

Quæro quarto, quæ ergo perſonæ, vniuerſè
4 loquendo, ſpolio Eccleſiaſtico ſubiectæ ſint?

Reſpondeo, omnes quęcunque gaudent priuilegio Eccleſiaſtici fori, tam quoad perſonas, quàm quoad bona. quare Regulares omnes tam clerici, quàm laici, tam militares, quàm clericales, tam in ordinibus conſtituti, quàm aliter Eccleſię ſeruientes, dummodo ex ſuo ſtatu priuilegio fori gaudeant, edicto *ſpolij* includuntur: vt pluribus *Redoanus q.* 7. *Nau. §.* 3. *n.* 2. *c.* 3. *Azor c.* 1. *q.* 2.

Quæro quinto, quæ perſonæ Eccleſiaſticæ
5 ſpeciali conceſſione ſint exceptæ?

Reſpondeo, Tria genera eſſe, primò Cardinales, ſecundò Curiam ſectantes

& in

& in ea morientes, tertiò priuilegio teſtandi munitos, de quibus *Azor c.2.q.10.* ex conſtitutione Pij IV. & Pij V.

CAPVT III.

Quæ bona ſpolijs Eccleſiaſticis ſint addicta.

SVMMARIVM.

1 *De bonis patrimonialibus, vtrùm ſpolio Eccleſiaſtico ſubiecta.*
2 *Bona patrimonialia quæ.*
3 *De bonis patrimonialibus, vtrùm ſpolia fiant.*
4 *Bona q. patrimonialia quæ.*
5 *De fructibus beneficij à beneficiario perceptis, an fiant illius q. patrimonialia.*
6 *De fructibus beneficij qui debentur beneficiario pro eius ſuſtentatione, an q. patrimoniales fiant.*
7 *Quid ſi beneficiarius habet ex patrimonio vnde ſuſtentetur, an nihilominus partem fructuũ beneficij ſibi propriam faciat, & q. patrimonialem.*
8 *Beneficiarius non ſeruiens poſſitne alimenta & alia ſuſcipere, ſi aliunde habet quo ſuſtentetur.*
9 *Poſſitne de ſolo beneficio viuere, & reſeruare patrimonium.*
10 *An poſſit eſſe beneficiarius, qui fructus beneficij q. patrimoniales poſſidet.*
11 *De diſtributionibus quotidianis quæ dantur interuenientibus & præſerti obſequio ſeruientibus, vtrum cenſeãtur inter bona q. patrimonialia, et* 13 14. 15.

VNiuersè definiuimus, bona omnia, quæ tempore mortis Eccleſiaſticam perſonam ſpectant, nec tamen ad hæredes tranſeunt, ſi quos habet ex teſtamento, vel ab inteſtato, ſpolio Eccleſiaſtico contineri. Videndum ergo nobis eſt quæ iſta bona ſint. Ob id

Quæro Primo, an bona patrimonialia ſpo-
1 lio Eccleſiaſtico ſubiecta ſint.

Reſpondeo, non eſſe. colligitur ex conſtitutionibus. Pii III. Pii IV. & Pii V. quas *Nauar. loc. cit.* refert & expendit. Probatur primò, quia ſpolium Eccleſiaſticum eſt ex bonis quæ mediatè vel immediatè ex beneficio & ipſius fructibus acquiſita ſunt: ſed patrimonialia Eccleſiaſticæ perſonę, non ſunt eiuſmodi. Secundò, quia ſpolia Eccleſiaſtica ſunt ex bonis quæ non debent hæredibus Eccleſiaſticæ, perſonæ, ſi quos poteſt habere, prouenire: ſed patrimonialia Eccleſiaſticorum hęredibus illorum debentur, vt per ſe conſtat & indicant prædicti Pontifices, & habetur 12.q.5. per totum, & docet *gloſ. c. illo 12.q.1.*

Quęro Secundo, quæ ſint bona patrimo-
2 nialia.

Reſpondeo, propriè quę à parentibus proueniunt; largè quæcunque ex conſanguineorum morte ſiue per teſtamentum, ſiue ab inteſtato capiuntur.

Quæro Tertio, an de bonis quaſi patri-
3 monialibus ſpolia fiant.

Reſpondeo, non fieri, vt bene docent *Nau. §.1.n.2. & 3. & §.8.n.7. Azor c.3.q.2* Rota Romana in Vſſelenſi coram Ludouiſio, poſtea ſanctiſſimo *n* 10.

Quæro Quarto, quæ ſint bona quaſi patri-
4 monialia Eccleſiaſticorum.

Reſpondeo, quæ ſiunt eorum propria alio titulo quàm hæreditariæ ſucceſſionis, & ita vt in illorum iuſtum & abſolutum dominium transferantur. colligitur ex iiſdẽ auctoribus *loc. cit* & clarius ex ſequentibus conſtabit. appellantur autem quaſi patrimonialia, quia de illis poſſunt Eccleſiaſtici diſponere, quemadmodum quilibet alius de ſuo patrimonio communiter poteſt; ſed quia non veniunt ex hæreditate maiorum, ad illorum diſtinctionem nõ abſolutè patrimonialia, ſed cum diminutione quaſi patrimonialia dicuntur. explicandum ergo etiam quæ ſint iſta bona.

Quæro igitur quinto, an fructus beneficij à
5 beneficiario percepti, & reliquis illius bonis incorporati, fiant illius quaſi patrimonialia.

Reſpondeo, vniuersè loquendo non fieri. eſt certa & indubitata concluſio omnium DD. qui diſtinguunt inter patrimonialia, vel quaſi; & reditus, quos ex beneficio quilibet Eccleſiaſticus acquirit. Ratio autem eſt, quia ex bonis patrimonialibus, vel quaſi, poſſunt Eccleſiaſtici licitè & validè diſponere in omnem vſum pro libito ſuo rectæ rationis dictamine non prohibitum: ſed ex reditibus quos ex beneficio Eccleſiaſticus percipit, nec licitè nec validè poteſt in omnes vſus diſponere, vt per ſe patet. tenetur enim illos expendere in pios & honeſtos vſus, qui ſint ordinati, vel ad paupertatẽ ſubleuandã, vel ad Religionẽ fouendã. Præterea bona patrimonialia tempore mortis apud Eccleſiaſticum reperta debentur illius hæredibus,

bona hæc Eccleſiaſtica non item; non ergo ſunt quaſi patrimonialia. qua de re pluribus Nauar. *de redditibus Eccleſiaſticis, & tract. de ſpolijs. §.2.n.1.&2.* Dixi au rem in principio *vniuersè loquendo* fructus omnes beneficij non fieri patrimoniales beneficiarij; quia aliqui ſiunt, ſed non omnes; quales autem iſti ſint, iam explicabo.

Sed obijcies, ſuprà tractatu 41. de beneficijs c. 2. nos docuiſſe beneficiarium fieri dñm redituũ. ergo reditus fiunt illius bona patrimonialia, vel quaſi. Reſpondeo, negando conſequentiam, non enim omnia quæ tranſeunt in noſtrum dominium qualecunque, ſiunt patrimonialia, vel quaſi; ſed quæ tranſeunt in liberum & abſolutum ab omni obligatione, præter illam, quam communis ratio rectè operandi præſcribit & dictat. Reditus autem beneficij licèt tranſeant in dominium; id tamen eſt cum obligatione illa *ſic & ſic* expendendi. vnde fit vt ſi aliter illos beneficiarij expendant, validè expendant, quia domini ſũt: illicitè verò, quia aliter quàm teneantur, non ſolùm ex præſcripto ratione ſui ſtatus; ex natura illorum redituum & ex Eccleſiaſticis decretis.

6 Quæro ſexto, An fructus beneficij, qui debentur beneficiario pro iuſta & rationabili ipſius ſuſtentatione, fiant illius quaſi patrimoniales.

Reſpondeo, fieri, etiamſi illos vel ob ſuam parſimoniam, vel quia aliunde habet ex ſua induſtria vt ſuſtentetur, illos beneficiarius non conſumat. ita deciſum eſt in vna Vſſelenſi coram Ludouiſio, poſtea ſanctiſſ. *n.* 10. & docet Nauar. & poſt illum Azor *c.* 3. *q.* 2. probari autem poteſt ex D. Th. 2.2.*q.*185 *art.*7. *in corp.* vbi docet de parte fructuum ad vſum deſtinata poſſe beneficiarium liberè diſponere, ceu de bonis proprij & patrimonialibus. quod ipſum ibi confirmat Caiet. Molina *de iuſt. & iure diſp.*146.*v. contrarium* Nauar. *de reditib. Eccleſ. q.*1. *monit.*33.*n.*2.*&* 4.*verſ. qua ratio* Soto *de iuſt. & iur. lib.*10.*q.*4.*art.*4.*col.*4.*verſ. cùm ergo.* Lælius Zechios *de Rep. tit. de Beneſ. num.*10. quem ſequitur Garz. *p.*2.*c.*1.*n.*9. Ex quo improbabilis omnino redditur opinio Redo. *q.*6.*num.*8. & deinceps, affirmantis beneficiariũ etiam reſpectu partis ſibi in ſuſtentationem aſſignatæ tantùm vſurarium eſſe; vt quicquid quomodocumque ex illa non conſumat, ipſius proprium non fiat, ſed alijs cedat.

7 Quæro Septimo, an ſi beneficiarius habeat patrimonium vnde ſuſtentetur, nihilòminus partem fructuum rationabili ſuæ ſuſtentationi conuenientem ſuam propriã faciat, & quaſi patrimonialem?

Reſpondeo facere, ita Azor *c.* 3.*q.*1. Couarruuias *cap. cùm in officijs. de teſtamentis. verſ.*3.*ex eodem.* Optima ratio ad hoc eſt, quia pars fructuum quæ tribuitur beneficiario ad illius congruam ſuſtentationem non eſt tantùm miſericorditer illi impēſa vt viuat, ſed etiam, vt illius labores iuſta mercede & ſtipendio compenſentur.

Contra hoc Redoanus *quæſt.* 3. *§.* 1. *num.*2. conatur pluribus oſtendere non poſſe de beneficio viuere qui patrimonium ſufficiens habet; fundatur quòd aliquando canones dicant in neceſſitate beneficiario ſubueniendum; ex quo colligit vbi ille nõ eſt in neceſſitate, ſubuentionem iſtam nõ poſſe recipere. Sed fallitur omnino, quia Eccleſia non tantùm beneficiario tribuit quod ad illius egeſtatem ſuſtentandam facit, ſed ſoluit etiam quod debetur, vt merces in vinea Domini operanti. *dignus eſt enim operarius mercede ſua. & nemo ſuis ſtipendijs militat,* vt dicit *Apoſt.* quamuis poſſit militare, & habeat operarius vnde valeat ſuſtentari, etiamſi mercedem à villico non recipiat. quod dicunt canones, aliquando *beneficiario in neceſſitate ſubueniendum,* non illegitur. vt extra neceſſitatem mercedem ſuam non poſſit accipere, ſed vt cùm illa adeſt, etiam vltra mercedem illi ſubueniatur,

8 Quæro octauo, An beneficiarius non ſeruiens, ſed de beneficio ſimplici ſine vlla aſſiſtentia prouiſus, poſſit alimenta & alia iuſtæ ſuſtentationi congrua ſuſcipere, ſi ex patrimonio vel aliunde habeat vt ſubſtentetur. Ratio dubitandi eſt, quia huic nec ob egeſtatem ſubleuandam, nec ob ſeruitium, & laborem, pars vlla fructuum debetur.

Reſpondeo huic etiam ex fructibus beneficij deberi quod iuſtè & rationabili ipſius ſubſtentationi congruit, ratione habita ſtatus, & conditionis. Ratio eſt, quia quilibet beneficiarius ratione benefici, ſi nõ ad reſidentiam, adſiſtentiam, aut aliud ſeruitium, tenetur ſaltem ad officium recitandum, ob hoc ergo debetur illi merces & ſtipendium pro ſtatu ſuo. Quare falſum eſt, quod aſſumitur beneficiarium aliquem eſſe qui nullum obſequium, & laborem Eccleſiæ impendat, quod ex iiſdē auctoribus colligitur q. 6. adductis, & ex D. Thoma confirmatur, qui cum dicit quod beneficiarius ex parte fructuum ſibi

bi deſtinata parcè viuendo reſeruat, nullam limitationem adhibet, an hoc debeat fieri, nullo ſuppoſito patrimonio, vel aliquo. item ſuppoſita adſiſtentia ad ſeruitium pœnale exhibendum, vel non ſuppoſita.

9 Quæro nono, An ergo poſſit beneficiarius, cui aliunde ſine ex patrimonio, ſiue ex propria induſtria ad commodam ſubſtentationem, & ſtatui congruentem ſufficit, de ſolo beneficio viuere, totum patrimonium integrum reſeruando.

Reſpondeo poſſe, licet enim laudabilius eſſet ſi tunc de patrimonio viueret, non tamē ad hoc tenetur, ſed poteſt congruam ſubſtentationem ex fructibus beneficij capere & totum patrimonium conſeruare, vt docet *Abbas cap. cùm eſſet. de teſtamentis. Innoc. cap. epiſcopus. de præbend.* nec audet improbare *Redoan. q. 10. nu. 26.*

10 Quæro decimo, An poſſit eſſe beneficiarius, qui fructus omnes ſui beneficij quaſi bona patrimonialia poſſideat.

Reſpondeo poſſe illum, nimirum cuius beneficium non ſuperat valorem iuſtæ ſuſtentationis beneficiario conuenientis. quare Pius V. ad tollendas lites conſtituit, vt quorum beneficia, & penſiones lites conſtituit, vt quorum beneficia, & penſiones valorem non ſuperant triginta aureorum, ij ad nulla Eccleſiaſtica ſpolia teneantur, & hoc non ob aliud, niſi quia de bonis beneficiario competunt ad ſubſtentationem, & ſpolia facienda non ſunt cum fiant illius propria, & quaſi patrimonialia: qui autem beneficum maioris valoris non poſſidet, quam triginta aureorum, non habet ex illo plus quam congruæ ſubſtentationi conueniat, vt bene aduertit *Nauarrus §. 1. num. 5. de ſpol.* & iterum *§. 8. nu. 7.*

11 Quæro vndecimo, An diſtributiones quotidianæ, quæ dantur interuenientibus & præſenti obſequio ſeruientibus, inter bona quaſi patrimonialia cenſeantur.

Reſpondeo, cenſeri; & vere ita eſſe, quia fiunt ſeruientium abſolute propria, non minus quam patrimonialia, quod habetur *cap. 1. de clericis non reſidentibus in 6.* docetque *Innocentius Geminianus cum Gloſſa*, quo refert *Redoan. q. 3. num. 35.* & ratio eſt, quia quod acquirit clericus ex iuſto ſtipendio, minus ipſius proprium ſit, quam ruſtici, aut cuiuſcumque operarij proprium fiat ꝙ in mercedē ſui laboris; & operis capiunt, vt notat *Innocent. in cap. nouum genus. de decimis.* ſed quod ſic acquirit roſticus, aut quilibet operarius, ita illius ſit, vt patrimonio accreſcat: ergo ſimiliter erit in clerico.

12 Quæro duodecimo, quæ bona Eccleſiaſticorum vniuerſe loquendo inter illorum quaſi patrimonialia cenſeantur.

Reſpondeo, & dico primo, vniuerſe loquendo quæcunque eccleſiaſticus acquirit titulo aliquo conditionis, aut exercitij perſonalis, à ſacris canonibus non interdicto cedunt omnia in ipſius bona, quaſi patrimonialia, quia fiunt non minus ipſius propria, quam quę a parentibus ſuis ſibi tranſmittuntur. colligitur primo ex auctoribus ſupra adductis *q. 6.* præſertim ex *D. Thoma*, quibus adde *Bal. in authent. licentiam. C. de Epiſcop. & Cleric. Alexan. conſ tot. numer. 2. lib. 7. Corn. conſ. 314. num. 2. vol. 3. conſ. 79. num. 3. vol. 4.* qui id docet ex *cap ea nos, & cap. relatum 2. de teſtam cap. 1. de ſucceſ. ab inteſtato* cum *Innocet. cap. cum in offic. teſtam. num. 2. cod.* Secundo, quia canones tantum negant Eccleſiaſticis abſolutam, & liberam poſſeſſionem eorum, quæ illicitè contra Eccleſiaſtica decreta acquirunt, vt habetur ex conſtitutione Pii IV. quam referunt, & expendunt *Rodoan. q. 2. Nauar. de ſpol. §. 8. Azor cap. 2. q. 1.* quæcunque ergo acquirit eccleſiaſticus ratione aliqua ſacris canonibus non interdicta, propria ipſius libere, & abſolute fiunt. Tertio, quia quod Sanctorum Patrum decretis non eſt conſtitutum, non debet ſuperſtitioſis inuentionibus affirmari. *cap. conſuluiſti. 2. q. 4.* ſed nulli canones inueniuntur, qui ſanciant bona à clericis quomodocumq. acquiſita non fieri eorum propria liberè ſimpliciter, & abſolute, ſuperſtitioſum, ergo eſt id aſſerere.

13 Dico ſecundo in particulari, & ad ſpeciem deſcendendo, fructus omnes eccleſiaſtici, quos clerici accipiunt in merce dem quotidiani laboris, & operæ perſonalis, fiunt illorum proprii, & bonis patrimonialibus accreſcunt, qualia ſint acquiſita non ſolum in quotidianis diſtributionib. beneficialibus, ſed data intuitu Miſſæ, prædicationis, confeſſionis, Cappellaniæ, vel officij Vicariatus, aut cuiuſcunque alterius ſpiritualis muneris, eleemoſynæ titulo, non in pretium, ita *Innoc. cap. quia nos. & cap. relatum. de teſtam.* & poſt *Abbatem, Hoſtienſ. Cardin. Franciſ Nauarrum* docet *Leonis in theſauro fori eccleſiaſt. part. 3. cap. 3. num. 14.* & ita fusè *Redoan. dict. quaſt. 3. §. quid dicendum num. 35.*

Ex quo ſit primo, vbi præbendæ diſtinctæ non

non ſunt, ſed omnia in communi poſita, quæ poſtea ſingulariter æqois portionib. inter præſentes diſtribuuntur; ibi omnia fieri propria beneficiarij, ita vt de illis nō minus, quam de proprio patrimonio diſponere poſſit, vt docet *Gloſſa*, *Abbas*, *Geminianus*, *Innoc.* & cum illis *Redoanus dicta quæſt. 3. n. 35.*

Secundo fit, fructus omnes Cappellaniæ ad nutum amouibilis, cui quis præſenti obſequio inſeruit, eodem modo ipſius proprios fieri, ex *cap. quia nos, & c. relatum de teſtam.*

Dico Tertio. bona quæcunque non eccleſiaſtica propria induſtria beneficiarij licite
14 ipſius patrimonio accreſcunt, ſiue ex induſtria ponatur in opere & artificio corporali exercendo, ſiue in doctrina tradenda. ita *Cynus, & DD. Authentica licentiam C. de epiſcopis. vbi Baldus* dicit, *quicquid Clericus acquirit propria induſtria, & labore (intellige per canones non prohibitos) poſſe de eo pro libito in vita, & in morte diſponere ſicut de patrimonio*, quod ipſum docet *Hoſtienſ. Anton. Cardinalis, Immola in cap. quia nos de teſtamen. Redoan q. 3. §. vlt n. 7. 8, 9.* Ex quo fit primo, quod acquirit beneficiarius quia cantor, Grammaticæ Magiſter, &c. illius propriū fieri ſine vlla reſtitutione. Secundò, quod aquirit in ſeruiendo Principibus, illorum epiſtolas reſcribendo, aut aliter honeſtè illis operam ſuam præſtando, eodem loco habendum. Tertiò, idem exiſtimandum de eo quod proprio artificio pingendo, ſculpendo, &c acquirit.

Dico quarto, bona quæcumque Eccleſiaſti-
15 cis donantur; vel relinquuntur, tit. rationali, etiamſi ad id dignitas vel ſtatus clericalis concurrat, vt conditio, ſine qua fortaſſe donata ac relicta illa non fuiſſent ipſorum propria ſunt, & quaſi patrimonialia. *DD. cap. cum in officijs de teſtam. Zabarella cap. fin. de peculio clericorum. Bal. C. de Epiſcopis. authent. licentiam. Federicus de Senis quæſt. ſeu conſil. 20. Calderinus conſil. 1. de pecul. clericorum.* Ex quo fit primo, quod donatur vel relinquitur beneficiario, titulo conſanguinitatis vel affinitatis, quantumuis remotè, ipſius fieri; quia conſanguinitas pertinet ad perſonam, eo autem titulo omne id præſumitur dari, quod à conſanguineo, & ab affine datur, niſi ipſe aliud exprimat. Secundò, quidquid datur titulo amicitiæ Tertiò, quidquid ob dotes aliquas perſonales, puta litteraturā, &c. de quibus omnibus clariùs in ſequentibus conſtabit.

CAPVT IV.

Ex quibus bonis à quibus perſonis eccleſiaſtica ſpolia in conſcientia debeantur.

SVMMARIVM.

1 *An quod ſupereſt ex reditibus beneficij, debeatur ſpolio Eccleſiaſtico.*

2 *An ex ijſdem comparata, & empta computentur ſpolio Eccleſiaſtico.*

3 *De emptis à beneficiario ex bonis patrimonialibus, vel quaſi, vtrùm excepta à cenſu ſpoliorum.*

4 *De inſtrumentis ſacris, vtrum ab obligatione ſpolij poſſint eximi.*

5 *An inter ſpolia numeranda quæ conſanguinei, vel amici beneficiarij, ex reditibus ipſius acceperunt, dum viueret. & num. 6. 7. &* 8.

9 *An ſpolia ſiant quæ comparata, & empta ex reditibus. ſi donata ante mortem fuerint.*

10 *De donatis, vel relictis beneficiario ſimplici, poſſintne tuta conſcientia à ſpolijs eximi, & ab hæredibus ipſius retineri.*

11 *An donata à beneficiario ex reditibus nō ſuis, ſed Eccleſiæ, retineri tutò poſſint. & num. 12 & 13.*

14 *An omnia relicta à beneficiario regulari tempore mortis cedant in ſpolium.*

16 *De bonis morientium in Curia, poſſint ne ſalua conſcientia ab hæredibus retineri, an potiùs debeantur ſpolio, & n. 17.*

18 *De penſionarijs ſimplicibus, an ſpolia faciant ſine vllo alio beneficio, et num. 19. 20. et 21.*

22 *An illicitè adquiſita per beneficiarium retineri tuto queant ab hæredibus, et num. 23. 24 et 25.*

26 *De negotiatione, et an aliquis alius modus illicitus, ratione cuius debeatur ſpolium et num 27. et 28.*

29 *Negotiationes Eccleſiaſticis illicitæ quæ. et num. 30 31. et 32.*

33 *An quæ negotiatione adquiruntur, ſiant in vita clerici propria.*

34 *De habente priuilegium teſtandi, poſſitne teſtari de adquiſitis illicitè.*

35 *Facultas teſtandi in quaſcunque perſona, etc. poſſit ne extendi ad illegitimos.*

36 *An illegitimus accipere tuto poſſit ex patris Eccleſiaſtici bonis, quod ſibi ad alimenta neceſſarium.*

37 *De illegitima an dotari poſſit ex bonis pa-*

paternis eccleſiaſtici.

38 *Teneaturne quilibet reſtituere ſpolia, quibus debetur, etiam abſque ſententia iudicis.*

39 *Spolia eccleſiaſtica iniuſte detinens, & non reſtituens, an eo ipſo cenſuras aliquas incurrere.*

EX dictis in vninerſum ſatis conſtare poteſt, Iure communi moriente quocunque eccleſiaſtico, cuiuſcunque gradus & dignitatis exiſtat, bona omnia, quæ tum ad ipſum pertinent, ſpolio eccleſiaſtico deberi, ſi ſunt ab ipſo poſſeſſa alio titulo quam ſanguinis, aut induſtriæ, vel alterius conditionis perſonalis. Vt autẽ ea, quæ circa hanc materiam difficultatẽ in particulari facere poſſent, melius diſſoluantur, varias quæſtiones proponemus, ex quibus emergentes caſus poſſint explicari.

Quæro ergo primo, an quod ſupereſt ex re-
1 ditibus beneficij iam perceptis adhuc intactum, ſpolio eccleſiaſtico debeatur.

Reſpondeo deberi, quia licet beneficiarius poſſit in vita de reditibus pro libito valide diſponere: non tamen poteſt in morte ita *Abbas, Io. Andr. Baldus,* quos ſequitur *Redoa q. 3. ſ. & ex his,* & communis apud *Nauarr. ſ. 14. Azor cap. 2.* propter quod dici ſolet, beneficiariũ in vita comparari *vſufructuario* reſpectu reditnũ eccleſiaſticorum: in morte tantum vſuario, quod eſt dum viuit poſſe de fructibus beneficij diſponere, in morte nequaquam, ſed quæ relinquit inconſumpta, eius remanere, qui dedit vtenda. cuius axiomatis explicationem habet *Baldus in authentica licentiam C. de epiſcopis,* quod tamen limitandum eſt, niſi beneficiarius decedens teſtari poſſit, vel ex priuilegio, vel legitima & præſcripta conſuetudine, quæ priuilegio æquiparatur, vt iidem docent, & nos paulo poſt. Dixi valide poſſe in vita diſponere in omnes vſus. nam licite non poteſt niſi cauſa ſubleuandæ paupertatis, aut pietatis fouendæ, vt iidem tradunt.

Quęro ſecundo; an quæ ex reditibus beneficij comparata & empta ſunt, ſpolio ec-
1 cleſiaſtico computentur.

Reſpondeo, ſi ſint empta ex fructibus non deſtinatis victui aut ſtipendio beneficiarij, computanda eſſe in ſpolio, ſi tempore mortis beneficiarij adhuc ad ipſum pertinent, & de illis irrenocabiliter in vita non diſpoſuerit. communis ſententia eſt quam docet *Azor,* licet ſatis obſcurè, & perplexè, *cap. 2. q. 5.* melius *Redoan. q. 12. num. 9. Couarruuias de teſtam. cap. 1. verſ. 3. ex his.* Ratio eſt, quia omne illud inter ſpolia cenſendum eſt, quod moriente beneficiario inter ipſius bona reperitur nõ patrimoniale, nec quaſi. Sed empta ex reditibus eccleſiaſticis, pertinentia adhuc ad beneficiarium morientem, non ſunt ipſius bona patrimonialia, nec quaſi: ſunt ergo ſpolia, quod non ſint patrimonialia, conſtat; quod nec quaſi, patet ex dictis, quia quaſi patrimoniale bonum eſt quod titulo ſanguinis, aut perſonalis induſtriæ vel conditionis acquiritur à beneficiario, & ex reditibus beneficij, id tantùm quod eſt congruæ ipſius ſuſtentationi diſtinatum.

Quæro tertio, an omnia empta à beneficia-
3 rio ex bonis patrimonialibus, vel quaſi, ſint excepta à cenſu ſpoliorum?

Reſpondeo, non omnia, ſed quędam eſſe quę ſpolio computantur, licèt empta propria pecunia & patrimoniali. hæc autem ſunt omnia inſtrumenta ſacra ad diuina officia celebranda vtilia, aut neceſſaria, quæcumque illa ſint, vt libri, vaſa, veſtes, paramenta, miſſalia, lampades, candelabra & ſimilia; quæ noua diſpoſitione *Pij V.* quacunque pecunia comparata, ſi tempore mortis ad beneficiariorum adhuc ſpectant, ſpolia fiunt, cui autem cedant, infra dicemus; quam conſtitutionem quantum ad hoc caput adducit *Nauar.* & explicat *ſ. 8. num. 1. & 2.* Vbi nota *Nauar.* & alios hæc bona non computare inter ſpolia Eccleſiaſtica; quia nomine ſpoliorum eccleſiaſticorum ipſe cum aliis intelligit tãtum, quæ cedunt Cameræ apoſtolicæ: male tamẽ, quia licet frequentius hoc ſoleat nomen tamen ſpolij late quidem, ſed proprie ſumptum includit quidquid mortuo beneficiario alij debetur, quam quos ipſe hæres aut legatarius habet, vel poteſt habere: vt conſtat ex ijs quæ ſupra diximus *cap. 1.* & habetur ex *Baldo, Geminiano, Calderino,* & alijs, qui nomine ſpolij complectuntur, quidquid ex bonis beneficiarij hæredibus, aut legatarijs ipſius de iure adimi poteſt, quod ijs beneficiarius in ſuis hæredibus; & illis, qui ipſum repreſentant ſpolietur.

Quæro quarto, an inſtrumenta ſacra per fa-
4 cultatem teſtandi beneficiario conceſſam ab obligatione ſpolij eximi poſſint.

Reſpondeo, Non poſſe, niſi de eo fuerit expreſſa mentio, & ſpecialis. Nam Pius V. ita illa vult: à poteſtate beneficiarij decedentis libera eſſe, vt nulla facultate teſtandi conceſſa, aut nullius cõſuetudinis prę-

textu

2 Secundo quæritur: Quam iuxtam excuſationem habeant prædictæ prouinciæ, in quibus aut nulla Beneficiariorum ſpolia, aut ſola Epiſcoporum Romano Pontifici debentur? Reſpondeo, Regum, uel Principum ſolam auctoritatem per ſe dare iuſtam excuſationem non poſſe, quoniam penes eos poteſtas non eſt aliquid de bonis eccleſiarum ſtatuendi: Sed ſpolia ex bonis eccleſiarum ſoluuntur, ergo de ipſis nihil poſſunt laici conſtituere. Quamuis quidam dicant, in prouincijs præfatis ſpolia Camer. Apoſtol. denegari quia fortaſſe Principes earum iudicarunt popolis ſibi ſubiectis nocere non parum, ſi tot pecuniæ ex beneficijs, & eccleſiis in ipſorum Regno conſiſtentibus in Italiam exportarentur: & iudicarunt pariter id expedire, ne à Collectoribus Pontificijs ſubditi populi litibus, aliiſq. rationibus, & ſpoliorum collectione uexarentur; Neque tam urgentem, & grauem eſſe Cameræ Apoſtolicæ neceſſitatem, ut id permittere deberent. Sed difficile eſt dicere Reges, & Principes potuiſſe ſtatuere ne ſpolia Clericorum Roman. Pontifici darentur, non enim id eſt Laicorũ. Et quamuis beneficia in eorum ditione, Imperio, & Prouincijs conſtituta ſint, nihilominus ſunt eccleſiarum bona, ac proinde libere Romani Pontificis adminiſtrationi ſubiecta, & in communẽ Ro. eccleſiæ utilitatem & neceſſitatem impẽdi iure & poſſunt, & debent. Ius quidem habent Reges, & Principes imperandi, ne pecuniæ ex eorum prouinciis extrahantur; Sed quis dicat ea lege Rom. Pontificem teneri, aut beneficiorum fructus, aut Eccleſiarum bona, hiſce laicorum legibus ſubiici? Quod ſi Pontificij Collectores in exigendis, & colligendis ſpolijs Eccleſiaſticis forſan plus æquo vexant, eorum eſt culpa, non Romanorum Pontificum. Et abuſus ſi qui irrepſerit, præcidendi ſunt reſeruato iuris ordine, non Canones, & Iura damnanda, improbandauè. Nec noſtrum eſt iudicare, egeat nec'ne Camera Apoſtolica: nam huiuſmodi bona, quæ ad ſpolia pertinent, iure communi antiquo Eccleſijs, & ſucceſſoribus reſeruabantur: ac in eorum locum iure optimo Fiſcus Pontificius ſuppoſitus eſt: nec enim minus indiget, quam olim Eccleſia & ſucceſſores. Et certe melioris eſt conditionis, quam illi: nam Pontifex circa omnem bonorum Eccleſiaſticorum plenam adminiſtrationem, & ſalutem omnium eccleſiarum curam habet. Quare ſi in Gallia, Germania, Polonia, Luſitania nulla clericorum ſpolia, & in Caſtellæ Regno tantũ Epiſcoporum ſpolia Pontifici ſoluuntur; id non eſt, quia Reges & Principes decreuerunt, ſed quia cum Rom. Pontificibus ita conuenerunt. Vt enim Paulus quãuis merito poſſet ſibi victum debitum exigere ob laborem prædicationis: iure tamen ſuo ſponte ceſſit; ſic Romani Pontifices ſuo iure cedere voluerunt.

Tertio quæritur, an contra ſpolia Apoſtolica vlla poſſit præſcriptio valere? reſpondeo, in ſpolijs Pontifici Romano non ſoluendis, poteſt conſuetudo legitime præſcripta locum habere, nam pari ratione decima fructuum pars conſuetudine multis in locis non ſoluitur. In exigenda item & percipienda decima poteſt vna eccleſia contra alteram ius acquirere, ergo etiam contra Cameram Apoſtolicam ius obtinere, vt epiſcoporum, & aliorum beneficiariorum ſpolia ſucceſſoribus, non fiſco pontificio debeantur. Item, bona ex beneficiis relicta, olim iure communi eccleſiis, vel ſucceſſoribus reſeruabantur; in quorum locum Pontificiæ Conſtitutiones Cameram Apoſtolicam ſubrogarunt; ergo fieri poteſt, vt alicubi Ius antiquum commune retentum ſeruetur, conſtitutionibus Pontificis nequaquam vſu receptis, aut conſuetudine abrogatis.

4 Quarto quæritur, An conſuetudine fieri queat, vt bona ex beneficiorum fructib. relicta, ad hæredes Clericorum teſtamento vel ab inteſtato transferantur? Hæc quæſtio pendet ex illa; An conſuetudine poſſint Clerici ex fructib. beneficiorum teſtari; de qua quæſtione ſuperiori libro ſatis ſuperq. locuti ſumus. In præſenti loco ſufficit dicere, in Gallia, & Hiſpania communi vſu eſſe receptum, vt Beneficiarii teſtentur; nec eſt cur ea conſuetudo damnetur, cum ſit àb antiquo tempore, cuius initii memoria non extat, uſu recepta; & Conſtitutiones ipſæ Pontificiæ ſpolia Clericorum Cameræ Apoſtolicæ reſeruantes vſum contrarium ibi uigentem non damnant, immo potius ſeruandum eſſe decernunt. Eadem ratione, ubicunque conſuetudine talia bona Beneficiariorum ab inteſtato decedentium ad hæredes trãſeunt, minime Cameræ Apoſtolicæ debentur; noluerunt enim romani Pontifices hiſce conſuetudinib. locorum derogare, quare locum habent, cum derogatæ nõ ſint. Nauarrus probat quidem conſuetudine teſtandi Beneficiariis; ſed negat poſſe eos teſtari in quolibet uſus, præter

quam

quam pios, at negari non poteſt, vſu eſſe
alicubi receptum, vt in quoſuis vſus Bene
ficiarii teſtantur; immo à Romano Pon
tifice ſolet Cardinalibus, & Epiſcopis am
pla concedi facultas, vt in quos voluerint
vſus, de redditibus eccleſiaſticis teſten-
tur.
Vt hæc omnia breuiter intelligantur, ani-
maduertendum eſt, in *cap. relatum de te-
ſtament.* conſuetudinem approbari, qua
5 permittitur Beneficiarij teſtari de bonis
ex beneficijs acquiſitis in vſus pios, vel
ad eos remunerandos, qui ipſis viuentib.
inſeruierunt; Vnde, vt ait; *Couarruuias
capit. cum in officijs de teſtament. num.* 9.
conſtans omnium opinio cõſuetudinem
non improbat, quæ permittit clericis de
his bonis teſtari arbitratu ſuo in quosli-
bet vſus; ita *Panormitanus, Cardinalis,
Aluarus, Pelagius, Archidiaconus, Ioan-
nes Maior, Silueſter, Angelus,* & alij, quos
citat ibi *Couarruuias*. *Gloſſa* verò in *capit.
Præſenti de offic. ordin. in 6. Hoſtienſem*
ſecuta ſentit, Beneficiarium ſui beneficij
vel eccleſiæ adminiſtrationem habentem
dum viuit, & valet. eſſe vſufructuarium,
ac proinde de his bonis donare poſſe cui
voluerit, dummodo id moderate faciat;
dum vero ægrotat, aut eſt morti vicinus;
eſſe tantum vſuarium, & ideo nihil iuris
habere in hijs bonis, niſi vſum; ac idcir-
co de ijs teſtari iure non poſſe, beneficia-
rium autem adminiſtrationem non habẽ-
tem, hoc eſt, poſſidentem beneficium ex
communi Collegii menſa, qualis Canoni-
cus eſt, & cęteri ſimiles ſiue dum viuit,
& valet, ſiue dum incipit ęgrotare, etiam
grauiter & periculoſe, vſufructuarium eſ-
ſe, & ideo poſſe teſtari. Si tamen inteſta-
tus decedat, ſuccedere illi eccleſiam, hoc
eſt, clericorum Collegium. Sed profecto,
vt loco ſupradicto teſtatur Couarruuias,
in Hiſpania generalis conſuetudo obti-
nuit, vt de his bonis benificiarii arbitra-
tu ſuo teſtentur, & in ipſis hæredes ſuc-
cedant, ſi inteſtati moriantur. Eandem
conſuetudinem in Gallia uigere, tradit
*Coſmas in Pragmat. ſanctio. titul. de anna-
tis §. Item quod, verbo acquiſitos*; quam
conſuetudinem ualere docent *Faber inſt.
de rerum diuiſ. §.* His uero, *Guido Papa
deciſ.* 115. & alii, quos refert *Philippus
Probus capit. præſenti de offic. ordin. in 6.*
& hanc conſuetudinem in Hiſpania le-
gibus Regiis approbarunt Carolus V. &
Philippus II. eius filius; ille anno ſalutis
humanę 1523. hic anno 1566. vt refert
idem *Couarruuias. Redoanus de ſpol. Eccl.
q.4. nu.* 16. ait, huiuſmodi morem non vale-
re, nec ſatis eſſe, ſi pragmaticis in Hiſpa-
nia ſanctionibus confirmetur: quoniam
Laici nihil de his bonis conſtituere poſ-
ſunt. Veruntamen cum hæc conſuetudo
non ſit Iuri naturali, vel diuino, ſed tãtum
Canonico contraria, & ſit vſu longo re-
cepta, nõ eſt cur damnari debeat; Et prag
maticę ſanctiones in Hiſpania nihil aliud
conſtituunt, niſi, vt huiuſmodi conſuetu-
do ab antiquo tẽpore introducta & præ-
ſcripta ſeruetur, ſiquidem Romani Pon-
tifices eam non damnant, ſed permit-
tunt.
6 Ex his intelligitur, ea conſuetudine in
Hiſpania vigente, bona Beneficiarii in-
teſtato morientis, hæredibus deberi, non
Fiſco Pontificio: quoniam ſicut conſue-
tudo alicubi recepta introduxit, vt fru-
ctus primo anno, immo etiam ſecundo
colligendi ad Canonicum demortuum
pertineant, *Extrauag. ſuſcepti. de Elect.
Ioannis.* 22. Sic etiam vſu introduci po-
tuit, vt hæc bona quæ Beneficiarius relin
quit inteſtatus decedens, ad hęredes tranſ
mittantur: Sicut enim conſuetudo pręſcri
pta ſucceſſoris iuri potuit derogare, ſic
etiam iuri Eccleſiæ, & Fiſci Pontificii.
Nec verum eſt quod *Nauarrus tradit de
ſpol. §.* 14. *nu.* 4. *&* 5. *& §.* 15. *num.* 3. *&* 4.
non poſſe conſuetudine induci vt in ſpo-
liis Clericorum ſuccedant alij, pręterquã
Papa, niſi iure & titulo paupertatis &
pietatis: hoc enim ille ideo dixit, quia fuit
ſemper in ea opinione; videlicet, quod ſu-
pereſt ex beneficiorum fructibus, lege iu-
ſtitiæ eſſe in pios vſus erogandum: de qua
ſententia ſuo loco tractauimus *lib, 7. Inſt.
moral.* Sicut enim conſuetudine recepta
de his bonis Beneficiarij in quos volue-
rint vſus, teſtari queunt; ita quoq; ſi inte-
ſtati decedant, ad ſuos hęredes ſimplici-
ter de more tranſmittunt.
7 Quinto quæritur, An iure probari queat
conſuetudo, quę in quibuſdam prouinciis
viget, qua Epiſcopus rem vnam mobilẽ,
ſiue ſe mouentem, ex iis bonis, quæ Bene
ficiarius vita functus relinquit, ſibi ſumit,
& vendicat, quam vulgus luctuoſam ap-
pellat? Reſpondet, Nauarrus (atque ego
etiam) de *ſpol Cler. §.* 16. eam conſuetu-
dinem non eſſe damnandam, quippe quæ
ſolum Iuri Canonico derogat, non diui-
no, aut naturali, & poteſt conſuetudo Be
neficiarii bona alteri quam Eccleſiæ, aut
ſucceſſori addicere. Sed quærit Nauarrus
An poſt Conſtitutionem editam à Pio v.
de ſpol. Clericorũ, poſſit Epiſcopus eam
con-

conſuetudinem ſeruare, cum Beneficiarius demortuus beneficiū habebat, cuius redditus annui 30. ducatorum quantitatē non excedebant. Et reſpondet, non poſſe, quia Pontifex præcipit ne bona ab huiuſmodi Beneficiario relicta inter ſpolia habeantur. Mihi certe res dubia videtur: nam Conſtitutione Pii V. ſolum ſtatuitur, ne Collectores Pontificii ea bona tamquam ſpolia fiſco Apoſtolico debita capiant. Alias vero non videtur ius conſuetudine acquiſitum derogatum, ſiquidē illud Conſtitutio non tollit. Addit etiam *Nauarrus*, non licere Epiſcopo ea re vti niſi vſus pios. Sed probabilius puto, poſſe eum rem illam in quos voluerit vſus impendere. Vbi tamen recepta fuerit einſmodi conſuetudo, poterit epiſcopus rem quam maluerit, eligere, dummodo non fuerit Eccleſiæ ante donata vel promiſſa, nec fuerit res immobilis, cujuſmodi redditus ſiue cenſus annuus indicetur; & dūmodo vna tantum res ſit, qualis non eſt pecunia in crumena contenta, vel res in arca incluſa, ſiue vinum in dolio ſeruatum ſi continens & res contenta ſimul capiātur: nec tale eſt armentum boum aut grex porcorum.

8 Multæ fraudes committuntur ab hæredibus beneficiariorum, aut penſionariorum vt ſpolia Cameræ Apoſtolicæ debita ſibi retineant: in primis fingunt ſe empta ex fructib. beneficii, vel penſionis, donatione accepiſſe in vita à beneficiario, vel penſionario, cum tamen non acceperint, niſi in morte, vel ægritudine, aut ſaltem cum Beneficiarius, vel penſionarius poſtquam dederat, non vixerit viginti diebus, vt donatio valeret. Item fingunt Beneficiarii vel penſionarii ſe donaſſe, & tamen apud ſe retinere, ut commodata à donatario, cum tamen nulla donatio uera extiterit. Aliquando contingit ut plures à Beneficiario, uel penſionario donata acceperint, quæ ut ſpolia Cameræ Apoſtolicæ debebantur, & unus eorum cum Camera Pontificia conuenit, & ab ea abſolutionē, & debiti remiſſionem impetrat: Cæteri niſi cum Camera conueniant, reſtituere debent, quod acceperunt, aliter ab excommunicatione abſolui nequiunt.

FINIS.

TRACTATVS
DE SPOLIIS
CLERICORVM.

AVCTORE
VINCENTII FILLIVCII
E SOCIETATE IESV PRESB. THEOL.

EGerunt autem de ſpolijs Gulielmus Redoanus integro tractatu ; & poſt illum Martinus Nauarrus, in commentario quem ſub hoc titulo de ſpolijs ſcripſit in *c. non liceat. 12. q 2.* poſt quem nonnulla eadem de reſcripſit Ioannes Azor noſtræ Societatis ; quos omnes tractatus, ſimul cum pluribus alijs conſultationibus & deciſionibus Rotæ;ad eandem materiam ſpectantibus collegit & edidit Iulius Cęſar, latiùs: ex quibus nos ea quæ neceſſaria & magis vtilia erunt, decerpemus, & ſeqq. capitibus explicabimus. Primum erit, quod & quotuplex ſit ſpolium Eccleſiaſticum Secundum, in quibus perſonis fiat. Tertium, quorum bonorum ſit. Quartum, diſtinctiùs, ex quibus bonis in conſcientia, & à quibus perſonis debeatur. Quintum, ex quibus bonis in foro exteriori capiatur : vbi etiam exponetur, ex qua negotiatione, viri Eccleſiaſtici ſpolij obligationem incurrant. Sextum, quibus, quę ſpolia debeantur; & an, & quomodo ante ſententiam iudicis. Septimum, varias ſimul quæſtiones complectetur, & quæ frequentiùs, in hac materia peccari ſoleant explicabit.

CAPVT I.

Quid & quotuplex ſit ſpolium Eccleſiaſticum.

SVMMARIVM.

1 *Spolium Eccleſiaſticum quid.*

QVęro primo, quæ ſit Eccleſiaſtici ſpolii definitio.

1 Reſpondeo, variè ipſum definiri, vt videre eſt apud *Redoan. q.1. de ſpolijs, n.7. Azor. c.1. q.2. Nauar. tract. de ſpolijs. §1. n.20.* quibus omiſſis, vt ſuperfluis, & minimè neceſſaria continentibus,

Dico primo, ſpolium Eccleſiaſticum eſſe, quidquid in bonis Eccleſiaſticæ perſonæ poſt mortem ipſius rerum peritur quod ad hęredes ipſius, nec ex teſtamento pertinet, nec ab inteſtato. quæ definitio colligitur ex ijs, quæ D D. prædicti tradunt, licèt eam aliter forment & proponant. probabitur autem à nobis clarè, & explicabitur ex ijs quæ deinceps ſubijciemus.

Dico ſecundo, ex hac definitione coligitur. ſpolia Eccleſiaſtica poſſe diſtingui, ex parte eorum, quibus poſt mortem bona perſonæ Eccleſiaſticæ aliter, quàm iure hęreditario debentur; vt tot ſint ſpecies, ſeù genera ſpoliorum, quot ſunt perſonarum, quibus ea bona obueniunt. Sunt autem tres pręcipuè, Camera Apoſtolica, Camera & Eccleſia Epiſcopalis, ſeu alia beneficiario coniuncta, ſucceſſores in beneficio ex his tamen proprijſſimè ſpolij nomen obtinent quæ Cameræ Apoſtolicæ debentur.

CAPVT II.

Ex quibus perſonis ſpolia Eccleſiaſtica capiantur.

SVMMARIVM.

1 *Nomine Eccleſiaſticæ perſonæ qui intelligi debeant. De Clericis.*
2 *Ce Regularibus.*
3 *De conuerſis oblatis Deo in monaſterijs.*
4 *Quæ perſonæ vniuerſim ſpolio Eccleſiaſtico ſubiecta.*
5 *Quæ ſpeciali conceſſione excepta.*

DVbium non eſt ſpolia hęc Eccleſiaſtica ex Eccleſiaſticis perſonis accipi; ita vt ex nulla perſona ſiant quæ Eccleſiaſtica non ſit, & ex omni Eccleſiaſtica capiantur; niſi aliter ſit ſpeciali exceptione diſpoſitum.

Quęro ergo qui hoc nomine intelligantur,
1 & primo, an ſolùm Clerici?

Reſpondeo, latiùs patere Eccleſiaſticę perſonę nomen, quàm nomen clerici; proinde ex omnibus clericis fieri, & pręterea à pluribus alijs, quia licèt omnis clericus ſit perſona Eccleſiaſtica; non tamen omnis Eccleſiaſtica perſona clericus eſt, vt bene Decius *c. Eccleſia. de conſtitutionibus, n.7.* & habetur in *sext.* iuncta *gloſ. c. duo ſunt. 12. q.1, c. alia. & c. legi 16. q.1. c. non dubium, & c. de monialibus. de ſententia excommunicationis.* & latè explicat *Nauar. tract. de reditibus Eccleſ. c. vlt. q.1. monit. 55.*

Quæro ſecundo, an Regulares etiam hoc
2 nomine comprehendantur reſpectu ſpoliorum?

Reſpondeo, comprehendi, quare ſi qui reperiantur tempore mortis bona habentes hæredibus non debita, bona illa cedunt in ſpolia Eccleſiaſtica, vt expręſsè decernunt Paulus III. Pius IV. & Pius V. quorum verba refert & expendit *Nauar. de ſpolijs. §.5. n.3.* Quomodo autem Regulares poſſint aliquid ſuum habere ex quo ſpolium fiat, infrà ſuo loco exponemus.

Quęro tertio, an conuerſi oblati Deo in mo-
3 naſterijs, nomine perſonæ Eccleſiaſticæ ad hunc effectum ſpoliorum contineantur?

Reſpondeo, contineri, vt poſt *Redoanum, Nau.* docet *Azor q.2.* clarèque conſtat ex verbis DD. Pontificum quę refert *Nau.*

Quæro quarto, quæ ergo perſonæ, vniuersè
4 loquendo, ſpolio Eccleſiaſtico ſubiectæ ſint?

Reſpondeo, omnes quęcunque gaudent priuilegio Eccleſiaſtici fori, tam quoad perſonas, quàm quoad bona. quare Regulares omnes tam clerici, quàm laici, tam militares, quàm clericales, tam in ordinibus conſtituti, quàm aliter Eccleſię ſeruientes, dummodo ex ſuo ſtatu priuilegio fori gaudeant, edicto *ſpolij* includuntur: vt pluribus *Redoanus q.7. Nau. §. 3. n. 2. c.3. Azor c.1. q.2.*

Quæro quinto, quæ perſonæ Eccleſiaſticæ
5 ſpeciali conceſſione ſint exceptæ?

Reſpondeo; Tria genera eſſe, primò Cardinales, ſecundò Curiam ſectantes

& in

& in ea morientes, tertiò priuilegio teſtandi munitos, de quibus *Azor c.2.q.10.* ex conſtitutione Pij IV. & Pij V.

CAPVT III.

Quæ bona ſpolijs Eccleſiaſticis ſint addicta.

SVMMARIVM.

1 *De bonis patrimonialibus, vtrùm ſpolio Eccleſiaſtico ſubiecta.*
2 *Bona patrimonialia quæ.*
3 *De bonis patrimonialibus, vtrùm ſpolia fiant.*
4 *Bona q. patrimonialia quæ.*
5 *De fructibus beneficij à beneficiario perceptis, an fiant illius q. patrimonialia.*
6 *De fructibus beneficij qui debentur beneficiario pro eius ſuſtentatione, an q. patrimoniales fiant.*
7 *Quid ſi beneficiarius habet ex patrimonio vnde ſuſtentetur, an nihilominus partem fructuū beneficij ſibi propriam faciat, & q. patrimonialem.*
8 *Beneficiarius non ſeruiens poſſitne alimenta & alia ſuſcipere, ſi aliunde habet quo ſuſtentetur.*
9 *Poſſitne de ſolo beneficio viuere, & reſeruare patrimonium.*
10 *An poſſit eſſe beneficiarius, qui fructus beneficij q. patrimoniales poſſidet.*
11 *De diſtributionibus quotidianis quæ dantur interuenientibus & præſenti obſequio ſeruientibus, vtrum cenſeātur inter bona q. patrimonialia, et* 13 14. 15.

VNiuersè definiuimus, bona omnia, quæ tempore mortis Eccleſiaſticam perſonam ſpectant, nec tamen ad hæredes tranſeunt, ſi quos habet ex teſtamento, vel ab inteſtato, ſpolio Eccleſiaſtico contineri. Videndum ergo nobis eſt quæ iſta bona ſint. Ob id

Quæro Primo, an bona patrimonialia ſpo-
1 lio Eccleſiaſtico ſubiecta ſint.

Reſpondeo, non eſſe. colligitur ex conſtitutionibus, Pii III. Pii IV. & Pii V. quas *Nauar. loc. cit.* refert & expendit. Probatur primò, quia ſpolium Eccleſiaſticum eſt ex bonis quæ mediatè vel immediatè ex beneficio & ipſius fructibus acquiſita ſunt: ſed patrimonialia Eccleſiaſticæ perſonę, non ſunt eiuſmodi. Secundò, quia ſpolia Eccleſiaſtica ſunt ex bonis quæ non debent hæredibus Eccleſiaſticæ perſonæ, ſi quos poteſt habere, prouenire: ſed patrimonialia Eccleſiaſticorum hęredibus illorum debentur, vt per ſe conſtat & indicant prædicti Pontifices, & habetur 12. *q.* 5. per totum, & docet *gloſ. c. illo* 12. *q.* 1.

Quęro Secundo, quæ ſint bona patrimo-
2 nialia.

Reſpondeo, propriè quę à parentibus proueniunt; largè quæcunque ex conſanguineorum morte ſiue per teſtamentum, ſiue ab inteſtato capiuntur.

Quæro Tertio, an de bonis quaſi patri-
3 monialibus ſpolia fiant.

Reſpondeo, non fieri, vt bene docent *Nau. §. 1. n. 2. & 3. & §. 8. n. 7. Azor c. 3. q* 2 Rota Romana in Vſſelenſi coram Ludouiſio, poſtea ſanctiſſimo *n* 10.

Quæro Quarto, quæ ſint bona quaſi patri-
4 monialia Eccleſiaſticorum.

Reſpondeo, quæ ſiunt eorum propria alio titulo quàm hæreditariæ ſucceſſionis; & ita vt in illorum iuſtum & abſolutum dominium transferantur. colligitur ex iiſdē auctoribus *loc cit* & clarius ex ſequentibus conſtabit. appellantur autem quaſi patrimonialia, quia de illis poſſunt Eccleſiaſtici diſponere, quemadmodum quilibet alius de ſuo patrimonio communiter poteſt; ſed quia non veniunt ex hæreditate maiorum, ad illorum diſtinctionem nō abſolutè patrimonialia, ſed cum diminutione quaſi patrimonialia dicuntur. explicandum ergo etiam quæ ſint iſta bona.

Quæro igitur quinto, an fructus beneficij à
5 beneficiario percepti, & reliquis illius bonis incorporati, fiant illius quaſi patrimonialia.

Reſpondeo, vniuersè loquendo non fieri. eſt certa & indubitata concluſio omnium DD. qui diſtinguunt inter patrimonialia, vel quaſi; & reditus, quos ex beneficio quilibet Eccleſiaſticus acquirit. Ratio autem eſt, quia ex bonis patrimonialibus, vel quaſi, poſſunt Eccleſiaſtici licitè & validè diſponere in omnem vſum pro libito ſuo rectæ rationis dictamine non prohibitum: ſed ex reditibus quos ex beneficio Eccleſiaſticus percipit, nec licitè nec validè poteſt in omnes vſus diſponere, vt per ſe patet. tenetur enim illos expendere in pios & honeſtos vſus, qui ſint ordinati, vel ad paupertatē ſubleuandā, vel ad Religionē fouendā. Præterea bona patrimonialia tempore mortis apud Eccleſiaſticum reperta debentur illius hæredibus,

bona hæc Eccleſiaſtica non item; non ergo ſunt quaſi patrimonialia. qua de re pluribus Nauar. *de reditibus Eccleſiaſticis, & tract. de ſpolijs.* §.2.n.1.&2. Dixi autem in principio *vniuersè loquendo* fructus omnes beneficij non fieri patrimoniales beneficiarij; quia aliqui fiunt, ſed non omnes: quales autem iſti ſint, iam explicabo.

Sed obijcies, ſuprà tractatu 41. de beneficijs c. 2. nos docuiſſe beneficiarium fieri dñm redituũ ergo reditus fiunt illius bona patrimonialia, vel quaſi. Reſpondeo, negando conſequentiam, non enim omnia quæ tranſeunt in noſtrum dominium qualecunque, fiunt patrimonialia, vel quaſi; ſed quæ tranſeunt in liberum & abſolutum ab omni obligatione, præter illam, quam communis ratio rectè operandi præſcribit & dictat. Reditus autem beneficij licèt tranſeant in dominium; id tamen eſt cum obligatione illa *ſic & ſic* expendendi. vnde fit vt ſi aliter illos beneficiarij expendant, validè expendant, quia domini ſũt: illicitè verò, quia aliter quàm teneantur, non ſolùm ex præſcripto ratione ſui ſtatus; ex natura illorum redituum & ex Eccleſiaſticis decretis.

6 Quæro ſexto, An fructus beneficij, qui debentur beneficiario pro iuſta & rationabili ipſius ſuſtentatione, fiant illius quaſi patrimoniales.

Reſpondeo, fieri, etiamſi illos vel ob ſuam parſimoniam, vel quia aliunde habet ex ſua induſtria vt ſuſtentetur, illos beneficiarius non conſumat. ita deciſum eſt in vna Vſſclenſi coram Ludouiſio, poſtea ſanctiſſ. *n.* 10. & docet Nauar, & poſt illum Azor *c.* 3. *q.* 2. probari autem poteſt ex D. Th. 2.2.*q.* 185 *art.* 7. *in corp.* vbi docet de parte fructuum ad vſum deſtinata poſſe beneficiarium liberè diſponere, ceu de bonis proprij & patrimonialibus. quod ipſum ibi confirmat Caiet. Molina *de iuſt. & iure diſp.* 146. *v. contrarium* Nauar. *de reditib. Eccleſ. q.* 1. *monit.* 33. *n.* 2. & 4. *verſ. quæ ratio* Soto *de iuſt. & iur. lib.* 10. *q.* 4. *art.* 4. *col.* 4. *verſ. cùm ergo.* Lælius Zechios *de Rep. tit. de Beneſ. num.* 10. quem ſequitur Garz. *p.* 2. *c.* 1. *n.* 9. Ex quo improbabilis omnino redditur opinio Redo. *q.* 6. *num.* 8. & deinceps, affirmantis beneficiariũ etiam reſpectu partis ſibi in ſuſtentationem aſſignatæ tantùm vſurarium eſſe; vt quicquid quomodocumque ex illa non conſumat, ipſius proprium non fiat, ſed alijs cedat.

Quæro Septimo, an ſi beneficiarius habeat
7 patrimonium vnde ſuſtentetur, nihilominus partem fructuum rationabili ſuæ ſuſtentationi conuenientem ſuam propriã faciat, & quaſi patrimonialem?

Reſpondeo facere. ita Azor *c.* 3. *q.* 1. Couarruuias *cap. cùm in officijs. de teſtamentis. verſ.* 3. *ex eodem.* Optima ratio ad hoc eſt, quia pars fructuum quæ tribuitur beneficiario ad illius congruam ſuſtentationem non eſt tantùm miſericorditer illi impẽſa vt viuat, ſed etiam, vt illius labores iuſta mercede & ſtipendio compenſentur.

Contra hoc Redoanus *quæſt.* 3. §. 1. *num.* 2. conatur pluribus oſtendere non poſſe de beneficio viuere qui patrimonium ſufficiens habet; fundatur quòd aliquando canones dicant in neceſſitate beneficiario ſubueniendum; ex quo colligit vbi ille nõ eſt in neceſſitate, ſubuentionem iſtam nõ poſſe recipere. Sed fallitur omnino, quia Eccleſia non tantùm beneficiario tribuit quod ad illius egeſtatem ſuſtentandam facit, ſed ſoluit etiam quod debetur, vt merces in vinea Domini operanti. *dignus eſt enim operarius mercede ſua. & nemo ſuis ſtipendijs militat,* vt dicit *Apoſt.* quamuis poſſit militare, & habeat operarius vnde valeat ſuſtentari, etiamſi mercedem à villico non recipiat. quod dicunt canones, aliquando *beneficiario in neceſſitate ſubueniendum,* non illegitur. vt extra neceſſitatem mercedem ſuam non poſſit accipere, ſed vt cùm illa adeſt, etiam vltra mercedem illi ſubueniatur,

8 Quæro octauo, An beneficiarius non ſeruiens, ſed de beneficio ſimplici ſine vlla aſſiſtentia prouiſus, poſſit alimenta & alia iuſtæ ſuſtentationi congrua ſuſcipere, ſi ex patrimonio vel aliunde habeat vt ſubſtentetur. Ratio dubitandi eſt, quia huic nec ob egeſtatem ſubleuandam, nec ob ſeruitium, & laborem, pars vlla fructuum debetur.

Reſpondeo huic etiam ex fructibus beneficij deberi quod iuſtè & rationabili ipſius ſubſtentationi congruit, ratione habita ſtatus, & conditionis. Ratio eſt, quia quilibet beneficiarius ratione benefici, ſi nõ ad reſidentiam, adſiſtentiam, aut aliud ſeruitium, tenetur ſaltem ad officium recitandum, ob hoc ergo debetur illi merces & ſtipendium pro ſtatu ſuo. Quare falſum eſt, quod aſſumitur beneficiarium aliquem eſſe qui nullum obſequium, & laborem Eccleſiæ impendat, quod ex ijſdẽ auctoribus colligitur q. 6. adductis, & ex D. Thoma confirmatur, qui cum dicit quod beneficiarius ex parte fructuum ſi-

bi

Digitized by Google

bl deſtinata parcè viuendo reſeruat, nullam limitationem adhibet, an hoc debeat fieri, nullo ſuppoſito patrimonio, vel aliquo. item ſuppoſita adſiſtentia ad ſeruitium pœnale exhibendum, vel non ſuppoſita.

9 Quæro nono, An ergo poſſit beneficiarius, cui aliunde ſiue ex patrimonio, ſiue ex propria induſtria ad commudam ſubſtentationem, & ſtatui congruentem ſufficit, de ſolo beneficio viuere, totum patrimonium integrum reſeruando.

Reſpondeo poſſe, licet enim laudabilius eſſet ſi tunc de patrimonio viueret, non tamē ad hoc tenetur, ſed poteſt congruam ſubſtentationem ex fructibus beneficij capere & totum patrimonium conſeruare, vt docet *Abbas cap. cùm eſſes. de teſtamentis. Innoc. cap. epiſcopus. de præbend.* nec audet improbare *Redoan. q.* 10. *nu.* 26.

10 Quęro decimo, An poſſit eſſe beneficiarius, qui fructus omnes ſui beneficij quaſi bona patrimonialia poſſideat.

Reſpondeo poſſe illum, nimirum cuius beneficium non ſuperat valorem iuſtæ ſuſtentationis beneficiario conuenientis. quare Pius V, ad tollendas lites conſtituit, vt quorum beneficia, & penſiones lites conſtituit, vt quorum beneficia, & penſiones valorem non ſuperant triginta aureorum, ij ad nulla Eccleſiaſtica ſpolia teneantur, & hoc non ob aliud, niſi quia de bonis beneficiario competunt ad ſubſtentationem, & ſpolia facienda non ſunt cum fiant illius propria, & quaſi pattimonialia: qui autem beneficum maioris valoris non poſſidet, quam triginta aureorum, non habet ex illo plus quam congruæ ſubſtentationi conueniat, vt bene aduertit *Nauarrus §.* 1. *num.* 5. *de ſpol.* & iterum *§.* 8. *nu.* 7.

11 Quæro vndecimo, An diſtributiones quotidianæ, quæ dantur interuenientibus & præſenti obſequio ſeruientibus, inter bona quaſi patrimonialia cenſeantur.

Reſpondeo, cenſeri; & vere ita eſſe, quia fiunt ſeruientium abſolute propria, non minus quam patrimonialia, quod habetur *cap.* 1, *de clericis non reſidentibus in* 6. docetque *Innocentius Geminianus cum Gloſſa*, quo refert *Redoan. q.* 3. *num.* 35. & ratio eſt, quia quod acquirit clericus ex iuſto ſtipendio, minus ipſius proprium ſit, quam ruſtici, aut cuiuſcumque operarij proprium ſiat ꝙ in mercedē ſui laboris, & operis capiunt, vt notat *Innocent. in cap. nouum genus. de decimis*. ſed quod ſic acquirit ruſticus, aut quilibet operarius, ita illius ſit, vt pattimonio accreſcat ergo ſimiliter erit in clerico.

12 Quæro duodecimo, quæ bona Eccleſiaſticorum vniuerſe loquendo inter illorum quaſi patrimonialia cenſeantur.

Reſpondeo, & dico primo, vniuerse loquendo quæcunque eccleſiaſticus acquirit titulo aliquo conditionis, aut exercitii perſonalis, à ſacris canonibus non interdicto cedunt omnia in ipſius bona, quaſi patrimonialia, quia fiunt non minus ipſius propria, quam quę a parentibus ſuis ſibi tranſmittuntur. colligitur primo ex auctoribus ſupra adductis *q.* 6. præſertim ex *D. Thoma*, quibus adde *Bal. in authent. licentiam. C. de Epiſcop. & Cleric. Alexan. conſ* 101. *numer.* 2. *lib.* 7. *Corn. conſ.* 314. *num.* 2. *vol.* 3. *conſ.* 79. *num.* 3. *vol.* 4. qui id docet ex *cap ea nos, & cap. relatum* 2. *de teſtam cap.* 1. *de ſucceſ. ab inteſtato* cum *Innocet. cap. cum in offic. teſtam. num.* 2. *eod.* Secundo, quia canones tantum negant Eccleſiaſticis abſolutam, & liberam poſſeſſionem eorum, quæ illicitè contra Eccleſiaſtica decreta acquirunt, vt habetur ex conſtitùtione Pii IV. quam referunt, & expendunt *Rodoan. q* 2. *Nauar. de ſpol. §.* 8. *Azor cap* 2. *q.* 1. quæcunque ergo acquirit eccleſiaſticus ratione aliqua ſacris canonibus non interdicta, propria ipſius libere, & abſolute fiunt. Tertio, quia quod Sanctorum Patrum decretis non eſt conſtitutum, non debet ſuperſtitioſis inuentionibus affirmari. *cap. conſuluiſti.* 2. *q.* 4. ſed nulli canones inueniuntur, qui ſanciant bona à clericis quomodocumq. acquiſita non fieri eorum propria liberè ſimpliciter, & abſolute, ſuperſtitioſum, ergo eſt id aſſerere.

13 Dico ſecundo in particulari, & ad ſpeciem deſcendendo, fructus omnes eccleſiaſtici, quos clerici accipiunt in mercedem quotidiani laboris, & operæ perſonalis, fiunt illorum proprii, & bonis patrimonialibus accreſcunt, qualia ſint acquiſita non ſolum in quotidianis diſtributionib. beneficialibus, ſed data intuitu Miſſæ, prædicationis, confeſſionis, Cappellaniæ, vel officij Vicariatus, aut cuiuſcunque alterius ſpiritualis muneris, eleemoſynæ titulo, non in pretium, ita *Innoc. cap. quia nos. & cap. relatum. de teſtam.* & poſt *Abbatem, Hoſtienſ. Cardin. Francíſ Nauarrum* docet *Leonis in theſauro fori eccleſiaſt. part.* 3. *cap.* 3. *num.* 14. & ita fusè *Redoan. dict. quaſt.* 3. *§. quid dicendum num.* 35.

Ex quo fit primo, vbi præbendæ diſtinctæ

non

paternis eccleſiaſtici.

38 *Teneaturne quilibet reſtituere ſpolia, quibus debetur, etiam abſque ſententia iudicis.*

39 *Spolia eccleſiaſtica iniuſte detinens, & non reſtituens, an eo ipſo cenſuras aliquas incurrere.*

EX dictis in vniuerſum ſatis conſtare poteſt, iure communi moriente quocunque eccleſiaſtico, cuiuſcunque gradus & dignitatis exiſtat, bona omnia, quæ tum ad ipſum pertinent, ſpolio eccleſiaſtico deberi, ſi ſunt ab ipſo poſſeſſa alio titulo quam ſanguinis, aut induſtriæ, vel alterius conditionis perſonalis. Vt autẽ ea, quæ circa hanc materiam difficultatẽ in particulari facere poſſent, melius diſſoluantur, varias quæſtiones proponemus, ex quibus emergentes caſus poſſint explicari.

Quæro ergo primo, an quod ſupereſt ex re-
1 ditibus beneficij iam perceptis adhuc intactum, ſpolio eccleſiaſtico debeatur.

Reſpondeo deberi, quia licet beneficiarius poſſit in vita de reditibus pro libito valide diſponere: non tamen poteſt in morte ita *Abbas, Io. Andr. Baldus,* quos ſequitur *Redoa q. 3. §. & ex his,* & communis apud *Nauarr. §. 14. Azor cap. 2.* propter quod dici ſolet, beneficiariũ in vita comparari *vſufructuario* reſpectu redituũ eccleſiaſticorum: in morte tantum vſuario, quod eſt dum viuit poſſe de fructibus beneficij diſponere, in morte nequaquam, ſed quæ relinquid inconſumpta, eius remanere, qui dedit vtenda. cuius axiomatis explicationem habet *Baldus in authentica licentiam C. de epiſcopis,* quod tamen limitandum eſt, niſi beneficiarius decedens teſtari poſſit, vel ex priuilegio, vel legitima & præſcripta conſuetudine, quæ priuilegio æquiparatur, vt iidem docent, & nos paulo poſt. Dixi valide poſſe in vita diſponere in omnes vſus. nam licite non poteſt niſi cauſa ſubleuandæ paupertatis, aut pietatis fouendæ, vt iidem tradunt.

Quæro ſecundo; an quæ ex reditibus beneficij comparata & empta ſunt, ſpolio ec-
1 cleſiaſtico computentur.

Reſpondeo, ſi ſint empta ex fructibus non deſtinatis victui aut ſtipendio beneficiarij, computanda eſſe in ſpolio, ſi tempore mortis beneficiarij adhuc ad ipſum pertinent, & de illis irreuocabiliter in vita non diſpoſuerit. communis ſententia eſt quam docet *Azor,* licet ſatis obſcurè, & perplexè, *cap. 2. q. 5.* melius *Redoan. q. 12. num. 9. Couarruuias de teſtam. cap. 1. verb. 3. ex his.* Ratio eſt, quia omne illud inter ſpolia cenſendum eſt, quod moriente beneficiario inter ipſius bona reperitur nõ patrimoniale, nec quaſi. Sed empta ex reditibus eccleſiaſticis, pertinentia adhuc ad beneficiarium morientem, non ſunt ipſius bona patrimonialia, nec quaſi: ſunt ergo ſpolia, quod non ſint patrimonialia, conſtat; quod nec quaſi, patet ex dictis, quia quaſi patrimoniale bonum eſt quod titulo ſanguinis, aut perſonalis induſtriæ vel conditionis acquiritur à beneficiario, & ex reditibus beneficij, id tantùm quod eſt congruæ ipſius ſuſtentationi diſtinatum.

Quæro tertio, an omnia empta à beneficia-
3 rio ex bonis patrimonialibus, vel quaſi, ſint excepta à cenſu ſpoliorum?

Reſpondeo, non omnia, ſed quędam eſſe quę ſpolio computantur, licèt empta propria pecunia & patrimoniali. hæc autem ſunt omnia inſtrumenta ſacra ad diuina officia celebranda vtilia, aut neceſſaria, quæcumque illa ſint, vt libri, vaſa, veſtes, paramenta, miſſalia, lampades, candelabra & ſimilia; quæ noua diſpoſitione Pij V. quacunque pecunia comparata, ſi tempore mortis ad beneficiariorum adhuc ſpectant, ſpolia fiunt, cui autem cedant, infra dicemus; quam conſtitutionem quantum ad hoc capud adducit *Nauar.* & explicat *§. 8. num. 1. & 2.* Vbi nota *Nauar.* & alios hæc bona non computare inter ſpolia Eccleſiaſtica; quia nomine ſpoliorum eccleſiaſticorum ipſe cum aliis intelligit tãtum, quæ cedunt Cameræ apoſtolicæ: male tamẽ, quia licet frequentius hoc ſoleat nomen tamen ſpolij late quidem, ſed proprie ſumptum includit quidquid mortuo beneficiario alij debetur, quam quos ipſe hæres aut legatarius habet, vel poteſt habere: vt conſtar ex ijs quæ ſupra diximus *cap. t.* & habetur ex *Baldo, Geminiano, Calderino,* & alijs, qui nomine ſpolij complectuntur; quidquid ex bonis beneficiarij hæredibus, aut legatarijs ipſius de iure adimi poteſt, quod ijs beneficiarius in ſuis hæredibus; & illis, qui ipſum repreſentant ſpolietur.

Quæro quarto, an inſtrumenta ſacra per fa-
4 cultatem teſtandi beneficiario conceſſam ab obligatione ſpolij eximi poſſint.

Reſpondeo, Non poſſe, niſi de eo fuerit expreſſa mentio, & ſpecialis. Nam Pius V. ita illa vult: à poteſtate beneficiarii decedentis libera eſſe, vt nulla facultate teſtandi conceſſa, aut nullius cõſuetudinis prę-

texru

textu, poſſit de illis beneficiarius diſpo
nere dum decedit, vt patet ad oculum
verba conſtitutionis percurrenti, & expli
cat *Nauarr. loco cit. §. 8. Azor cap. 3. q. 7.*
Poſſet autem duplex hic dubitatio eſſe.
Prima, an etſi res iſtæ conſecratę non ſint
inter ſpolia computentur. Secunda, quæ
iſtæ ſint. Ad primam dicendum eſt affir-
matiue, quod clare verba conſtitutionis
ſignificant. Ad ſecundam facilis etiam
reſponſio eſt. quidquid enim ad ſacram
ſuppellectilem ſpectare poteſt in ſacello,
& Altari ornando, & inſtruendo, id totum
inter ſpolia eſt computandum.

Quęro quinto, An quę cōſanguinei, vel ami
ci beneficiarii, ab ipſo dum viueret ex
5 reditibus ipſius liberaliter acceperunt,
ſit inter ſpolia numeranda.

Reſpondeo, hanc quæſtionem ex alia pende-
re, an, & quantum poſſint beneficiarii ex
reditibus ſui beneficii donare, & profun-
dere; qua de re infinitæ lites, & controuer
ſiæ ſemper fuerunt, nondum ad liquidum
diſcuſſæ quod ex alia quæſtione pendeant
quę adhuc & ipſa in ſuſpenſo nonnullis
videtur eſſe, An ſcilicet beneficiarius ſit
dominus fructuum, vel tantum purus ad-
miniſtrator, qua quæſtione vt minime ne-
ceſſaria nunc omiſſa cum de illa tractatu
41. de beneficiis plenius a nobis actum
fuerit cap. 2. & 3. breuiter.

Dico primo, beneficiarios beneficiorum ip-
6 ſorum dominos non eſſe, ſed puros admi-
niſtratores: In quo ſenſu fortaſſe locuti
ſunt quotquot abſolute dixerunt bonorū
eccleſiaſticorum dominium penes bene-
ficiarios non eſſe; ſed illos vſurarios, aut
ſummum vſufructuarios cum libera admi
niſtratione cenſeri.

Dico ſecundo, beneficiarios eſſe veros do-
minos fructuū quos ex beneficio capiunt
7 iuſto titulo poſſeſſo, communis ſententia
eſt pro qua præter ea quæ diximus loc. ci.
*Marſilius Columna in tract. de reditibus
eccleſiaſticis, cap 34. num.* 18. numerat au
ctores 55. ex quibus Theologos 16. Ca-
noniſtas 39. in Theologia computando
S. Thomam. quod ipſum ex Concil. Trid.
& pluribus alijs auctoribus probat Gar-
zias *parte 2. c. 1. n. 4. & Hieronym. Mai-
nat.* in lōga conſultatione in materia ſpo-
liorum, *n.* 112. quæ cum opere Redoani
eiuſdem tituli nouiſſimè edita eſt. Ratio
autem optima ad hoc probandum eſt,
quia Tridentinum & Summi Pontifices
cùm dicunt beneficiariorum non recitan
tem horas Canonicas, aut non reſidentē
legitime non impeditum, fructus ſuos nō
facere, perſpicuè demonſtrant, cùm ille
ſuo officio fungitur, fructus ſuos facere,
ac proinde eorum dominium acquirere,
quod enim ſuum cuiuſque eſt, in illius do
minium tranſit, niſi aliud ex conſequen-
tibus, & antecedentibus colligatur. Ad
quod obſeruandum, licet eſſe ſuum latius
pateat, quam eſſe ſub dominio, vt infra
fuſius conſtabit *in tract. de alien.* tamen
facere aliquid ſuum præciſe loquendo ni-
ſi aliud addatur, eſt illius dominium acqui
rere, quare cum ſacri canones, & nouiſſi-
me Tridentin. ſepius aſſerunt beneficia-
rios cum rite ſe gerunt, facere reditus, &
fructus beneficij ſuos, dubitari iam non
poteſt, quin beneficiarij veri domini ſint
redituum, quos ex beneficio conſequun-
tur.

Non obſtat primo, quod teneatur beneficia-
rius de reditibus, maxime qui ſuperſunt
congruæ ſuſtentationi, facere eleemoſy-
nam, nam hæc obligatio non deſtruit ve-
ram rationem dominij, alioquin neque
ſæculares eſſent domini ſuorum bonorū,
de quibus tenentur etiam quod illis ſuper
eſt eleemoſynam erogare.

Non obſtat ſecundo, quod grauiter peccét
Eccleſiaſtici in alios vſus, quam pietatis
fouendę, officij exercendi, aut paupertatis
ſubleuandæ, fructus perceptos impenden-
do: quia etiam ſæculares grauiſſime pec-
cant effundendo in lenones, meretrices,
aleas, vana ſpectacula, & ſimilia, qui ta-
men non ob id deſinunt eſſe & dici domi-
ni eorum bonorum, quæ non expenden-
do, vt recta ratio poſtulat, grauiter pec-
cant.

Non obſtat tertio, quia hinc videretur ſequi
non magis teneri eccleſiaſticos, quàm ſæ
culares ad eleemoſynam faciendam; quia
hoc non ſequitur. nam ſæculares tenentur
vnica ratione tantùm, nempe, qua homo
homini & ei magis qui maiore vinculo
coniungitur, tenetur ſuccurrere; at Eccle
ſiaſtici præter hanc alia duplici tenentur.
Prima eſt ratione ſtatus, quo etiamſi nul
la eccleſiaſtica beneficia poſſideant, tenē
tur magis alienæ indigentiæ ſuccurrere,
quàm ſæculares. Secundo ratione reditū
ipſorum, qui cum eccleſiaſtici ſint, ſecum
quodammodo ferunt onus, vt de illis niſi
in pios vſus non diſponatur. Ex his ergo
ad quæſtionem propoſitam reſponden-
do.

Dico tertio, quæ conſanguinei, aut alij qui-
cunque ab eccleſiaſticis ex eorum rediti-
bus immediatis dono acceperunt, non
ſunt inter ſpolia computanda, probatur,
quia

qnia bona quæ ad clericum mortis tempore non ampliùs pertinent, inter ſpolia computari non poſſunt; vt conſtat ex ſupra propoſita diffinitione ſpoliorum. capitulo primo. Sed hæc quæ donata priùs fuerunt ex reditibus, ampliùs ad Clericum non pertinent tempore mortis ipſius, cùm verè aliorum facta ſint: non ſunt ergo inter ſpolia computanda.

Dixi primò, *ex reditibus donata*. nam de donatis ex illicita negotiatione, vel alitèr illicitè & ſacrilegè acquiſitis, alia ratio eſt, vt videbimus.

Dixi ſecundò, *ex reditibus immediatis*. nam quæ medijs reditibus comparata ſunt, & poſtea donata, non omnia à ſpolijs excipiuntur: nempe inſtrumenta quæcumque ſacra ad officium diuinum peragendum vtilia, aut neceſſaria. Sed tunc

Quæro ſexto, an comparata & empta per
9 reditus ipſos, ſi donata fuerint ante mortem, ſpolia fiant.

Reſpondeo non fieri. ratio eſt eadem, primò quia quod ex reditibus comparatum, & donatum fuit, non ſpectat ampliùs ad beneficiarium tempore mortis: ſed ſpolium tantùm poteſt illud eſſe, quod ad clericum tunc ſpectat. Secundò, quia ſi reditus ipſi donentur ante mortem, non ſunt ſpolia, multo minus eſſent ea, quæ ex reditibus ipſis empta, donata poſtea fuerint, vt colligitur ex *Nauarr. de ſpolijs. §. 8.*

Non obſtat primò, quòd Pius V. in Bulla ſua decernat vaſa, paramenta, & alia inſtrumenta ad cultum diuinum non eſſe in poteſtate beneficiarij. nam hoc intelligitur de illis quæ tempore mortis apud illum reperta fuerint adhuc in ipſius poteſtate, vt ibidem *Nauarrus §. 8. numero quarto*.

Non obſtat ſecundò, quod *Angelus in ſumma verb. emptio. 12. §. vtrum emptum*, cùm quibuſdam Canoniſtis abſolutè doceat omnia pecunia Eccleſiaſtica empta eo ipſo fieri Eccleſiæ. quod videtur etiam tradere *Redoan. de ſpolijs. quæſt. 3. §. in contrarium, num. 27.* & deinceps, docens quòd pecunia Eccleſiaſtica acquiſitum eo ipſo ita fieri Eccleſiæ, vt ſi donetur vel aliter alienetur, non teneat alienatio. Nam reſpondeo hoc eſſe intelligendum de pecunia Eccleſiaſtica quæ ſit Eccleſiæ; non de pecunia Eccleſiaſtica quæ ſit ipſius beneficiarij, quales ſunt reditus.

Non obſtat tertiò, quòd quidam Canoniſtę, vt Abbas, Ancharanus, & alij apud Redoan. loc. citat. abſolutè docere videantur acquiſium ex reditibus Eccleſiaſticis Eccleſiæ fieri, nam hoc illi verè non dicunt; ſed tantùm quòd ex reditibus Eccleſiæ. quomodo loquitur etiam *Tridentin. ſeſſion. vigeſima quinta, capit. primo.* Clara autem res eſt reditus Eccleſiaſticos, & reditus Eccleſiæ differre, ſicut genus & ſpeciem. quare ſicut negata ſpecie, non negatur omne genus, ita ex eo quòd beneficiarius donare quid non poſſit ex reditibus Eccleſiæ, vel per illos comparata, non ſequitur abſolutè hoc nõ poſſe de reditibus eccleſiaſticis, quales ſunt quos ipſe percipit ex ſuo beneficio. tales enim licèt ſint reditus Eccleſiaſtici, non ſunt tamen reditus eccleſiæ, ſed beneficiarij.

Quæro ſeptimo, an donata, vel relicta beneficiario ſimplici, poſſint tuta conſcientia ro eo ipſo à ſpolijs eximi, & ab hæredibus defuncti retineri.

Reſpondeo, quia quidquid donatur vel legatur ſimplici beneficiario, nihil aliud exprimendo, cenſetur intuitu perſonæ donatum non Eccleſiæ; vt habetur *capitul. requiſiſti. §. illud. de teſtamentis.* & docent *Hoſtienſes, Rota, Corneus, Calderinus*, & fusè *Abbas capitulo fin. de peculio Clericorum.* poſt quos *Redoanus capitulo tertio. §. ſed in contrarium. numero ſexto. verſiculo ſi abſque adminiſtratione.* ſed quod acquirit beneficiarius intuitu perſonæ, fit ipſius, ita vt ad hæredes etiam ab inteſtato tranſmittatur: vt iidem tradunt, & nos ſuprà docuimus: poterit ergo tuta conſcientia ab hæredibus retineri.

Quæro octauo, an quæ beneficiarius dona-
11 uit ex reditibus non ſuis, ſed eccleſię, tuto retineri poſſint.

Reſpondeo & potiùs præmitto bona eccleſiæ alia eſſe mobilia, alia immobilia. mobilia diuiduntur in reditus & in obligationes: quæ iterum diuiduntur in pretioſa, & non pretioſa, & vtraque in ea, quæ ſeruando ſeruari poſſunt, & quæ nõ poſſunt. his poſitis

Dico primo beneficiarium de bonis Eccle-
12 ſiæ non pretioſis, nec immobilibus poſſe aliquid donare; ſi inde Eccleſia enormiter non grauetur, vbi tamen adeſt eius rei conſuetudo. ita *Ioannes Andreas, Imola, Abbas, Aretinus*, poſt *gloſſam finalem, capitulo cæterum. de donation.* quam refert *Gulielmus Redoanus quæſtione tertia. de ſpolijs eccl. §. ſed in*

contrarium,verſic. & quod ad primum, *num.5*.

Dico ſecundo, immobilia vel valde pre-
tioſa non poſſunt à beneficiario dona-
ri, nec aliter alienari, niſi in caſibus
in iure expreſſis, vt conſtat ex *cap.cùm*
Apoſtolica.de his quæ fiunt à Prælato. vbi
Abbas,& DD.& nos infra, vbi de rerum
Eccleſiaſticarum alienatione. Ex his

Dico tertio,bona eccleſiæ exigui momenti
aut ſi pretioſa, vbi eſt legitima conſuetu-
do, dono accepta à beneficiario poſſunt
tantum retineri à donatario, nec reſtitu-
enda ante mortem beneficiarij, nec poſt
illam ſunt ſpolio computanda. quod ſe-
cundum conſtat, quia talia bona ad Cle-
ricum non pertinent, nec vnquam ſpe-
ctarunt,cùm fuerint Eccleſiæ vt dominæ
& beneficiarij vt adminiſtratoris. Primũ
autem patet, quia legitima conſuetudo
excuſat à præcepto poſitiuo non alie-
nandi.

Quæro nono, an omnia, quæ beneficiarius
14 regularis tempore mortis relinquit, in
ſpolium cedant.

Reſpondeo cedere. in quo diſcrimen eſt in-
ter ipſum & beneficiarium ſæcularem.
nam in hoc diſtinguuntur tria genera bo-
norum quæ poteſt tempore mortis relin-
quere. Patrimonialia, vel quaſi, per indu-
ſtriam & conditionem perſonalem acqui
ſita, & mera eccleſiaſtica, ex quibus bonis
hæc tertia tantùm ſpolio debentur; alia
duo nequaquam, vt ex ſupradictis cõſtat.
at Regularis ſiue Epiſcopus, ſiue Canoni-
cus, ſiue aliter, quomodocumque promo-
tus, vnius tantùm generis bona habet, nẽ-
pè Eccleſiæ affecta, ac proinde moriens
omnia ſpolia relinquit, vt conſtat ex con-
ſtitutionibus Pauli III. Iulij 3. quas refert
Nau.§.5. cui autem ſint perſoluenda, po-
ſtea videbimus.

Quæro decimo, an bona omnia in Curia
morientium poſſint tuta conſcientia ab
16 hæredibus retineri, an potiùs ſpolio de-
beantur.

Reſpondeo peculiari priuilegio decedentes
in Curia ſpolia non facere, cuiuſcumque
conditionis ſint: adeò vt poſſint in vita,
& in morte de bonis omnibus in quaſ-
cumque perſonas, & cuiuſcumque condi-
tionis validè diſponere, vt conſtat ex bul-
la Iulij 3. quam expendit *Nauar.§.6. nu.*
2.3 quam conſtitutionem Paulus V. in-
nouauit & confirmando facultatem illam
conſtituit. de qua conſtit. *Nau.in fin. de*
ſpol.

Quæro vndecimo, an hoc priuilegium com-
17 plectatur etiam beneficiarios regula-
res.

Reſpondeo, non complecti, quia illi duplici
impedimento prohibentur de bonis ec-
cleſiaſticis liberè in morte diſponere. vi-
delicet religioſæ paupertatis, & redituum
eccleſiaſticorum. per Bullam autem Iulij
3. vnum tantùm impedimentum aufertur,
nempe redituum. quare aliud remanet, *c.*
ex duarum.de auctoritate,& vſu pallij. l.
ſi domus, ff. de ſeruitut. vrban. præ-
dior.

Non obſtat quòd Iulius in ſua extrauag. di-
cat, *omnes cuiuſcumque dignitatis &c. ex*
fructibus,&c.beneficiorum,&c. quorum-
cunque ordinum regularium,&c. poſſint
libere teſtari,&c. nam per illa verba, *etiã*
quorumcumque ordinum regularium, nõ
ſignificat beneficiarios regulares hoc
priuilegio gaudere, ſed beneficiarios cu-
iuſcumque beneficij etiam regularis, vel
ordinum regularium hoc poſſe, vt bene
obſeruat *Nauarr.§ 6. num.1.* Quare vi-
demus in Curia obſeruari vt regulares
beneficiarij decedentes in Curia ſpolia
faciant: cui autem illa cedant, videbimus
deinceps.

Quæro duodecimo, an penſionarij ſimpli-
18 ces ſine vllo alio beneficio ſpolia faciãt.
Fuit hac de re nonnulla controuerſia.
Prima ſententia negabat. ita *Gigas quæſt.*
52.*Couarr cap.cùm in officio,num.6. de*
teſtam. Menochius,Zerola,Burſatus, quos
refert *Garzias parte 1.cap 5 numer.*160.
Probant primò, quia penſio non eſt be-
neficium, ſed ſpolia fiunt ex reditibus be-
neficij. Secundò, quia penſio eſt quod
deciditur ex reditibus alicuius beneficij
ad alterius congruam ſuſtentationem
penſionarij, vt ſuprà vidimus; ſed quod
Eccleſiaſticus reſeruat parcè viuendo,
vel aliter ſibi prouidendo, ex eo quod pro
ſua ſuſtentatione ſibi debetur ſuum facit,
& ſuo patrimonio accreſcit, non ergo de
eo quod ſupereſt ex penſionario ſpolium
fieri poteſt.

Non obſtat quod Paulus 3. in breui, quod
refert *Redoan.quæſt.3.num.12. verſic.ſed*
in contrarium, videatur decernere fru-
ctus penſionum non ſolutos & decurſos
eſſe inter ſpolia. nam ibi non loquitur de
puro penſionario, qui nullum aliud ha-
beat emolumentum eccleſiaſticum, ſed de
Archiepiſcopo qui poterat pluribus aliis
beneficiis gaudere.

Non obſtat ſecundò Pij V. conſtitutio, quã
etiam penſiones decurſas & non exa-
ctas inter ſpolia numerat. nã eodẽ modo
re-

reſponderent loqui de eo qui alia beneſi-
cia poſſidet.

Secunda ſententia eſt affirmatiua, nempe
in penſionario fieri ſpolium. ita *Redoan.
de rebus Eccleſiaſticis non alien. rubric.
33.q.1.§.ex his.*& idem *quaſt.3.de ſpolijs
n.12.§.per quod Breue.Nau.de ſpolijs. §.
8.num.8.Molina tom.1.tract.2.diſp.* 145.
Garzias 1.*p.c.5.n.*61.

Dico primo; penſionarium hoc ipſo quòd
19 penſionarius eſt non eſſe exceptum à ſpo
lio.Probatur,quia poſſidet bona Eccleſia
ſtica,quæ eo ipſo reddunt perſonam ſpo-
lio obnoxiam,cùm deceſſerit,vt ex ſupra
dictis conſtat. colligitur autem manifeſtè
ex conſtitutione Pij V. in qua punit colle
ctores ſpoliorum,qui ea faciunt in penſio
nario, aut beneficiario; quorum benefi-
cium, vel penſio valorem annuum non
excedat triginta ducatorum. æquiparat
ergo Pontifex quoad ius ſpolij faciendi
abſolutè loquendo penſiones & bene-
ficia.

Dico ſecundo, aliquem penſionarium eſſe
20 exemptum, nempe in quo ſint iſtæ duæ
conditiones. Prima eſt, vt ipſius penſiò
triginta aureos non excedat ſi excedat vt
totum quod per penſionem accipit, non
ſuperet congruam ſuſtentationem quæ
illius ſtatui debeatur;quod volunt aucto-
res primæ ſententię,& conſtat ex ijs quę
ſuprà diximus de quocumque beneficia-
rio,nimirum ipſius patrimoniale bonum
fieri, quod parcè viuendo reſeruat ex eo
quod ſibi ad ſuſtentationem congruam,
vel in mercedem aſſignatur.

Dico tertio, penſiones reſignanti beneficiū
21 reſeruatas,vt congruè ſuſtentetur, ſi ve-
rè illis indiget, nec habet aliunde, ipſius
proprias fieri,& ſpolio non cedere.con-
ſtat ex ſupradictis;& hoc in vtroque fo-
ro,quia penſio aſſigata ei, qui nihil alind
poſſidet, habet præſumptionem, niſi
aliud probetur quòd ſit ad congruam ſu-
ſtentationem attributa, vt ex ijs conſtat
quæ docet Pariſius *de reſignat.lib.2.q.*15.
poſt Ioannem Andream,Archidiaconum
Francum, Geminianum, Ioannem de
Anania,Seluam & alios.

Per hæc ad argumenta pro prima ſententia,
quateuus abſolutè contendunt ex penſio
ne non fieri ſpolium. Ad primum falſum
eſt ſpoliorum ex penſione non eſſe ex re-
ditibus Eccleſiaſticis. nam penſio licèt
non ſit certus reditus, eſt portio illius ab
illo decerpta, & alteri aſſignata. Ad ſe-
cundum, ſunt plures penſiones quæ ſu-
perabundant ad congruum ſtatum quem
debet Eccleſiaſticus ex bonis Eccleſiaſti-
cis ſeruare; quales ſunt primò penſiones
duorum,vel plurium millium:ſecundò pen
ſiones in eo qui etiam beneficia plura
Eccleſiaſtica poſſidet. Quod dicitur de
Paulo III.& Pio V.loqui eos tantùm de
penſionarijs non puris,id eſt, ſimul be-
neficiatis, falſum eſt; quia Archiepiſco-
pus,de quo Paulus iij.loquebatur,Archie-
piſcopatum renunciauerat.

Quæro decimotertio, an illicitè per benefi-
22 ciarium acquiſita poſſint ab ipſius hære-
dibus tutò retineri?

Reſpondeo diſtinguendum eſſe de illicitè
acquiſitis, alia enim ſunt pro negotiatio-
ne, alia ratione, & ex his alia quæ illi-
citè, Id eſt, cum peccato requiruntur,
vel eius occaſione; ſed tamen fiunt ac-
quirentis. Alia, quæ tantùm de facto
acquiruntur,& nullo iure fiunt acquiren-
tis.

Dico primo, illicita negotiatione acquiſita
23 non poſſunt ab hæredibus beneficiarij,
qui illicitè eſt negotiatus, retineri; ſed
ſpolijs computantur.res eſt certa ex con-
ſtitutionibus Summorum Pontificum,
præſertim Pij V.de qua *Nauar.§.8.n.8.*
quæ autem ſit illicita negotiatio, paulo
poſt breuiter indicabitur.

Dicò ſecundo,illicitè acquiſita,aliter quàm
24 per illicitam negotiationem, ita vt non
fiant acquirentis, nullo modo poſſunt ab
hæredibus vel donatarijs Eccleſiaſtico-
rum retineri, ſi id ſciant:talia ſunt per ſi-
moniam obtenta, per vſuram, vel furto
ſublata, &c qua de re certiſſima vide
Nauar.loc.cit.

Dico tertio, illicitè, id eſt, cum peccato &
25 occaſione peccati acquiſita; dummodo
non per negotiationem,& ita vt verè ac-
quirentis facta fuerint,tranſmittuntur hę
redibus; ſi tamen acquiſita non fuerint
per modum à ſacris canonibus prohibi-
tum.probatur,quia Pius IV. & alij Pon-
tifices tantùm loquuntur de acquiſitis il-
licitè per negotiationem illicitam: ſed in
ſtatutis prohibentibus id intelligitur per
miſſum quod non inuenitur expreſſum;
&c.

Quæro Decimoquarto, an pręter negotia-
26 tionem ſit aliquis modus illicitus acqui-
rendi per ſacros canones Clericis inter-
dictus, ratione cuius ſpolium debea-
tur.

Reſpondeo duplicem ſententiam eſſe,vnam
quæ aſſerit ſpolia non fieri niſi de ma-
lè acquiſitis per negotiationem, aut
ſimpliciter illicitam, aut per ſacros

canones.nam Pius IV. in ſua conſtitutione. *decens*,&c.hæc verba habet, *bona omnia,&c. ex negotiatione illicita, aut alias contra ſacros canones quomodolibet acquiſita*, &c. per quæ verba duplex genus negotiationis amplectitur;primum ſimpliciter,& ex natura ſua illicitum. Secundũ illicitum per ſacros canones. tantùm ergo ſic acquiſita ſpolio cedunt, quia in prohibitiuis quod expreſsè non interdicitur,eo ipſo intelligitur eſſe permiſſum, niſi alia conſtitutione prohibeatur. Altera ſententia putat præter negotiationem illicitam ex ſe,& ex ſacris canonibus,plurea alios modos acquirendi illicitos eſſe, ratione quorum Eccleſiaſtici ad ſpolia teneantur; & hoc colligunt ex iiſdem verbis Pij,quæ aliam interpretationem commodè non admittunt. dicit enim *bona omnia ex negotiatione illicita, aut alias contra ſacros canones quomodolibet acquiſita* vult ergo Pontifex ſpolio deberi nõ ſolùm quod per negotiationem illicitam ſed quidquid aliàs cõtra ſacros canones, quomodolibet fuerit acquiſitum. Si ergo aliqua ſint quæ contra canones Eccleſiaſticus acquirat, etiam non negotiando; profectò illa quoque ſpolia debebuntur. at multa talia ſunt, nempe quæcumque Monachus acquirit id faciendo quod illi eſt ſpecialiter prohibitum. & hęc ſecunda ſententia verior eſt,ſecundùm quam

Dico primo,quidquid Eccleſiaſticus ex nego
27 tiatione acquirit, ſiue illicita ſimpliciter cuilibet homini,ſiue peculiari ſtatuto in aliqua ciuitate;præſertim verò quæ interdicitur illis particulari iure Canonico ſpolio computatur,vt ſuprà diximus, & decernit Pius IV. explicat autem bene *Redoan.q.2 de ſpolijs n.36.Azor quæſt. 1.& 2.*& deinceps *c.2.*

Dico ſecundo, quęcumque Eccleſiaſticus
28 acquirit exercendo munera ſibi iure Canonico interdicta,etiamſi illa propriè negotiatio non ſit, etiam debentur. conſtat primò ex verbis conſtitutionis adductis, ſecundò ex conſenſu DD. apud citatos. Dubito autem nonnihil, quia non benè mihi compertum eſt quid in praxi quoad hanc partem ſeruetur, an ſc. Apoſtolica Camera ſibi vendicet quæ Eccleſiaſtici malè acquirunt aliter quàm negotiando; vt aduocando,aut chirurgiam exercendo &c.qua de re paulo poſt iterum.

Quæro decimoquinto, quæ negotiationes
29 illicitæ ſint Eccleſiaſticis,ita vt per illas acquiſita ſpolia fiant.

Reſpondeo,quæſtionem hanc latè nimis diffundi.petit enim materiam Clerici negotiatoris; quæ hic propriè tractanda non eſt. quare breuiter, & curſim quæ huc faciunt & neceſſaria ſunt reſpondendo notabo.

Dico ergo primo negotiatio propriè Cleri-
30 cis interdicta eſt, quæ exercetur viliùs emendo quod immutatum cariùs deinde vendatur, vt habetur tota 88.*diſt.* ubi *gloſ.* & DD. *& c.canonum 11.quæſt.4.* & hoc ſi fiat lucri cupiditate,quæ conſiſtit in ſtudio ditescendi.ex quo infertur primò,in foro conſcientiæ propriè non negotiari, viliùs ementem vt cariùs vendat nulla lucri cupidiatate, ſed ſola neceſſitate, vel ſua,vel ſuorum, vel etiam pietate & ſtudio religionis. *Abbas c.ſecundum.n.1.ne clerici vel mon.Nauar.de ſpol. ſ. 7. num. 5 Leonis in theſ fori.parte 3.num.37.*Dixi *in foro conſcientiæ*. nam in exteriori qui viliùs emit vt cariùs vendat, negotiator habetur. vide *Barbatiam l. legatus. de legatis 3.*in additionibus ad Bartolum. Infertur ſecundò,qui vendit cariùs quod viliùs emerat,non eſſe eo ipſo negotiatorẽ, niſi ad hoc ipſum emerit vt cariùs venderet. Ex quo infertur tertiò, qui quod emit & poſtea maiori pretio diſtrahit; vel quia iam vſus illa re eſt, vel quia breui ſatiatus, vt fit in pictura aliqua, libro, &c.non eſſe negotiatorem. Infertur quartò neq; eſſe negotiatorem, qui ſola lucri cupiditate adductus vendit; dummodo ad hoc non emerit vt vendat. Infertur quintò qui emit viliùs quod immutatum & variatum poſtea cariùs vendit,non eſſe propriè negotiatorem in hoc genere. quæ omnia colliguntur ex Abbate, Ioan. Andr. Innoc. gloſa & alijs quos refert Redoan.*quæſt.2 poſt num 36. Leſſ. lib.2. c.21.*

Dico ſecondo variatio quæ debet ſuperueni-
31 re rei emptæ poteſt eſſe ex triplici capite. Primum eſt, per ſolam adſiſtentiam emptoris. Secundum per ſolum artificium, quod circa illam adhibet. Primi generis ſunt quæ à natura variationem capiunt, & mutantur in melius; hominum tamen curam & adſiſtentiam deſiderant: vt greges, armenta, fruges in ſegete,pendentes fructus, olera in hortis. hæc enim omnia meliora fiunt, ſi nondum adulta emuntur: & hoc natura ipſa; non tamen ſine hominum adſiſtentia & cura. hæc ergo propriè loquendo ad negotiationem illicitam nõ pertinent.

Secundi generis ſunt picturæ,ſtatuæ,veſtes, & alia quæ ſpectant ad domeſticam ſup-

pelle

pellectilem inſtruendam: in quorum commercio negociationem clericis vetitam non conſiſtere docet *Abbas cap. fin. de vita & honeſtate clericorum.in fin.* & ex eo aliqui apud *Redoan. q.2.num.36.* quod tamen intellige cum iſta venduntur, & emuntur, ita vt poſt emptionem ex rudib. perfecta fiant. Tertio loco ſunt quæ ſola opera meliora fiunt. operam autem hic appello laborem, qui ponitur in re aliqua paranda vtili ad vſum vitæ; qui tamen labor communiter artificij nomine non appellatur.

Ex his infertur primo, quãuis emere vilius picturam vt carius vendas ſit negotiatio prohibita clericis, non tamen eſſe emere tabulam, colores, telam, ex quibus pictura à clerico fiat, quæ cariſſime vendatur, vt bene obſeruat *Abbas cap fin. de vita & honeſtate Clericorum, ex cap. clerici 91 diſt. & cap. nunquam. de conſecrat. diſtin. quinta*.

Infertur ſecundo, poſſe clericum labore, & opera manuum ſuarum victum ſibi, & ſuis quærere, & id etiam inde ſeponere quod pauperibus poſſit erogare. *Gloſſa 91. diſtin. in ſumma*.

Infertur tertio poſſe clericum greges alere prata ad illorum paſtum conducere, farinam ex grano vendere, & ſimilia. quia hæc qui facit, non vendit carius, quod vilius emit inuariatum. *c. epiſcopus* 88. *diſt.*

Infertur quarto, poſſe clericum emptis coloribus, tabulis, tela, &c. empto etiam marmore, aut ligno, &c. emere quoque pictoris aut ſtatuarij artificium, curando ex illis picturam, aut ſtatuam fieri quæ poſtea vendat, quia non vendit id inuariatum, quod ante emit, vt ex locis cit. colligitur.

Dico tertio, interdictum eſſe clericis omnia
negotia exercere ex quibus miniſterium
32 clericale dehoneſtatur, vel inuidia poteſt
induci, aut periculum irregularitatis, qua
lia ſunt primo ſordida opificia, vt lanij,
coqui, tabellionis, &c. ſecundo ſeruile
famulitium in aliena domo: tertio forenſis aduocatio in criminalibus, non ſolum cum auerſatori adſiſtitur contra reum ſed etiam reo aduerſus accuſationem.

Ex quo infertur primo, quę per hæc negotia & exercitia acquiruntur, ſpolia fieri, vt bene docet *Abbas cap. clericis, ne clerici, vel monachi.* & habetur *cap. ſacerdotib. 88. diſtinct.*

Infertur ſecundo, qui ex ferro facit cultros, non negotiari proprie. *capitul. partium. 88. diſt.* ac proinde per id acquiſitum non eſſe ſpolium.

Infertur tertio, illicitè acquiſita quæ ſpolia fiunt eſſe in duplici genere. Primo acquiſita per negotiationem interdictam. Secundo per negotia & exercitia prohibita. negotiationem interdictam eſſe qua quid immutatum vilius emitur, vt carius vẽdatur ad diteſcendum, negotia autem, & exercitia illicita eſſe, quæ ſtatum clericalem, vel odioſum vel vitiorem faciunt.

Quæro decimoſexto, An negotiatione illicita acquiſita, fiant in vita clerici propria. Reſpondeo fieri, ita vt non intelligatur illis priuatus; niſi poſt iudicis ſententiam colligitur ex *Azor. cap. 2. q. 3. 4.*

Ex quo infertur, quod inter viuos de ſic acquiſitis clericus diſpoſuerit ſpolium non fieri; ſed licitè retineri ab accipientibus, ut clarè conſtit. Pij IV. ſtatuentis ſpolia tantùm eſſe quæ ex his acquiſitis ſuperſunt poſt mortem clerici, aut quibus ille priuatus fuerit in vita.

Quæro decimoſeptimo, an habens priuile-
34 gium teſtandi quamuis amplum poſſit de
illicitè acquiſitis teſtari?

Reſpondeo non poſſe. Nam conſtitutio illa reuocat omnia priuilegia quoad hanc partem, vt legenti patet. Quare niſi ſit expreſsè & in indiuiduo derogatum huic conſtit. Pij IV. quod nuſquam ſit, nulla facultas teſtandi, quãtumuis verbis prægnantibus conceſſa, ad hæc ſe extendit.

Quæro decimoctauo, an facultas teſtandi in
35 quaſcunque perſonas, &c. poſſit extendi
ad filios illegitimos.

Reſpondeo non poſſe, vt conſtat ex conſtit. Pij V. quam refert. *Nau. de ſpolijs, in fine*, totius tractatus, & poſt illum Quaranta in compendio Bullarum *v. Illegitimi*, & hoc cum triplici ampliatione, & declaratione. Prima ſi filius illegitimus ſit natus ex ipſo Eccleſiaſtico: ſecundò ſi non ex ipſo. ſed ex quocunque ipſius coniuncto: tertio ſi nec ex coniuncto, ſed ex quolibet alio quod prouiſum eſt cauendis fraudibus quæ poſſent interuenire; ſi. n. Eccleſiaſtico liceret illegitimum hæredem inſtituere modò nullo pacto ſibi coniunctũ poſſet conuenire cum alio clerico, & illius filium inſtituere paciſcendo, vt ipſe viciſſim inſtitueret ſuum. Ad hanc fraudẽ cauendam, Pontifex prohibuit ne facultas teſtandi per priuilegium conceſſa intelligatur extendi ad illegitimos, qui cunq; illi ſint. Dixi per priuilegium conceſſa, quia Pius V. in ea conſtitutione nihil agit de facultate conceſſa iure communi; quã non ex priuilegio Sedis Pont. Clerici

poſ-

poſſent habere teſtaodi de rebus ſuis, vt bene ibi Nauar.

Quæro decimonono, An illegitimus poſſit
tuta conſcientia accipere ſibi ex Patris
36 eccleſiaſtici bonis, quod neceſſarium eſt
ad alimenta.

Reſpondeo poſſe, & teneri etiam Cameram Apoſtolicam illi prouidere de ſpolio, quod fecit ex bonis paternis, vt fuſè *Nauar. loc. cit. §. vlt de ſpol.*

Quæro vigeſimo, An filia illegitima poſſit
37 dotari ex bonis parentis eccleſiaſtici.

Reſpondeo poſſe & debeti, quia, vt diximus poteſt & debet filius ali à patre; ſed dos filiæ cedit loco alimentorum, *Bart. l. vxorum. §. pater naturalis. ff. de leg. 3. Ioan. Lup. in rep. cap. volumus. de donatione inter virum. & vxor. §. 23. num. 12. Nauar. loc. cit.*

Quæro vigeſimoprimo, An ſine alia ſenten-
38 tia iudicis teneatur quilibet ſpolia ijs reſtituere quibus debentur?

Reſpondeo teneri, quia mortuo eccleſiaſtico ſpolia eo ipſo illorum fiunt ad quos pertinent. Quare ſicut quilibet ante ſententiam iudicis tenetur rem quā ſcit alienam domino reſtituere, ita in caſu noſtro non obſtat quod ſpolia videantur impoſita in pęnam, quę non debet ante ſententiam iudicis executioni mandari, nec ſine illius auctoritate, & miniſterio nam quidquid ſit de hoc, falſum eſt ſpolia eſſe inſtituta in pęnam clerici defuncti: quia ſunt in ſubſidium Cam. Apoſtolicæ, alioquin ſi eſſent ſpolia in pęnam, ſemper ſupponerent culpam in clerico defuncto: nec poſſent fieri ex ijs bonis quę clericus cum virtute, & meritoriè ſe potuiſſet ad aliquod pium opus; quod tamen falſum eſt, vt bene *Azor capitul. 1. q. & capit. 2. q. 1. 3. 4.*

Quæro vigeſimo ſecundo, An qui ſpolia ec-
39 cleſiaſtica iniuſte detinent, nec reſtituit,
eo ipſo cenſuras vllas incurrat?

Reſpondeo poſſe cogi cenſuris; non tamen quod meminerim vllas eſſe directè impoſitas quæ ipſo facto incurrātur, uide *Azor c. 1. q. vlt. in fine.* Dixi *directè*; nam indirectè pœnæ in genere impoſitæ detinentibus bona Cam. Apoſtolicæ. afficiunt eos, qui ſpolia detinent, quæ eo ipſo ſunt ſub dominio Cameræ; tales autem detentores ipſo facto excommunicantur à Paulo IV. ut notat *Redoan. q. 15. nu. 32.* Obſeruādum præterea eſt à Collectoribus ſpoliorum, qui ad id facultatem habent, cenſuras latæ ſententię promulgari contra quoſcunq. ſpolia iniuſtè detinentes, quod cùm faciunt, eo ipſo quis cenſura innodatur, quod ſpolia culpabiliter non reſtituit.

CAPVT V.

Ex quibus bonis, à quibus perſonis in foro exteriori ſpolia capiantur.

SVMMARIVM.

1 *Probatio cui incumbat, vbi agitur de ſpolijs faciendis, ratione negotiationis illicitæ.*

2 *Cui, vbi agitur de bonis beneficiarij defuncti.*

4 *Ad quem pertineat, vbi quæritur, an bona relicta ab eccleſiaſtico, ſint ſpolia, ne cne?*

4 *Ad quem vbi agitur de bonis clerici, quē notorium eſt eſſe beneficiatum.*

5 *Probatio cui incumbat, vbi de bonis religioſorum beneficia poſſidentium, ſi religio, aut camera ſibi ea vindicent.*

6 *An ex eo ſpolium fiat, qui nihil ex negotiatione, vel exercitio acquiſiuit.*

7 *Quid ſi dubitetur an bona relicta ab eccleſiaſtico ſint ex patrimonio, vel reditibus eccleſiaſticis.*

FAcile hoc erit ex dictis cuilibet apud ſe decidere, maioris tamen perſpicuitatis gratia.

Quæro primo, cui incumbat probatio, cum
1 agitur de ſpolijs faciendis ratione illicitę
negotiationia.

Reſpondeo, aſſerenti, nempe ſpolia vindicanti, probationis onus incūbere; cùm enim agatur de delicto perſonæ eccleſiaſticæ, non eſt enim id præſumendum, ſed probandum, vt conſtat notiſſimo iure; quare collectores iniuſtè faciunt, & ſunt puniēdi, ſi titulo illicitæ negotiationis ſpolia inuadunt antequam illam probauerint; vt enim bene *Panor. cap. 1. de peculio clericorum*, in re perſimili pronunciat, *nemo niſi cum manifeſte conſtat, creditur eſſe malus*. Cùm ergo in clerico malum ſit; illicitè illum negotiatum eſſe, indeque ditatum, credendum id non eſt, ſed manifeſte probandum, vt fuſè *Redoan. quæſt. 15. num. 30. Romanus conſ. 159. Azor q. 11. cap. 2.* in ſæpius cit. tract. quem à reliquis operibus ſe poſuit & ſimul cū tract. de ſpol. Redoan edidit Iul. Cæſ. Lutius.

Quæ-

Quæro ſecundo, cùm agitur de bonis bene-
ficiarij defuncti, an ſint acquiſita intuitu
2 eccleſiæ, vel alio titulo perſonali, ad quẽ
pertineat probatio?

Reſpondeo, quidquid beneficiarius cum cu
ra, & adminiſtratione poſt obitum relin-
quit, præſumitur totum intuitu eccleſiæ,
& ex reditibus eccleſiaſticis acquiſitum,
niſi contrarium probetur, quare onus
probandi quod ſit ex titulo perſonali, &
conſequenter non intuitu eccleſiæ, per-
tinet ad hæredes, vt colligitur ex *Redoa.
q.3. § .quid dicendum, & q.17. per totum.*
conſtatque, quia clericum beneficiariũ
cum cura, & adminiſtratione, notorium
eſt habere bona eccleſiaſtica; at ex pa-
trimonio poſſidere, vel ex titulo perſo-
nali aliquid acquiſiſſe, res eſt facti, factũ
autem non præſumitur contra notorium
ſed probatur *l. ſciendum. ff. de verb. obli.
Natta conſ. 51. n.20.*

Quæro tertio, ad quem ſpectet probatio ab
3 ſolutè, an bona quæ eccleſiſticus relin-
quit, ſint ſpolia necne?

Reſpondeo, ad hæredes defuncti, vel alios
qui ſibi bona illius vindicant: ſi tamen
ille erat eccleſiaſticus notorius incedens
in habitu, & tonſura. eo ipſo enim quod
notorium eſt aliquem eſſe eccleſiaſticum
notorium quoque eſt illum eſſe obnoxiũ
ſpolio, niſi habeat conditiones illum
eximẽtes; quod autem iſtas conditiones
habeat, eſt res facti, quod vt paulo ante
diximus, non præſumitur, ſed probatur;
vt bene *Azor cap.3. quæſt.4.* Conditiones
autem iſtæ quæ eximunt, hæ ſunt quas ſæ
pius diximus. Primò, non habuiſſe vllum
beneficium. ſecundò ſi habuit, non ex-
ceſſiſſe triginta aureos; tertiò ſi exceſſit,
conſtitiſſe in quotidianis diſtributionib.
quartò ſi non in ſolis diſtributionibus
non exceſſiſſe modum debitum congruæ
ſuſtentationi pro ſtatu ſuo. Quæ omnia
vt per ſe patet cùm facti ſint, contra
notorium non præſumuntur, vt ſupra
diximus.

Quæro quarto, in vniuerſum loquendo cui
incumbat probatio de bonis clerici, quẽ
4 notorium eſt eſſe beneficiatum, an ſe hę-
redibus, an Cameræ, ſi vtrique vendi-
cent?

Reſpondeo, eo ipſo quod beneficiarius de-
cedit, quidquid relinquit, præſumitur
eſſe ex bonis beneficij, quia hoc notoriũ
eſt ratione ſtatus quem ille publice pro-
fitetur. An autem ſit nobilis, diues, in-
duſtrius, &c. ratione quorum habeat bo-
na alia patrimonialia, aut quaſi, & ex ſua
induſtria acquiſita, res eſt facti; propte-
rea probanda, ita *Redoan q.3. § quid di-
cendum num.1. & ſequentib.* & poſt eum
Azor c.3 q.4.

Quæro quinto, cui incumbat probatio de
bonis Religioſorum beneficia poſſiden-
4 tium, ſi ea ſibi religio, aut camera vin-
dicent?

Reſpondeo, eo ipſo quod quis Religioſus
notorius eſt, ſi illius bona velit Apoſto-
lica Camera vt ſpolia vindicare, ipſi in-
cumbere probationem, vel quod extra
monaſterium vixerit, vel quod vixerit
apoſtatando. & hoc propter rationem
traditam in prima, & quarta quæſt. hu-
ius capitis, vt & meliùs ex ſequentibus
conſtabit.

Quæro ſexto, an ex eo qui nihil ex negotia-
6 tione vel exercitio acquiſiuit, ſpolium
fiat. Exempli gratia, verè & propriè mer
caturam fecit viliùs emendo, & cariùs
vendendo; ſed inde, vt fit, potius depau-
peratus eſt, quàm ditatus. Similiter chi-
rurgiam exercuit; &c. nihil inde lucrando,
Quæritur an nihilominus ſpolium faciat?

Reſpondeo, eo ipſo quod conſtat Eccleſia-
ſticum illicitè negotiatum, aut exercuiſſe
officia prohibita ſtatui clericali, poſſe
Cameram Apoſtolicam, & illius Colle-
ctores omnia bona ipſius inuadere; hæ-
redibus autem ſi quid velint, incumbere
onus probandi, nihil ipſum ex negotia-
tione lucratum, aut totum quod ſupereſt
eſſe patrimoniale; quod colligitur ex bul
la Pii IV. à Redoan. expoſita qu. 2. & ab
Azor. adducta c.1. q.1.

Quæro ſeptimo, quando res dubia eſt de
7 bonis relictis ab eccleſiaſtico, nec liquet
an ſint ex patrimonio, an ex reditibus ec
cleſiaſticis, quid faciendum ſit, cùm enim
hæredes vtplurimum tunc bona poſſi-
deant, videtur illorum conditio melior
eſſe, ex communi regula, quòd in dubio
melior eſt conditio poſſidentis.

Reſpondeo tamen in hoc dubio talis caſus
ſemper eſſe pro Eccleſia, & Camera
Apoſtolica pronunciandum, vt bene *Co-
uar. de teſt. cap.1. num.6. Azor. cap.3. de
ſpolijs. quæſt.* 12. Ratio eſt primò, quia in
dubio inter cauſam piam, & non piam,
ſemper melior eſt piæ cauſæ conditio, &
pro illa pronunciatur, vt conſtat ex *Ti-
raqu. in tract. de pia cauſa*, per plura ca-
pita; in quo caſu locum non habet regu-
la de meliore conditione poſſidentis. Se-
cundò, quia in dubia probatione res ſem
per illi adiudicatur pro quo ſtat maior
præſumptio, ſic in dubio cuius ſit res re-

perta

perta apud vxorem adiudicatur marito, pro quo eſt maior præſumptio vt ſit de ipſius bonis. *l. quantum. ff. de donat. inter vir. & vxor. & l. etiamſi. C. eod.* Sed in clerico beneficiato præſumptio bonorum quæ apud illum reperiuntur, ſtat pro Eccleſia; omnia enim præſumuntur ex beneficio, preſertim ſi hoc ſit notorium ratione ſtatus, & alia omnia concernunt factum; quod non præſumitur, vt ſæpius dixi, ſed probatur. *l. ſciendum. ff. de verb. oblig.* vide *Redoan. quæſt. 15 nu. 13. Azor. cap. 2. quæſt. 12.* hæc tamen ita intelligenda ſunt, vt cùm hæres reperitur in poſſeſſione, illa non ſpolietur; donec probetur bona ad ſpolium ſpectare; ſiue quia manifeſtè Camera oſtendat eſſe ſpolia; ſiue quia conſtat, hæredes idoneam pro ſe probationem non habere. *c. nulli* iuxta *gloſſ. cap. ſint manifeſtæ. eadem cauſa. q. 1. Caſtro §. ſi quis presbyter. num. 4. C. de Epiſ. Theſaur fori eccleſiaſt. p. 3. cap. 3. n. 25.*

CAPVT VI.

Quibus, quæ ſpolia debeantur.

SVMMARIVM.

1 *Cui debeantur ſpolia Beneficiati Regularis.*

2 *Cui ſpolia eccleſiaſtici regularis, vel ſæcularis ex negotiatione illicita, vel aliter acquiſita contra canones.*

4 *Cui inſtrumenta ſacra relicta poſt mortem beneficiarij.*

4 *Cui fructus beneficij tempore mortis beneficiarij non dum percepti.*

7 *Cui fructus beneficiorum à die vacationis vſque ad legitimam prouiſionem, & poſſeſſionem legatam.*

8 *Cui bona religioſorum, qui extra clauſtra viuunt & decedunt.*

9 *Cui reditus penſionarij illi debiti, ſed non dum exacti.*

10 *Cui ſcamna, menſa, arca, dolia vacua, & alia ſimilia vtenſilia.*

11 *Ad quem pertineat ſoluere debita beneficiarij defuncti, & 12. 13. 14. 15. 16. & 17.*

18 *Quid vbi ſuperſunt alia bona patrimonialia beneficij.*

ADuertendum hic iterum eſt, quod ſupra monui, propria, ſed lata ſignificatione ſpolij nomine cenſeri quæcunque bona poſt obitum clerici, alijs, quam hæredibus debentur; ſtrictius tamen nomine ſpoliorum ſimpliciter, & abſolutè loquendo intelligi tantum bona poſt obitum clerici Cameræ, & fiſco Apoſtolico debita; & hoc ex communi regula, quod nomen ſimpliciter prolatum de principali in eo genere intelligitur. Inter ſpolia autem principalem locum obtinent, quæ Cameræ Apoſtolicæ debentur, & ſpolia Apoſtolica appellantur; & hinc eſt, quod aliquando Pontifices negant eſſe, aut pertinere ad ſpolia vaſa ſacra, paramenta, &c. item ſcamna, vtenſilia alia, &c. quæ habentur alijs quàm Cameræ Apoſtolicæ; vt videre eſt in conſtitut. Pij V. de qua *Nauar. de Spolijs* & poſt illum *Azor p. 2. lib. 8. cap. 3. q. 6.* Ibi enim declarat talia paramẽta pro cappella beneficiariis, &c. non eſſe ſpolia; non quòd abſolutè non ſint ſpolia, ſed quia non Apoſtolica, & proinde non pertinere ad Apoſtolicum Collectorem. his poſitis

Quæro primo, cui debeantur ſpolia benefi-
1 ciati regularis?

Reſpondeo, & ſuppono ſermonem eſſe de eo qui ſeparatim viuat, & ſeorſim à menſa communi: nam aliqui communiter viuunt, & ſubinde amouentur, & præficiuntur, iuxta conſtitutiones ſuæ religionis, variis Prælaturis, non ſunt in hoc genere beneficiatorum regularium, de quibus nunc loquimur. De his ergo

Dico, eorum ſpolia iure antiquo monaſterio debebantur. *cap. cùm olim 2. de priuilegijs. Authent. Ingreſſi. de ſacroſanct. Eccleſijs. & c. ne dicatis. 12. q. 1.* Cùm ergo iure nouo loco monaſterij ſuffectus ſit fiſcus Apoſtolicus, illi iam debentur, vt conſtat ex conſtitutione Pij 4. *Decens*, quam examinat *Redoan. quæſt. 2. de ſpol. Azor. cap. 2. quæſt. 1.* & de qua *Quaranta in compendio, v. ſpolium.* quod tamen intellige cum duplici limitatione. Prima, niſi regularis decedat in Curia, tunc enim ipſius bona à Camera Apoſtolica non capiuntur, ſed illi cedunt, cui iure communi debentur ab inteſtato, nempe monaſterio. Secunda limitatio, niſi habeat ſpeciale priuilegium teſtandi ad hoc ipſum ſpecialiter conceſſum. quod rarò ſolet præterquam maioribus Prælatis, qua de re vide *Redoan. q. 1. v. Teſtamentum.* Nõ obſtat quòd Paulus IV. in conſtitutione Poſtquam diuina, decreuit omnia Reli-

rio-

gioſorum bona quomodolibet extra clauſtrum morantium eſſe monaſterij: nam illi conſtitutioni derogandum eſt per Gregorium Decimum tertium in conſtitutione Officij noſtri, vbi definit Cameræ Apoſtolicæ illa deberi. limitationem autem adiunxit de commorantibus in Curia Pius Quintus, cui non eſt derogatum.

Quæro ſecundo, cui debeantur ſpolia Ec-
2 cleſiaſtici regularis, vel ſęcularis ex illicita negotiatione, vel aliter contra canones acquiſita. Suppoſito ex tali clerico, etiamſi nullum habeat beneficium ſpolia fieri, vt ſupra diximus.

Reſpondeo, talia Cameræ Apoſtolicæ à nouo iure deberi, vt conſtant ex eodem conſtitutione Pij iv. Docens.

Quæro tertio, cui debeantur inſtrumenta ſacta poſt mortem beneficiarij relicta.

Reſpondeo, Eccleſiæ, vel Monaſterio, in quo habet, vel habuit beneficium, etiam ſi illud poſtea renunciauerit. ita Pius Quintus Conſtitutione ſua ſupra citat. quem explicat Nauarrus *§. 8. numer. 2. & 3.* Ex quo fit primò clericum ſæcularem, qui nullum habet beneficium, aut redditus Eccleſiaſticos, aut nullam Eccleſiam, cui inſeruiat, ſi relinquat ſupellectilem ſacram pro ſacello, non comprehendi hac conſtitutione. patet, quia expreſſe tantùm mentio fit de beneficiarijs, qui habent Eccleſiam. Secundò fit regularem beneficiarium ſemper hac Conſtitutione teneri: quia ſemper habet Monaſterium, vel Religionem, cui attributus eſt. Tertio probabiliter etiam hinc deducitur purum penſionarium hac etiam conſtitutione teneri. nam licet non ſit beneficiatus, habet tamen reditus Eccleſiaſticos: & licet non habeat Eccleſiam, cui inſeruiat, & ſit attributus; habet tamen, ex qua emolumentum capit; illam nimirum, ex cuius beneficio penſio detracta eſt. Quartò fit paramenta, & hanc ſupellectilem Eccleſiæ deberi, licet non ſit conſecrata, ſed tantum deſtinata ad vſum ſacrum: quod bene obſeruat *Azor capitul. tertio quæſt. ſeptima.* quia Summus Pontifex declarãs quæ ſint iſta inſtrumenta ſacra, exemplum ponit in iis, quæ non conſecrantur, quia ſunt Miſſalia, cantus muſici, firmi, &c.

Quæro quarto, Cui debeantur fructus beneficij tempore mortis beneficiarij nondum percepti, ſed illi debiti. Suppono fructus iſtos eſſe in duplici differentia. aliqui enim ſunt non dum percepti, quorum tamen tempus, & dies ſolutionis iam præteriti. aliqui debentur; nondum tamen eorum dies ſolutionis aduenit. ob commodum enim conductoris ſolutio in duo anni tempora diuiditur; & poteſt eſſe, vt paulo ante Martium menſem beneficiarius decedat, in quo ſolutio fieri debeat fructuum, qui illi debentur pro ſemeſtri ſpatio proximè elapſo. Hoc poſito

Dico primo, in terris vbi reperitur, & ſolet eſſe Collector Apoſtolicus, fructus omnes debiti, ſed nondum percepti à beneficiario defuncto ſpolia fiunt, & cameræ Apoſtolicæ debentur. ita deciſum clarè eſt per Iulium III. in conſtitutione quam latè explicat *Redoan. quæſt. 5.* & ratio eſt, quia fructus iſti iure communi antea eccleſiæ ſucceſſori in beneficio debebantur, ex *Hoſtien. Cald.* & aliis apud *Azor cap. 3 q. 13.* ſed fiſcus Apoſtolicus in iſtis bonis ſucceſſit loco eccleſiæ, vt bene *Gulielmus Redoanus quæſtion. 1. & Azor capitul. 1. q. 3. 4 5.* ergo iam illi debentur.

Dico ſecundò, in terris, in quibus non eſt nec ſolet eſſe Collector Apoſtolicus, huiuſmodi fructus ſucceſſoribus debentur, vt illorum ſpolia; nullo modo autem poſſunt hæredibus tranſcribi; quod decreuit Iulius Tertius in alia Conſtitutione, qua præcedentem declarauit, de qua poſt *Redoan. quæſtion. quinta. Azor cap. 3. quæſt. 13. Quaranta in Bullario. ver. ſpolium.*

Ad quod aduertendum eſt circa fructus debitos & non exactos à beneficiario defũcto duas conſtitutiones editas eſſe à Iulio III. In prima decernit vt omnes huiuſmodi fructus non ſint hæredum, ſed ſucceſſorum. In ſecunda declarat id quod in priore ſtatuerat, intelligendum duntaxat eſſe vbi non ſint Collectores Cameræ Apoſtolicæ. Ex hac duplici conſtitutione orta eſt controuerſia, quibus debeantur iſti fructus vbi ſunt tales Collectores, an hæredibus, an Cameræ Apoſtolicæ. Redoan. q. 7. refert ſententiam fuiſſe cuiuſdam magni datoris quòd ſint hæredum. mouebatur, quia quòd nõ debeantur hæredibus, ſed ſucceſſoribus, ſtatutum fuerat per Iulium in priorem illa cõſtitutione. ſed illud decretum immutatum fuit poſtmodum per ſecundam conſtitutionem declaratoriam. quòd id intelligatur, vbi non ſint Collectores Cameræ,

Vera tamen ſententia eſt, quod vbi non ſunt Collectores, debentur ſucceſſoribus in beneficio; vbi verò ſunt, ipſi Cameræ. Primò, quia ſecunda conſtitutio Iulij nõ eſt declaratoria, & limitatiua in fauorem Cameræ Apoſtolicę, vt patet inſpicienti, & benè probat *Redoan. quæſtion.* 7. Secundò, quia nulla ratio apparet cur vbi ſunt Collectores Apoſtolici, velit meliorem facere conditionem hæredum, & illis adiudicare quod iure communi debetur ſucceſſori. Tertiò denique, quia praxis eſt in contrarium, talis enim fructus a Camera exiguntur.

Quæro quinto, cui debeantur fructus beneficiorum à die vacationis vſque ad legi-
7 timam prouiſionem, & actualem poſſeſſionem

Reſpondeo iure communi antea pertinuiſſe ad Eccleſias eorundem beneficiorum, vel ad ſucceſſores. *cap. quia ſæpe. de electione. c. præſenti. de offic. ordin in 6.* Sed quia in locum Eccleſiæ, & ſucceſſoris, Apoſtolicus fiſcus ſuffectus eſt, vt ſupra docuimus & fusè *Redoan. q.* 1. pertinent iam omnes ad Cameram Apoſtolicam, vt fructus illius, vt conſtat expreſsè ex conſtitutione Pij IV. quam de hac re refert *Nauarr. §. 6. num 6. de ſpolijs clericorum.* & ex alia eiuſdem Pij *incip In ſupremo. & Gregorij XIII. incip. cùm ſicut accepimus.* de quibus *Azor c. 3. q. 4 in fine Quaranta in compend. v. ſpolium*

Quæro ſexto, cui debeantur bona religioſorum qui nullo beneficio præditi extra clauſtra de ſuperiorum ſuorum licentia vel aliter quomodocumque viuunt, & decedunt.

Reſpondeo vt ſupra indicaui q 1. cùm de religioſis beneficiatis, talia bona religioſorum licèt beneficiati non ſint, ſed ab illis acquirantur dono amicorum, conſanguineorum, propria induſtria, aut aliter quomodocumque, Cameræ Apoſtolicæ deberi. quod ſtatutum eſt in extrauagan. Gregorij XIII. *Officij noſtri.* quod intellige niſi decedant in Curia, & excepto inſtrumento ſacro prò ſacello, quod puto ſemper illorum religioni aut monaſterio deberi.

Quæro ſeptimo, cui debeantur reditus
9 penſionarij illi debiti, ſed nondum exacti.

Reſpondeo iure antiquo debebantur hæredibus; quemadmodum & ipſæ penſiones perceptæ, & apud penſionarium integræ repertæ; ſed iure nouo debentur tam exactæ quæ reperiuntur, quàm exigendæ Cameræ Apoſtolicæ, ex conſtitutionibus Pauli 3. Iulij 3. Pij V. vide *Redoan. de ſpol. q 3. §. & in hac materia. n. 12 q. 8 num. 32. Azor. c. 3. q. 8. par. 2 lib. 8.*

Quæro octauo, quibus debeantur ſcamna, menſæ, arcæ, dolia vacua, & alia ſimilia
10 vtenſilia, etiamſi ex reditibus eccleſiæ à beneficiario fuerint comparata.

Reſpondeo, ante Pium V. hæc etiam inter ſpolia computabantur, poſt illum nequaquam. Sed de illis beneficiarius diſponit, vt de patrimonialibus, quam conſtit. Pij referunt *Nauarr. § 1. de ſpolijs, num. 4. & 5.* & iterum fuſius *§. 8* & poſt illum *Azor cap. 3. q. 6.* Qua in re obſeruandum *Ioan. Franc. Leonis in theſaur. fort eccleſiaſtici, parte 1. c. 3. num. 2.* docere huiuſmodi vtẽſilia eccleſiæ deberi, ſed perſpicue fallitur, vt patet inſpicienti conſtit. Pij V. & expreſsè monet *Nauar. d. num. 5* aduertens ſuppellectilem vtenſilium vaſorum, &c. fieri hęredum.

Quęro nono, ad quem ſpectet ſoluere debita beneficiarij defuncti, ad collectorem, an
11 potius ad hæredes, vel ſucceſſores in beneficio.

Reſpondeo præmittendo, quod debita beneficiarij alia poſſunt eſſe in neceſſitatem eccleſiæ, alia in ipſius vſum & vtilitatem alia perſonaliter tantum pro ſe ipſo. ex quibus alia ſunt neceſſaria pro valetudine curanda, alia ob maius commodum, puta ad vineas emendas, colendas, &c. hoc poſito.

Dico primo debita facta à beneficiario ad neceſſitatem eccleſiæ ſubleuandam, puta
12 quia tacebat, &c. debebant iure antiquo ſolui à ſucceſſore *Ioan. Andr Panormit. cap. de ſolutionibus. Anton. & Imola cap. perueni. de fideiuſſoribus. Nauarr. §. 9. de ſpolijs num. 7.*

Dico ſecundo, debita contracta non in neceſſitatem, ſed in vtilitatem eccleſiæ; ſi tamen ex eo eccleſia ipſa melioris conditionis facta ſit, debere quoque ſolui à ſucceſſore, ex generali regula quod in eo, quo quis ex alieno factus eſt ditior, ad id tenetur ita *Innoc. cap. 1. de ſolut. Panor. cap. ex præſentium. de pignorib.*

Dico tertio, debita contracta ob vtilitatem perſonalem beneficiarii non recidebant ſucceſſore; puta, cùm clericus ad res ſuas
14 vt domum, vineam, prædium meliores reddendas æs alienum fecerit. *Azor cap. 3. quæſt. 3. ex Ioann. Andr. Imola, Panormitan.*

Dico quarto, ſi debita contracta fuerint à beneficiario ob propriam neceſſitatem,

puta

puta ad valitudinem curandam, dubium eſt antiquo an ea ſoluere ſucceſsor teneatur. negat *Nauarrus §. 9. numer. 6. de ſpolijs. verſ. contra qua.* affirmar, & melius *Panormit. cap. ex præſentium. de pignoribus. num. 5.* & poſt illum *Azor c. 3. q. 3.* quia quod beneficiarius impendit propter neceſſitatem propriam, videtur eſſe propriam, videtur eſſe propter neceſſitatem eccleſiæ, quæ cùm teneatur illiùs neceſſitatibus ſubuenire, debitum contractum propter neceſſitatem beneficiarij, videtur quoque eſſe propter neceſſitatem eccleſiæ. his poſitis.

Dico quinto, cùm collector Apoſtolicus, &
Apoſtolica Camera ſuffecta ſit in locum
17 ſucceſſoris, & capiat illa bona, quæ ſuc-
ceſſor antea percepiſſet, tenetur iam ad
illa debita ſoluenda. ita *Azor quaſt. 3. c.*
3. quia ſucceſſor in locum alterius omnia
illius onera ſubire tenetur, cuius emolu-
menta etiam percipit.

Dico ſexto, in locis in quibus de conſuetudine probata ſpolia Apoſtolica nō fiunt, ſed bona beneficiarij defuncti cedunt, prout iure antiquo fiebat, eccleſiæ, vel ſucceſſori, teneri, vt prædictum eſt, ſucceſſorem ad huiuſmodi debita ſoluenda, quæ pro neceſſitate eccleſiæ, vel beneficiarij contracta fuerint, quod conſtat ex dictis.

Quæro decimo, an id quoque intelligendū
18 ſit, vbi ſupereſſent alia bona beneficiarij
patrimonialia.

Reſpondeo affirmatiuè, quia debita pro neceſſitate propria, vel eccleſiæ contracta, debent ex bonis ipſius eccleſiæ compenſari. ſi enim ad illam ſpectat viuente beneficiario ipſum ſuſtentare in neceſſarijs, licet aliter habeat vnde viuat, cum nemo ſuis ſtipendiis debeat militare; in ſuſtentatione autem neceſſaria intelligatur etiam infirmitatis curatio, dicendum omnino eſt quidquid impenſum in ipſam eſt, & propter ipſam, ad eccleſiam ſpectare, quia quod ſic impenſum eſt, in viuentis ſuſtentationem eſt ingreſſum; & conſequenter debita, quæ inde remanent, eccleſiæ incumbunt; tamquam quid ad viuentis ſuſtentationem pertinens, quod tamen intelligendum eſt, cum mortuo beneficiario ſupereſt aliquid ex bonis beneficij, ex quibus ſpolia fiant, ſiue pro camera Apoſtolica, ſiue pro ſucceſſore, aut eccleſia. vide *Redoan. quaſt. 10. de ſpolijs.*

CAPVT VII.

De duplici capite vnde poſſint excuſari beneficiarij à ſpolio faciendo, & variæ quæſtiones ad id ſpectantes.

SVMMARIVM.

1 *De facultate teſtandi à ſummo Pontifice accepta. 2. 3. 4.*
5 *De eadem facultate per conſcientiam introducta, & 6. 7. 8.*
9 *Conſuetudo teſtandi de fructibus beneficij, & reſpectu quorum beneficiorum, vbi vigeat.*
10 *Qualis illa ſit, & quouſque ſe extendat.*
11 *An cenſenda legitima.*
12 *Reditus eccleſiaſtici qualiter impendi iure debeant, & 13. 14. & 15.*
16 *An & quomodo ſacri.*
17 *An quia ſacri non niſi in ſacros vſus expendi poſſint & 18. 19. & 20.*
21 *An conſuetudo iſta recepta, & approbata. & 22. 23*
24 *De conſuetudine vt ſpolia ſummo Pontifici non ſoluantur, ſed eccleſiæ cedant, ne ſucceſſori, vbi vigeat.*
25 *Qui & quo titulo à ſpolijs excuſentur, vel illorum includantur obligatione, & 26. 27. & 28.*

Eccleſiaſtici beneficia poſſidentes duplici ratione ab onere ſpoliorum liberantur, primò facultate teſtandi à Pontifice accepta; ſecundò, ex eadem facultate per conſuetudinem introducta. Facultas autem à Pontifice data duplex eſt; alia localis, vt eſt quæ datur omnibus in Curia, & Romæ commorantibus; alia perſonalis, quæ à Summo Pontifice ſingulis conceditur; quos peculiari beneuolentia proſequendos putat. de vtraque hac ratione hic illa explicabimus, quæ maiorem aliquam difficultatē continent.

Quære primo, An qui habent à ſummo Pōtifice facultatem teſtandi de ſpolijs quiquſcumque, ſint tuti in conſcientia, ſi de facultate amplè in quaſcunque perſonas, & vſus etiam non pios vtantur.

Supponendum eſt facultatem teſtandi tria reſpicere. Primò bona de quibus diſponitur. Secundò perſonas, ad quas transferuntur. Tertiò vſus in quos deſtinantur. Summi Pontifices cum facultatem hanc concedunt ſolent aliquādo illā

limitate reſpectu alicuius, vel omnium horum trium, vt nec omnium bonorum, nec in omnes perſonas, nec ad omnes vſus illam permittant. aliquando verò illam ampliſſimam tribuunt ſine vlla limitatione bonorum, vſuum, perſonarum. hoc poſito ſi exponamus quatenus tuta conſcientia vti liceat hac facultate cùm ampliſſima eſt, eo ipſo etiam conſtabit, quid dici oporteat de limitata. De illa ergo ſunt duę ſententiæ.

Prima eſt Nauarri qui negat in conſcientia tutum eſſe, qui ea vtitur in illa ampliatione. ita ille *§.11. n.2. de ſpolijs.* & latiùs *tract.de redit.q.1.monit.54. & in apolog. de redit.q.1.monit.52 n.1.2.* Ex quo conſequenter deducit. Primò qui teſtatur in conſanguineos diuites, ſolùm vt illos faciat ditiores, peccare mortaliter. Secundò conſanguineos teneri ad reſtitutioné. Suam autem ſententiam probat primò, quia Papa ipſe non poteſt licitè & tuta conſcientia in omnes vſus, & in omnes perſonas de talibus ſpolijs diſponere, quia non in diuites, ſine cauſa pia ſubſiſtente quæ id ſuadeat; nec in vſus non pios & profanos, vt ipſe pluribus probat *tract.de redit.q 1.monit.48. q 3. monit. 6. & in Apolog.q.1.monit.27.38.39. & q. 3. monit.6.* & conſtat, quia ſpolia iſta ſunt res ſacræ quibus Papa non poteſt pro libito vti, ex *D Thom.2.2.q.99 art.3.* Ergo nec poteſt dare facultatem vt quis de illis in tales vſus & perſonas teſtando diſponat. argumento à maiore ad minus negatiuè, quod valet. *c.ſi Paulus 32. q. 5. & c.imitare.6.q.vna.* Secundò non poteſt Papa pro libito ſuo bona quæ ſunt vnius Eccleſiæ ad aliam transferre; aut quæ ſunt vnius rectoris alteri dare, vt conſtat ex *cap.non liceat Papa.12.q.2.* vbi *Archidiaconus,* & ipſe *Nauar.in tract.de ſpolijs §.3 notabili 7.n.1.* Sed ſpolia eccleſiaſtica ſunt, vel Eccleſiæ, vel ſucceſſoris, vt conſtat ex his quæ diximus *cap.6.* Ergo non poteſt illa Pontifex auferre pro libito. & ſine cauſa in quaſcunque perſonas transferre ad illas tantùm ditandas. ergo multo minus hoc licitè poterit facere qui ab eo facultatem accepit. argumento notiſſimo quòd nemo plus iuris & facultatis poteſt in alterum transferre, quàm ipſe poſſideat. *c.nemo.de reg.iur.in 6.*

Si dicas, quomodo ergo quotidie Sum. Pontifices tales facultates concedunt, & in ſpecie Iulius 3. omnibus in Curia decedentibus permittit vt poſſint de bonis omnibus quæcunque illa ſint in quaſcunque perſonas diuites conſanguineos alienos, & in omnes vſus pios & non pios diſponere?

Reſpondet primo tales facultates habendæ ſunt donationes & conceſſiones factæ à Summis Pontificibus, Prælatis, vt de ſuis vel alienis ſpolijs diſponant etiam in vſus non pios. quarum donationum, inquit, aliquot tenores vidimus in Vrbe dolentes quòd præberent anſam detrahendi ei (nempè Summo Paſtori) quem omnes laudare venerarique iubentur. ita ille *§.11 de ſpoliis.n.2.*

Secundò reſpondet huiuſmodi teſtandi conceſſiones, præſertim illam Iulij 3. de qua ipſe *§.5.de ſpoliis* eſſe intelligendam pro foro exteriori, non interiori. nimirum ad ſedandas lites, & ad moleſtias reprimendas quæ inferebantur à Collectoribus iis qui in Curia moriebantur; multa enim forum exterius ad vitanda maiora mala permittere, quæ forum conſcientiæ non admittit. Vult ergo Nau. nihil plus habere clericos per illas facultates, quàm vt non poſſint moleſtari in foro exteriori quicquid de bonis illis diſponant. quod optimo iure Pontifices concedere potuiſſe, non vt in omnes vſus etiam non pios illi licitè teſtari poſſent: ſed vt ſi teſtarētur, non poſſent inquietari in foro exteriori. & id vt maiora mala vitarentur. Contraria ſententia communis eſt omnium aliorum, poſſe qui illam facultatem habent ea vti ſecundùm ſuam amplitudinem, modò non in vſus & perſonas iure diuino & naturali prohibitas. ita ex Canoniſtis *Couaruuias c.cùm in officiis nu. 7.de teſt. Redoan.q.1.de ſpoliis. in fine. Sarmiento p.1.defenſionis de reditibus eccleſiaſticis c.2.in fine.* ex Theologis verò eam primus expreſsè docuit Petrus de Palude *in 4.diſt.15.q.3.art.6.* vbi abſolutè docet poſſe beneficiarium teſtari de reditibus, quæ ſibi ſuperſunt. quod ipſius dictum non eſt intelligendum quaſi nunc omnis beneficiarius id poſſit; prout illū intelligit & ob id reprehendit *Redoan. q. 1.* erat enim Paludanus iuris Canonici peritiſſimus. ſed eſt accipiendum abſolutè ſecundum ſe, nempe quòd ſecluſo iure poſitiuo prohibente, perinde poſſit beneficiarius de reditibus teſtari, vt de aliis bonis ſuis. ex quo vlteriùs fit, ſublata prohibitione poſitiua eum iſtud ipſum eodem modo poſſe. quam eandem ſententiam docet *Gabriel Vaſquez in opuſc. de reditib.Eccleſiaſtic.dub.7.* & ante illum *Azor lib.7.part.2.capitul.9.quaſt.1.Molina,* &

alij

alij,dè quibus infrà.

Pro ſolutione aduertendnm,aliud eſſe, quid fieri validè & iuſtè,prout iuſtè id dicitur fieri quod ſine vllius iniutia fit, & aliud fieri licitè. ita vt non ſolùm quod fit valeat & iuſtum ſit, ſed etiam in eo faciendo nihil peccetur. Exempli gratia, quis malo animo meretrici de matrimonio donat centum aureos. dubium non eſt hanc donationem validam & inſtam eſſe ſi qui donat ſui iuris ſit,& de ſuo donet. quæ tamen donatio nec licita eſt, nec tuta conſcientia; ſed læſa,& vulnerata ſit. hoc poſito ad quæſtionem reſpondeo, &

Dico primo,cui conceſſa eſt ampliſſima teſtandi facultas,ea poteſt vti validè & iu-
3 ſtè in omnes vſus conceſſos:ita vt qui per illam ſacultatem hæredes inſtituuntur, aut bona capiunt, tuti ſint in conſcientia quicunque ſint. eſt concluſio omnium DD.ſecundæ ſententiæ, & probatur primò,quia prohibitio teſtandi de reditibus facta clericis introducta eſt iure poſitiuo. *Redoan q.1.de ſpolijs,num.51.Hoſtien.ad gloſſ. c.præſenti. de officio ordinarij in 6. Geminianus ibi.Abbas c.cum eſſes,nu.24. de teſt.Barbat.cap.requiſiſti.n.34 eod. & cap venerabili,col.70.de off.deleg. & 1. p. de præſtantia Cardinalium,col.5.quæſt.3. Couarruuias c.cùm in off.n.1.* & conſtat manifeſtè,quia non loquimur hic de prohibitione teſtandi contra rectam rationem; nam hanc habent omnes homines; ſed de prohibitione per quam clerici redduntur inhabiles ad teſtandum: ita vt ſi teſtentur,teſtamentum inualidnm ſit, irritum, & nullins vigoris. hæc ergo prohibito,ſiue inhabilitas validè teſtandi de illis reditibus, peto ego an ſit de iure naturali, vel diuino, vel poſitiuo; ſi naturali & diuino; ergo nunquam & in vllo caſu tolli poteſt; quod eſt contra quotidianam praxim, & ipſum Nauarr. qui concedit poſſe validè & inſtè in aliquo caſu teſtari clericos per facultatem illam; ſi poſitiuo, iam habeo intentum; & ex hoc ſecundò vlteriùs argumentor,omnis prohitio poſita aliquid faciendi, per quam ſi id ſit, inualidè, & iniuſte ſit, poteſt per Summum Pontificem auferri, qui eſt ſuper omnem legem poſitiuam;& ſi ſit prohibitio proueniens à iure ciuili per ſupremum Principem ſæcularem, poteſt auferri. *DD. ciuiles, toto titulo Digeſtorum de iuſtitia, & iure, & de legibus. DD.Eccleſiaſtici,rubr.de conſtitutionibus.*Si ergo Pontifex auferat per conceſſionem liberalem, & illimitatam prohitionem quam clericus habet teſtandi, eo ipſo qui teſtamentum iuxta conceſſionem illam concedet, iuxtè & validè concedet in ſenſu explicato,& qui ex illo teſtamento bona quæ alioquin ſpolia eſſent,capiunt, tuti erunt in conſcientia, quoad hoc quòd illa reſtituere non teneantur. Tertiò beneficiarij poſſunt à Summo Pontifice conſtitui domini dũ viuunt redituum eccleſiaſticorum,ita vt quod de illis in quaſcunque perſonas diſpoſuerint validè, & iuſtè diſponant; ergo poſſunt eandem facultatem ab illo habere, vt de ijſdem reditibus qui ſibi ſuperſint,in morte diſponant.Conſequentia eſt notiſſima quia nulla eſt ratio diſparitatis. Antecedens verò certiſſimum eſt ex communi opinione, quæ iam viget, quod facta diſtributione illa bonorum eccleſiaſticorũ, de qua ſupra diximus *in tract. 41.de beneficijs cap.* 2. beneficiarii ſint veri domini redituum. pro qua opinione refert *Marſilius colum.in tract.de reditibus eccleſiaſticis,cap. 36.* ſeptemdecim Theologos, quorum Princeps eſt Diuus Thomas, & quinquaginta quinqne Canoniſtas. & tamen poſt *Marſilium* ſcripſere *Ludouic. Molinas,Vaſquez,Azor,Suar.*& innnmeri allj Theologi, & Canoniſtæ,de quibus in ſequentibus, præſertim *q.5.* huins capitis qui hanc opinionem docuerunt.

Quartò denique probatur ex abſurdis, quæ ex ſententia Nauarri ſequuntur. Primò enim fieret omnes dinites cognatos beneficiariorum tenori ad reſtitutionem. Secundò qui à Pontifice ſpolia iſta dono accipiat, etiam ad reſtitutionem teneri. Tertiò relicta in vſus profanos, aut non pios à beneficiario,non deberi ab executioni mandari. Quartò omnes qui non ſunt paupetes, aut religioſi,non tuta conſcientia bona illa recipere. Quintò commercia omnia, & omnium cunſcientias perturbsri,& confundi quoties, vel cum beneficiarijs, vel illorum hæredibus agatur. Sextò Pontificem præbere fauorem poſitiuum ad peccandum;& quòd peccatum fuerit patrocinio ſuo tueri. Septimò denique non ſolùm permitti;ſed committi in eccleſia Catholica abuſum vniuerſalem:nec tantum diſſimulante, ſed annuẽte,conſentiente,auxilinm præbente Pontifice; quibus quid poteſt eſſe deteſtabilius? Vt ergo illa vitemns abſurda,dicendum quòd qui ampliſſima iila facultate vtuntur iu vſus permiſſos,validè & iuſtè in ſenſu explicato vtantur,& etiam licitè poſſint ſi velint.

Di-

Dico ſecundo, qui facultate illa vtuntur, nō ſemper licitè & ſine peccato vtuntur. hęc per ſe patet, nec indiget probatione. etſi tantùm eam intenderet Nauarrus, ferri poſſet. Ratio autem eſt, quia aliud requiritur ad validè & iuſtè vtendum aliquare, aliud ad licitè. ad illud ſufficit dominiū & poteſtas: ad hoc requiritur conformitas operationis & vſus ad rectam rationem & legem diuinam, prout exigunt omnes & ſingulæ circunſtantiæ, in quibus operatio illa verſatur. per hæc patet ad rationes Nauarr.

Ad primam ergo cum dicit Papam ipſum non poſſe reditus Eccleſiaſticos in quaſcumque perſonas & vſus conuertere, diſtingno de poſſe vel vt accipitur pro validè & iuſtè poſſe; vel pro licere. Primo modo falſum eſt non poſſe Papam validè & iuſtè pro libito ſuo de reditibus nondum applicatis diſponere; ita vt illius diſpoſitio ſit irrita, & propriè iniuſta, cum obligatione reſtituendi. & contrarium puto eſſe errorem, vt clariùs conſtabit in tractatu ſequenti de alienatione rerum eccleſiaſticarum. Si verò ſecundo modo accipitur poſſe pro licito, concedo non ſemper Papam & in omni caſu licite ſine peccato poſſe tales reditus in quoſcunq. vſus & perſonas impendere, ſed teneri etiam ipſum in illorum erogatione rectā rationem ſequi, & legem diuinam & naturalem, quæ præſcribit, quando, quibus, quomodo, in quem finem ſit erogandum quod valide poſſumus erogare.

Ad ſecundam cùm dicitur non poſſe Papam reditus vnius beneficij alteri aſſignare, &c. Reſpondeo eodem modo, non poteſt valide, & iuſte, id eſt, ſine iniuſtitia quæ obliget præcisè ad eorum reſtitutionem: nego. non poteſt licite ſemper & in omni caſu & quacumque de cauſa facere: concedo. cùm obiicitur canon *non liceat Papæ*. Reſpondeo, qui in illo canone ſe fundat ad hoc probandum, & ſic illum intelligit male ſentire de eccleſia Romana, & eius Primatu, cum illius caput ſubiiciat iuri Canonico coercitiue, quod eſt erroneum. Dicendum ergo vel ibi accipi *liceat* propriè; non vt ſignificat id quod nullo modo poſſumus, ſed quod non ſemper honeſtè & rectè poſſumus, quo pacto dicimus non licere diuitibus facultates ſuas in meretrices & paraſitos expendere, & in hoc ſenſu complectitur etiam Papam; quia non eſt canon præceptiuus, ſed declaratiuus obligationis Papæ, quam ipſe quoque vt alij habent ad operandum iuxta præſcriptum rationis. vel ſi canon accipitur præceptiuè & coercitiuè, nomen *Papæ* non complectitur ſummum Paſtorem, ſed alias quaſcumque dignitates inferiores quæ nomine Papæ tunc temporis etiam intelligebantur; vt Epiſcopi, Archiepiſcopi, &c. qua de re iterum cùm de Alienatione.

Ad reſponſiones quas affert ad vſum Curiæ & praxim Romanorum Pontificum, qui tales facultates quotidie cōcedunt, prima reſponſio iniurioſa Summo Pontifici; quem tacitè admittit ſemper malè facere tales facultates dando, & alios illis vtendo. quod eſt ſcandaloſum in Eccleſiam Romanam, & eius Paſtorem, vt id in ea ex conſuetudine fiat; quod eſt. non ſolùm occaſio peccati. ſed peccatum & laqueus ad alios inducendum ad peccandum. Secunda reſponſio non eſt ad propoſitum. neque enim priuilegium teſtandi eſt per modum ſalui conductus (ſic dicam) qui fiat latroni, aut meretrici. vt non moleſtetur ſi velint inter nos agere. ſed eſt priuilegium directè reſpiciens Clericum, & poſitiuè conferens illi poteſtatem teſtandi, tollenſque inhabilitatem quam ad id habet. Ex quo euidenti deductione conſequitur hanc teſtandi facultatem quantumuis ampliſſimam nec in ſe, nec ex parte obiecti ad quod extenditur eſſe malam; vel certè Papam quotidie errare, quoties illam concedit & totam Curiam cum illo. Quid eſt autem abſurdius quàm illum eſſe magiſtrum erroris qui ſit in Eccleſia Doctor veritatis, qua de re infrà meliùs cùm de Alienatione.

Quæro ſecundo, an vbi conſuetudo eſt vt
5 beneficiarij de bonis beneficij teſtentur, tam ipſi, quàm qui illorum bona capiunt ex teſtamento, vel ab inteſtato, tuti ſint in conſcientia. per tutum autem eſſe in conſcientia, intelligimus non teneri pręcipuè ad eorum reſtitutionem qui ſic diſponunt, aut in quos diſponitur. nam ſi ſermo ſit de quocumque alio peccato, certum eſt plura poſſe interuenire tam ex parte teſtantis, quàm ſuccedentium. hoc poſito

Reſpondeo, & Dico primo, nullus benefi-
6 ciatius de reditibus ſui beneficij iure communi teſtari poteſt. res eſt certiſſima ex ſacris canonibus, in quibus hoc decernitur, vel iam decretum declaratur & cōfirmatur, *cap. Epiſcopi, cap. ſicut manifeſtè. 12. quæſt. 1. cap. quia Ioannes, cap. fixum. 12. quæſt. 5. cap. ad hæc, cap. quia nos, cap. cùm in officijs, cap. relatum. 2. de teſtam.*

ad

ad id autem ſacri canones moti ſunt, vt allicerent ea ratione beneficiarios ad liberaliter in vita reditus expendendos, quorum ſciunt in morte nullam ſe poteſtatem vlterius habituros: ac ob id fruſtra ſe illis parcere & reſeruare. quod bene notat *Nauarr. quæſt. 3. de reditibus, Vaſquez in opuſculis de reditibus. cap. 1. §. 3. dub. 4. Azor lib. 7. Inſtit. p. 2. c. 9.*

Dico ſecundo, conſuetudo vſu recepta &
7 approbata vim legis habet poſitiuæ. ex quo quatuor fiunt. Primò nullam conſuetudinem poſſe valere contra legem naturalem & diuinam, quia contra illas nulla lex poſitiua & expreſſa valere poteſt; ergo multo minus lex poſitiua non expreſſa, qualis eſt conſuetudo. Secundò fit quemadmodum in legibus & ſtatutis poſteriora ſemper derogant prioribus vbi oppoſita ſunt; ita conſuetudinem poſt legem poſitiuam introductam illam tollere. Tertiò fit, vt neceſſarium eſt legem poſteriorem quæ priorem abrogat eſſe à maiori, vel æquali poteſtate; ita conſuetudinem quæ abrogat ius Canonicum poſitiuum, debere eſſe introductam non ab inferiori vlla poteſtate, ſed ab illa eadem, quæ canones condit. Vnde quartò fit conſuetudinem à ſolis laicis introductam, vel etiam ab inferioribus prælatis eccleſiaſticis, repugnante tamen, aut non approbante Pontifice, nullius valoris eſſe contra legem Canonicam aliquid prohibentem. vt bene obſeruat *Robertus de Monte conſil. 25 inter conſ. Gigantis. Alexand. l. poſt dotem, col. pen. ff. ſolut. matrim. Redoan. q. 4. de ſpolijs. Felinus c. p. 1. de tregua, & pace, declar. 4. n. 10. Puteus deciſ. 1. lib. 1.*

Dico tertio, vbi eſt conſuetudo vt beneficiarij de bonis beneficij teſtentur, quæ
8 habeat conditiones modò dictas, tutos eſſe in conſcientia tam qui teſtantur, quàm qui bona capiunt ex teſtamento. Concluſio eſt certiſſima quam tradunt expreſsè *Couarruuias cap. cùm in officijs. de teſtam. & ante illum Panormitanus, Aluarus, Pelagius, Ioan. Maior, Syluester, Angelus,* & alij apud illum, & apud *Azor parte 2. lib. 7 Inſtitut. c. 9. quæſt* 1. quibus adde *Hoſtien. cap. cùm in officijs. de teſtamen.* vbi dicit neminem de rebus Eccleſiæ teſtari poſſe, niſi aliud obtineat de conſuetudine. quod ipſum docent *Innocen. Ioan. Andr. Zabarella in eodem cap. & Abbas cap. cùm tuos. de verborum ſignificatione. Valet,* inquit, *conſuetudo quòd clerici poſſint diſponere de bonis acquiſitis intuitu Eccleſiæ, eo quòd propinqui ſuccedant eis ab inteſtato.* Idem docet *Gaſpar Calderinus conſil. 2 de pecul. clericorum, circa finem. Puta,* inquit, *quòd ſi loci conſuetudo vel Eccleſiæ ſit, quod conſanguinei ſuccedant in fructibus perceptis, illa ſeruetur.* ad idẽ ſunt *Guido Papæ, Gulielmus de Benedictis. Io. Faber,* & alij quos allegat *Philippus Probus cap. præſenti. de officio ordinarij in 6.* optima autem ratio ad hoc probandum, & demonſtratiua eſt, quia, vt ſuprà vidimus, prohibitio teſtandi de iſtis reditibus ex iure poſitiuo eſt. ergo poteſt lege contraria poſitiua, vel in totum, vel in parte abrogari. per *l. nihil tam naturale eſt. ff. de regulis iuris.* Sed conſuetudo legitima & approbata habet vim legis poſitiuæ. ergo vbi illa contraria eſt legi priori de non teſtando ſcriptæ, illam abrogat, & ipſa valebit.

Sed tunc dubium eſt vbi ſit iſta conſuetudo & an ſit approbata, & qualis ſit, ſeu quouſque ſe extendat. ergo

Quæro tertio, vbi vigeat conſuetudo teſtan
9 di de fructibus beneficij, & reſpectu quorum beneficiorum.

Reſpondeo, beneficiarij omnes Epiſcopo inferiores, ſi religioſi non ſint, in Hiſpania & in Gallia ex conſuetudine de bonis ſuis teſtantur, & illis à conſanguineis ſucceditur ab inteſtato. de qua conſuetudine *Couarr. cap. cùm in officijs. de teſtam. Redoan. q. 4. de ſpolijs Sarment. Nauarr.* & alij poſt *Azor q. 1. c. 4. lib. 1. part. 2.*

Quæro Quarto, qualis ſit ea conſuetudo: ſeu
10 quatenus ſe extendat.

Reſpondeo eoſdem auctores, qui de conſuetudine teſtantur teſtari quoque de eo ad quod ſe extendit. dicunt ergo eam eſſe liberam, & illimitatam reſpectu omnium bonorum in omnes perſonas etiam diuites, & vſus etiam non pios ita de conſuetudine Hiſpaniarum teſtatur Couarruuias, & poſt illum *Redoan. quæſt. 5. & Azor q. 1. & 2. lib. 7 cap 9. part. 2.* de conſuetudine verò Galliarum teſtatur Coſmas in *pragmatica ſanctione, titul. de annatis §. item quod. Faber. Inſtitut. de rerum diuiſione. §. his vero. Guido Papæ deciſ.* 115. & alij quos refert *Probus cap. præſenti. de offic. ord. in 6.* qui omnes aſſerunt conſuetudinem hanc eſſe omnino liberam, ita vt pro arbitratu ſuo in quos volunt, clerici diſponant. & ſi non teſtentur, conſanguinei ab inteſtato ſuccedant, quantumuis diuites ſint. Hinc

Quæro quinto, an hæc conſuetudo legitima
11 cenſeri.

Re-

Reſpondeo, ad conſuetudinem legitimam duo requiruntur. Primum, vt non ſit iniuſta, ſiue aliter contra legem naturalem, aut diuinam. Diximus enim conſuetudinem eſſe quaſi legem poſitiuam, ſed tacitam; legem verò eſſe quaſi conſuetudinē loquentem, & ſcriptam. quare ſicut lex legitima non eſt contra legem naturalem & diuinam; ſic nec conſuetudo, ſed corruptela cenſenda eſt, quæ contra illas leges eſt. Secundò, requiritur auctoritas, quæ dat robur, aut legi, aut conſuetudini, ſine qua neutra vires habet. & quidem in lege ſcripta auctoritas eſt à Principe promulgante; in non ſcripta, & tacita, qualis conſuetudo eſt, à Principe approbante. Hic ergo quærimus primo loco, an talis conſuetudo ſit legitima. quoad primam conditionem ſunt duæ opiniones. Prima diſtinguit de illa conſuetudine, vt tantum ſe extendit in pios vſus, & vt ſe extendit in omnes perſonas, & vſus. Primam cōſuetudinem dicunt eſſe iuſtam, & ſi accedat approbatio valere. Secundam non eſſe iuſta, ſed eſſe corruptelam. ita *Nauar.* per totam *quæſt 3 de reditibus*. qui cum tribuit *Aluaro, Pelagio, Philippo Franco, Barbatia*, & ex hoc Theologis, *Angelo, Syluestro, & Ioan. Maiori.* Fundamentum Nauarri eſt, quia quod reditus Eccleſiaſtici debeant impendi tantum cauſa pietatis fouendæ, vel paupertatis ſubleuandæ; putat eſſe de iure naturæ, & obligatione iuſtitiæ. Primò, quia qui talia bona reliquerunt Eccleſiæ, non ob aliud reliquerunt. Secundò, quia ſunt res ſacræ, & tales non poſſunt niſi in ſacros vſus expendi; vel immediate vt eſt cultus diuinus, vel mediate vt eſt ſuſtentatio pauperum, & eorum qui cultum diuinum procurant Sed omnis conſuetudo contra ius naturale & diuinum eſt corruptela. ergo conſuetudo illa teſtandi qua parte viget in omnes perſonas & vſus eſt corruptela. At verò quia prohibitio teſtandi etiam in vſus pios & ſubſidium pauperum eſt tantùm introductum iure poſitiuo; vt per hoc inducerentur beneficiarij ad eleemoſynas in vita faciendas; idcirco conſuetudinem contra hanc poſitiuā prohibitionem introductam poſſe valere ſi habeat aliam conditionem, nempe Principem approbantem.

Oppoſita ſententia eſt aliorum, qui volunt eam conſuetudinem ex ſe ſpectatam iuſtam eſſe; etiam vſurpatam in vſus non pios, & in cognatos diuites. iuſtam, inquam, quaſi negatiuè idem non contra iuſtitiam, nec contra legem naturalē. ita *Azor loc. cit. lib. 7 cap. 9. q. 1. & 2. Vaſquez opuſc. de redditibus, cap. 1 §. 3. dub. 7. Sarmient. 1 parte Apolog. contra Nauar. c. 2. Couar. cap cùm in offic. n. 7. de teſtam.* ad idem ſunt *Abbas, Hoſtienſis, Vgo, Ioan. Andr. Cald. Zabarella, Innoc. Andreas de Iſernia, Petrus de Ancharano, Geminianus*; & alij antiquiores, de quibus latè *Redoan. quæſt. 4. de ſpolijs.* qui licet varient an iſta conſuetudo ſit recepta, aut quouſque, & reſpectu quorum bonorum; omnes tamen ſimpliciter conſentiunt, quòd de ſe ſpectata iuri naturali non repugnet.

Probatur autem euidenter concluſio, & primò quòd non ſit abſolutè contra iuſtitiam, quia quòd quis diſponat de re ſua quæ ſub ipſius dominio eſt pro libito ſuo, non eſt abſolutè contra iuſtitiam, ſed ad ſummum contra legem aliquam poſitiuam, quę ipſum prohibeat in iſtos, vel illos vſus impendere. Sed beneficiarius eſt dominus redituum Eccleſiaſticorum, vt poſt eos quos ſuprà vidimus *quæſt. 1. huius cap.* probat *Leſſ lib. 2. cap 4 dub. 6. de iuſt.* ergo quòd de illis pro libito ſuo diſponant in omnes vſus, non eſt contra iuſtitiam, ſed ad ſummum contra legem poſitiuam. Sed conſuetudo ſolùm contra legem poſitiuam illam tollit; non eſt ergo contra iuſtitiam, quæ faciat vllam iniuriam, & obliget ad reſtitutionem. ergo conſuetudo teſtandi de reditibus in omnes vſus non eſt abſolutè contra iuſtitiā, quod erat primo loco probandum.

Si dicas eſſe contra iuſtitiam vt quis faciat de re ſua contra conditionem quam appoſuit ille qui rem donauit, aut teſtamento reliquit, quia videtur conditionaliter dominium tranſtuliſſe; ac proinde qui dominium cum illa conditione accipit, licèt verè dominus rei ſit, facere tamen contra iuſtitiam ſi conditionem non implet. ex quo ſequitur licèt reditus Eccleſiaſtici ſint ſub dominio beneficiariorum, facere tamen contra iuſtitiam ſi de illis diſponant non iuxta conditionem, cum qua reditus illi donati ſunt; quæ conditio eſt vt expendantur in vſus pios. Reſpondeo primò conditionem appoſitam rei donatę, vel teſtamento relictę, poſſe lege poſitiua abrogari, ac proinde etiam conſuetudine, quia Princeps legem condens, ac conſuetudinem approbans, videtur habere quoad hoc poteſtatem voluntatis defuncti, aut donatoris, vt conditionem illam tollat, vel mutet, prout ſibi videbi-

tur

tur expedire,præſertim vbi non agitur de præiudicio certæ & determinatæ perſonæ. Eſto ergo reditus ſint dati cum illa conditione appoſita,non eſt tamen contra iuſtitiam, ſi ea conditio ab eo qui auctoritatem habet auferatur, licèt eſſet ſi manente & vigente conditione contra illam expenderentur. Reſpondeo ſecundò aliud eſſe conditionem apponi rei donatæ, aut legatæ, vel teſtamento relictæ; aliud præceptum fieri donatario, legatario, vel hæredi, vt de re donata ſic vel ſic diſponat. In primo caſu ſi aliter diſponatur de bonis, eſt contra iuſtitiam; quia dominium non transfertur abſolutè, ſed conditionatè. In ſecundo caſu nequaquam paret in patre qui relinquit hæreditatem filio, præcipiendo tamen ne inſumat in paraſitos, meretrices, &c. & in Titio qui donet abſolutè 100. Seio, præcipiendo tamen illi vt faciat aliquã eleemoſynam. ſi enim neutrum impleant, nullo modo faciunt contra iuſtitiam. quomodo autẽ aliter peccent nunc non diſputo. Tertiò denique reſpondeo, gratis dici, & omnino falſum eſſe, reditus Eccleſiaſticos omnes datos eſſe tantummodo cum illa conditione, vt expendantur in vſus pios, aut pauperibus erogentur. licet enim qui bona Eccleſiæ relinquunt, non habeant aliã intentionem, niſi pietatis colendæ, aut paupertatis ſubleuandæ; quod alterutrum vel vtrumque ipſi faciunt dum bona relinquunt. non tamen intentionem habent vt bona quæ donant cum ea conditione tantùm Eccleſiæ fiant, vt in vſus pios, aut in pauperes erogentur: quod exemplo patet quotidiano; qui enim donat pauperi eleemoſynam, intuitu donat illius neceſſitatibus ſubueniendi: non tamen cum hac conditione donat, vt in vſus tantùm neceſſarios quod acceperit; pauper impendat. Quis enim dicat pauperem cui aureus eleemoſynæ nomine donatus eſt, ſi ex eo ſibi pullum gallinaceum emat, contra iuſtitiam facere? & tamen certum eſt vſum illum in quem aureum expendit non neceſſarium eſſe. Concludo ergo abſolutè loquendo, tales reditus aliter quàm in vſus pios, aut pauperes ſubleuandos impendi, non eſſe contra iuſtitiam; quia vel cum illa conditione donati non ſunt, ſed ad ſummum cum præcepto vt de illis fiant eleemoſynæ, non toti in eleemoſynas diſtribuantur: vel etiam quia ſi conditio eſſet appoſita, poſſet etiam conſenſu Principis auferri.

Secundò probatur non eſſe contra legem naturalem, quia quod ex ſe ſpectatum poteſt bene & malè fieri, non eſt contra legem naturalem: ſed quod reditus Eccleſiaſtici impendantur in quaſcumque perſonas, etiam non indigentes, & vſus etiã non pios, poteſt bene & malè fieri, vt per ſe patet; non eſt ergo id contra ius & legem naturalem minor conſtat, quia ſi illa eſſet contra legem naturalem, in nullo caſu liceret diuitibus dare ex talibus reditibus, & eos in vſus non pios impendere; quod tamen falſiſſimum eſt ex quotidiana praxi, & etiam confeſſione ipſius *Nauarri dicto libro tertio de reditibus*.

Per hæc ad argumenta pro *Nauarr.* & primò ad illos auctores, quos pro ſe adducit, nempe Aluarum, Barbatiem, & alios, &c. reſpondeo illos non damnare conſuetudinem hanc per ſe ſpectatam, quaſi ſit contra legem naturalem, & contra iuſtitiam, ſed quia putant illam non eſſe in tanta ampliatione receptam.

Ad ſecundum cùm dicitur eſſe contra legem naturalem, vt iſti reditus aliter expendantur, quàm intuitu pietatis fouendæ, aut paupertatis ſubleuandæ; reſpondeo negando hoc ſi intelligatur immediatè, ita vt proximè id in quod expenduntur debeat eſſe poſſe opus pium, vel inopia ſubleuata; nam præter hos fines poſſunt eſſe etiam alij honeſti, qui ſunt obiecta non ſolùm miſericordiæ, aut religionis, ſed aliarum virtutum, nempe liberalitatis, magnificentiæ, & ſimilium. pertinet enim ad ſplendorem Eccleſiæ, vt ipſius Prælati illas etiam virtutes poſſint actibus exterioribus exercere, quæ ſunt propriæ Regum & magnorum Principum. ſic Põtifices, & magni Epiſcopi ſolent aliquando conuiuia lautiſſima & apparatiſſima pauperibus inſtruere; quod opus proximè nec continet cultum pietatis, nec ſubleuationem paupertatis: non pietatis, vt per ſe patet, quia non verſatur immediatè circa cultum diuinum; non paupertatis, quia illa non ſubleuatur per inſtructiſſimum conuiuium. in quo pretioſiſſimæ dapes omnis generis apponantur, ſed pane ſecundario ſuſtentatur & vino diluto. eſt ergo opus hoc alterius virtutis. quàm religionis, aut miſericordiæ, nempe Regiæ & principalis liberalitatis; quod tamen vltimatò in pietatis cultum refertur, cùm pertineat ad ſplendorem Eccleſiæ augendum, cuius Reges & Principes iuxta diuinam promiſſionem Nutricij facti ſunt: proptereа dixi proximè non ſemper

in cultum pietatis, aut ſubleuationem paupertatis horum reditus impendi debere.

Ad tertium argumentum quod erat, ex iuſtitiæ obligatione in duos iſtos fines deberi erogari. nego hoc; ſed tantùm ad ſummum eſt aliquando ex obligatione charitatis, cuius præceptum affirmatiuum obligat aliquando, &c. vt bene obſeruat *Vaſquez*, & *Azor loc. cit.* Notiſſimum autem eſt, ex eo quòd aliquid ſit ex obligatione charitatis faciendum, ſi contrarium fiat non peccari propriè contra iuſtitiam. Porrò obligatio vt expendantur in hos duos fines, intelligitur, vt iam dixi, de expenſione mediata, vel immediata, nimirum vt proximum opus in quod impenduntur, pertineat ad religionem, vel miſericordiam, aut ad aliam virtutem, quę tamen ad religionem & illius cultum referatur. Ad aliam probationem quod tales reditus ſic debeant expendi ex voluntate eorum qui reliquerunt, vt reſpondeam.

Quæro ſexto, an reditus Eccleſiaſtici de-
12 beant ex iuſtitia tantùm cultui pietatis, aut paupertatis impendi, ex voluntate eorum qui reliquerunt.

Licèt quid hîc ſit dicendum ex proximè dictis in præcedente quæſtione conſtare poſſit; tamen quia res eſt quotidiana, & magnis difficultatibus implicata, propter ea quæ variè à diuerſis dicuntur, hic iterum diſtinctiùs ad hoc quæſitum reſpondeo, &

Dico primò, non omnem intentionem &
13 voluntatem donantis ita obligare donatarium, vt ſi de re donata in alios vſus diſponat, quàm donans voluerit & intenderit propriè cõtra iuſtitiam diſponat. nam omnes patres, facultates quas filijs relinquunt, in vſus tantùm honeſtos & vtiles expendendos relinquunt: non tamen ob id ſi filius in paraſitos, meretrices, &c. impendat, facit contra iuſtitiam ſed contra alias virtutes. item qui facit eleemoſynam pauperi, & nudo, in eum finem facit, vt inde ſibi ad neceſſaria prouideat: non tamen ob id pauper ille contra iuſtitiam facit, ſi loco ſubuculæ ad nuditatem tegendam, ſibi perdicem emat ad gulam paſcẽdam: quam profectò ſi ſciſſet empturum qui fecit eleemoſynam, non feciſſet. Similiter ergo qui dederunt reditus Eccleſiaſticos, dederunt cauſa pietatis. Si inferatur. ergo ſi aliter impendantur, contra iuſtitiam impenduntur. negatur hoc; ſed cõtra aliam virtutem charitatis, fidelitatis, religionis, miſericordiæ, liberalitatis, &c. & hoc non ſemper, ſed quoties contra præceptum harum virtutũ affirmatiuum peccabitur; quod non obligat vt numquam aliter fiat, ſed vt aliquando & ſuo tempore.

Dico ſecundo, aliud eſt duos fines, pietatis,
14 aut paupertatis eſſe propoſitos donantibus bona Eccleſiæ; aliud ad illos eos obligare velle quibus donant. Primum verum eſt, qui enim donant Eccleſiæ, donant intuitu pietatis fouendæ, vel paupertatis ſubleuandæ, at quod hoc vtrumque vel alterutrum ipſi velint iſtis eſſe propoſitum quibus donant, verum non eſt, ſed illorum arbitrio permittunt. niſi aliud ab illis apertè exprimatur. & hoc exemplo patere poteſt in eo qui dat eleemoſynam, habet enim pro fine paupertatem illius ſubleuandam cui donat. at deinde non curat quid de illo quod donat ipſe faciat; ſed illius arbitrio relinquit, vt pro libito ſuis ille neceſſitatibus occurrat.

Dico tertio, aliud eſt donare cum conditio-
15 ne eo modo reſtringente donationem & rem donatam, & hoc facit vt ſi aliter de re donata diſponatur, contra iuſtitiam fiat. aliud cum præcepto quod afficiat donatarium. & hoc ſi non obſeruetur, non contra iuſtitiam, ſed contra aliam virtutẽ peccatur. Reditus Eccleſiaſtici non probantur primo modo relicti, ſed ad ſummum ſecundo modo, quare non contra iuſtitiam, ſed contra alias virtutes peccatur, ſi aliter expendũtur, vt bene *Vaſquez* & *Azor* indicant *loc cit.* Ad aliam probationem Nauar. quòd tales reditus quia ſacri ſunt, non poſſint aliter quàm piè aut miſericorditer impendi; reſpondeo, &

Quæro ſeptimo, an & quomodo reditus Ec-
16 cleſiaſtici ſacri ſint?

Reſpondeo, & dico primo; ſacrum quid tripliciter eſt, conſecratione, benedictione, & deſtinatione: ſacra conſecratione ſunt quæ ritè ad cultum diuinum luſtrantur & inunguntur. ex quibus alia ſunt inanimata, vt Eccleſiæ, calices, &c. alia animata, vt ſacerdotes, Diaconi, &c. Benedictione ſacra ſunt ſuper quibus ſanctæ & receptę preces proferuntur; & hæc in duplici differentia. alia enim à ſolemni miniſtro benedicuntur, qualia ſunt quæ in vſum aliquem ſacrum deſtinantur. vt candelæ, veſtes, campana, aqua benedicta, &c. alia à quocumque fideli promiſcuè in omnes vſus, vt dapes in menſa. Deſtinatione verò ſacra ſunt, quæcumque ſimplici animo propoſito ad Dei cultum

ordi-

ordinantur. & hæc alia animata, vt homines; alia inanimata. dupliciter deſtinantur, alia medio voto, alia ſolo propoſito & coordinatione. Inanimata verò alia ſunt ordinata ad res ſacras inanimatas, & ex his alia ſunt ad illas meliùs ornandas, vt candeſabra, picturæ, adlæa, & alia ornamenta altarium, vel Eccleſiæ: alia ad ſuſtentandas et reparandas; vt reditus pro fabrica templi. alia ordinantur ad res ſacras animatas alendas. de quibus omnibus latiùs differunt Theologi cum *D. Thoma 2. 2. quæſt. 87. art. 10. Caiet. 2. 2. q. 88. art. 11, Nauar. de redit. q. 1. monit. 40. 41. Apolog. quæſt. 1. monit. 24 de Spolijs. §. 8 8. n. 1. DD. cap. cùm perimus. 4. q. 6.*

Dico ſecundo, reditus Eccleſiaſtici beneficiariorum poſſunt dici ſacri ſimplici deſtinatione; quatenus ordinati ſunt ad vtilitatem perſonæ ſacræ, ſiue voto conſecratæ, vt Religioſi: ſiue in vnctione, vel ſacerdotes; ſiue ſola ordinatione & oblatione, vt qui dicuntur oblati & ſeruientes. quæ omnia ſatis apertè conſtant ex enumeratione præcedenti. hoc poſito.

Quæro octauo, an quia reditus beneficiorũ
17 ſacri ea ratione ſunt quam modò diximus, non poſſint niſi in ſacros vſus expendi.

Reſpondeo, & Dico, primo, nulla res ſacra remanendo ſacra, communiter loquendo poteſt in vſus profanos & non ſacros aſſumi. & quidem ſi ſit res ſacra conſecratione, aut ſimplici deſtinatione, ſed immediate ad eum colendum ordinata, aut deſtinatione cum voto, non poteſt ad alios vſus adhiberi quàm ſacros ſine ſacrilegio vt notant *DD cap. comperimus 4. quæſt. 6.* de his enim verum illud eſt, ſemel Deo dicatum non eſſe ad res humanas vlteriùs transferendum. *cap. ſemel. de regulis iuris in 6* & colligitur ex *cap. ult. Leuitici.* Si autem res ſacræ ſint ſimplici deſtinatione mediatè tantùm ad Deum ordinatæ: quia immediatè ad res tam ſacras ordinantur, cùm tales ad alios vſus aſſumuntur, peccatur tantùm in duplici caſu: primò, ſi res iſtæ ſint perpetuò deſtinatæ, & non ad tempus: ſecundò, ſi ſcandalum timeatur quando in alios vſus aſſumantur. in quo caſu tamen neque etiam ſacrilegium committeretur, ſed alterius generis peccatum, & niſi fieret ex contemptu valde leui. ſic qui picturam per integrum menſem ad ornandam Eccleſiam commodauit, poteſt eam deinde in alios vſus aſſumere. quod idem patet de aulæis, quæ quotidie viri Principes Eccleſijs commodant: in his enim nulla ratione peccatur, quia non ſunt perpetuò ad ſacra deſtinata: at quæ etiam perpetuò ſunt deſtinata, vt candelabra pro altari, &c. ſi fortè etiã in loco non ſacro ſine ſcandalo videantur, non poterit id etiã eſſe ſine peccato.

Dico ſecundo, omnis res ſacra ſublata con-
18 ſecratione poteſt ad omnes profanos vſus transferri ſine vllo peccato. ita DD. citati cum *D. Thom 2. 2 q. 87. 88. Nauar.* præſertim *dicto §. 18. de Spolijs.*

Dico tertio, res ſacratione diſſecratur, ſiue
19 definit eſſe ſacra per ablationem & deſtructionem formæ, ſiue ea forma ſit naturalis, ſiue artificialis. Res ſacra voto per diſpenſationem deſinit eſſe ſacra, quæ diſpenſatio rariſſimè datur in voto ſolemni. res ſacra deſtinatione fit non ſacra per contrarium propoſitum & applicationem eius qui poſſit id facere. vt colligitur ex *D. Thoma. Caiet. Philippo Franco cum Nauarr. §. 18. de Spolijs.* res verò ſacra deſtinatione ad ſuſtentandam perſonam ſacram diſſecratur per primũ vſum & applicationem conformem huic deſtinationi: vt ſi ſit beneficium quod habeat certum pro annuo reditu, iſti cenſum eo ipſo quòd beneficium attributum eſt certæ perſonæ ſacræ, & quòd ab ea iam exacti ſint, & in vſum deducti, ſo titi ſuont ſinem ſuum, & non ſunt ampliùs ſacri. Ex quibus omnibus

Fit primò, qui furatur bona beneficiarij, & in vniuerſum qui furatur res ſacras ſimplici & nuda deſtinatione, ſacras præſertim ad perſonam ſacram ſuſtentandam, ſacrilegium non committunt, alioquin, qui furatur prandium paratum Epiſcopo, ſacrilegus erit; quod nemo dicit, & tamen prandium eſt ordinatum ad ſuſtentandum Epiſcopum perſonam ſacram Similiter qui furatur picturam deſtinatam templo, candelabra, &c. ſacrilegus non eſt, niſi in loco ſacro furetur.

Secundò fit, bona quæ quis contractu gratuito vel oneroſo accipit ad beneficium, nullo modo ſacra eſſe Ratio eſt, quia iam ſuum vſum habuerunt, per quem deſinũt eſſe deſtinatione ſacra. niſi enim hoc dicamus, ſequitur quòd bos quem quis emerit à beneficiario aut dono acceperit res ſacra ſit, quo quid abſurdius?

Tertiò fit; ſi bona quæ actu poſſidet beneficiarius ex beneficio ſuo, neque ea neceſſe ſunt eſſe ſacra, quia iam aſſecuta ſunt vſum ſuum per hoc quòd in poſſeſſionem ipſius data ſunt. vnde fit poſſe ab eo in

omnes vſus expendi, vel ab alijs de voluntate illius. ſi dicas eſſe deſtinata ad vſum ſacrum, reſpondeo cùm venerunt in poteſtatem beneficiarij, id intelligi ex parte vtentis, nó ex parte obiecti in quo quis vtitur, ſemper autem vſus ſacer eſt ex parte vtentis, dum à perſona eſt quæ ſacra ſit. Si inſtes datos eſſe reditus vt non tantùm ijs vtatur perſona ſacra, ſed vt ſemper impendantur in vſus ſacros. Reſpondeo id falſum eſſe, & gratis dici, vt colligitur ex dictis quæſtione quinta.

Dico quarto, reſpondendo ex his ad quæ-
20 ſtionem propoſitam. Ex eo quòd reditus eccleſiaſtici ſacri ſint hac ratione, qua diximus, non ſit eos expendi pro libito iuſtè non poſſe in omnes vſus: ſed tantùm ſequitur, quòd non poſſint in iuſtum titulum à laicis poſſideri, niſi priùs deſinant eſſe ſacri; quod fit per eum, qui poteſt deſtinata ad perſonas eccleſiaſticas ſuſtentandas aliò deſtinare, qui eſt Summus Pontifex, vel qui ab illo facultatem habet. Sed de his iterum paulo poſt cùm de alienatione.

Per hæc patet conſuetudinem expendendi pro libito reditus eccleſiaſticos, iam certis perſonis attributis in omnes vſus etiam non pios, honeſtos tamen, non verſari circa obiectum lege naturali aut diuina prohibitum, quia talis vſus horũ redituum, nec eſt contra iuſtitiam propriè dictam, nec contra religionem; non contra iuſtitiam, quia donati non ſunt conditionaliter, cum conditione reſpiciẽdo rem donatam; non contra religionem cùm tales reditus alia ratione ſacri non ſint quàm deſtinatione ad vſum perſonæ ſacræ, qui finis eo ipſo completur quòd perſona ſacra illis vtitur pro libito ſuo; quemadmodum enim pecunia relicta ad ſubleuandos pauperes primo actu quo in pauperes erogatur, finem ſuum ſortitur, ſic reditus Eccleſiaſtici ordinati ad vſum Eccleſiaſticorum primo actu quo in Eccleſiaſticos conferuntur, finem ſuũ ſortiti ſunt, quo deſtinati fuerãt in vſum ſacrum tam ex parte vtentis, quàm termini & obiecti, in quod erant expendendi, alioquin ſequeretur quòd pauper cui pecunia in vſus pios relicta misericorditer in eleemosynam data eſt, teneretur illam vel alijs pauperibus dare, vel tantùm ad neceſſaria ſimpliciter expendere, quod eſt falſiſſimum. Porrò reditus Eccleſiaſtici ſuum finem conſequuntur. Primò cùm Pontifex vel alius qui poteſt beneficia canonicè conferre, illos diſtribuit ex quo fit ſi laici hoc attentent, ſacrilegos eſſe; & qui reditus ab illis recipiunt, eſſe fures. Secundò cùm beneficiatij ipſi ijſdem reditibus vtuntur, de quibus omnibus iterum clariùs paulo pòſt.

Interim conſtat ex his fundamenta omnia falſa eſſe, quibus Nauarr. in toto tract. de reditibus, in Apologia de ijſdem in tract. de ſpolijs nititur, ad oſtendendum expenſionem redituum beneficij aliter quàm piè, aut miſericorditer factam iniuſtam eſſe & contra legem naturalem; ac proinde obligari ad reſtitutionem tam expendentes quàm recipientes. hoc enim, vt vidimus, falſiſſimum eſt, licèt veriſſimum ſit, quoties tales reditus in alios vſus expenduntur, frequentiſſimè peccari mortaliter contra charitatem, fidelitatem, & alias virtutes; præſertim cùm ad conſanguineos immodicè ditandos conuertuntur. parum autem refert vtrùm beneficiarij ad infernum deſcendant, quia contra iuſtitiam peccauerint, an quia contra charitatem, cùm peſſimum ſit quacumque ratione illuc deſcendere.

Quæro Nono, an conſuetudo iſta recep-
21 ta ſit & approbata.

Reſpondeo, vt lex ſcripta ad ſui valorem duo requirit, primò vt ſit in ſe iuſta ſaltẽ negatiuè, id eſt, non iniuſta; ſecundò vt ſit ab eo lata & promulgata, qui poteſtatem habeat: ſic conſuetudo quæ eſt lex non ſcripta, vt valeat debet primò eſſe iuſta in ſe; ſecundò debet eſſe approbata ab auctoritatem habente. quod fit dupliciter, primò expreſsè (& hoc dupliciter; primò verbis, eam ſignatè commendando; factis in ſe & in alijs vſurpando.) ſecundò tacitè approbat non contradicendo, & quia non contradictio cenſetur pro conſenſu; vbi nullus poteſt eſſe rationabilis timor; hinc fit primò conſuetudinem contra aliquam legem aut ſtatutum poſitiuum, eo ipſo approbatam cenſeri, quòd vſurpatur Principe ſupremo eius loci non repugnante in quo vſurpatur. in eo enim qui nullam rationem habet diſſimulandi ſilentium pro conſenſu habetur.

Secundò fit in locis vbi Princeps, ad quem pertinet conſuetudinem approbare, non ita reuerenter habetur ex contumacia eorum, qui parere debent, ſolum ſilentiũ non poſſe haberi pro conſenſu, fortaſſe enim non repugnat ne in apertam contumaciam à ſubditis præcipitetur, vel aliud quid incommodi conſequatur.

Ter-

Tertiò ſit, cùm in ditione ſua Princeps ab hoſte externo vel interno turbatur, ipſius ſilentium circa aliquam conſuetudinem introductam contra legem regni poſitiuam, non poſſe haberi pro conſenſu, propter eandem rationem. his poſitis ad quæſtionem

Reſpondeo, & Dico primo, conſuetudo hæc
22 teſtandi pro arbitrio de reditibus, &c. in Hiſpan. & Gallia cenſenda eſt legitima & approbata. ita Couarruuias, Sarmiento, Molina, Guido Papæ, Ioan. Faber, Philippus Probus, alij apud *Redoan. quæſt. 4. de ſpolijs, Azor lib. 8. parte 2. c. 4. quæſt. 4. Vaſquez de redit. cap.* 2. §. 1. Probatur autem concluſio, quia in Hiſpania & Gallia Pontifices non repugnant, nec conſuetudinem illam improbant, cùm nulla ratio ſit ſi improbarent cur id non expreſsè teſtarentur. ergo illorum ſilentium pro tacita approbatione cenſeri debet. Secundò, quia Carolus V. & Philippus II. in ſuis conſtitutionibus, de quibus Azor, Vaſquez & Couarruuias, atteſtantur huiuſmodi conſuetudinem eſſe legitimam & vſu approbatam; quibus minùs rata fieret niſi crederetur, nullo præſertim repugnante. Tertiò, quia ipſimet Pontifices & illorum collectores & miniſtri rata habent teſtamenta facta ex illa conſuetudine, & illis adſiſtunt, non reſiſtunt.

Dico ſecundo, in alijs regionibus, in quibus
23 non tam liberè Rom. Pontifex agit nec ita viget pietas, vt in Hiſpaniæ & Galliæ Regibus; non eſt argumentum conſenſus Pontificis non repugnantia, præſertim ſi in ijs locis Pontificis auctoritas non ita reuerenter habeatur; quæ autem ſint iſtæ Regiones & Prouinciæ, res eſt alterius loci, nec noſtrum eſt iudicare; ſed tantùm certum eſt ſi quæ tales ſint, in ijs conſuetudinem contra canones aut leges Pontificias vſurpatam, non eo ipſo legitimam eſſe quòd Pontifex non repugnat: non enim tacet quòd conſentiat, ſed ne maiora mala inde ſequantur.

Quæro decimo, in quibus terris cõſuetudo
24 vigeat, vt ſpolia Summo Pontifici non ſoluantur, ſed cedant Eccleſiæ, aut ſucceſſori.

Reſpondeo, in tota Germania, Gallia, Luſitanis vſu eſſe receptum, vt nulla beneficiariorum & Epiſcoporum bona Cameræ Apoſtolicæ ſpolium cedant; in regno verò Caſtellæ ſola Epiſcoporum ſpolia Cameræ Apoſtolicæ ſoluuntur: at in Italia tam Epiſcoporum, quàm omnium aliorum. Vide *Nau. §. 14. Azor q. 1. c. 4. lib. 7. part. 2.*

Quæro vndecimo colligendo dicta, qui &
25 quo titulo à ſpolijs excuſentur; vel illorũ obligatione includantur.

Reſpondeo primo, in Italia omnes beneficiarios teneri ad ſpolia, niſi beneficium poſſideant, cuius cenſus triginta non ſuperet, & niſi priuilegio locali aut perſonali excipiantur. *locali*, vt ſunt qui Romæ & in Curia morantur, quos præter ſuperiores Pontifices à ſpoliorum obligatione prorſus excepit in conſtitutione, *In eminenti*. in qua etiam regulares comprehenduntur. *Perſonali*, vt ſunt omnes qui indultum habent Apoſtolorum.

Dico ſecundo, in Hiſpania beneficiarii om-
26 nes præter Epiſcopos conſuetudine recepta nullum ſpolium faciunt; ſed hæredibus bona tranſmittunt, vt iam dictum eſt.

Dico tertio, in Germania, Gallia, Polonia,
27 Belgio ſpolia fiunt; ſed quæ ſucceſſorib. in beneficio, aut Eccleſiæ, non Cameræ Apoſtolicæ tranſmittuntur.

Dico quarto, ex his fieri bona Eccleſiaſti-
28 ca, quæ beneficiario moriente ſuperſunt, vel ſpolia fiunt. & ex his alia ſucceſſoribus, aut Eccleſiæ cedunt, vt in Germania & Polonia reſpectu omnium beneficiorum; vel Cameræ Apoſtolicæ, vt in tota Italia pro omnibus, & in Hiſpania pro ſolis Epiſcopis aut ſpolia non fiunt. & hoc vel tenuitate beneficii, vel conſuetudine, vt in Hiſpania pro non Epiſcopis: vel priuilegio, & hoc locali, vt pro commorantibus in Vrbe, vel perſonali, vt qui indulto Apoſtolico gaudent.

CAPVT VIII.

In quo variæ quæſtiones explicantur ad bonam vel malam ſpoliorum adminiſtrationem pertinentes.

SVMMARIVM.

1 *De acquiſitis per negotiationem illicitã, an debeantur Cameræ Apoſtolicæ tamquam ſpolia.*

2 *An de illis in vita diſponere beneficiarius poſſit.*

3 *Ludo illicito adquiſita an fiant ſpolia.*

4 *Quid ſi negotiatũ ob neceſſitates ſuas vel ſuorũ, an id à ſpolio ſeparari tutò poſſit.*

5 *Quid*

5 *Quid ſi negotiatum per alium, & lucratum inde, an id ſpolio in conſcientia debeatur.*

6 *De bonis adquiſitis ex prædijs conductis opera clericatus.*

7 *Quæ peccentur contra obligationem ſpoliorum, & 8.*

9 *De beneficiario ægrotante, an donare infirmitate poſſit,*

10 *An ſpolio debeantur quæ clericus lucratus fuerit faciendo contra canones.*

11 *Quæ & quos per canones prohibita Clericis.*

12 *An qui pecuniam credidit beneficiario, poſſit compenſationem capere ex reditibus.*

13 *De ijs qui ſpolia Apoſtolica apud ſe retinent.*

14 *De his qui ſpolia Epiſcoporum, vel aliorum beneficiariorum retinent in partibus vbi Cameræ Apoſtolica ſpolium non facit.*

15 *Quid ſi cui à beneficiario donatum in vltima infirmitate, & dubium, an id cauſa mortis factum.*

16 *An credendum beneficiario donanti ſub mortem, & aſſerenti quod donat licitè ex reditibus Eccleſiæ poſſe tamen donare.*

17 *De cognatis defuncti ſuccedentibus ab inteſtato.*

18 *An fructus malè percepti inter ſpolia comparandi.*

19 *De Canonico vel beneficiario, cuius redditus conſiſtunt in ſolis diſtributionibus.*

20 *Empta ex penſione Eccleſiaſtica an ſpolio cedant.*

21 *An & quæ bona non reſidentium fiant ſpolia.*

SPolia, vt ſuprà dicebamus, tria reſpiciunt. Primò bona in quibus conſiſtũt. Secundò perſonas à quibus debentur. Tertio perſonas in quas transferuntur. Poſſunt autem ex his ſingulis capitibus plures difficultates oriri, quas hic breuiter explicabimus ad conſcientiam bonæ vel malæ adminiſtrationis ſpoliorum pertinentes. Primò autem explicabimus quæ pertinent ad bona ipſa; ſecundò quæ ad perſonas ſpoliatas; tertiò ad eos in quos ſpolia perueniunt.

Quæro primò, an acquiſita per negotiationem illicitam, de qua tamen in foro iudiciali non conſtat, debeantur in conſcientia Cameræ Apoſtolicæ tamquam ſpolia.

Reſpondeo fuiſſe qui dubitarunt non deberi, quia Pontifices volunt ſolum ſpolia ex negotiatione, ſi ea probata fuerit; & præterea quia nemo tenetur ſeipſum prodere. Vera tamen ſententia eſt teneri in conſcientia, ita *Azor q.3.c 2.lib.7.* Ratio eſt, quia Summus Pontifex declarat eo ipſo quòd ſunt ex illicita negotiatione, fieri Cameræ Apoſtolicæ poſt obitum beneficiarij, vel tempore mortis, nec ob id ſequitur ſeipſum prodere beneficiarium: neque enim debet ipſe quæ ſpolio relinquit exprimere, & profiteri eſſe ex illicita negotiatione. Pontifex autem vult probare crimen, cùm res in contentione adducta eſt.

Quæro ſecundo, an de bonis negotiatione
2 illicita acquiſitis poſſit beneficiarius in vita diſponere.

Reſpondeo poſſe, ſi non ſit illis priuatus per ſententiam iudicis. ratio eſt, quia ſic acquiſita fiunt tantùm ſpolia, cùm reperiuntur tempore mortis apud beneficiarium, aut in vita fuit illis ſententia iudicis ſpoliatus. *Azor, Nauarr. Redoan. loc.cit.*

Quæro tertio, an acquiſita ludo illicito
3 fiant ſpolia.

Reſpondeo, ſi ludus ſit contra canones fieri. talis eſt aleæ ludus expreſsè clericis prohibitus in iure; ſi tamen ſit ludus prohibitus in iure; ſit ludus prohibitus locali ſtatuto, & ſynodali, aut ex regula religioſa, aut præcepto Epiſcopi, nequaquã; vt bene *Azor c.2.q 8.* quia ſic acquiſitum non eſt prodiù contra canones. tale enim tantùm eſt contra decreta generali Concilio aut Pontificia conſtitutione firmata.

Quæro quarto, an qui negotiatus eſt ob ne-
4 ceſſitates ſuas, vel ſuorum, aut verè negotiatus non eſt, ſed præſumptiuè tantùm; vt qui bona fide in alium finem emit, quod poſtea carius vendidit, tuta conſcientia poſſit id à ſpolio ſeparare.

Reſpondeo poſſe. *Vaſquez. Redoan. Azor. loc cit.*

Quæro quinto, an quæ clericus negotiatus
5 per alium eſt, & inde lucratus, ſpolio debeat in conſcientia.

Reſpondeo non debere, quia talis propriè non eſt negotiatus contra canones. *Medina C.de reſtitutione.q 31. Azor.lib.7.c.16.parte 2.*

Quæro ſexto, an bona acquiſita ex prædijs
6 conductis, opera & induſtria clerici cæltis, ſint cenſenda ex illicita negotiatione acquiſita.

Re-

Reſpondeo propriè loquendo nequaquam, quia nihil hic viliùs emptum eſt quod inuariatam poſtea cariùs vendatur; canones tamen illicitam negociationem clerici etiam ad huiuſmodi conductionem extendunt, vt conſtat ex *capitul. fin. 87 diſt. & c. decreuit. 88. diſt.* vbi gloſſa. quare ex tali conductione cenſentur. *theſau. fori Eccleſiaſt. parte 3. c. 3. n. 35. Leſſius lib 2. cap. 21. n. 6. Azor loc. proximè citato.* Et hęc de bonis ipſis; nunc de perſonis ſpolia debentibus.

Quæro ſeptimo, quæ poſſint contra obliga-
7 tionem ſpoliorum peccari ab ijs qui ſpolia debent.

Reſpondeo, & dico primo, peccari ſi tempore mortis, ſolo mortis intuitu aliquid donent ex reditibus beneficij patrimonio non computatis, hæc enim donatio fit in fraudem fiſci Apoſtolici, aut eius cui ſpolia debentur. verè enim eſt diſpoſitio cauſa mortis quæ beneficiarijs prohibetur, licèt ſimulatè videatur eſſe donatio inter viuos.

Dico ſecundo peccare bèneficiarium cùm
8 donat inter viuos, ſed donatione ſimulata, qualis eſt ſi donetur Titio cum pacto vt donans toto tempore quo viuit, poſſit de re donata quomodocumque diſponere alienando, deſtruendo, &c. talis enim res mortuo beneficiario non fit Titij; ſed in conſcientia ſpolio debetur, vt bene *Azor cap 4 quæſt. vlt.*

Quæro octauo, an beneficiarius in infirmi-
9 tate donare poſſit

Reſpondeo in conſcientia non poſſe, ſi tantùm faciat cauſa mortis, vt iam dictum eſt, facit autem cauſa mortis, cùm iam certus & perſuaſus ex ea infirmitate moriturum donat, non aliter donaturus. ſi verò dubitat, & mors eſt in ambiguo cuius timor impellit ad abſolutè donãdum, quòd etiamſi viuat, ratum vult habere, tutus eſt in conſcientia, licèt poſtea moriatur; & eodem modo qui accipit tutus eſt, modò aduerterit illum mortis metum fuiſſe cauſam impulſiuam, non motiuam: in foro verò iudiciali non valet diſpoſitio Clerici ęgrotantis, niſi viginti dies ſuperuiuat *Azor q. vlt. dicto. c 4. Vaſquez de reditib. c. 2. §. 1.*

Quæro nono, an omnia quæ clericus lucrà-
10 tus fuerit aliquid contra canones faciendo, in conſcientia ſpolio debeantur.

Reſpondeo nequaquam, quia aliud eſt facere aliquid canonibus prohibitum, licèt inde aliquid acquiratur: & aliud lucrari aliquid contra canones lucrum illud prohibentes. Spolio tantùm cedunt acquiſita ſecundo modo, non primo, vt colligitur ex *D. Th. Rayn. Innocen. apud Armillam verb. reſtitutio. num. 19.*

Quæro decimo, quæ & quot per ſacros ca-
11 nones Clericis prohibita ſint.

Reſpondeo, primò arma deferre: intellige cum ſcandalo & ab offendendum, & ſine cauſa. nam ad ſuijpſius & ſuorum defenſionem poteſt. *cap. arma. de vita & honeſtate clericorum.* Secundò prohibentur clerici militare. quod ſi faciant, eo ipſo beneficium amittunt: ſi tamen veri milites fiant accepto ſacramento, ſtipendio, &c. *c. nimirum. c, cùm à Iudæis, c. quicunque clericus, c. clerici, c. quicumque ex Clero 23. q. 8 Abbas c. vlt. de Clerico coniugato. Azor lib. 7. q. 2. c. 16* Tertiò prohibetur à fortiore in bello pugnare, colligitur ex ijſdem capitibus. Quartò iurare coram iudice ſæculari, ſi ſit clericus in ſacris, & non iuſſus à iudice Eccleſiaſtico, *c. nullus 12. q. 1* Quintò prohibetur aduocati munere fungi in foro laico, niſi cauſa pietatis, vel neceſſitatis *c. Clerici, c. cùm ſacerdotes. de poſtulando. Angelus verb. vocatus. n. 5. Syluester eodem v q. 2.* Sextò, prohibetur eſſe procurator in iudicio criminali etiam patrocinando, niſi in duplici illo caſu pietatis & neceſſitatis. *Abbas cap. ſacerdotibus. ne Clerici, vel Monachi.* Septimò prohibetur alea Inde e, per quam prohibetur omnis ludus, in quo caſus tantum aut magis quàm induſtria valet. *ff. de alea luſu & aleatoribus.* Octauò prohibetur laicis in vilibus miniſterijs famulari. *Abb. loc. cit.* Nonò vile opificium exercere, cuiuſmodi eſt tabellionis, macellarij, hiſtrionis, &c. *Clem. 1. de vita & honeſt. Clericorum.* Decimo ſententiam ſanguinis ferre, id eſt, quæ mortem, vel mutilationem contineat. & id neque per ſe, neque per alium; neque adiuuando, neque conſulendo facere permittitur. *c. ſententiam. ne Clerici, vel monach.* Vndecimò non poteſt intereſſe vbi pœna ſanguinis ſententia iudicis executioni mandatur. *dict. c. ſententiam.* non tamen inde irregularitatem contrahit. *gl. Innoc Abbas, Hoſtienſ. ibi.* Duodecimò prohibetur beneficiarius aues & canes alere ad venationem & aucupium. *c. qui venatoribus. diſtinct.* 86. intellige tamen ſi id fiat cum magno ſumptu & ſcandalo. Decimotertiò prohibetur clericum negotiari, qua de re ſuprà. & hæc, de clerico ſpoliando, & ijs quæ ad eius conſcientiam ſpectant, de quib. pręter citatos, vide *Theſſori Eccleſiaſtici part. 3. c. 3. n. 42.*

Quæ-

Google

Quæro vndecimo, an qui pecuniam credi-
12 dit beneficiario ob illius neceſſitatem, vel Eccleſiæ, poſſit tuta conſcientia accipere ſibi ex reditibus compenſationem.

Reſpondeo poſſe, ſi alia via infiſtendo videt ſe non poſſe proficere, & beneficiarius moriens ad ſedandas lites illi poteſt ad manus dare quo debitum extinguat.

Quæro duodecimo, quid debeant facere qui
13 ſpolia Apoſtolica apud ſe retinent.

Reſpondeo, vel illa cui debent ſoluere, ſicut quaſlibet alias res alienas apud ſe repertas; vel ſaltem eum Camera Apoſtolica componere, Sacra enim Pœnitentiaria non ſolet ad hæc manus apponere, niſi præiudicium Cameræ ſarciatur, ſi neutrum faciant, excommunicationem eo ipſo incurrant quòd mala fide negligunt alterutrum præſtare.

Quæro decimotertio, an qui ſpolia Epiſco-
14 porum vel aliorum beneficiariorum retinent in partibus vbi Camer. Apoſtol. componant.

Reſpondeo non eſſe tutos, niſi caſus diſtinctè proponatur, & a Sum. Pont. præbeatur aſſenſus, ordinariè enim Camer. Apoſtol. poteſt tantùm componere de ſpolijs quę ſibi debentur; ergo de alijs oportet cum ſucceſſoribus conuenire, quibus ſpolia obligata ſunt, quare ſi cum Cam. componatur, nihil actum eſt, cùm debitum vni ſolutum quod debetur alteri non extinguatur?

Quæro Decimoquarto, an quibus aliquid à
15 beneficiario donatum eſt in vltima infirmitate, & dubium eſt an cauſa mortis donauerit, tuti ſint in conſcientia.

Reſpondeo ſi donans mortuus non eſt infra viginti dies à donatione, donatarius tutus eſt in conſcientia; qui in dubio melior eſt conditio poſſidentis; nec debet in donante præſumi delictum, nimirum quod voluerit donare tantùm cauſa mortis (quod facere non poterat) niſi illa apertè conſtet; ſi autem intra viginti dies mortuus eſt, tenetur reſtituere, quia prohibitus eſt eo tempore donare. *Vaſquez, Nau. Redoan. loc. cit.*

Quæro Decimoquinto, an beneficiario ſub
16 mortem donanti, & aſſerenti quod donat licèt ſit ex reditibus Eccleſiaſticis, poſſe tamen donare, credendum ſit; primò quia tantumdem ipſe expendit de ſuo patrimonio in opera pia: ſecundò illud ſibi ſubtraxit parce viuendo; an, inquam, hoc credendum ſit.

Reſpondeo credendum eſſe niſi aliud euidẽter conſtet, quia in illo articulo conſtitutus non poteſt præſumi mentiri; cùm nullus immemor exiſtimetur ſalutis æternæ, *Alciatus reg. 3. de præſumpt.* apud quem alij.

Quæro decimoſexto, an cognati defuncti
17 qui ſuccedunt ab inteſtato poſſint tantũ ſibi de bonis beneficij tuta conſcientia ſumere, quantum ipſe de ſuo patrimonio inſumpſit in obſequium Eccleſiæ & alia opera pia.

Reſpondeo rem videri dubiam, ſi beneficiarius moriens aliud non eſt proteſtatus, fortaſſe enim voluit totum quod expendit de ſuo patrimonio ſine vllo animo compenſationis expendere, & tantundem ſibi appropriandi ex Eccleſiæ reditibus. ex altera verò parte qui ius habent ſuccedẽdi ab inteſtato, ſuccedunt in omnibus patrimonialibus, & in ijs quæ illorum locũ ſubeunt. Dicendum tamen videtur meliorem eſſe primam opinionem propter rationem allatam. licèt enim beneficiarius ipſe poſſit in morte hoc facere, declarando quod inſumpſit, de patrimonio inſumpſiſſe, vt ſibi ex reditibus compenſaretur; non tamen alij qui de eius voluntate certi non ſunt, poſſunt hoc præſumere; ſed potiùs contrariam piam intentionẽ: nempe quod totum fecerit intuitu pietatis & religionis. vide *Vaſquez de red. cap. 1. §. 3.*

Quæro decimoſeptimo, an fructus malè per
18 cepti ex omiſſione horarum canonicarũ, ex malo titulo beneficij, ex incurſu cenſuræ & ſimonia commiſſa, ſint inter ſpolia computandi.

Reſpondeo, nequaquam, quia ſpolia ſunt bona Clerici quæ apud ipſum mortis tẽpore reperiuntur, vel quibus per ſententiam iudicis priuatus fuit ob illicitam negotiationem: at fructus iſti ſic percepti nunquam fuerunt ſub dominio beneficiarij, qui in illis caſibus fructus beneficii non facit ſuos. non ſunt ergo ſpolia. quibus ergo debentur? Reſpondeo Eccleſiæ beneficij, vel toti Collegio, ſi ſint diſtributiones, vel ſi nulla ſit Eccleſia, vel Collegium, in pauperes ſunt diſtribuendi. poteſt autem de illis Summus Pœnitentiarius componere, vt aliàs docuimus. vide *Vaſquez de beneficijs, c. 4. d. 8.*

Quæro decimoctauo, an Canonicus, vel be-
19 neficiarius, cuius reditus in ſolis diſtributionibus conſiſtunt, quæ tamen aſcendunt ad ingentem ſummam annualem, duorum vel trium millium aureorum, & amplius, faciat ſpolia. Ratio dubitandi ex vna parte eſt, quia Clericus ex beneficio

non

non facit bona ſua quaſi patrimonialia; niſi quæ ſibi datur in ſtipendium laboris aut congruam ſuſtentationem pro decentia ſtatus ſui. Conſtat autem duo vel tria millia aureorum longè ſuperare iuſtum ſtipendium illius laboris qui ponitur in adminiſtratione officij, pro quo obeundo diſtribuuntur. At ex altera parte ſuprà diximus ſub diſtributiones quæ dantur præſentibus, quantæcunque ſint, mercedis & ſtipendij rationem habere.

Reſpondeo, tales diſtributiones ſpolium nō facere. ita *Gemin. Barb. Franc. Ioan. And. Abbas cap. 1. de clericis non reſidentibus in 6. Card Clem. vlt. de prab. Aug. Roſel. Pariſ.* alii apud *Couar. c. cùm in officijs. de teſt. Azor lib. 7. c. 9 q. 10. p. 2* Ratio puriſſima eſt, quia reſidencia & perſonale ſeruitiū clerici, non poteſt certo pretio taxari; quia ſi non reſideret, poſſet aliunde ſua induſtria ſibi plurima parare, vnde eſt vt quantæcunque ſint iſtæ diſtributiones, licèt ampliſſimæ, iuſti ſtipendij rationem habeant, quia neſcitur quantum ſit illud quod non reſidendo Clericus aliunde poſſet acquirere. quod idem iudicium faciendum eſt de Anniuerſarijs & incertis diſtributionibus defunctorum; hæc enim quaſi patrimonialia fiunt, & ſpolio non cedunt. vt bene *Ang. Sil. Gemin. Franc.* apud *Azor loc. cit.*

Quæro Decimonono, an empta ex pen-
20 ſione Eccleſiaſtica ſpolio cedant.

Reſpondeo, cedere, vt ſuprà dixi, ſiue ea ſint bona mobilia, ſiue immobilia, ſiue mouentia. quare ſi bibliotheca reperiatur empta pecunia penſionis toto tempore mortis, Cameræ vt ſpolium debetur, vt colligitur ex ijs quæ docet *Nauar tract. de redit. q. 1. monit.* 41. & conſtat ex conſtit. Pij iv. & Pij v. de ſpolijs. vbi expreſſè decernunt omnia ex reditibus beneficij empta Cameræ ſpolia debere, ſi apud clericum reperiantur tempore mortis. vbi aduertēdum iure cōmuni olim ſic empta non fuiſſe ſpolia. *Couarr. c. cùm in off. n. 6. Redoan. q. 3. num. 27. Gigas, Paulus Rom, Caccialup. apud Azor lib 7. p. 2. c. 9. q. 12.* ſpeciali tamen & nouo iure idem iudiciū nunc eſſe de emptis ex penſione ac ex beneficio, *Nau. de redit. q. 1. monit. 32. n. 2 de ſpolijs. §. 8. n. 8.* quia Pius iv & Pius v. idē ſtatuerunt de penſione quod de red. beneficij, cùm penſio ſit etiam ipſa reditus beneficii, licèt beneficiario non attributus. & hęc de ſpolijs.

Quæro Vigeſimo, an & quæ bona non reſi-
21 dentium ſpolia fiunt.

Reſpondeo, omnia non reſidentium bona, cuiuſcumque qualitatis, & quomodocumque acquiſita fuerint, apud ipſos extra reſidentiam reperta cùm decedunt ſpolia Apoſtolica fiet. ita Pius V. in conſtitutione ſua ſub datum Romæ 1564. 7. Kal. Septembr. quare in non reſidentibus, nec vlla facultas teſtandi ſuffragatur; nec exceptio quòd bona non ſint ex reditibus Eccleſiaſticis acquiſita, cùm pariter omnia etiam patrimonialia apud ipſos ſic decedentes reperta Cameræ Apoſtolicæ vt ſpolia adſignentur. *Theſaur fori Eccl. lib. 3. capitul. 3. 50.*

CONSVLTATIO HIERONYMI MAINATIAE BRIXIENSI

Aduocati in foro Eccleſiaſtico verſatiſſimi.

De Spolijs, ſeù De Fructibus Beneficiorum inexactis, & De Extantibus tempore mortis Beneficiariorum, Iuxta quam extat res iudicata.

Explicantur Conſtitutiones Iulij iij in hac materia editæ, & plures Quæſtiones exinde ortæ; Cum Deciſionibus Rotæ Romanæ poſtmodum ſequutis. Acceſſerunt Additiones ex opinionibus Modern & Antiq. Et Nobilia de mobilibus diuerſi generis, quæ relinquuntur à Beneficiario tempore mortis. Et quoad Extrauag. Ambitioſæ, Paulinæ, nuncupatæ De reb. Eccleſ non alienandis.

Summarium Notabilium contentorum in hac Conſulatione, & Additionibus.

EXtrauagans Iulij 3. Conſtitutio declarat quod fructus beneficiariorum tẽpore obitus beneficiatorum inexactis debentur ſucceſſoribus in beneficijs, & non hæredibus beneficiarij, num 1.

Siue ex teſtamento, etiam vigore facultatum quarumcumque in ſpecie, vel in genere ipſis beneficiatis conceſſarum. n. 1. Siue ab inteſtato capiant, num 1. Etiam ſi pro tempore ante obitum ipſorum beneficiatorum decurſo debeantur, & eorũ ſolutionis dies aduenerit. ibid.

Et etiam ſi per ipſos non ſteterit quominus exegerint. Ibid.

inter ipſas Iulij Tertij, in Bullario magno fol. mihi 505.

Quæ conſtitutio incipit cum ſicut nobis innotuit, Et fuit publicata anno Domini ab Incarnat. 1550. 26. Iunij Et eſt ſub n. 9.

Et iſta conſtitutio bis fuit declarata ab eodem Papa, num. 2. Prima declaratio eſt diei 4. Auguſti dicti anni. Secunda eſt diei 18. Iunij 1551. Quæ ambæ ſubſequuntur dictam conſtitutionem. Ex prima limitatur ipſa conſtitutio, vbi fit mentio de ſolutione debitorum facienda ex illis fructibus, ſiue pecunijs quorum ſolutionis dies ante obitum ipſorum beneficiatorũ aduenerit, ſi aliunde ex alijs eorumdem beneficiatorum bonis ſolui non poſſint.

Quod

Quod ſcilicet in hac parte comprehendat ſolum legata ad pias cauſa ipſos Beneficiarios, dum in ſanitate conſtituti fuerint facta, & debita, quæ occaſione beneficiorum ad quæ fructus ac pecunia, & res inexactæ pertinuerint, contracta extiterint, de quibus ſucceſſores informationē veriſimiliter habere poſſint, nec aliter intelligi, extendi ve poſſe prout videre eſt ſub num. 3.

De ſolutione facienda debitorum contractorum per beneficiatos defunctos videre eſt latiſſime tradita per Redo. & Nau. locis hic rela. ſub num. 4.

Nauar. hallucinatum fuiſſe quoad intellectū ipſius conſtitutionis prout videre eſt, num. 5. & 6.

Ex ſecunda declaratione decerni quod dicta conſtit. compræhendat tantum loca vbi non ſunt collectores ſpoliorum, & iurium Cam. Apoſtolicæ, & quod in dictis locis ſuum effectum ſortiri debeat non autem vbi ſint, vel eſſe conſueuerint, num. 7.

Et in locis vbi ſint collectores, voluit quod circa iſtos fructus, & pecunias inexactas habeant locum conſuetudo, priuilegia, & iura particularia, ibidem. Redoan. retulit dictas declarationes locis hic alleg. n. 8.

Nauar. hallucinatum fuiſſe quoad dictam ſecundam declarationem, prout videre eſt, num. 9.

Iulius Papa Tertius edidit dictam conſtitutionem de fructibus inexactis ad dirimēdas lites, tollendaſq; controuerſias inter hæredes beneficiatorum, & ſucceſſores in beneficijs, num 10 & adde, num. 28.

Redoan. ſic atteſtatur loco hic relato, n. 11.

Clauſulę motu proprio; & aliarum huiuſmo di clauſularum de effectu videre eſt doct. hic rela. num. 12.

Clauſula ſublata quauis aliter iudicandi facultate, cuius ſit effectus, num. 13.

Clauſula, decreti irritantis quanni ſit effectu, num. 14.

Conſtitutio quælibet recipit hanc conditionem ſi moribus vtentium recipiatur, nu. 15.

Idq; procedit etiam ſi clauſulam annullatiuam habeat, num. 15. Et circa hoc videre eſt addit. 18. vbi latius.

Conſtitutio prouin. ſynodi Mediolan. loco hic relato dicit dictam Iulij 3. conſtitutionem, non reperiri vſu receptam in hac prouincia, & ideo ſtandum eſſe Iuris cōmunis diſpoſitioni, vtpote ſit ei contraria, n. 17.

Sed quod imo ſit ei cōformis vide inf. n. 25.

& ſeq. & ſucceſſiue per totā conſultationē, & ſub n. 155. cum duobus ſeq. Quodq. eam ſeruet Rota Romana videre eſt inferius in addictione 12. incipien. poſt nu. 212. vſq; ad ſi. addit.

Decreti irritan. effectus vide limit. num. 18. Et de communi in contrarium, ibidem. Conſtitutio habens decretum irritaas ligat etiam ante illius publicationem ſecundum magis com. opin. num. 19.

Quod tamen intelligitur quoad actorum annullationem ſecus verò quoad pœnarum incurſurum, ibidem.

Conſtitutio non tollitur per non vſum, ſed abrogatur. num. 20.

Vt tollatur, oportet dare contrarium vſum, num. 21.

Et vt detur contrarius vſus quid aliud requiratur, num. 22.
Et latius in Addit. 18.

Deciſ. nou. Pedemont. in recollect. per Foſſanen. quoad hanc Iulij Tertij conſtitutionem, num. 23.

Sententiæ plures ſequutæ in caſibus huiuſmodi qui euenerunt in ſtatu Mediolani, ibidem.

Cōſtitutio ipſa de fructibus inexactis nunc reperitur in 7. decretalium vt hic, n. 24.

Et quod nihilo diſcrepat à iuris communis diſpoſitione, num 25.

Sic quoq. affirmante Redoan. loco hic relato, num. 25. & Borgn. nu. 156.
Caroc. nu. 157 & Rot. nouiſſima ia deciſ. ſequuta de anno 1593. quæ ſequitur in calce additionum.

Quia illud ipſum iam prius ſancitum fuiſſe reperitur per tex. cano. memoratos, num. 26. atq. per alios tex. & ſcriben. num. 27.

Sed tamen propter diuerſitatem opin. doct. qui ad interpretationem ipſorum text. in diſtincte ſcripſerunt iam quoad fructus collectos quam quoad aliter obuenien. & inexactos, editam fuiſſe dictam Iulij 3. conſtitutionem, num. 28. & ſeq. vbi etiam memorantur doct. apud quos reperiuntur huiuſmodi diuerſæ opin.

Quæſtio de poteſtate circa fructus, & res Eccleſiæ clericis, vel prælatis conceſſa apud Redoan. loco hic relato num. 30.

Colnmn. tract. de eccl. reddi. orig. & iur. retu lit tres prin. diuerſas opin. num. 31.

Et doct. ad ſingulas eiuſmodi opin. num. 32.

Vna eſt doct. opinio, quæ multum reſtringit poteſtatem clericorum, quæ conſtituit Clericos Beneficiatos eſſe duntaxat vſuarios, hiſque nihil licere vltra victum, & veſtitum, nu. 33. & 173. Et hanc eſſe verio rē, & receptiorem tenuerunt Redo. n. 34.

 & alijs

& alij inferius relat.

Altera eſt, quæ dat largam poteſtatem quod beneficiatus indiſtincte ſit dominus fructuum perceptorum, ita quod de illius potuerit diſponere in vita, & hanc eſſe magis receptam, tenuit Colum. & in quantum cõſuetudine adiuuetur quod ſit omnium receptiſſima, num. 35. 115. & in 49. & 20. Addit.

Alia eſt, quæ mediam viam eligendo diſtinguit inter clericum ſimpliciter, & perſonaliter beneficiatum, & illum habentem adminiſtrationem, num. 36. 239. 260. vbi quod Rota hanc ſequitur.

Glo. c. præſenti de off. ord. in 6. in verb. reſeruari ſequitur dictam diſtinctionem. Et iſti eſſe adhærendum num 261. nihilo repugnan. conſtit. Iulij 3. Quæ glo. eſt communiter recepta, & ad eam fere omnes recurrunt, & de communi vſu, & conſuetudine atteſtantur, num. 37.

Et hanc nouiſſime ſequitur Rota Rom. prout vide in addi. 16. Redoan. affert ſub diſtinctionem pro qualitate fructuum vt in loco hic relato, num. 38.

Canonici, Capellani, & alij ſimiles dicuntur perſonaliter, & ſimpliciter beneficiati, nu. 39. Sed aduertendum ad declarationẽ ſub num. 105. & 107. Vſufructuario æquiparatur omni tempore perſonaliter, & ſimpliciter beneficiatus, num. 40. 47. 98. 197.

Et iſte tranſmittit fructus perceptos ad hæredes nu. 41.

Item & ius exigendi affictus ratione fructuum locatorum, & tempore mortis perceptorum debitos, num. 42.

Etiam quod dies ſolutionis non veniſſet, 43.

Solutionis terminus apponitur, & conſideratur pro commodo conductoris, nu. 44.

Opinionem illorum, qui reprobando diſtinctionem ſupra relatam volunt quod beneficiatus ſiue habeat adminiſtrationem ſiue non habeat, indiſtincte prohibeatur de fructibus beneficijs etiam perceptis teſtari, eſſe crebriorem, num. 45. 171. & ſeq

Quoad beneficiatos cum adminiſtratione tranſeundum eſſe in deciſiuis cum iſta opin. negatiua monuit Viui. loco relato ſub nu. 45. & tenuit Rota prout in deciſ. quæ immediate ſequitur poſt additiones.

Opin. negatiuam indiſtincte vt ſup. receptã non procedere quandoquidem ſit in contrarium conſuetudo, num. 46. & in 9. Addit. atque in 20.

Quia tanquam rationabilem eſſe tenen. tenuit Ciar. n. 47.

Et Molin. prout in 9. Addit. & in 20.

Eam tamen damnari ex magis recepta doct. ſententia atteſtatur Couaru. num. 48.

Et nihilominus paſſim, & vbique eam obſeruari, num. 49.

Redoan. contra num. 50. & ſeq.

Quæſtio de conſuetudine teſtandi, vel diſponendi de fructibus beneficij, num. 51.

Doct. qui pro conſuetudine tenent memorantur per Redoan. loco relato, num. 51. & ſeq.

Nicola de Vbal. fundatur in opin. doct. reprobat. à Nauarr. n. 53.

Conſuetudinem vigere in aliquibus locis quod beneficiati tranſmittant ad hæredes fructus ex præbendis etiam poſt eorum obitum per aliquod tempus colligendos, nu. 54.

Opin. eſſe communem, quod valeat conſuetudo, quod hæredes beneficiat. habeant fructus illius anni, quo beneficiatus moritur ſub num. 53. & 201. 202. facit addit. xx. Vide tamen quartam Additionem per totam.

Redoan. tenuit locum eſſe non poſſe huiuſmodi conſuetudini, n. 55. Vide rationem, num. 56.

Doct. de conſuetudine atteſtan. in eorum lecturis non eſſe credendum, num. 57. vbi quod illis tantum datur iura interpretari, & nu 58.

Religioſis ſine iuramento non eſſe credẽdũ num. 58.

Conſuetudinem allegare non ſufficit niſi probentur requiſita; de quibus infra, num. 59.

Conſuetudo iuri communi contraria ad hoc vt præiudicet, quæ requirantur, nu. 60.

Fructus beneficijs ad ſucceſſorem ſpectare aliqua conſuetudine, in contrarium non obſtante tenuit Rober. de Mon. nu. 61.

Conſuetudinem teſtandi nullatenus concedi poſſe tenuit Nauarr. num. 63. & ſeq.

Niſi quoad pios vſus n 65.

Intellect. extrau. ſuſcepti de elect. num. 66.

Nauar. impugnat. Couaru. & ſeq. Redoan. nu. 67. & ſeq.

Conſuetudinem etiam immemorabilem cõtrariam non prodeſſe tenuit Nauar. n. 69. contrarium verò tenuit Molin. prout vidi in addi. 9. num. 216. & facit addit. xx.

Doct. tenentes pro conſuetudine intelligunt de perſonaliter, & ſimpliciter beneficiatis num. 70.

Et

Et ita per Redoan.num, 71. & ſeq. ſed indiſtincte per Molin. prout in ix. addit. & per Rot.in 20. addit.

Clericum æquiparari vſufructuario,in diſtri butionibus quotidianis, & in fructibus penſionum nu.73.

Itidem de bonis acquiſitis ex fructibus ſimplicis beneficij,prout in n.74.

Adducta per Ferret. & doct.ab eo rela.ſcilicet Bart.Alber.& alios ex l.defuncta, & l. dinortio ſupra alleg. non procednut in hiſce beneficialibus,n.75.

Conſ.Calixti 24.int.Conſ. Gigan. ſpeciale eſt pro confutatione conſ. Ferrett. 256. num.76.

Canoniſtatum opin.talem eſſe &

Eis ſtandum eſſe num 77.

Fructus inuenti apud beneficiarium tempore obitus ſpectant ad ſucceſſorem non ad hæredes etiam ex opin.eiuſd.Ferret.& Gigan.locis hic relatis,num.78 & ſeq.in contrarium vide num. 178. cum ſeq. vbi aduerte ad omnia tradita in ipſa quarta additione.

Penſio eſt pars fructuum prius à beneficio ſeparara,num.80.

Argum.de beneficio ad penſionem non procedit,num 81.

Ferret.conſ 118. & 151. loquitur in caſu, quod beneficiatus diſpoſuerit de fructib. ſeù affictibus in vim gratiæ Apoſtolicæ, num.82

Et in conſ. 256. facit ſuppoſitum in canonico.qui ſit ſimpliciter, & perſonaliter beneficiatus,num.83.

Quis autem talis dicatur,vide num. 109.

Et in conſ. 372. loquitur de penſione ſuper fructibus beneficij reſeruata, non autem de affictu,num.84.

Papam poſſe concedere licentiam beneficiatis teſtandi,& diſponendi de fructib.beneficiorum,& eſt communis opinio,nu.85.

Quæ tamen licentia regulariter non extenditur ad prophanos vſus ſecundum opin. Nauar.num. 86.

Fructus beneficij quod diuidantur inter hæredes beneficiati,& ſucceſſorem, aut Eccleſiam pro rata temporis,quo beneficiatus in illo anno, quo deceſſit inſeruiuit Eccleſiæ hanc eſſe mediam viam dixit Didac num 87. & 89. & hanc eſſe magis receptam opin. firmauit Pariſ.loco in tertia add.relato,num. 174. & hanc eſſe tenendam dixit Guttierez,num.175.

Vſufructuarium non eſſe æqualem beneficiato ſecundum Didac. num. 88. & vide num.128.

Fructus beneficii pro eo anno quo beneficiatus deceſſit pro rata temporis ad hæredes pertinere æquius,& iure verius eſſe tennit Id.Didac.nu. 89. & 174. vbi quod hæc eſt magis recepta opin (vide tamen, nu.178.& ſeq.vbi contrarium.)

Et hanc opin. tenendam eſſe, etiam in caſu penſionarij defuncti, nu. 176. ſed tamen de hoc videndum eſſe in alijs conſultationibus.

Idque procedere etiam in renunciante, nu. 90.

Sed de hoc videre eſt Pariſ. de reſig. loco hic rela.ibid.

Fructus agrorum, & prædiorum beneficij Eccleſiaſtici conſtitutos reperiri pro oneribus ſuſtinendis vſque ad nouam collectionem, 91.

Et quomodo, vide inf. num. 183. in 5. addit. per tot.

Stipendia miniſtrorum Eccleſiæ coanumerantur inter Eccleſiæ onera,num.92.

Alber.opin. in l. diuortio, ff. ſolu. matr. cui adhæret.Didac. repellitur tanquam contra communem,num.93.

Nauar.Impugnat.Didac.ibidem.

Succeſſorem in beneficio curato,cui prædeceſſor per ſe,vel alium inſeruiuit, & ante fructus collectos obijt, ſoluere teneri quantum ad honeſtam ſuſtentationem indiguit, etiam iure naturali, ſecundum Nauar.num. 94. Et ſic quoq; procedere quoad alium beneficiarium, qui nihil de redditibus perceperit,nu.85.& vide num. 185.

Alber.opin.quibus caſibus procedere poſſit,nu.96. Et quibus caſibus intelligi debeat,num.97.& ſeq,

Beneficiati ſimpliciter, & perſonaliter dicuntur vſufructuarij ſecundum com.opin. & conſuetudinem,nu.98.& ſup.40.& 73. Et ſic quod ratione perſonarum ſuarum fiat diuiſio pro rata anni,ibid.

Diſtributiones quotidianas lucrantur Canonici præbendati pro rata temporis, quo inſeruiunt, & eas ad hæredes tranſmittunt ex conſuetudine,99.

Capitulum tamen poſſet prætendere in cõtratium,num.100.

Fructus vltimi anni poſſeſſore beneficij defuncto diuidendos eſſe pro rata temporis int.Eccleſiam,& ſucceſſores clerici, hanc eſſe opin orig.Hoſt.nu.101. facit ſup. nu. 89 & in addit. 3. Et de ver. ſucceſſores quod non ſit intelligen. pro hæredibus proprie,& quomodo alias capien. ſit expoſitio iſtius ver.ſub num. 101.

Fructus beneficiorum vacantium conuerten.eſſe in Eccl.vtilitatem,vel futuro ſucceſſori

ceſſori

ceſſori reſeruari debere per tex. hic relatos.ibi.

Conſtitutione, Statuta, & Conſuetudines prouintiæ ſeruari debent, num. 102.

Intellectus glo.c.præſenti de off.ord.6.103.

Beneficiatus ad hoc, vt teſtari poſſit, quæ requirantur, num. 104.

Beneficium cui ſit aſſignata certa dos dicitur cum adminiſtratione. idq; procedit quantumcunq; ſit beneficium ſimplex, n. 105.& ſeq.

Canonicus habens præbendam ab alijs diſtinctam dicitur habere adminiſtratione, num. 107.

Et talis teſtari non poteſt de fructib. ipſius præbendæ, 108.110.

Beneficia ſine adminiſtatione, quæ ſint, num. 109.

Columu.reijcit diſtinct.de qua ſupra, num. 112.

Impugnat opin. Archid.num. 113.

Refert rationes ex quibus falciatur illa opinio, quæ tribuit dominium Clericis beneficiatis, num. 114.

Concluſio ipſius Colum. in hoc propoſito, num. 115.& ſub num. 116. cum qua videtur concordare Molin.inferius in.9.addir.

Colum. reprobat differentiam inter diſtributiones, & alterum fructuum genus, nu. 116.

Intellect.Conc.Trid.ſeſſ.24.cap.12.de refor. & ſeſſ.23.c.1.& ſeſſ. 25 c. 1. ſimiliter de refor.ibidem.

Beneficiarios facere fructus ſuos, atq; de ijs pro ipſorum voluntat. libere diſponere poſſe.ibidem.

Sed voluntatem eorum certis regulis, modiſq; reſtrictam eſſe, neque inordinatam eſſe debere.ibidem.

Doct. qui inſequuntur opin. Archid.n. 117.

Dominium, iſtud verbum, quomodo in hoc propoſito habeat intelligi. 118.

Doct. tenentes opin. contra illam Archid. 119.

Beneficiarios vocari vſufructuarios in ratione tantamdem concludit, quod Dominos 120.

Doct.huius opin.eſſe in nu.72.dato caſu cõſuctudinis.121.

Quorum aliqui etiam morientibus dominium tribuunt ita vt de redditibus Eccleſiaſticis teſtari illos poſſe concedunt 122.

Sed aduertendum, quia doct.ibi relati, & precipue hic relati, qui de communi teſtantur, intelligunt concluſionem prædictam ſub diſtinctione de perſonaliter beneficiatis, 123.

Opin. eiuſmodi non diſcrepāt ab alia ſuperiori data conciliatione ſenſus prout hic, num, 124.

Iura quæ habent quod fructus Eccleſiæ ſunt Chriſti quomodo intelligi habeant, 125.

Et quomodo illa, quę habent, quod ſint beneficiariorum, 126.

Et quomodo illa, quæ habent, quod ſint pauperum, Eccleſiarum. vel piorum locorum, 127.

Opinio illorum, quod beneficiariorum facultas ſit maior quam vſuarijs, & minor quam fructuarijs vera eſt, & recepta ſecundum Nauar. 128. Et ibi vide rationem.

Conc. Trid. intelleſt. ſecundum Nauar. ad eadem c.adducta per Columm.ibidem, Et ſic aduertentes ab vtroq; ipſorum Nau. & Columm.referri diſpoſitionem Conc. Trid.& in diuerſum intellect.alter ab altero.

Beneficiarius ſecularis ex redditibus beneficij non ita ſibi acquirit vt fiat Dominus integer, & perfectus, ſed ſolum ſecundum quid vt hic refertur ſecundum Nauar.ibidem.

Bona Eccleſiæ quomodo dicantur eſſe Rectoris, ſecund.opin.Bero.129.

Prælati, & Rectores quandoq; appellantur Domini rerum Eccl. & quare, num. 130. & ibi ante.

Adminiſtratores legitimi cum bene adminiſtrant loco Dominorum habentur, ſi verò male loco prædonum, ibidem.

Beneficiarios nõ eſſe veros dominos etiam ſecundum opin.Colum.niſi vt hic, n. 131.

Beneficiarios teneri ad reſtitutionem. inquantum abutuntur, ſecundum Nauar. etiam ex decreto Concil.Trident.n.132. Contra opin.Colum.affert reſponſiones, ibidem.

Molin. opin. quod lætaliter peccent, prout vide inferius, num. 219.

Qui & ipſe affert illud ipſum decretum Conc.Trid.

Colum.opin.melius declarata, num. 134 vbi quod beneficiarij ſint Domini in vita, & ſanitate, non autem tempore mortis.

Iura loquentia quod beneficiarius non habens adminiſtiſtrationẽ æquiparetur vſufructuario quomodo intelligũtur, n. 135.

Quæſtio Redoan. An clericus de fructibus beneficij non conſumptis, qui decurrerunt in vita ipſius.& remanſerunt inexacti poſſit pro libito decedendo diſponere, 136.

Et ibi vide cõcluſionem, quę eſt, vt infra ſeq.

Portio de redditibus Eccl. aſſignata beneficiario

ficiario eſt ſua ipſius, ſi ea vtatur, & non aliter. quia ſibi ad talem vſum aſſignata videtur, vnde ſi per eum non expendatur vel alias præſeruetur, non intelligi eius hæredibus præſeruata, ſed Eccl. cuius eſt proprietas, ibidem, & num. 173. vide tamen ſextam Addit.

Fructus à prælato percepti, qui in bonis eius eſſe cœperunt, & tempore mortis extant, atq; ij, qui tempore vacationis obuenerunt debent futuro ſucceſſori reſeruari, ibidem, & num. 173.

Teſtari non poſſunt beneficiarij de ſuperfluo redditúum beneficiorum, neq; ad pia pro eorum libito, ibidem, & num. 173.

Column. adhæret Iulij iij. conſtitutioni pōderando an tempore mortis fructus ſint exacti; vel non, & ex ea concludendo, quod hęc quæ a iure vel conſuetudine deciſa reperiuntur, in dubitationem non veniunt, num. 137.

Fructus Eccleſię emi, & contractari poſſunt à Laicis, quia non ſunt, nec poſſunt dici ſpiritualitati annexi, num. 138.

Spolia quatenus à fructibus beneficiorum prouenientia eſſe bona Eccleſiastica, num. 139.

Acquiſita de fructibus Eccleſ. vel occaſione Eccleſiæ debent eſſe Eccleſia, vel in ea ſucceſſoribus reſeruari 140. & 341.

Et abſq; debitis ſolennitatib. & ſine cauſa non poſſe alienari. 141.

Venditio, vel locatio fructuum fact. per Prælatum non extenditur vltra illius vitam niſi interueniat authoritas ſuperioris. 142.

Fructus beneficiis alienari poſſunt in præiud. ipſius beneficiatii, non autem ſucceſſoris. 143.

Alienatio de iure percipiendi fructus fieri non poteſt in præiud. ſucceſſoris abſque dicta ſolemnitate, 144.

Verba Iulii iii. in d. conſt. ponderanda 145. & ſeq. vſque per num. 149.

Commixtio fructuum Eccleſiæ cum cæteris beneficiat. bonis operatur, vt non vlterius pro Eccleſiaſticis, ſed potius ipſorū beneficiatorum propriis iudicari debeāt, num. 146. & 229. cum plur ſeqq.

Et quod de eis diſponendi facultas per Sedem Apoſtolicam concedatur prout, & concedi conſueuit, num. 147.

Fructus Eccleſiæ donec ad manus beneficiati non peruenerint, & cum alijs eorum bonis, commiſcuerint cenſeri debere verè Eccleſiaſticos, num. 228. 229. cum ſeq. Et propterea de eis non licere diſponi in eorum vltima voluntate, num. 149.

Conſtitut. Iulij III. conſtituit differentiam quoad fructus, res, & pecunias exactas, & cum alijs ipſorum beneficiatorum bonis incorporatas, Et quoad exigen. & nōdum realiter incorporatas, num. 150. & 229. vbi vide ſequelam, & in deci. quæ ſeq additiones.

De exactis, & incorporatis ex ſpeciali licentia PP. poſſe diſponi in vltima voluntate, num. 151. Vel etiam data conſuetudine præſcripta prout in 4. & 20. additionibus.

De inexactis nequaquam, num. 152.

Opinio Doct. quod beneficiatus ſit Dominus diſponendi ad ſui beneplacitum non procedit, in morte, ſed duntaxat in vita, & ſanitate, 153. & facit deciſ. Rotæ in fine additionum.

Diuerſitas rationis quoad fructus exactos, & extantes penes beneficiarium tempore ſui obitus, & quoad inexactos, & nondum cum cæteris illius bonis incorporatos, 154 & 229. cum ſeq.

De exactis, & extan. cadit diſputatio ſecundum illas tres diuerſas principales opin. doct. ſupra relat. 155.

De inexactis tantum procedere conſtit. Iulij III. & ea atq; iuris communis diſpoſit. attenta non contingit dubitari, ibid.

Quæſtionem de fructibus Eccleſiæ locatis edidit Borgnin. 156.

Affictus inexactos pertinere ad ſucceſſorē non ad hæredes tenuit etiam Caroc. tam ex d Iulij III. conſtitut. quam iuris diſpoſit. num. 157. & extant deciſ. Rotæ prout in addit. 12.

Pecuniæ inexactæ, quæ debentur ratione expenſarum fact. a prædeceſſore, in lite pro exemptione iuriſdictionis, quamuis dubitari poſſit, an de bonis patrimonialibus, an ex prouectibus Eccl. fact. fuerint debentur ſucceſſori ſecund. deciſ. Rot. num. 158.

Deciſ. Rot. Rom. habentur pro comm. opin 159.

Opinio communis non eſt ſequen. quotieſcunque reperitur falſa, vel probabili ratione poſſit conuinci, num. 160.

Neque attendenda eſt, quando in iuribus non probatur, num. 244.

Neque quando opinio contra communem melioribus rationibus fulcita reperitur, num. 245.

Cætera in hoc propoſito vide in xv. addi. a num. 244. vſq. per num. 259.

Rotæ opiniones eſſe ſequendas, num. 161.

Sed aduertendum quod Rota multoties variauit opin. vide num. 303.

Suc-

Succeſſorem in beneficio ſuccedere, etiam eo caſu quod prædeceſſor potuerit diſponere,& non diſpoſuerit, 162.

Et hanc eſſe doct.receptam ſententiam,163

Beneficiarium poſſe diſponere in vita de fructibus, iſtud procedit, quandoquidem diſpoſuerit, quia ſi moritur diſpoſit. non facta fructus reſeruantur Eccl. & remanent futuro ſucceſſori, num. 164. vſque per num.168. vbi quod etiam colnmu. nõ diſſentit ab iſta opin.

Conſuetudo in contrarium procederet quoad perſonaliter,& ſimpliciter beneficiatos,num.169.

Conſuetudinem,neq. ſtylum introduci poſſe vbi lex, vel ſtatutum eam annullat, vel prohibet,170.

Ex Additionibus.

Beneficiarium dici vſufructuarium, in vita & vſuarium in morte,nu.171.Et hanc eſſe magia comm.opin.

Sine habeat adminiſtrationem, ſine non, 172.

Concordant trad. ſub num. 45. contrarium in 9. Addit.

Beneficiarium habere tantum viuere de redditibus quantum indigeat,& eſſe dumtaxat adminiſtratorem,non autem verum Dominum, num. 173. contrarium vbi ſupra.

Fructus beneficij diuidendum eſſe inter hæredes defuncti, & ſucceſſorem pro rata temporis hanc eſſe magia receptam opin.num.174.

Et hanc eſſe tenendam admonuit Guttierez per plura loco hic allegato,num.175.

Itidem in caſu penſionarij defuncti,n. 176.

Veruntamen in caſu penſionarij recorrendum. eſſe ad conſultationes authoris, num. 177.

Sed quod imo diuidi debeant eo modo, quo fit inter vſufructuarium, & Dominũ non autem ſicut inter maritum, & vxorẽ tenuerunt Nauar. Gabriel. & Rot. locis hic relatis,num.178.

Et ab iſta opin.non eſſe recedendum tenuit Nauar.impugnando,Didac.recedentem, num.179.

Idque procedere etiam ſi non eſſent in horreo reconditi tenuerunt Nauar.& Didac. & Rot.num. 180

Contrarium tenuit Calder. & conſtitutio Iulii III.num. 181.

Et retenta iſta opin intelligi debere prout hic,num.182.& ſeq.

Non tamen ſeruari,num,184.

Opinio conſultoris in hoc, num.185.

Fructus beneficiorum ſemper ſunt obnoxii pro alimentis,& oneribus anni ſequentis collectionem fructuum,num.186.

Alimenta Rectoris prius eſſe deducenda, atq;cætera onera Eccl.incumbentia, nu. 187.

Et ſolui debere per eum, qui fructus percepetit,ibidem.

Præſuppoſito tamen quod fructus ſuppetant,ibidem.

Beneficium in dubio non præſumi tenue, num.188.

Probatio valoris beneficii quomodo faciẽtes num.189.

Sanctio Eccleſiæ Mediolanenſis quoad fructus extantes tempore mortis beneficiarij, & quoad deductionem faciendam, num.190.

Mediolani in ſtatu fructus beneficiorum collecti,& affictus etiam non exacti ſunt beneficiarii mortui, & ſic illius hæredum deducto tamen pro ſucceſſore, & oneribus,num.191.

Et hoc ex indulto Iulii 3.de anno 1553.confirmato à Sixto V.de anno 1585. attenta inueterata eiuſmodi conſuetudine, ibid.

Adhærendo autem opin.de diuiſione faciẽtes pro rata temporis,vt in 3. addi. quomodo fieri debeat,num.192.in 5. addit.

Fructus beneficii à morte Prælati citra ſpectant ſucceſſori, & ſubiacent ad ratã omnibus oneribus, & alimentis vſque ad nonum annum,nu.193.vide limi.in.6. addi.

Errare;qui putant, quod fructus inſeruiant pro eo anno,quo colliguntur,num. 194.

Fructus quando non excedunt alimenta,& onera,tunc eſſe ipſius beneficiarii,& trãſire ad illius hæredes,num. 195. vſq; per num. 197.

Et ad ſuſtinen. huiuſmodi opin. videre eſt comment. Nauar. ad Extraua. Pii v. de ſpoliis hic rela.num.198.

Penſionem excedentem ſummam duc. 30. æquiparari fructibus Eccleſ. ſecundum Nauar.nu.199.

Ideo de ea diſponi non poſſe ſicut nec de redd. beneſ. dictam ſummam exceden. num. 200. ſed tamen in praxi non ſeruari.

Succeſſor in beneficio non poteſt prætendere,niſi in fructibus illius anni, quo beneficiarius moritur,num.201.

Sed indiſtincte loqui conſtit.Iulij 3. n.202. Et in facto obtentum fuiſſe,etiam pro annis prætetitia,ibidem.

Succeſſorem in beneficio non eſſe dominũ fru-

Digitized by Google

fructuum inexactorum, qui ad eum perueniunt,& quomodo de eis diſponere habeat,n.263.
Molin.opin.quoad fructus beneficiorum,n.264.& ſeq.
Clericorum bona diuerſi generis explicat Molin.loco relato,num.206.
Hodie controuerti duntaxat de redditibus beneficij vtrum de illis beneficiarijs comparent dominium eo ipſo,quod in ipſorũ poteſtate deueniunt,& prout hic numer. 207.
Molin.recenſet diuerſa tempora,quibus de iis vario modo diſpoſitum fuit,n.208.
Beneficiarium hodie comparare dominium redituum ſui beneficii, non tamen religioſum,n.209.ſecundum Molin.
Et hoc indiſtinctè,210.
Beneficiatus perſonaliter dicitur,qui ratione perſonæ ſuæ,non autem ratione beneficij acquirit,211.
Et hæc quaſi patrimonialia appellari,num. 212.
Et de iis diſponi poſſe extra omnem difficultatem,213.
Molin.verba ex quibus non intellexit,quod beneficiarius comparet dominium redituum inexactorum,n.214.
Beneficiarii quouſque teſtari poſſint, num. 215.
Conſuetudo legitimo tempore præſcripta, vt beneficiarii de reditibus beneficii ad libitum teſtentur poteſt efficere validam quamcunque vltimam voluntatem ſecundum Molin.loco hic relato,n.216.
Conſuetudinem validam eſſe, vt ſi beneficiarii inteſtati decedant,bona eorum omnia pertineant ad hæredes, ſecundum Molin.& Rot.hic alleg.nu.217. & prout in add.20.
Papam poſſe condere legem, vt beneficiarii teſtari nequeant nihil impediente cõſuetudine præſcripta, n.218.
Beneficiarios letaliter peccare, qui vel de notabili quantitate redituum beneficii teſtantur ad vſus prophanos eoſue relinquunt conſanguineis diuitibus, vel abſq; fortuito caſu decedentes inteſtati in cauſa ſunt,vt deueniant ad eorum conſanguineos diuites,n.219.& 222.
Concil.Trid.diſpoſitio circa hoc, numero 220.
Beneficiarios obligari tam in vita,quàm in morte ex eiuſmodi præcepto ſecundum Molin.n.221.
Extrauagan.Iulii tertii conſtitution.de fructibus inexactis vtrum ad alios vacationis caſus, præterquam mortis extendatur,numero 223.in 10.addition. vbi refertur deciſion.Borgnin.in affirmatiuam partem,ſed negatiuam eſſe veriorem, & iuxta illam indicatum ex conſult. authoris.
Fructus recuperati per prædeceſſorem, & conuerſi in vtilitatem Eccleſiæ vna cum expenſis pro eorum recuperatione factis æquiparantur melioramentis factis in reb.Eccl.n.224.
Et de iis teſtari non licet,ibid.
Afflictus bonorum Eccl.tempore obitus beneficiarii maturatos, non tamen exactos adiudicatos fuiſſe ſucceſſori, & hæredem fuiſſe declaratum excommunicatum propter illorum reſtitutionem denegatam,n. 225.& ſeq.& 228.
Et appellatione interpoſita cauſam fuiſſe commiſſam cum clauſula parito indicato num.227.
Rotam ſæpius iudicaſſe in fauore ſucceſſoris ante d. conſtitutione Iulii 3. numero 228.
Differentiam conſtituit Iulius 3. inter fructus beneficiorum iam perceptos,& illos realiter non exactos,n.229.& 150.vbi vide ſequentem.
Exactores merè laicales, quandocũ cæteris bonis commixti, & incorporati reperiũtur, num.23.
Inexactos autem mere Eccleſiaſticos Rota cenſuit, num.231.& ibi ponderãtur verba extrauagantis.
Fructus percepti a locatore dicuntur etiam a beneficiario locatore percepti, ſed hoc non procedere ſtante cõſtit. Iulii III.quę requirit commixtionem, & incorporationem, num. 232.
Commixtio fructuum quando dicatur facta num. 233.
Fructus quando incorporati dicantur cum cæteris bonis, nu.234.
Pecunias inexactas dici fructus pendentes, num 235.
Fructus beneficij quando cum cæteris bonis beneficiarii non ſunt commixti pertinent ad ſucceſſorem, quia cenſentur fructus Eccleſiaſtici, num. 236.
Signatura iuſt.ſequta fuit auctoritatem tribun. Rot. nu.237.
Card. Tuſch. nullum verbum fecit in eius concluſ. de iſta Extrau. Iulii III. num. 238.
Adhæret tamen ipſe diſtinct. glo. inter perſonaliter,& cum adminiſtratione beneficiatum, num.228.
Fructus beneficiorum perceptos in tantum eſſe *Prælati*, vt etiam affictus quorum

ſolutionis dies nondum venerit debeantur hæredibus ipſius prælati, quando ſcilicet de eis potuerit teſtari, n. 240.

Et ſub iſto numero referuntur tradita per Cardinal. Tuſch. atque in ſequen.

Beneficiarium teſtari non poſſe de fructibus eccleſiæ, etiam quod ſint in horreo reconditi, niſi de licentia Papæ retulit Card. Tuſch concl. hic relatis n. 241.

Fructus pendentes, qui dicantur, n. 242.

Fructus eo tunc quod à ſolo ſunt ſeparati, dicuntur collecti, & ſic eo tunc debentur etiam quod dies ſolutionis non venerit, n. 243. vbi etiam vide Apoſtill. & facit inf. num. 294.

Sed iſtud non procedere in beneficialibus, ſtante conſtit. Iulij 3. quæ requirit, quod fructus beneficij realiter, non autem iuris fictione ſint percepti, ibid. & n. 232.

Niſi beneficiarius diſpoſuiſſet cum licentiæ Papæ, ibidem, vel prout in add. 17 & 20.

Gloſſ. ver. reſeruari, cap. præſenti, de off. ord. in 6 hodie ſequitur Rota, & ab iſta non eſſe receden. & iſti non repugnare extrauag. Iulij 3. num. 260 cum duob. ſeq.

Affictus bonorum Eccleſiæ debentur hæredibus beneficiarij duobus concurren. quod fructus locati fuerint percepti in vita ipſius beneficiarij locatoris, & quod de eis teſtatus fuerit ex facultate Papæ, n. 263. in 17. add.

Quod ſi conductor affictum ſoluiſſet anticipatum pro fructibus nondum in vita beneficiarii perceptis, tenetur eandem ſummam ſoluere ſucceſſori, n. 264.

Vide Fallen. n. 265. & ſeq.

Affictus bonorum eccleſiaſticorum poſt perceptionem fructuum locatorum (quãuis ante diem ſolutioni præſtitutam) benè ſoluuntur beneficiario locatori, ita vt ſucceſſor vendicare nequeat, n. 266.

Fructus beneficiorum recollectos ad hæredes tranſmitti in ſtatu Mediolani, attenta conſuetudine, cenſuit Rota, num. 292. cum ſeq. & facit ſupra num. 190 & 191. et vtrobique vide, quod tamen fieri habet deductio alimentorum, et onerum, vt ibi.

Ex quo ſtatim a ſolo ſunt ſeparati, dicuntur a beneficiario percepti, numer. 294. ſed in contrarium, vide ſupra n. 232.

Et ita tenuit Rota ad excluſionem fundamenti in dicta conſtitutione Iulii 3. num. 295.

Ex quo ſequeretur bene ſancitum in Concil. Prouinc. Mediolanen. ſupra allegat. n. 16. ibidem.

Sed adhuc firmiter tenendum, vt hic n. 296. per ea, quæ ſucceſſiue explicantur, vſque per num. 304.

Illationem fieri non poſſe à fructibus perceptis ad affictus, ſiue penſiones inexactas, in materia beneficiorum ſecus in prophanis, n. 298 cum ſeq.

Neque de penſione ad fructus beneficij, n. 300. cum ſeq.

Concedi poſſe, quod fructus realiter percepti tranſmittantur ad hæredes, data conſuetudine, non tamen exigendi, num. 302. & ex hoc non excludi diſpoſitionem Iulij 3. n. 304.

Rotam multoties variaſſe opin. vt hic refertur ſub n. 303.

Quinimò neque quoad extantes tranſmiſſionem concedi poſſe, niſi vt repetitur ſub numero 303. verſ. Quimmò.

Alimenta beneficiarij, qua ratione ſint taxanda, vide in add. 19. incip. à n 289. vſq. per n. 291.

Mobilibus de bonis, quæ à beneficiario relinquuntur tempore mortis, quia agendum, & de quibus diſponere valeat, de quibus minime.

Quæ Eccleſiæ omninò remanere habent, quæ ad hæredes tranſmitti poſſunt, vide Notabilia incip. poſt n. 305. vſque ad nu. 344. vbi eſt finis.

Extrauagans conſtit. Pii V. quoad iſta diuerſi generis mobilia, n. 305.

Quæ ad vſum, & cultum diuinum deſtinata tempore mortis ex teſtamento, vel ab inteſtato relicta omninò ſpectent eccleſiis, &c. vt hic ſub n. 306. & ſeq.

Etiam, quod in priuatis ædibus, capellis, vel Oratoriis deſtinata fuiſſent, ibid.

Etiam quod ad illas eccleſias, quibus præfuerint nunquam acceſſiſſent, ibid.

Et ſucceſſoribus in dictis eccleſiis licere propria auctoritate dicta bona hic explicata ante n. 308. libere appræhendere, & retinere, n. 308.

Nec de illis diſponere liceat vigore cuiuſuis facultatis, neque ſub appellatione ſpoliorum veniant, n. 309.

Et quæcunque donationes relicta, vel diſpoſitiones de eis facta ſins nullius momenti, n. 310.

Etiam quod perſonis eccleſiaſticis, piis locis, vel aliis eccleſiis eſſent relect. n. 311.

Et illa detinentes teneantur omninò ad eorundem reſtitutionem n. 312.

Alioquin contra eos procedi poſſe, vt hic num. 313.

Mobilia alterius generis hic memorata ſub ſpoliorum appellatione minimè veniant num. 314.

Etiam

Etiã ſi ex reditibus Eccleſijs acquiſita fuiſſent, num. 315.

Collectores mobilia vtriuſque generis explicata dimittere habẽt, num. 316. & ſeq.

Conſtitutionem hanc Pij V. eſſe nouiſſimam quoad primum bonorũ genus num. 318.

Nam illa, quę ex reditibus Eccleſiaſticis cõparata erant ſub ſpolijs compræhendebantur, num. 319.

Alia verò aliter acquiſita quaſi patrimonialia dicebantur, & de eis diſponere licebat, num. 320. & 321.

Sacræ res quamuis nullius ſint, vſus tamen illarum honeſtus, & religioſus poteſt eſſe etiam apud laicos, num. 322.

Mobilia primi generis memorata compræhendi in dict. Extrauag. Pij Quinti, etiam quod non reperiantur aliqua benedictione conſecrata num. 323.

Non tamẽ compræhendi illa explicata, numero 324.

Et a iure antiquo, quæ excipiat ipſa conſtitutio, num. 327.

Quæ compræhenſa non intelliguntur in d. Extrauag. 324. & 326. cum duob. ſeq.

Mobilia ſecundi generis quæſita ex reditibus eccleſ. debuiſſent nominari inter ſpolia ex iure antiquo, numer. 331. & ſequent.

Et ſic quoad hæc ius nouum induci, num. 331.

Licet quoad ea comparata ex bonis patrimonialibus ius antiquum contineat, nu. 332.

Suppellectilia huiuſmodi indiſtinctè permittuntur hæredibus, etiam ſi alioqui diuites ſint, n. 333. & ſeq.

Conc. Trid. diſpoſitionem, vide hic numer. 335.

Conſ. Nauar. erga hæredes ſic capientes, n. 336. Et n. ſeq. vbi quod alioqui non ſint tuti in conſcientia.

Opin. authoris circa hoc, num. 338. & ſeq.

Acquiſita ex fructibus eccleſiæ ſunt eccleſ. num. 340.

Et de ijs teſtari non licere beneficiario, nu. 341.

Acquiſita per Prælatum præſumuntur acquiſita de bonis eccl. n. 342.

Acquiſita poſt beneficium adeptum præſumuntur intuitu eccleſ. & de reditibus eccleſ. acquiſita, n. 343.

Et in tantum valere hanc præſumptionem, quod ex ea ferentes ſit ſententia pro eccl. n. 344.

Extrauagantem abrogari poſſe per binum actum contrarium cum ſcientia, & patientia ſuperioris, n. 267.

Aut eo ignorante, cum curſu decennij, num 268.

Hoc autem procedere quando manifeſtè conſtat, vt hæc n. 269.

In dubio autem præſumi, quod fuerit vſu recepta præſertim, ſi ſit præcepti, & rebelles compeſcat, n. 270. & 272.

Superiores iuſſa ſeruare tenemur quandò ſunt præcepti, & qui illa non ſeruat, peccat, n. 270. & ſeq.

Tempus xl. ann. requiritur ad hoc vt lex ſublata dicatur, quæ ab initio præſumitur vſu recepta, n. 273.

Veruntamen iſtud non procedit in conſtit. quæ reperiatur in corpore iuris inſerta, quia de illius non vſu dari non poteſt, n. 285. cum ſeq.

Extrauag. Ambitioſæ Paul inæ nuncupatę de rebus eccleſ. non aliena ndis notabilia vide poſt addit. 18. poſt nu m. 273.

Plures tenuerunt non obſtarę quoad pęnas extrinſecas, & hic memorantur, n. 274.

Beneficiarium propter conceſſionem in emphyteuſim inconſulto Papa factam incidiſſe in pœnam priuationis beneficij, præſuppoſito tamen, quod d. extrau. eſſet vſu recepta, deciſum fuit a Rota, n. 275.

Præſumptionem eſſe pro illius vſu, ita vt contrarium aſſerenti onus incumbat probandi, n. 276. vbi memorantur *Doct.* qui receſſerunt à prima opin.

Rota tenuit admittere ad probandum, quod eſſet vſus in Ciuitate, & Diœceſi Brix. faciendi locationes ad duo diſtincta triennia, vnico contextu, n. 277. vide rationem, n. ſeq.

Extrauagans iſta eſt in corpore iuris inſerta. num. 278.

Et facit ius nouum, & recedit à iure communi antiquo, n. 279.

Et eſt pręcepti cum prohibendo diſponat, n. 280.

Et pro illius obſeruantia in dies pronunciat Romana curia, num. 281.

Nauar. tenuit habere locum, etiam quod priuationem in caſu alienationis fact. in conſ. Pap. num. 282.

Put. deciſ. 281. lib. 1. adduci non poſſe in contrarium, nu. 283.

Extrauagantis nõ notæ probabilis eſt ignorantia, num. 285.

Extrau. Ambitioſę non poſſe dari de ignorantia, quia eſt in corpore iuris. n. 286.

Alienationis bonorum Eccl. contractus in conſ. Papa fact. ſuſtineri, dummodo vtiles, & Eccl. parata ſit adhiberi facere decretum. nu. 287.

Non tamen excuſari alienantes ab incurſus pœnarum, & ita fuiſſe reſolutum per DD. de Rota, num. 288.

Conſultatio affictuum inexactorum præbendæ Canonicalis.

Deus Veritas mihi adeſt.

OBijt mortem de menſe Aprilis prox. præteriti hoc anno labenti 1592. Ill. & Admod. R. D. Antonius Aueroldus Canonicus Eccl. Brixienſi; de menſe autem Maij prox. ſubſequuti deſtinata erat. Solutionis dies pro 2. & vlt. term. affictuum bonorum illius præbendæ Canonicalis ad eius commodum locatorum; ante eius diei, ſiue vltimi termini aduentum prouiſus fuit de dict. Canonicatu, & Præbenda M. R. D. Guidus Ant. de Guidis, qui cum petat ſibi reſponderi de dict. affictibus repelli videtur per excep quod ſua non interſit, quodque de eis facta fuerit, & fieri potuerit ſolutio hæredibus dicti prædeceſſoris.

Quæritur quid Iuris.

1 Et pro reſolutione ſufficeret adducere cōſt. fel. rec. Iulij PP. iij. de fructib. inexactis, quia per eam declaratur fructus beneficiorū inexactos deberi ſucceſſoribus in beneficiis, & non hæredibus, ſiue ex teſtamento, etiam vigore facultatum quarumcunq; in ſpecie, vel in genere. ipſis beneficiarijs conceſſarum ſiue ab inteſtato capiant, etiam ſi pro tempore ante obitum ipſorum beneficiatorum decurſo debeantur, & eorum ſolutionis dies aduenerit, & etiam ſi per ipſos non ſteterit, quominus exegerint, quodq; hæredes ipſi quoquomodo exigere aut etiam ſponte oblatos percipere nequeāt, & prout legitur in ea, quæ Incipit: Motu proprio, &c. Cum ſicut nobis, &c. Publicata anno Domini ab Incarnatione 1550. 26. Iunii.

2 Quam conſtitutionem repetiuit etiā in alijs duabus ſimili motu proprio editis conſtitutionibus, altera ſcilicet ſub die 4. Auguſti dicti anni, & altera ſub die 18. Iunii 1551.

3 Ex illa autem 4. Aug. limitatur primo dicta vbi ſit mentio de ſolutione debitorum fien. ex illis fructibus, ſiue pecuniis quorum ſolutionis dies ante obitum beneficiatorum aduenerit, etiam ſi aliunde ex aliis ipſorum beneficiariorum bonis ſolui nequeant, quod ſcilicet comprehēdat ſolum legata ad pias cauſas per ipſos beneficiarios, dum in ſanitate conſtituti fuerint, facta & ad debita, quæ occaſione beneficiorum ad quæ fructus, ac pecuniæ, & res inexactæ pertinuerint, contracta extiterint, de quibus ſucceſſores informationem veriſimiliter habere poſſint, nec aliter intelligi extendi vè, poſſe.

4 Qua in re de ſolutione debitorum facienda videre eſt latiſs. trad. per Redoa. tract. de ſpol. q. 2. quæ eſt ſpecialis de debitis clerici, vel Prælati ſoluen. incipien. ibi §. ſtan. iſtis repugnantiis vſq. ad fi. vbi diſtinguit, & concor. & ita quoq. per eum tract. de reb. eccl. non alie. q. 57. n. 10. nec non & Nau. conſ. 14. Quidam Archiep. de regul. poſt trad. per ipſum in Apolog. de red. Eccl. q. 1. moni. 46 nu. 4. quæ hic pertranſeo, quia non eſt præſentis ſpeculationis.

5 Moneo tamen † erratum fuiſſe per ipſum Nauar. tract. eo. q. 2. ad fi. & in apolog. q. eadem 2. moni. 26 verſ. 4. Infertur fuiſſe per quam dicam Iulii iii. Extrauag. prohibentem, debita Epiſcoporum, & aliorum beneficiariorū non ſoluta ſolui ex fructibus, aut redditibus ipſorum beneficiariorum nondum exactis quod etiam repetiuit in eius conſ. 4. de ſucceſſ. ab inteſt.

6 Et enim ipſa conſtit. non prohibet ſolutiones ex fructib. nondum exactis, ſed ex fructibus. quorum ſolutionis dies tēpore obitus ipſorum nondum aduenerit ſi aliunde ex aliis eorumdem beneficiatorum bonis fieri non poſſit ipſa debitorū ſolutio, quod cū longe inter ſe differat, animaduertere mihi bene viſum fuit, remittendo tamen in cæteris ad concluſionem trad. per ipſos Redoan. & Nauar. locis ſupracit. in omnem euentum veritatis indagan.

7 Ex illa vero 3. edita conſtitut. præd. dici 18. Iunii 1551. declaratur, quod primo dicta conſtit. comprehendat tantum loca, vbi non ſunt collectores ſpoliorum & iurium Cameræ Apoſtolicæ, & quod in dict. locis ſuum effectum ſortiri deberet, non autem vbi eſſent, & eſſe conſueuerint, & in locis vbi eſſent collectores, voluit quod circa iſtos fructus; & pecunias inexactas haberet locum conſuetudo, priuilegia, & iura particularia, per quam vltimo dictam conſtit. ipſo Papa adimendo illos fructus inexactos a ſucceſſoribus in beneficiis in locis tantum, in quibus adſint collectores ſpolio

rum,

rum, & iurium Camer. Apoſt. voluit &
intellexit ipſos applicare iuribus ipſius
Cameræ, & vt bona Cameræ per colle-
ctores colligi in dictis locis, prout & ſic
formaliter declarauit etiã *Redoa. de ſpol.*
q. v. verſ. quod tandem ergo & in verſ.
per hæc ego dicebam, &c. cum ſeq.
9 Et in hoc quoq. errauit *Nauar. ſup. cit.*
conſ. 4. *n.* 2. *&* 3. cum dixerit ex iſta 3.
conſtit. limitari alias duas ne haberent
locum in terris, vbi non conſueuerunt
poni collectores, quia imo, vt præmit-
titur, limitatio procedit, vt non habeãt
locum, vbi deputantur collectores.
10 Quam primo dictam conſtitutionem
edidit ipſe Papa ad dirimen. litis, tollen-
daſque controuerſias inter hæredes be-
neficiatorum, ac ſucceſſores in beneficijs
vt ex tenore ipſius conſtitut. depræhen-
ditur, prout etiam ſic atteſtatur ipſe *Redo.*
co. tr. q. 1. *ſub n.* 14.
Et ſtante clauſula illa motu proprio, de cu-
11 ius, & aliarum clauſularum eiuſmodi vi,
& effectu poſt *Celſum Hugon. tract. clau*
ſul. titul. de clauſ reſcrip. & Anton. Gabr.
Int. commu. concluſ. tit. de clauſ. concluſ. 2.
vbi latius, no. etiam per eundem *Redoan.*
d. q. 1. *n.* 44. *cum ſeq.*
Maximè verò ſtante clauſula illa ſublata,
12 &c. cum decreto irritan. quæ operatur,
vt Iudices careãt iuriſdictione, quatenus
velint iudicare contra formam, & tenorẽ
ipſius conſtitut. vt eſt *dec. Put.* 50. *num.* 5.
lib. 1. & claudit os cuicunque vt non poſ
ſit in contrarium audiri quouſque ei per
Papam aperiatur os, vt eſt *deciſ. Caputa-*
quen. 134. *par.* 3.
Et ſtante quod clauſula irritan. tanti eſt effe-
13 ctus vt liget etiam ignorantes, quinimo
magis etiam ipſum Papam, ita vt quic-
quid fiat cõtra huiuſmodi decretum pro
infecto habeatur, ſecundum pleniſſimè
trad. per *Gabriel eo loc. ſup. cit. concl.* 3. *in*
prin. & n. 4. *&* 57 *& per tot.* necnon etiã
14 conſuetudinem tollat nedum in præteri-
tum, ſed etiam in futurum, vt ex commu-
ni tradidit id. *Gabriel, d. concl. n.* 39. *cum*
ſeq verſ. tertius effectus eſt, non video quo
modo validi recedendum ſit, ab ipſis ſpe-
cialibus conſtitutionib. Apoſt.
Nam & ſi quælibet conſtitutio, ſiue diſpoſi-
15 tio, etiam quod clauſulam annullatiuam
habeat, iſtam recipiat conditionem, ſi mo
ribus vtentium recipiatur, ad no. per *Fe-*
ly. c. 1. *de treg & pac* & alios relatos per
Put. dec. 1. *n.* 1 *lib.* 1.
Et ſic obſtare videretur conſtit. Prouincia-
lis Synodi Mediol. v. tit. de eccleſ. earum
ſuppellectili, & fructib. verſ. vt litibus, vbi
quod ſæpè dicta Iulij 3. conſtitut. in hac
Prouincia nunquam fuit in vſu recepta;
& ideò ius commune omninò ſeruari de-
bere ſancitur ſublata quacunque conſue-
tudine, & ſtylo, etiam quamuis Epiſcopa-
li, & Archiepiſcopali auctoritate confir-
mato.
Ex quo etiam in hoc limitari videretur ef-
17 fectus dicti decreti irritantis per Doct.
relat. per eund. *Gabriel. vbi ſupra num.* 47.
verſ. ſecundo limita.
Tamen aduertẽdum eſt ſecundum trad. per
18 eund. *Gabriel.* ibid. ſucceſſiue, verſ. con-
trarium videntur tenere communiter
19 Doct. & ibi ſub n. 45. in verſ. quintus ef-
fectus; vbi quod conſt. In qua eſt adiectũ
decretum irritans, ligat etiam ante eius
publicationem ſecundũ magis com. opin.
vt ibi videre eſt (quod tamen ſane intel-
ligitur quoad actorum annullationem, ſe-
cus vero quoad pœnarum incurſurum,
vt eſt *deciſ. Put.* 281. *lib.* 1.) & ideo.
Vlterius quoq. ſciendum eſt, quod conſtit.
21 non tollitur, quamuis abrogetur per nõ
vſum, quodque oportet dare contrarium
vſum ſecundũ *no. per Fely. d. c.* 1. *in* 4. *de-*
clara. num. 10. *de treg. & pac.* & alios
ibi rela. & per *Put. d. deciſ.* 1.
Et vt detur contrarius vſus requiritur, etiã,
22 ſcientia ſuperioris, & quod non ſufficiat
probare vnum actuum ſciente, & patiẽ-
te ſuperiore, ſed plures requiri cum cur
ſu decennii, & tunc ſufficere, vt in ea
deci. *Put.* ad fi. & licet pars aduerſa ne-
quaquã probare poſset de contrario vſu
quia imo adſunt ſententiæ, & res Iud. ſe
cundum dictam conſtit. & in hac Ciuita-
23 te, & Diœc. quæ mihi in facto ſuppo-
nuntur, & ſic quoq. in facti cõtingentia
alibi locorum, (Præcipue in ſtatu Me-
diolani, in cauſa Illuſt. Pallauicini, in qua
penſiones non exactas, licet maturatas
obtinuit Illuſtriſs. Cardinalis Albanus
ſucceſsor, Idemque iuris ſeruatum ad fa-
uorem Collegii Ghiſlerii contra Reuerẽ
diſsimum Epiſcopum Papienſem in cauſa
fructuum Abbatiæ Lardiraghi, necnon &
idem obtinuerit Illuſtriſs. Cardin. Cro-
pellus vti ſucceſsor Præpoſituræ omniũ
Sanctorum cõtra Magnificum Dom. En-
nium Rituum hæredem Præpoſiti præde-
functi) iudicatum extat, *vt in deciſ. nou.*
Pedem. 143. ſucceſsor in beneficio, *in re*
collect. per Foſsan. quæ loquitur de affi-
ctibus maturatis ante mortem *Prædeceſ*
ſoris, & facit ſpecialem mentionem de ip
ſa Bulla Iulij iij. prout & ſic in fortiori-
bus

Digitized by Google

bus facit *deci. nouiſs. dd. de Rot. inferius al*
legan. ſub nume. 358. Nihilominus ne tem
pus ſuperinde côteratur, & inanibus ſûp
tibus & expenſis diu ſe, & alteram par-
tem ſatiget, in probando, quod aliter ſe
habeat conſuetudo loci ſeu Prouinciæ,
quę tamen ſi extaret ſublata eſſet per di-
ctum decretum, atq. etiam ceſſan. dicto
decreto, & conſtitut. nihil releuaret ſtan.
infra not. Aduertendum eſt dict. conſti-
24 tut. hodie inſertam reperiri in vii. *decret.*
lib. 1. tit. xvi. de fruct. benef. reſtitut. c. 3.
Et vlterius operæ pretium fore duxi in oſtê
25 dendo quod etiam nihilo diſcrepat a iu-
ris & ſac. cano. diſpoſitione, circa quod
prius animaduertendum eſt ad verba illa
in primo d. conſtitutione contenta, quæ
ſunt ſub illo verſ. nihilominus donec in
manibus eorum ibi, & propterea iuri nô
congruere itidem ad illa in 3. edita con-
ſtitutione, quæ ſunt ibi; Et circa ea, quæ
ius commune ſeruari debet, prouidere
26 intellexerimus, ſic quoque Redoan. ani-
maduertit, & affirmat eo. loci *ſup. cit. q.*
1. de ſpol. ſub nu. 14. ibi diſpoſitioni iuris
communis adhærendo, & ex mente cano
nû ſanciendo, atq ibi ſucceſsiue, id quod
fuerat par prius ſancitum per tex. ca. quia
ſæpe *& c. ſtatutum de elect. 6. & c. præ-*
ſenti de off. ord. eo quib. addo c. fin. & ibi
glo. ver. obitus de pec. cler. c. relatum i 2.
de teſta. cum aliis pluribus rela. vbiq. di-
ctorum locorum & etiam perſcribentes
atq; *per Rat deci. 41. de proba. in antiq. &*
per eund. Redoan. q. 5. poſt num. 9. in verſ.
item ex eo quia in prima conſtitutione,
vel motu proprio a talibus fructibus vti
a rebus Eccleſiaſticis excluduntur omni-
no hæredes, & illi conceduntur ſucceſ-
ſoribus in beneficio (ibi) ad quos ſpectât
de iure. Videantur deinceps & perpen-
27 dantur tex locis ſuper & inf. citatis
& patebit cauillari non poſse, quin ab eiſ
dem ſancitum fuerit quod & per ipſam
conſtitutionê poſtmodum ſancitum fuit,
non tamen ſuperflue, ſed fere neceſsario
28 propter conflictum opinion doct. deſu-
29 per ſcriben. & de quibus videre eſt *Io.*
de Ana. cap. fin. de pecul. cler. & latiſſime
30 *collecta, & tradita per Redoan. tractat.*
eod. q. 3. quæ eſt ſpecialis de poteſtate
circa fructus, res Eccleſ. clericis, vel præ
latis conceſsa, vbi per vnum quemq; re-
feruntur tres principales opin. itidê per
Colum. tract. de Eccle. reddi. orig. & Iur.
3. par. incipien. c. 21. poſt num. 26. vbi &
32 *ipſe refert eaſdem tres princip. opin. & in*
trib. ſubſeq. cap. refert opin. doct. tex. &
glo. ad ſingulas ipſarum facien.
Et quas tres princip. opin. placet hic refer
re ſub iiſdem verbis, quibus relatæ re-
periûntur per Redoan. vbi ſup. in verſ. &
33 ex prædictis habes tres prin. opin. (&
ibi ſucceſsiue) quarum vna multum re-
ſtringit poteſtatem clericorum, & fuit
Inno. c. indecorum de ætate, & qualitate
cler. Arcbid. c. ſtatutum §. aſſeſſorem de
reſcript. in 6. Abb. in c. cum eſſes in repet.
de teſta. & aliorum ibi relatorum hanc po-
ſuit in 2. loco Marſ. d. tract. vbi dicit,
altera conſtituit clericos tâtum vſuarios
Eccleſiaſticorum prouentuum, iiſque nihil
licere vltra victum, & veſtitum ſumere.
34 Et hanc eſse in iure veriorem, & à doct.
magis receptam aſseruerunt Redoan. &
alii; prout infra referam.
Altera & 2. eſt, quæ dat largam poteſtatê
quod clericus indiſtincte ſit Dominus
35 fructuum beneficii perceptorum, & quod
de illis poterit pro quacunq; quantitate
in vita diſponere, Hæc eſt Floren. & hâc
ſequutus fuit. Colum. affirmando quod ſit
ſupra omnes alias receptam quodq; in
quantum conſuetudine adiuuatur, ſit om
nes alias receptam quodq; in quantum
conſuetudine adiuuetur, ſit omnium re-
ceptiſsima, prout inferius vltimo loco
referam.
Alia & 3. quæ mediam viam eligêdo diſtin-
36 guit inter clericum ſimpliciter, & perſo-
naliter beneficiatum. & illum habentem
adminiſtrationê, vt ſcilicet in primo caſu
ſit Dominus fructuum, & de illis habeat
plenam diſpoſitionem in vita, & in mor
te; in ſecundo autem quod in vita tâtum,
& dum ſanus eſt poſsit de eis diſponere,
etiam donando moderate tamen, & iſta
eſt opinio *Hoſtien. c. fin. de pecul. cler.*
quam refert. & tenet. glo. d. c. præſenti in
ver. reſeruari de offi. ord. in ſexto, quæ at-
teſtatur etiam de generali obſeruantia
ipſius diſtinctionis. Et hanc ſequitur Ro
ta nouiſsima, vt videndum eſt in deciſio
nibus, quæ ſequuntur in fine Additio-
num.
Quæ glo. eſt communiter recepta, & ad câ
omnes communiter recurrunt, & de com
muni vſu, et conſuetudine atteſtatur, vt
videre eſt apud *Clar. §. teſtamentum q.*
27. verſ. 4. videndû &c. vbi Butr. Cor-
ne. Imol. Calder. Bellon. atq; Boer. ſic de
communi opin. et conſuetudine atteſtan
tes refert et ita quoq. affirmat *Redoan. d.*
q. 3. de ſpol. pluribus in locis, et præcipue
in §. et in hac materia; vbi videre eſt
propter ſubdiſtinctionem, quam facit pro
qua-

Digitized by Google

pro qualitate fructuum, redditUum, et
prouentuum qui percipiuntur ab Eccle-
ſis, et qui percipiuntur occaſione Eccle-
ſiæ, et ſic quoq. de communi atteſtatur
Kirchou inter com. opin. cent. 1. concluſ. 34
in verbo clericus, vel Prelatus & post eũ
latius per Vin. Salu. com. opin. li. 1 opin.
101. *in ver. clericus num. 1. & 6. & ibi re-*
latis addo Ferre. conſ. 256. caſus eſt ſub n.
3. *verſ* ſed ſecus eſt in fructibus clericorũ
qui ſunt, ſimpliciter, et perſonaliter be-
39 neficiati, vt ſunt Canonici, Capellani,
& alii ſimiles &c vt ibi ſequitur, & ita
quoque per eum *conſ. 372. ſub nu. 2. verſ.*
ſecundo ad idem facit gloſ. magna, & de
communi opin. & conſuetudine atteſta-
tur vtrobique dictorum locorum.

Ex qua eiuſmodi communi opinion. & ob-
ſeruantia videretur, etiam procedere aliã
concluſionem, quod talis perſonaliter, et
40 ſimpliciter beneficiatus, ſtãte quod om-
ni tempore æquiparatur vſufructuario,
41 ideo tranſmittat fructus iam perceptos
etiam extantes tempore mortis ad hære-
42 des, ſicq; & ius exigendi affictus ratio-
ne fructuum locatorum, & perceptorum
43 debitos etiam quod dies ſolutionis non-
44 dum veniſſet, quia terminus ſolutionis
apponitur, & conſideratur per commo-
do conductoris & hoc ſecundum *Ferret.*
conſ. 118. *n. 3. & 4. & conſ.* 351 *ſub nu.* 5.
vſq. ad fi. atq; in conſ 256 *ſub nu.* 7. *verſ.*
modo arguitur ſic ſucceſſor in Canonica-
tu non vendicat fructus iam perceptos
etiã extantes (ſubiungens ibi infra, neq;
affictum, ex cauſa illorum debitum licet
non exactum, necnon *& in ſupracit. cõſ.*
372. *nu.* 2. *verſ* 1. *per glo. fi.* & vbiq; de cõ-
muni affirmat, & ita quoq; ante eum te-
nuit *Didac. lib. 1. var. reſolut. c. 15. ſub nu.*
12. *verſ.* ſic etiam ſi agri &c. quod etiam
ſenſiſse videtur *Gamb. de pot. leg. li. 6. poſt*
num. 467 in 5. fall. iuncto nu ſeq. verſ. ori-
go n. oneris cenſetur à tempore fructuũ
collectorum, & hoc per legem defuncta
vſufructuaria, *ff. de vſufr. quam omnes ſu-*
pradict. referunt. prout & Redoan. d. q. 1.
num. 49 *ſub verſ* ad contraria vero 2. lo-
co adducta quod fructus inexacti, & ſpo-
lia relicta per defunctum vadant ad hære-
des ſuos, &c. ibi, item de bonis acquiſi-
tis ex fructibus ſimplicis beneficii, de-
quo *per glo. c. præſenti, &c.*

Sed aduertendum præmiſſa minime proce-
dere & ſic neque obſtare poſſe in præſen-
ti caſu quæſtionis controuerſæ ſtante in-
fra not. Et enim & primo quia conſtat
crebriorem, & magis receptam quinimo
45 receptiſſimã eſse op. illor. qui reprobãt
eiuſmodi diſtinctionem volentes quod
clericus beneficiatus, ſiue habeat admini-
ſtrationem, ſiue non habeat, indiſtincte
prohibeatur de fructibus beneficii, etiã
perceptis & reconditis teſtari, ſiue ei ſuc-
cedat Eccl. ſiue ſucceſsor prout per Clar.
& Viu eiſdem ſup. cit. locis, & præcipue
per Viu. ſub num. 2. & 3. ſub num. 6. in
fin. Addo hic doct. relatos in prius. Addic
nu. 172. vbi de magis communi affirma-
tur.

Et quoad beneficiatos cum adminiſtratio-
ne, *in ſeq. opin. Redoa. ibi ſub nu. 2.* in fine
dixit in deciſiuis tranſeund. eſse cum iſta
opinione negatiua tanquam ſacroſancta
& in practica receptiſsima, atq; per *Co-*
uaru c. cum in officijs de teſt. verſ octauo
poteſt ex his, &c. & latius atq; latiſsime
per *Redoa. q.* 1 *eo. loco ſup. vltimo relato*
ante num. 50. ibi, quod vero non ſit bona
opinio, & ibi infra verſ. & hanc opin.
dicunt eſse veriorem, &c. *& etiam d. q.*
3. *verſ. iſta diſtinctio, glo. & Hoſt. non*
placet, &c.

Qui tamen Clar. Viu. & Couar. dictiſmet
46 locis ſublimitant dictam contrariam ne-
gatiuam non procedere quando quidem
ſit in contrarium conſuetudo, quia tan-
47 quam rationabilem dixit Clar. omnino
eſſe tenendam.

Verum eſt, quod eiuſmodi conſuetudinem
48 damnati ex magis recepta doct. ſenten-
tia atteſtatur ipſe *Couaru. vbi ſup. nu.* 9.
verum motibus, &c. ibi, hanc tamen cõ-
ſuetudinem, &c. licet ibidem ſubiungere
49 videatur paſsim & vbiq. locorum recipi,
& ſeruari dict. conſuetudinem, ſed con-
50 tra ipſum ſic ſubiungentem videre eſt
51 *Redoa. eo tract. de ſpol. q.* 4. quę eſt ſpetia-
lis de conſuetudine teſtandi, vel diſponẽ-
di de fructibus, & ſignanter ſub num. 23.
ibi per quæ adducta optime apparet,
quod non poteſt eſſe locus allegatæ con-
ſuetudini, & ibi videre eſt, quia præ alle-
52 gauit opin. illorum qui pro conſuetudi-
ne inſiſtunt, & inter alios Nicol. de Vbal-
dis in finalibus verbis, eius tractatus. vbi
tamen limitatiue loquitur, & eius dictum
52 fundatur in docto. reprobatis per Na-
uar. vt infra, refert etiam poſt alios Bel-
lon. conſ. 4. nu. x. affirman. de communi
opin. quod valeat conſuetudo quod hære-
des beneficiati habeant fructus illius an-
ni, quo beneficiatus moritur (prout re-
fert etiam Ioan. Andr. c. non plus de reg.
54 iur. 6. atq; alios teſtantes conſuetudinẽ
vigere in aliquibus locis quod clerici de-
ce-

cedentes trāſmittant ad hæredes fructus,
de præbendis, etiam poſt eorum obitum
per aliquod tempus colligendi per extra.
uagan. ſuſcepti de elect.

Et nihilominus ipſe Redoan.finaliter cōclu-
55 dit per illa verba quod per eum adducta
optime apparet, quod non poteſt eſſe lo
cus allegatæ conſuetudini addendo etiam
56 illam rationem quia in hiſce non poteſt
dari ſucceſsio, & eidē adſtipulatur Viu.
vbi ſup. ſub n. 11. in fin. & optime facit
nu.4. verſ. quam clericus ex redditibus
ſui beneficii eccleſiaſtici vltra honeſtum
victum ſibi quicquam attribuere nō po-
teſt &c. prout ibi ſucceſsiue tradidit ad-
ducendo rationes & iura.

Quibus addo *conſ. Rober. de Mon.*25. *Int.
conſ.Gigan.col.fi.v.non obſtat conſuetudo
allegata per doct. & ibi ex doct. Alex. in
l. poſt dotem col. penul.verſ.ſed puto indi
ſtincte ff ſolu. matr. admonet*, quod etiā
57 ſi plures doct.in eorum lecturis aſſirma
rent ita eſſe de conſuetudine, & obſerua-
ri, quod illis non creditur, quia illis eſt
cōceſſum iura tantū interpretari & æquà
ex doctr. *Aret.conſil.* 132.*col.*2. *verſ.* ſed
58 tamen, aduertit, quod ſicuti non credi-
tur etiam religioſis ſine iuramēto eo mi
nus credendum eſſe Doct. aſſirmanti cō-
ſuetudinem ſic eſſe, & cum iſta opin.trā_
ſire Deci.conſ 372.num. 17. 3. col. & 3.
vol.

Plus etiam ſubiungit idē Rober. quod quo-
ties dicta conſuetudo allegaretur per par
59 tem non tamen prodeſſet.

Quia adhoc vt conſuetudo iuri communi
præiudicet, Primo requiritur quod ſit ra
tionabilis, & præſcripta per tex. c. fi.de
conſue. Secundo quod ex certa ſcientia,
& non per terrorem ſit inducta l. quod
non ratione *ff. de legi.* Tertio,quod ſit in
troducta ſciente illo, qui poteſt iua con-
dere *l. de quibus, in fi. eo.* ſubiungens ſub
his verbis. Quæ requiſita cum in præ-
ſenti caſu adeſſe non poſsint, potius cor
ruptela cenſenda eſſet, ſi probarentur,
ita per *Robert.d conſ.* quod ſpetiale eſt de
fructibus inexactis beneficii ſimplicis,
etiam ante mortem beneficiarii matura-
61 tis, & concludit omnino ad ſucceſsorē
ſpectare aliqua conſuetudine in contra-
62 rium non obſtante.

63 Sed latius per *Nauar.tract.de redd.Ec
cl.q.1.n.76.corol.23.& quæſt.2. corol.25.
verſ octauum &c.& q.3.a.3. vſq.ad x.co-
rol.& ſignanter num,10. verſ.* & reſpon-
64 demus nullam omnino conſuetudinem
concedere poſſe teſtandi facultatem, &
65 ibi conciliando opinionem improbātiū
iſtam conſuetudinem declarat eam pro-
cedere poſſe quoad pios vſus, cum hoc
lege humana tantum prohibeatur,nequa-
quam vero in profanos,quia hoc lege di-
uina,& naturali prohibetur, & prout ibi
admodum exacte, & ſucceſſiue ibidem
ſub *num.12.eiuſdem quæſt.in 9.corol.ver.
ad primum horum,&c.* reſpondit impu-
gnatiue ad trad.per *Ioan.Andr.dict.reg.*
66 *nemo plus*,& elucidat verum intellectum
*dict.extrauagan ſuſcepti.*adducendo etiā
*glo.*ibi trad.per *Zenzel.* & ad contraria
quæcunque affert ſolutionem, itidem per
eundem *Nauar.in apolog. eiuſdem tract.
quæſt.1.monit.*50. *& ſeq.* vbi ſignanter
67 impugnat *Couarru.vbi ſup.*& inſequitur
68 *Redon. d.tract.de ſpol.* atque etiam in
*monit.*53.necnon & in *quæſt. 2. dict.apo-*
69 *log. monit.*22. vbi quod non prodeſſet
conſuetudo, etiam immemorabilis con-
traria ſtantibus ibi adductis, & in *quæſt.
3.d apolog.in 2.monit. num.2.& 3. & in
monit.3.poſt num.3.verſ.ſecundo reſpon-
deo,&c.*& in *monit 5.per totum*, vbi re-
petit concordiam inter negantes,& affir-
mantes conſuetudine induci poſſe,vt be-
neficiarij teſtentur.

Sed hoc ex abundanti,tum quia,quando eſ-
ſemus in caſu,quod eiuſmodi conſuetudo
procedere poſſet,non tamen probari poſ-
ſet,cum immo de contraria conſtet,vt mi
hi ſupponitur,tum etiam quia & ſi pro-
baretur non tamen reperimur in caſu,
70 quo loquuntur Doctor quia ſupponunt
in Clerico perſonaliter,& ſimpliciter be
neficiato,prout & ipſe *Redoan.ſupra cit.
quæſt.1.eo loco ſupra alleg. num.*49. *verſ.
ad contraria vero,&c* vbi declarat, quod
71 id eſt verum,& procedit ſecundum opin.
com.ipſorum doct.vt ſup.ex magis com-
muni reprobatam,ſcilicet,in illis caſibus
72 in quibus clericus facit fructus ſuos, &
quorum acquirit dominium, ſubiungen-
do declaratiue, veluti in diſtributionibus
quotidianis, & in fructibus penſionum,
73 & huiuſmodi, in quibus diximus clericū
æquiparari vſufructuario, & acquirere
74 dominium. Item de bonis acquiſitis ex
fructibus ſimplicis beneficii, de quo per
*glo.cap.præſenti. in ver.reſeruari. de offic.
ordin.6.*& prout per eund.*d q.3 verſ.cre-
do quod per hæc ſit dictum,&c.*& in *verſ.
de diſtributionibus, ibi circa medium*,
ver.ſed hoc intellige,etc.

Secundo etiam,quia adducta per *Ferret. et
Doct.ab eo relatis in conſil.ſup.cit.*quibus
ipſi innituntur, ſcilicet per Bart. *Alber.*
&

Digitized by Google

65 ibi conciliando opinionem improbatiuã
iſtam conſuetudinem declarat eam pro-
cedere poſſe quoad pios vſus, cum hoc le-
ge diuina, & naturali prohibetur, & pro-
ut ibi admodum exacte, & ſucceſſiue ibi-
dem ſub *nu.12. eiuſd.q.in 9.corol. verſ. ad
primum horum &c.* reſpondit impugna
tiue *ad trad per Io. And.d.reg.* nemo plus
66 & elucidat verum intellectum d. extra
uag. ſuſcepit adducẽdo etiam *gl ibi trad.
per Zenzel.&* ad contraria quæcunq; aſ-
fert ſolutionem, itidem per eundẽ *Nauar.
in prolog eiuſdem tract. q.1. moni. 50 &*
67 *ſeq.* vbi ſignanter impugnat *Couarru. vbi*
68 *ſup.*& inſequitur *Redoan.d.tract. de ſpol.
atq; etiam in moni.53.necnon & in q.2.d.*
69 *apolog. moni.22.* vbi quod non prodeſſet
conſuetudo etiam immemorabilis con-
traria ſtantibus ibi adductis & *in quaſt.
3.d.apolog: in 2.moni.nu 2.& 3.in moni 3.
poſt n 3.verſ.2. reſpondeo &c. & in moni.
5. per totũ,* vbi repetit concordiam inter
negantes, & affirmantes conſuetudinẽ
induci poſſe, vt beneficiarij teſtentur.

Sed hoc ex abundanti, tum quia quando eſ-
ſemus in caſu, quod eiuſmodi conſuetudo
procedere poſſet, non tamen probari poſ-
ſet, cum immo de contraria conſtet, vt
mihi ſup ponitur tum etiã quia & ſi pro-
baretur non tamen reperimur in caſu,
70 quo loquuntur Doctor quia ſupponũt in
Clerico perſonaliter, & ſimpliciter be-
neficiato prout, & ipſe *Redoan. ſupra cit.
q.1.eo loco ſupra alleg.nu.49.ad contraria*
71 *vero &c.* vbi declarat, quod id eſt verũ,
& procedit ſecundum opin.com. ipſorum
doct. vt ſup. ex magis communi reproba-
72 tam, ſcil. in illis caſibus, in quibus cleri-
cus facit fructus ſuos, & quorum acqui-
rit dominium., ſubiungendo declaratiue,
veluti in diſtributionibus quotidianis, &
73 in fructibus penſionum, & huiuſmodi, in
quibus diximus clericum æquiparari vſu-
fructuario, & acquirere dominium. Item
74 de bonis acquiſitis ex fructibus ſimpli-
cis beneficij, de quo per *gloſ.c.præſenti in
verſ. reſeruari de off.ord.6.* & prout per
eund.*d.q.3.verſ.ereo quod per hac ſit di-
ctum, &c.* & in *verſ.de diſtributionibus.,*
ibi circa medium *verſ. ſed hoc intell. &c.*

Secundo etiam quia adducta per *Ferret. &
doct.* ab eo relatos in conſiliis ſup ei. qui-
bus ipſi innituntur, ſ. per *Bart. Alber. &*
alios *d. l. defuncta, & l. diuortio & ſi-*
75 *milibus ibi relatis* non procedunt in hi-
ſce beneficialibus prout eleganter facit
reſponſum Calyxti 24. *inter conſ. Gigan:
col. penul. verſ.4. non obſtat. l. defuncta,*
86 *& l.diuortio, &c.* quod reſponſum eſt
ſpeciale pro confutatione illius *Ferret.*
255: vt videre eſt, & faciunt tra.r. per
ipſum *Ferret conſ.372.col.4.in prin.verſ.
non obſtat ſi dicatur, &c.* atq; per *Redoã.
de ſpol.d. q.5.poſt numer.* 18. *verſ. non ob-
ſtat*, quod pari modo adduxit *de Bart. in
l. diuortio, &c.* quia ipſe *Bartol.* non fir-
mat ibi eam opin. ſed dicit quod contra-
77 rium tamen *Canoniſtæ* quibus in hoc eſt
ſtandum, ita *Redoan. vbi ſupra* facit etiam
Robert.d. conſil.25.num.24. (ibi) *Alber.*
qui videbantur in contrarium allegari in
l.diuortio &c. non firmat pedes & tan-
dem ſe reportat ad quandam æquitatem,
quæ haberet locum in dubio, ſed nos ſu-
mus in caſu claro, &c. ita per ipſum
Robertum, ibidem.

Faciuntq; demum & omnino tradita per
eundem *Ferret. conſ.* 235. præſupponitur
in facto, &c. *num.* 8. *verſ.* ex quibus ſe-
78 quitur concluſio quod fructus inuenit,
apud prædeceſſorem tempore obitus ſui
ſpectent ſucceſſori non hæredibus, & ibi
infra ſub n.10.verſ. ſed hæredes occupan-
tes fructus, qui debentur ſucceſſori in be-
neficio, & in quibus non datur ſucceſ-
ſio iure ſanguinis ab inteſtato, nec ex te-
ſtamento, & etiam ibi infra ſub nu.11.

Et ad hæc *Gigan.de penſ. q. 52. ad fin. verſ.*
ad allegata in contrarium reſpondetur,
quod procedũt in clerico beneficiato, qui
79 fructus beneficii etiam quæſitos non
80 tranſmittit ad hæredes. penſio, autem
eſt pars fructuum prius à beneficio ſepa-
rata, Ideo de beneficio ad penſionem
81 non bene infertur, &c. & prout latius
infra magis comprobabitur.

Vlterius quoq; aduertendum quod *Ferret.
in conſ ſup.cit.* 118.*et* 151. loquitur quod
82 beneficiatus diſpoſuerit de ipſis fructib.
ſeu affictibus in vim gratiæ Pontificis ſi-
bi conceſſæ, quo caſu non reperimur, &
83 in d.conſ.256.facit ſuppoſitum in Cano-
nico, qui ſit ſimpliciter, & perſonaliter
beneficiatus (quod & nos concedimus
ſub diſtinctione tamen infraſcripta, per
quam tollitur omnino eiuſmodi funda-
mentum) & in illo 272. loquitur de pen
84 ſione ſuper fructibus, beneficij reſeruata,
quæ conſiſtit in mere temporali ſecundũ
Gig. vbi ſup. & prout omnes tenent, ſic
atteſtante, etiam ipſo *Ferret. ibidẽ in ſup.
alleg.verſ. nec obſtant ſi dicatur, &c.* &
ſi non loquitur de penſione, quæ alias,
& impropriè dicitur affictus prouen-
iens ex bonis Eccleſiæ locatis, in qui-
bus vt premittitur, non datur ſucceſ-

ſio quamuis ſecundum eo. opinionem po-
tuerit Papa concedere licentiã diſponen-
di de eis, vt per *Redoan. de ſpol. q. 7.* quę ta-
mẽ licẽtia regulariter nõ extẽditur ad pro
phanos vſus ſecundũ *Nau. tract. vbi ſup.*
Ex his quoq; animaduerten. quod ſi oppo-
neretur aliam mediam viam eligendã eſſe.
87 ſ. quod fructus beneficij diuidantur inter
hæredes beneficiati, & ſucceſſorem, aut
Eccleſiam pro rata temporis, quo benefi-
ciatus in illo anno, quo deceſſit inſeruiuit
Eccleſiæ ſecundũ *Couar. ſup. cit. li. 1. var.*
reſol. c. 15. ſub num. 12. verſ. ſed in hac ipſa
88 *quæſt.* cum apud me compertum ſatis ſit
non eſſe æqualem vſufructuarium clerico
89 habenti Eccleſiaſt. beneficium, & ibi in-
fra exiſtimo æquius & iure verius eſſe fru-
ctus eius anni, quo mortem clericus ob-
ietit, indiſtincte pro rata temporis ad de-
functis hæredes pertinere, atq; ibi inferi-
us. verſ. rationi igitur conueniens eſt pro
rata temporis fructus Eccleſiaſtici bene-
ficij diuidendos eſſe inter defunctis hære-
des, & ipſam Eccleſiam.
Quod procedere cenſuit etiam in renunciã-
te (ſed de hoc videre eſt *Pariſ. de reſigna.*
90 *benefi. lib. 1. q. 6. fi.*) Quam opin tenuit ipſe
Didac. ad hæren Alber. ſup. ci. l. diuortio n.
12. itidem, & ex ea ratione quam tradidit
91 *tex. gloſ. & Gemin. d. c. præſenti § pono*, vbi
quod fructus agrorum, & prædiorum ip-
ſius Eccleſiaſtici beneficij eiuſq; redditus
conſtituti & deſignati reperiuntur a ca-
nonibus pro oneribus ſubſtinendis toti-
us anni vſq; ad aliam nouam collectionẽ
92 fructuum inter quæ Eccleſiæ onera con-
numerantur ſtipendia ipſis miniſtranti-
bus ſiue ſeruientibus debita.
Ad hæc reſponderetur eiuſmodi opin. *Alb.*
d. l. diuortio haud recipi, ſed prorſus re-
pelli per ſup. not. quibus addo *Nauar. apo-*
93 *log. q. 2. nu. 13.* vbi in ſpecie reſpondit ei-
dem *Didac.* confutando eiuſmodi opin. tã-
quam contra communẽ ſupra vltimo lo-
co memoratam etiam ab ipſomet *Didaco*
relatam ibid. *ſup. verſ. prius tamen*, & ibi,
quidem patem eſſe cenſentes, &c. & de
qua ſup. ſatiſdixit & finaliter ſubiũxit ip-
94 ſe *Nauar.* certum ſibi eſſe quod ſucceſſor
in parochiali, cui prædeceſſor per ſe vel
alium inſeruiuit, & ante vllos fructus
perceptos obijt debet ſoluere illi tantum
quantum ad honeſtam ſuſtentationem in-
ſeruiendo indiguit etiam iure naturali; Et
95 ſic quoq; procedere quoad alium benefi-
ciarium, qui nihil de redditibus percepit,
prout ibi videre eſt *pag. fin. verſ. nec vi-*
detur obſtare &c. vſq. ad fin. Quod nem-
pe non ſonat in diuiſionem fructuum, ſed
in ſolutionem tanquam pro ſtipendio ad
ſuſtentationem per *text. ſup. cit. at § porro*
& ita quoque per *Ferret. conſ. 372. colum.*
final. verſic. non obſtant allegata. &c.
96 ibi, quia opinio iſta, & diuiſio fit, &
procedit quando ſoluitur penſio reſpe-
ctiue ad certum quid puta propter one-
ra matrimonij in caſu *d. leg. diuortio*, &
ſimiliter in caſu quando vixit Sacerdos,
cui debentur fructus ex cauſa ſeruitij per
eum impenſi Eccleſiaſt. vt conſiderant
Philip. Alber. & Alexand. Et prout ibi la-
te declarat, quem videre eſt etiam ibi
97 ſub num. 6. vbi dicit quod *Albert. & alij*
doct. loquũtur ibidem de Canonicis præ-
bendatis, & alijs Eccl. ſimpliciter benefi-
ciatis, quia tales dicũtur fructuarij ſecun-
98 dũ com. op. & conſuetudinẽ ſup. all. & ſic
quod ratione perſonarum ſuarum fiat di-
uiſio pro rata anni pro parte qua ſuper
uixerunt in ſeruitio Eccl. (quod & nos
concedimus ſeu ſaltem non controuerti-
mur, quia non reperimur in caſu de ſim-
pliciter beneficiatis, neq; loquimur quo-
99 ad diſtributiones quotidianas quas ca-
nonici præbendati lucrantur pro rata
temporis quo inſeruiunt, & ex conſuetu-
dine ad hæredes tranſmittunt ſecundum
trad. per *Redoan. d. q. 3. n. 8. Et in hac ma-*
teria ante n. 4. ſub n. 21. atq; in fin. verſ.
& de diſtributionibus, (quamuis capitu-
lum ipſius Eccleſiæ poſſet prætendere in
contrarium ſecundum no. per *Nauar. q.*
1. nu. 74) adeo vt fruſtra fieret oppoſitio
eiuſmodi de diuiſione facienda quoad fru-
ctus ſiue affictus præbendæ, quia de eis
non poteſt procedere ſtan. ſup. notat. &
tanto minus, quia affictus huiuſmodi re-
piciunt onera anni laben. vſque ad no-
uam collectionem per ſup. not. atq; etiam
minus quia term. Natalis prox. tũc antea
decurſum ipſemet R. Aueroldus exegerat,
itidem, & quia ponderando ad hæc ãnot.
fin. ad ſup. cit. c. 3. quod eſt fin. l. 1. vij de r.
quæſt. eſt ex opin. orig. *Hoſtien.* per ean-
dem ſopracit. *l. diuortio*, vt defuncto poſ-
101 ſeſſore beneficij fructus vltimi anni di-
uidi debeant pro rata temporis int. Ec-
cleſiæ & ſucceſſores clerici aduertendum
eſt quod huiuſmodi adnotatio fit ad *ver.*
decurſo. quo caſu non reperimur quia an-
te obitum d. beneficiati tempus ſoluendi
non erat decurſum vt in præmiſſo the-
mate, & ideo non debebantur, item ad-
uertendum cum dicat ſucceſſores non in-
telligi pro hæredibus, ſi animaduerti-
mus ad anno. ibi præcedentem, quæ
eſt

eſt ſub iſtis ver. quod vacantium benefi-
ciorum fructus debent conuerti in Eccle-
ſiæ vtilitatem, vel reſeruari futuro ſuc-
ceſſori per *text. cap. quia ſæpe de elect. in
6. & cap. ſi propter de ſcrip.* eo ſed quoad
iſtud ver ſucceſſoris videre eſt *Corn. conſ.
97. vol. 1.* & latius ad alius, ſecundum *Al-
ber. dictio ſub iſto verbo ſucceſſor.* Et
quicqnid ſit ei ea huiuſmodi diuiſionem
obſtant ſuperius allegata, & infra alleg.
Tertio, & vltimo (quod vnum ſufficit, &
animadnertendum eſt; quia vt ſupra ſæ-
pe dixi non repetimur in caſu, quo loqui-
tur *d. gloſ. præſenti*, ad quam, vt præmit-
titur, omnes recurrunt, nam millies da-
to non tamen conceſſo procedere *dict.
diſtinct. Hoſtien.* receptam per *gloſ. d. c.
præſenti*, & communiter per omnes ſcri-
ben. necnon & illius aſſertam communẽ,
& generalem obſeruantiam, quinimo
etiam magis dato quod in hac prouincia
102 ſic vſu recepta eſſet (ſiquidem conſti-
tutiones ſiue ſtatuta, & conſuetudines
Prouinciæ ſeruari debeant ad *no. c. cum
omnes de cõſtit & l. omnes popul. ff. de iuſt.
& iur.* (verum eſt quod ſtan. dict. decre-
to irritan. ſtanteq; d. conſtit. ſynodi pro-
uinc. ſtandum eſſet duntaxat iuris com-
munis diſpoſitiónis quacunq; conſuetu-
tudine non obſtant.)
Dico concluſiue verum intellectum *d. gloſ.*
comuniter receptæ talem eſſe pront de-
103 clarat *Geminian. ibidem num. 16. verſ,*
104 ſed dico quod iſta *gloſ.* hoc non dicit,
ſed requiritur ad hoc, vt beneficiatus te-
ſtari poſſit, quod tria concurrant, primo
quod non habeant adminiſtrationem. Se-
cundo quod beneficium ſit ſimplex. Ter-
tió, quod illud ſibi obueniat perſonali-
ter tantum, & ſicut tales fructus ſunt ſibi
conceſſi ratione ſtipendii perſonalis, his
concurrentibus poterit teſtari. Hæc ſunt
formalia verba *Gemin. vbi ſup & eund.*
ſequutus fuit *Fran. ibidem col. 5. verſ. Ideo
intelligit Domi.* hanc *gloſ.* procedere tri-
bus concurrentibus, ita quoq; *Nicol.
Delphin. tract. de iure patr. lib. 1. n. 83. ver.
& breuiter ſi concurrant tria, &c.* & late
per *Redoan. de ſpol. d. q. 1. ſub n. 51.* ibi,
ſed *gloſ.* recte intellecta &c. *& quod 3 ſub
n. m. 14. in § ſtantibus iſtis repugnantijs
v verſ.* ſuper qua materia, vide, quæ, dixit
*Gemin. & § & in hac materia pro decla-
ratione & c n. 25.* & per eundem in *tract.
de reb. eccl non alien. q. 53. c 3 n. 6*
Quæ omnia requ.ſita deficiunt in preſenti
caſu, ita vt extra omnem difficultatem
reperiamur, quod de dictis affictibus in-
exactis diſponere non potuiſſet, ipſe præ-
deceſſor, quatenus diſpoſuiſſet ſicq; &
eo minus ab inteſtato tranſmittere.
Quod autem deficiant eiuſmodi requiſita
cõſtat apertiſſime ex no. per *Io. de Anan.
c. ſi. de pecul. cler.* ibi, & dicitur quod ille,
105 qui habet beneficium in titulum cui ſit
aſſignata certa dos, dicitur beneficium
106 cum adminiſtratione alias non proce-
dit quantumcunq; tale beneficium ſit ſim
plex ad no. per *Gemin.* quem & alios ſu-
pra cit. doct. *ſ. Franch. Nicol. Delphi &
Redoan.* videre eſt, quia deſcẽdunt ad hoc
particulare, de quo agitur, quod ſi Cano-
107 nicus habeat præbendã diſtinctam ab
alijs, tunc dicatur habere adminiſtratio-
nem ex no. per *Inno. c. ex literis de proba.*
108 *& c. tranſmiſſam de elect.* adeo vt ne-
quaquam de fructibus talis præbendæ
poſſit teſtari per *tex. cap relatum el. 2. de
teſt.* ita *Gemin. eo loco ſup. cit. ſub n, 14.
verſ. Idem dicit Inno.* de Canonico ha-
bente præbendam diſtinctam in Eccl. &
ibi infra *n. 17. verſ. et ex iſto infero*, quod
ſi Canonicus habeat præbendam diſtin-
ctam in Eccl. cum talis dicatur habere ad-
miniſtrationem non poterit &c. *Franch.
ibid.* in ſequen. *Nicol Delph. de iure patro.*
109 *poſt n. 82. verſ* ſed quæro quæ ſunt illa
beneficia de quorum bonis clericus ad-
miniſtrationem non habeat ibi dic bre-
uiter eſſe Canonicos nõ habẽtes præben
das diſtinctas, ſed duntaxat habẽtes bona
adminiſtrata per Capitulũ, aut per depu-
tatos ab ipſo, de quibus ſoluuntur diſtri-
butiones quotidianæ, &c ita quoq; per
*Redoan. d. q. 1. ſub n, 15. et q. 3. n. 17. et 18.
incipien. ibi verſ. et pro intelligentia etc.
iuncto verſ. ſeq.* & ibidem quoq; in *§. et in
hac materia poſt n. 4. verſ. ſubdens idem
de V bal.* & ibi, quia Canonicus habent
præbendam diſtinctam non poteſt de illis
fructibus teſtari nec diſponere ſecus ſi
præbendæ non ſunt diſtinctæ, ſed quia
omnia veniunt in communi, & poſtea
diſtribuuntur, atq; ibi inferius ſub n. 35.
vbi ſimiliter refert, & ſequitur *Gemin.
vbi ſup.* ita quoq; per eund. *tract. de reb.
Eccl non alien. q. 53. cap. 5. nu. 22.*
Ex quibus reſultat finalis concluſio quod
quando etiam dicta opin. *Hoſtien. et gloſ.
ac ſequen* alias late & ſimpliciter intel-
ligeretur ſcilicet vt nec omnia tria requi-
ſita haberent concurrere, ſed illud vnum,
quo beneficium, de cuius fructibus agi-
tur, ſit abſque adminiſtratione, ad hoc
vt beneficiatus poſſit de eis diſponere,
ſtante, quod hoc principaliter deficiat.

Ideò nequaquam potuerit dictus præde-
ceſſor de dict.affictibus ipſius præbendæ
inexactis diſponere, etiam quod fructus
iam collecti eſſent, & etiam ſi dies ſolu-
tionis aduenisſet, nedum cum nondum
aduenisſet ſtante ſup.not.

Quibus non vtique aduerſantur latiſſimè
111 trad.per *Colum.eo.loc.ſup.cit. c.22.* vbi
ſub *n.6.&* 9.reiicit eiuſmodi diſtinctio-
nem trad.per *Hoſtien.* de qua ſup. & in
*c.23.ibi ſeq.*diſputat, & impugnat opinio.
112 *Archid* & in alio cap.ſubſeq.ſcilicet 24
113 memorat rationes ex quibus ſecundum
114 ipſum fulciatur alia opinio, quæ tribuit
dominium clericis beneficiatis, & in alio
cap.ſubſeq.ſcilicet 25.facit concluſionem
115 ibi ad fi.num.49.ſub his verbis, ſed ne
diutius in re aperta commoremur iam
tandem concludamus poſt conſtituta be-
neficia, reddituum eccleſiaſticorum do-
minium nouo ex tit.nullæque legi obno-
xia in clericos tranſlatum fuiſſe, ac prop-
terea illos conceſſione Apoſtolica tutos
eſſe, ita vt ad eorum reſtitutionem nullo
iure compelli poſſent, quaſi hoc ſibi tit.
poſſeſſionis cauſam iuſte mutauerint, &
hanc concluſionem comprobauit, ſiue
repetiuit etiam in ſubſeq.c.26.in princip.
vbi ſub num.7. reprobat etiam differen-
tiam datam inter diſtributiones, & alio-
rum fructuum genus, & prout ibi num.18.
& in ibi quoque incipiente ſub num. 42.
116 affert. *decret.Conc.Trid.ſeſſ.24. c.12. de
refor.& ſeſſ 23.c.1.refor.& ſeſſ.25. cap.1.
ſimiliter refor.*pro comprobatione, quod
beneficiarij faciant fructus ſuos, atque
etiam de ijs pro ipſorum voluntate libe-
rè diſponere poſſe, ſed voluntatem illam
certis regulis, modiſque reſtrictam eſſe,
neque inordinatam eſſe debere, & rurſus
eiuſmodi concluſionem retulit in *c. ſub-
ſeq.27.in princ.& fin.*necnon & in prin.
alterius ſubſequen.*c.28.& in fi.cap.31.at
que in c.32.in princ.& ſub num.*14.*& in
fin.& in cap.*34 *incipien.num.*18. memo-
117 rat doct.qui inſequuntur opin.*Archid.*
aſſerendo non excedere n.34.quorum ex
Canoniſtis, non excedere nu. 10. reliquos
eſſe Theol.& ibi illud *ver.Dominium.* de-
118 clarat intelligi ratione diſpenſationis;
quia proprietate careant, quæ eſt penes
communitatem Eccl.& quatenus Theo-
logi vocent beneficiarios diſpenſatores,
haud differre in ſenſu; Et in cap.35.adnu-
merat doct. qui contrarium tenent eſſe
119 num. 55. videlicet *Canoniſtas 39. &
Theolog.16.referen.in num.Theol.& Ca-
noniſt.Turrecrem.& Alexand.* & ſic ſu-
perare in numer. contrariam partem de
120 votis 21.& ibi admonet non differre,
quod aliqui ex dictis doct.vocauerint be-
neficiarios eſſe vſufructuarios, quia in ra-
tione tantundem concludit, quod Domi-
121 nos, & in c 36.affert, quod data conſue-
tudine ad ſunt in num.72 quorum aliqui,
122 nedum viuentibus, ſed etiam morienti-
bus dominium tribuunt, ita vt de reddi-
tibus eccleſiaſticis teſtari illos poſſe con-
cedant, prout ibi ſub num.1.& ſub n.5.

Sed aduertendum, quia doct.ibi relati, prout
123 gloſſator Io.de Ana.Kircho.qui de com
muni teſtatur, & alij intelligunt conclu-
ſionem prædictam ſub diſtinctione Ho-
ſtien. ſ. de perſonaliter, & ſimpliciter be
neficiatis.

Itidem aduertendum, quod eiuſmodi opinio
124 non diſcreparet omninò data concilia-
tione ſenſus illorum verborum, quod ſint
Domini ratione diſpenſationis tantum,
prout tenuit *Redoan.vbi ſup.& inf.cit* &
ſignanter quoque ad fin.*quæſt.10.de Spol.
verſ.& quod clerici ſint domini fructuum
intellige,&c.*& *Viu.d.opin.101.ſub num.*
4.*verſ.& hinc eſt,&c.* ibi, & licet dicatur
Dominus eorum hoc intelligitur, quoad
fidelem diſpenſationem faciendam ſibi,
& ſuis, quod etiam videtur ſenſiſſe *Na-
uar apol.q.1.mon.24.ſub num.11.verſ.* ex
quibus omnibus colligitur ipſiſſima ve-
125 ritas, videlicet, quod iura, quæ habent
illa eſſe Chriſti, vel Dei intelligenda ſunt,
quoad verum, & perfectum dominium, &
126 illa, quæ inſinuant eſſe Eccleſiaſticorum
prælatorum, aut beneficiariorum intelli-
genda ſunt quoad gubernationem, vel
adminiſtrationem illorum, & illa, quæ ha
127 bent eſſe pauperum, eccleſiarum, vel
piorum operum intelligenda ſunt, quoad
eorum ſuſtentationem, & prout ibi ſequi-
128 tur ſub num.12.vbi quod vera, & recep
ta eſt illa ſententia, ſcilicet, quod maior
eſt illis facultas, quam vſuarijs, quoniam
poſſunt in ſuos, & alios pios vſus de om-
nibus redditibus beneficiorum diſpone-
re, & minor quam fructuarijs, quia illi
poſſunt donare, & relinquere in vita, & in
morte licite ſuos fructus quibuſcunque
voluerint ſine vllo paupertatis, aut pieta-
tis intuitu, beneficiarij verò minimè, &
ibi adducit auctoritatem *Conc.Trid.ſup.
alleg.cap.1.de reform ſeſſ.25.* quod etiam
repetiuit loco infra prox.allegan. & ele-
ganter quoque per eum in ſup.cit. *conſil.*
14.*num.2.&* 12.*de regular.* vbi ſub *nu.* 2.
ſunt hæc formalia verba: Nec etiam cle-
ricus beneficiarius ſæcularis acquirit, ita

ſibi

Digitized by Google

ſibi ex rèdditibus beneficij, vt fiat Domi-
nus integer, & perfectus, ſed ſolum ſe-
cundum quid, hoc vt poſſit ex ijs decen-
ter viuere, & reliqua impendere pauperi-
bus vel alijs pijs operibus, & ita neque
poteſt diſponere de illis donando inter
viuos diuitibus, & operibus, prophanis,
neque in morte teſtari de illis, ſub num.
autem 12. reſpondendo ad arg. & iura
ibi per eum ante in contrarium adducta,
dixit, concedo quod etiam clericus ſecu-
laris beneficiarius non quærit ex reddi-
bus ſui beneficij ita ſibi vt fiat perfectus,
& integer Dominus, & conſequenter
quod non poteſt de illis teſtari, nec inter
viuos donare cognatis, vel alijs diuitibus
negando tamen quod non poſſit diſpen-
dere iam quæſita in ſuos, & ſuorum de-
centes vſus per contractus inter viuos
non gratuitos emendo videlicet, & ven-
dendo, locando, conducendo, & permu-
tando, immo, & gratuitos donando ob
cauſam remunerationis, paupertatis, vel
pietatis, &c. vt ibi remittendo ſe ad trad.
per eum d. tract.

Ad hæc conferunt elegantiſſime trad. per
129 *Bero rub. de reb eccl. non alienan. num.*
& ibi ante, verſ. quantum verò ad vſum
diſpenſationem, procurationem, & admi
niſtrationem ſpectat, bona Eccleſiæ di-
cuntur eſſe Rectoris, & ſic clericorum
particularium, & miniſtrorum eccleſiæ,
130 (& ibi ſucceſſiuè) Et his reſpectibus
quandoque Prælati, & Rectores appel-
lantur Domini rerum eccleſ. quia admi-
niſtrant loco dominorum habentur, ſi ve-
ro malè loco prædonum, & prout ibi ſe-
quitur.

Et quod non ſint veri Domini fatetur etiam
ipſe *Columna*, vt ſup. dixi, niſi quoad illud
131 vt ad ſui beneplacitum diſponere poſ-
ſint de fructibus Eccleſ. abſque onere re-
132 ſtitutionis, quod tamen non conceditur per *Viu. d. opin.* 101. *in verſ. et bine eſt etc. ex doct. Fely. ibi in fine alleg.* & eo mi-
nus conceditur per *Nauar.* qui vult ipſos
teneri ad reſtitutionem, in quantū abutū-
tur comprobando hoc ex memorato de-
creto *Trid. Conc. c.* 1. *in apolog. q.* 2. *moni,*
7. *ſub. nu.* 14. *et in monit.* 21. vbi affert re-
133 ſponſiones ad argum. ducta per *Co-
lumn.*

Hæc profecto nihil obſtant in præſenti quę-
ſtione, quia etiam quod aliqui ex ipſis
doctor. relat. per *Colum.* in caſu conſue-
tudinis tribuant facultatem beneficiarijs
quicunque ſint ſcilicet etiam adminiſtra-
tionem habentibus diſponendi etiam tē-
pore mortis in prophanos vſus (quod
tamen vt ſupra docui, ex receptiſſ. doct.
ſententia reijcitur) adhuc tamen obſta-
ret non conſtare poſſe de huiuſmodi con
ſuetudine, quia immo de contraria con-
ſtat, & de vſu *dict. conſtitutionis Iulij* 3.
Itidem quia ſi conſtaret, non valeret,
ſtan. ſup. not. per *Redoan. et Nauar.* vbi
conciliat. opin. contrarias, atque per alios
ſup. rela. ſtanteſq; decreto irritan.

Verum & vlterius moneo dictam concluſ.
Colum. ex alio nobis non obſtare, quia
134 in d. c. 22. poſt reiectam opin. *Hoſtien.*
ibi ſub *num.* 13. ſe declarauit ſub illis
verbis: *Quærimus .n. vtrum beneficiarij
Domini ſint an vſufructuarij, vel vſuarij,
cui quidem dubitationi viuentibus illis
tantum locus eſſe poteſt*, & ibi infra, *non
pugnant inuicem, clerici Domini ſint, nec
tamen teſtari poſſint, quia tantum in
mortis, vel infirmitatis euentum Canones
dominium reuocant*. Ex quibus verbis
aperte declaratur haud quicquam nobis
officere eiuſmodi concluſ. quod in vita
ſit Dominus, & idem in alio *c.* 23. *ſub
num.* 25. facit in *verſ.* confirmantur præ-
dicta fidei commiſſarij exemplo, qui quā-
uis rerum, quas alteri reſtituere tenetur,
Dominus ſit, nihil tamen ex eis in vlti-
ma voluntate relinquere poteſt ſubdens,
ſic & beneficiarii, quamuis Domini ſint,
illis teſtandi licentiam interdictam fuiſſe
non eſt abſurdum, & verum intellectum
135 tradidit *Redoan. d. q.* 3. *verſ. & ex his*, &
aliis ſupra adductis, & in *verſ. vnde pro
reconciliandis &c. cum ſeq. vſque ad fi.* vbi
quod iura loquentia quod beneficiarius
non habens adminiſtrationem ſit vſufru-
ctuarius, & vſufructuario æquiparetur.
Intelliguntur quoad hoc, vt morte finia-
tur, quod etiam tenuit *Butr. d. c. præſenti
col.* 3. *num.* 7. *in glo.* reſeruari, ibi, ſed ſic
vſufructuarius etiam finito vſufructu per
cipit fructus collectos, & etiam illos,
qui pro collectis habetur ergo idem in
clerico, qui finito clericatu fructus in Ec-
cleſia repertos percipit, ſubiungens
contrarium eſt verum, & ita conſului, &
ſic fuit tentum. per *But.*

Et hiſce accedant trad. per *Redoan. d. q.* 6.
quæ eſt ſpecialis ſuper eo, An clericus de
136 fructibus beneficij non conſumptis,
qui decurrerunt in vita ipſius beneficia-
ti, & remanſerunt inexacti, poſſit pro li-
bito decedendo diſponere, vbi poſt præ-
miſſas opin. quod clerici de portione
tantum ſibi pro victu, ſuo & ſuorum de
fructibus beneficij debitam faciunt æqui
ſitio-

ſitionem, ita vt de eis tam in vita quam
in morte poſſint diſponere, & tam ad
hæredes, ex teſtato quam ab inteſtato ta
liter acquiſita tranſmittere ſubnectit ibi
concluſionem, quam concordat cum ſu-
pra relata in quæſt. 3. eo. loco ſup. prox.
cit.

Hæc eſt quod portio de redditibus Eccleſ.
Aſſignata beneficiario eſt ſua ipſiua, ſi
ea vtatur, & nõ aliter, quia ſibi ad talem
vſum aſſignata videtur vnde ſi per eum
non expendatur, vel alias præſeruetur nõ
intelligi ſibi vel hæredib præſeruata, ſed
Eccl. cuius eſt proprietas, & ſic in eiuſ-
modi relictis ſuccedere Eccleſiam, ſiue
ſucceſſorem in ea, & loco illius Cam.
Apoſt. in locis. ſ. in quibus adſunt colle-
ctores ex conſtit. Iulij. 3. & ibi ad contra-
ria reſpondet late, & quantum ſufficit vt
videre eſt, quam concluſionem repetiuit
etiam pluribus in locis eiua fere omnium
quæſtionum videlicet. *quaſt. 7. ſub num.
9. cum ſeq* & ſimiliter in *quaſt.* 6. quæ
eſt *de ſucceſſione clerici ab inteſtato in
deueniendo ad clericos ſeculares, verſ. &
in 1. ſpecie, & in quaſt. 10. in §. ſtantibus
illis repugnantijs &c. cum ſequent.* & an-
te eum ita tenuit *Ioa. Cop. tractat. de fru-
ctibus lib. 4. titu. 3. cap. 2.* vbi quod tam
fructus à prælato præcepti, qui in bonia
eius eſſe cæperunt, & mortis tempore
extant, quam & ijs, qui tempore vacatio-
nis obuenerunt, debent futuro ſucceſſori
reſeruari, prout & ſic eundem retulit *Re-
doan. quæſtione quinta ante num. 4. verſ.*
Et dicit *Io Cop.* quibus addo *Nauar. apo-
log. quaſt. 3.* vbi quod beneficiarij, nec
pro libito nec ad pia teſtari poſſunt de
ſuperfluo redditum beneficiorum, & ra-
tionem ibi reddit, quare in vita erogare
poſſint ſuperflua pauperibus, & non per
vltimas voluntates, cuius opinio licet vi-
deatur reiecta à *Columm.* tamen ſimul pa-
titur, quia non dicit in morte, & ſi perpẽ-
dantur verba ipſius *Colum. cap. 25. num.
75 verſ.* At ſi conſumpti ſunt fructus a
clerico illi nullo modo vendicari poſſunt,
non video quod ipſe aliud ſenſerit niſi
quod quatenus non fuiſſent per ipſum
beneficiarium conſumpti, ſpectent ad
ſucceſſorem, & ab eo vendicari poſſint,
non autem ab hæredibus, & ad punctum
137 quæſtionis noſtræ, ipſe quoque in *cap.
22. num.* 14. retulit *deciſ.* per ipſam *Iulij
3. conſtitutionem* ſub illis verbis, *Illud
etiam quod à multis animaduertitur in
his,* quæ idem *Hoſtien.* docuit. ſ. in caſu
mortis an fructus ſint exacti vel non iux.
trad. *cap. præſenti de off. ord.* 6. plerunque
eſt deciſum, & apud nos aperte *Iulij. 3.
conſtitut.* eſt diffinitum, vt ex eiuſdem di-
plomate latius licet videre, ſubiungens,
quo ſit, vt hæc à iure, vel conſuetudine
deciſo in dubitationem non veniant.

Demum quoque quicquid in præmiſſis vni-
cuique pro capite ſuo ſentire placeat;
hoc tamen tergiuerſari non poteſt, hoc
eſt quod licet fructus Eccleſ. emi, & con-
tractari poſſint à laicis quia non ſunt, nec
poſſunt dici ſpiritualitati annexi ad no.
per *Gig. de penſ q. 87. num. 2* cui adſtipu-
latur *Redoan. de ſpol. q. 34. ſub num. 14.* ſic
que & multo magis ſpolia de fructibus
prouenientia, quia ſunt temporalia, con-
tractare non ſit de genere prohibitorum;
(Quam concluſionem huiuſmodi quod
fructus Eccl. habeantur pro re tempora-
li, & ſic non prohibita in diſpoſitione
beneficiati pro libito ſuo tenuit *Colum.*
pluribus in locis *d.* 3 par. & quod inter
ſpolia comprehenduntur fructus eiuſmo-
di inexacti etiam quod dies ſolutionis
venerit, prout ſcriptum reliquit ipſe *Re-
doan. eo tract. de ſpol. d. q. 1. incipien ſub
num 7. cum ſeq.* & prout expreſſe decla-
ratur per eandem *Iulij 3. conſtitut.*)
139 Tamen negari non poteſt (prout &
ipſemet *Redo.* affirmat *d q.* 14. *ante num.
37. verſ. Item poteſt dici alia ratione &c.*)
quin ſpolia quatenus a fructibus bene fi-
ciorum prouenientia ſint bona Eccleſia-
140 ſtica, & de fructibus Eccl vel occaſione
Eccl. acquiſita debent eſſe Eccleſ. vel in
141 ea ſucceſſoribus reſeruari, Et quæ abſ-
que debitis ſolemnitatibus, & ſine cauſa
alienari non poſſunt, Quibus congruunt
trad. per eundem *Redoa. de reb eccl. non
alien quaſt. 51. c. 2* vbi quod venditio,
142 vel locatio fructuum facta per Prælatũ
non extenditur vltra vitam ſuam niſi in-
terueniat authoritas ſuperioris.

Et quod fructus beneficij alienari poſſunt
143 in præiudicium ipſius beneficiarij, non
autem ſucceſſoria.

Quodque nec de iure percipiendi fructus
144 fieri poteſt alienatio in præiudicium
ſucceſſoris abſque debita ſolennitate.

Et ad hæc omnino ponderanda ſunt forma-
lia verba expreſſa per Papam in pti. di-
245 cta eius conſtitutione, quæ ſunt: Nos
attendentes fructus, &c. & pecunias, ac
res alias occaſione Eccleſiarum, & bene
ficiorum Eccleſiaſticorum pro tempore
prouenientes, licet poſtquam ad manus
beneficiatorum peruenerunt & eum al js
ipſorum beneficiatorum fructibus, &c.

pecu-

Digitized by Google

pecunijs & rebus commixti ſeu ipſis be-
neficiatis incorporati ſiut non vlterius
146 in eccleſiaſticis, ſed potius ipſorum
beneficiatorum proprijs, & ab eis ac-
quiſitis bonis indican. & propterea quod
147 modo pro ſecularibus, & profanis ha-
beri, & de eis teſtamento, aut alias diſpo
nendi facultas eiſdem beneficiatis per
Sedem Apoſtolicam concedi conſueue-
148 rit, nihilominus donec in manibus eo-
rum, qui illos tanquam Eccleſiaſticos,
ſeu ex eccleſijs, & beneficijs prouenien.
& pro talibus conſeruant, aut vt tales de-
tinent, ipſique beneficiati pecunias hu-
iuſmodi realiter non exegerint, ſequitur
clauſula ad præſentem quæſtionem ad-
notandam, & fructus &c. non percepe-
rint, necnon alijs eorum bonis commi-
ſcuerint, & ſibi incorporauerint, ſemper
ipſarum Eccleſiarum, quorum ipſi bene-
ficiati ſunt, ac vere eccleſiaſticos eſſe, &
cenſeri debere & propterea Iuri non cō-
gruere, vt ipſi beneficiati de rebus cer-
tis ipſarum Eccleſiarum, quę omni iure
149 alienari prohibentur, diſponere etiam
in eorum vltima voluntate poſſint, &c.
prout ibi ſequitur.

Ex quibus profecto habemus ſenſum aper-
tum pro elucidatione promiſſorum, &
150 pro diuerſitate rationis, quoad fructus
tes & pecunias exactas, & cum alijs ipſo
tum beneficiatorum bonis incorporatas,
151 & quoad exigendas, & nondum reali-
ter incorporatas, vt ſcil. de exactis, & in-
corporatis ex ſpeciali licentia ſedis Apo
ſtolicæ, (quæ concedi conſueuit, etiam
limitate, & reſtricte ſub clauſulis memo-
ratis, per *Redoa. d. q. 7.*) diſponere præ-
ſertim in vltima volantate per teſtamen-
152 tum, vel aliter de alijs verò nequaquam
liceat.

Concluſiue itaque patet ex tribus ſup. cit.
ptin. opin cuiuis adhærere velimus, ali-
quam huic quæſtioni minime obſtare
poſſe, nam quoad illam ſub diſtinctionē,
quæ magis approbata, et practicata dici-
tur, oſtenſum eſt, quod iſte Canonicus
non eſt de illis perſonaliter et ſimplici-
153 ter beneficiatis, et quoad illam quod
beneficiatus ſit Dominus diſponendi ad
ſui beneplacitum, oſtenſum eſt non pro-
cedere in morte, ſed dumtaxat in vita.
Quo verò ad illam et tertiam quod ſit
vſuarius tantum, non habet opponi. *Prę*
tereaque aliud eſſe de exactis, et extanti-
154 bus apud beneficiarium tempore obi-
tus ſui, aliud autem de inexactis, et non-
155 dum cum cæteris eius bonis incorpo-
ratis. Quippe in primo caſu, cadit diſpu-
tatio principalis ſecundū illas tres prin-
opin. In 2. autem, quo vertitur præſens
quæſtio, reperimur extra difficultatem
tam ex ipſa Iulij 3. conſtitutione, quam
ex eadem iuris communis diſpoſitione,
ita vt de hoc quicquam vlterius hæſitari
non contingat, et eo minus, quia vltra ſu-
per alleg. *deciſ. Pedemon* quæ innititur
coniunctim in iuris communis et d. Iulij
cōſtitutionis diſpoſitione habemus quo-
que *dec. Borgn. xv. de contract. alias* 44.
par. 1. num. 4. verſ. 2. quia fructus om-
nes percepti, et penſiones pro fructibus
perceptis, non ſolutæ, etc. et eſt ſpecia-
lis de fructibus Eccl. locatis, vbi et ipſe
inſequitur hanc *Iulij 3. conſtitutionem*
156 affirmando eſſe iuri communi conſonā
inſequitur etiam *Nauar.* et plures à me
relatos et alias *deciſ.* et hoc latius tenuit
in eius *Indice d. 1 par. in verſ. fructus
percepti*, vbi adduxit pleniſſimam addi-
tionem, & facit ibi per totum vſque ad
verſ. fructus computantur, & eund.
Borgn. nouiſſime ſecutus eſt *Caroc. tract.
de loca. par. v. tit. de 6. gradu acciden. q.*
x. *num. 17. verſ.* ſimiliter penſiones non
157 dum exactæ ex bonis locatis pertinent
ad ſucceſſorem, non ad hæredes &c. am-
plectendo dictam *Iulij 3. conſtitut.* &
addcn. *Zabarell. conſ. 79. Anchar. conſ.
116. & Port. conſil* 104. & 161.

In fortioribus autem termin. *Rot Rom.* ter-
minauit *de anno* 1584. *xv. Nouemb. in*
158 *vna Burgen. expenſarum*, quod pecu-
niæ inexactæ, quæ debentur ratione
expenſarum fact. à prædeceſſore in qua-
dam lite pro exemptione iuriſdict. in qui-
bus altera pars fuerat condemnata, quam
uis dubitari poſſit, an de bonis patrimo-
nialibus, an verò ex prouentibus Eccleſ.
factæ fuerint per ipſum beneficiarium
defunctum, quod nihilom. tranſeant ad
ſucceſſorem, & e dem debeantur, quia
etiamſi exactæ fuiſſent pertinerent ad
ipſum, nam & ſi habeantur pro fructibus
collectis, non tamē poteſt dari quod ſint
conſumpti, & ideo &c. Hæc eſt *deciſ.*
809. *Domini receſſerunt volum. 1. di-
uerſ.*

Deciſ. aut *Rot. Rom.* pro com. opin. habea-
tur ad trad. per *Imol. & Barba, capitul.*
159 *olim. el 1. de lit. conteſt. Sarnen. in pro-
bem. reg. canc. quaſt. 2. in 4. fund.* & per
Vant. ti. de nul. ex defec. iuriſd. deleg. num.
20.

Et licet communis opin. ſequenda non eſt
quotieſcunque reperitur falſa, vel proba-
bili

160 bili ratione poteſt conuinci, vt latè per
Doct. relat. per *Marth. tract. de tribu.
Vrb. capitul. 5. num. 23. & ſeq.*
161 Tamen quod potiſſimũ opin. Rot. Ro.
ſint & amplectendæ, probauit Id. *Mart.
ibidẽ n 25. cũ plur. ſeq.* per plura ibi addu
cta, quæ hic omittam, quia ex ſuperius
forſan nimis prolixè deductis patet, quod
opin. eiuſmodi non ſunt falſæ, neque pro-
babilibus rationibus poſſunt conuinci, &
eo minus ſtante d. conſtitutione pontifi-
cia, de cuius concordantia cum ipſius iu-
ris communis diſpoſitione ſatis conſtare
ex præmiſſis cenſeo, adeo vt etiam ipſa
ceſſante, nihilom. reperiamur in eiuſmo-
di diſpoſitione per eandem ſup. cit. iuris
communis diſpoſitionem.
Quibus ſic ſtan. & attentis ſupernacaneum
fore exiſtimabo per plura comprobare
hanc concluſionem quod affictus huiuſ-
modi tempore mortis dicti prædeceſſo-
ris inexacti, quinimmo & quorum ſolu-
tionis dies nondum aduenerat, debeantur
præf. Mag. & M. Reuer. D. Guido Antoni-
no immediatè ſucceſſori in d. canonicatu,
& præbenda.
Nam & ſi concederemus (quod nequaquã
ſtan. d. conſtit. pontificia, & alijs ſup. not.
concedere poſſumus) hoc eſt, quod ipſe
beneficiatus defunctus habuiſſe factionẽ
teſtamenti de ipſis inexactis (niſi eam
ex ſpeciali indulto Papæ habuiſſet) adhuc
tamen opponi poſſet non conſtare de in-
dulto, ſiue licentia huiuſmodi, & quod ex
162 facultate eiuſmodi de eis diſpoſuerit,
quo caſu, etiam ſucceſſor in beneficio
ſuccederet ab inteſtato in eiſdem ſecun-
dum *Hoſtien. & gloſ. dict. cap. præſenti*, &
ibi *Ancha. colum.* 2 prout omnes conue-
163 niunt ſic atteſtante *Nicol. de Vbald. de
ſucceſſ. ab inteſtato clericorum in 6. quæſt.
ſub num.* 15 *verſ. In hoc nihilominus*, quẽ
etiam poſt *Hoſtien.* retulit *Redoan. dict. q.
3. poſt nu. 16. in verſ. Si verò clericus non
habet adminiſtrationem*, & ibi quoque
inferius, *§. & in hac materia, poſt. nu.* 34.
vbi alios quoque de cõmuni opin. & ob-
ſeruantis atteſtantes refert, & idem in *q.
3. ſub n* 15. *verſ. Si verò clericus*, & etiam
in *quæſt. 8. §. de ſucceſſione clericorum
ſecul. ſub num.* 18. vbi poſt conſtitutum
caſum huiuſmodi (ſed de canonico præ
bendato, ſcilicet perſonaliter, & ſimplici-
ter beneficiato) ſubiunxit, ſed hoc hodie
fuit deciſum per *Conſtitutionem Iulij 3.*
idem quoque in *quæſtione nona, ſub nu-
merum quinquageſimum ſecundum*, ibi.
hæc quæ dixi, beneficiatum poſſe diſpo-
nere in vita de fructibus, &c. procedunt
164 quando diſpoſuit de eis, ſed ſi moritur
diſpoſitione non facta fructus reſeruan-
165 tur Eccleſiæ, & remanent futuro
ſucceſſori. Hoc etiam affirmauit *Calix.
dicto conſilio vigeſimo quarto, ſub nume-
rum trigeſimum primum, verſiculo Quic-*
166 *quid autem ſit de illis varijs opinionib.
an beneficiati faciant fructus ſuos vel ne*,
167 illæ varietates procedunt quando Præ-
168 latus diſpoſuit de fructibus, ſed quando
non diſpoſuit, tunc fructus reſeruantur
ſucceſſori, ita etiam per *Rober. d conſ.* 25.
verſ. Ex quibus omnibus &c. ibi, & mul-
to magis ſi non diſpoſuit, & ex *conſ.
Car. Flor.* quẽ ibi refert, & ſequitur, *Inci-
pien. Tria ſunt*, & prout ibi ad ſi. d. conſ.
Quod vtique magis, & à fortiori procedere
habet conſtituendo caſum de beneficia-
to cum adminiſtratione, & ſic quoad fru-
ctus, ſiue affictus præbendæ diſtinctæ
iuxta diſtinctionem, quam ipſe *Redoan.*
repetiuit etiam in *d. q. 8. d. §. de ſucceſſ. cle-
rici num.* 19. *verſ. in fructibus præbendæ
diſtinctæ*, &c. & per ea, quæ ſuperius fa-
tis abunde deduxi, à qua ſententia non
video, quod diſſenſerit *Colum.* in eo quod
referat beneficiatos eſſe Dominos ita
vt ſecundum aliquos etiam moriẽtes te-
ſtari poſſint, nam ex ijs aperte colligitur
concluſio, de qua ſupra.
Et quod in hiſce fructibus inexactis dari nõ
poſſit de aliqua prætenſa conſuetudine in
contrarium ſupra onerosum fuit ex plu-
169 ribus, & inter cætera quia procederet
quoad perſonaliter, & ſimpliciter bene-
ficiatos, Item, quia reiicitur, & auſertur
omnino, Tertio, quia ſublata fuit per d.
cõſtitutionẽ, & per illud decretũ irritans.
Et vbi lex, vel ſtatutum annullat, vel pro-
hibet ſtylum, vel conſuetudinem tunc
170 illa non poteſt introduci, neque al-
legari, vt latiſſime & ex multorum
doct. opi. multiſque ex dec. affirmauit
Borg. dec. decimaquarta. ſub num. 71.
de contract. par. prima. Quarto, quia
alias procederet, quoad fructus extan-
tes penes beneficiarium tempore mortis
& cum cæteris eius bonis incorporatis,
ſecus verò quoad inexactos, Quare
huic reſponſo tandem finem impono
nempe prolixiorem, quam voluerim,
ſed tum clariorem, & magis enuclea-
tum quam alibi inuenerim iux. vires
ingenij mei de quibus gratias ago Do-
mino Deo Noſtro cui ſit ſemper laus
& gloria. Amen.

Hieronymus Mainatia Aduoc. &c.

MDXCIV.

Digitized by Google

MDXCIV. xviij. Ianuarij.

Excellentiſſimus I. C. Parnumia Vic. Prætorius, Coram quo cauſa iſta pendebat, viſa præſenti conſultatione ſententiam protulit diffinitiuam in fauorem d. ſucceſſoris contra hæredes prædeceſſoris, non obſtantibus per eos allegatis, quæ tranſitum fecit in iudicatum, & eſt in Actis D. Hectoris Oldofredi.

ADDITIONES EIVSD. CONSVLT.

DOcto, tenen. clericum dici vſufru. in
171 vita; & vſuarium in morte addo
Baroc. deci. ſeu caſ. 25. n. 2 & 3. verſ. & cle-
ricus dicitur vſufructuarius in vita, nec
vltra diſponere poteſt, in hoc inſequitur
*Abb. c. cum eſſes, nu. 24. de teſt. & in verſ.
ibi ſub seq.* ſub his verbis, & vſuarius in
morte ſecundum *glo. c. præſenti ver. reſer-
uari, de off. ord. 6.* ſubiungens ibi *Caroc.*
quod *Barba.* dixit hanc *glo.* ſingularem in
c. requiſiuiſti, num. 34. de teſta. & in *c. ve-
nerabili col. 70 de off. de leg. & de præſtan.
Card par. 1. quæſt. 3. col. 5.* atq; *Didac. c. cũ
in officijs, n. 1. de teſt.*
172 Et hanc opin. eſſe magis communem
firmauit *Caroc. ibid.* ſiue habeat admi-
niſtrationem, ſiue non, allegat *Iaſon.
conſ. 75. vol. 3.* & faciunt trad. ſuperius
ſub n. 45.

Secunda Additio.

Et illis doct. tenen. quod beneficiarius ha-
beat tantum viuere de redditibus benefi-
cij quantum indigeat quodq; ſit tantum
173 adminiſtrator non autẽ Dominus addo
hic latiſſime trad per *Lamberteng. de iure
pat. in 7. art. q. 8. par. 1. lib. 1. n. 5. cum pluri-
bus seq.* vbi plur. *tex. & doct.* cumulat. qui-
bus addo *Io. Coras. paraphr. sacer. c. 2. à n.
9. vſq. ad fi. in par. 1.*

Tertia Additio.

Ad illud trad. n. 89. quod defuncto poſſeſſo-
re beneficij fructus collecti ante eius
mortem penes eum extantes diuidi de-
beant pro rata temporis inter illius hæ-
redes, & ſucceſſorem in beneficio addo
hic *Paris. de confiden q. 35. sub n. 48.* vbi
174 affirmat hanc eſſe magis receptam, &
Guttierez in pri. can. q. c. 33. poſt relatam
cõmu. contrariam, & doct. eam tenentes,
175 eam impugnauit & hanc eſſe tenendam
admonuit per plura ibi viden (quib. ma-
gis adheren. eſſe videtur) addendo etiam
176 in caſu penſionarij defuncti, veruntamẽ
in caſu penſionarij videre eſt trad. in aliis
177 meis conſult. & præſertim in illis pro
Illuſtriſſ. & Reuerend. D. meo Marino
Georgio Brix. Epiſc. occaſione mortis Il-
luſtriſſ. Cardinalis de Verona, atque in
alia pro hæredib. Illuſtriſſ. Co. Alphonſi
de Gambara.

Quarta Additio.

Sed quod imo diuidi debeant inter hæredes
defuncti. & ſucceſſorem eo modo quo fit
inter marit. & vx. tenuit *Nauar. de red.
Eccl. q. 2. moni. 13 in princip. & in moni.
seq. atque in eius conſil 61. de præben. Ga-
briel. conſil. 191 sub n. 14 vol. 2. & Rot. de-
ciſ. 761. n. 4. vol 1 diuers* id quoque tenuit
*Rota in vna Mediolanen. fructuum die
lunæ 9. Martij. 1592. coram Orano* præ-
ſuppoſita tamen conſuetudine in illa di-
tione Mediolanen. & inter alios refertur
Nauar. vbi ſup.
Et ab hac opin. quod fructus collecti tem-
pore mortis benefic. ſpectent ad illius hæ-
redes non auſi fuerunt recedere *Alber.*
nec alij relati per *Didac. eo. loco ſupra cit.*
vt ipſe teſtatur ibidem primo *variar. re-
ſol cap. 15. sub n. 12.*
Quinimo ab iſta opin. non eſſe recedendum
179 tenuit *Nauar.* impugnan. *Didac.* rece-
dentem, vt in eiſdem ſup. cit. locis.
Quam opin. procedere etiam ſi non fuerint
180 in horreo reconditi, quia ſufficiat eſſe à
ſolo ſeparatos tenuit pro veriori id. *Co-
uar. & Nauar.* de communi affirmat *Ti-
raq. de retract. conuen. §. 5 glo. 4 sub. num.
1.* quibus adhæret *Rot.* vbi ſup.
Contrarium tamen tenuit *Calder. conſil. 2.
181 de pecul cler. verſ. 1. & 2. caſu, & conſtit.
Iulij 3.*
Et retenta iſta opin. aduerte illam intelligi
182 debere, prout cantant verba *tex.* ſæpe
cit. *c. præſenti, in §. porro, de off. ordin. in 6.*
licet enim ibi loquatur quoad perſonas
Eccleſiaſticas prætendentes in ipſis fru-
ctibus ratione collationis, ordinationis,
præſentationis, & cuſtodiæ eiſdem perti-
nẽtibus, nihilominus ratio intrat indiſtin
183 cte quoad quoſcunque. Et ſic quoad hæ-
redes, vt .ſ. vbi ex priuilegio, vel conſuetu
dine iam legitime præſcripta, ſeu alia de
cauſa rationabili puta pro onere impoſi-
to in ſudatione fructus eiuſmodi ſibi cõpe

tere oſſerant, ſolutis prius debitis, ſi quæ
ſint ad quę remanet Eccleſ. obligata, &
ſucceſſor ſicut hæres filius ad paterna, ex
ipſis fructibus extantibus tempore mor-
tis beneficiarij deducatur etiam portio
congrua pro alimentis futuri Rectoris, &
pro ſupportan. oneribus Eccleſiæ, eidem
incumben. vſq; ad nouos collectus (Quod
184 tamen male ſeruatur quia hæredes ple-
runq; capiunt abſque vlla deductione,
quo fit vt poſtmodum cętera eorum bo-
na corruant tanquam igne combuſta.

185 Et mea eſſet ſententia, vt tunc non
eſſet facien. huiuſmodi deductio quando-
quidem ille prædeceſſor adeptus fuiſſet
poſſeſſionem ipſius beneficij, & eidem
inſeruiſſet nulla habita perceptione fru-
ctuum, ita quod de eius proprio coactus
fuiſſet alimentare, & opera ſufferre, iſto
enim caſu æquitas ſuadet, quod ipſe, &
ſic eius hęredes retinere poſſint tot alios
fructus æquiualentes Et hic opinioni vi-
dentur conſona illa *Nau.* ſuperius relata
*n.*194 & adhoc videre eſt *Addit. ſubſeq.*
Alioquin huiuſmodi deductioni locum fore
conſtanter tenerem, quia fructus Benefi-
186 ciorũ ſemper ſunt obnoxij pro alimen-
tis, & oneribus futuri anni non autem
præteriti, incipien. ſ. a die collectionis
vſq; ad nouos collectus, vt infra dicitur
per eundem *tex.* & ibi per omnes ſcrib.
atq. per *Borg. decif.*32 *num* 35. *part.*3 &
*decif.*8. *num.*80. *ea part.*3, facit etiam *dec.*
37. *num.*189 *par.*2. vbi quod alimenta Re-
187 ctoris ſunt in primis detrahenda, & ſic
quoque onera Beneficii, & quod ſolui de-
beit per eum, qui percepit fructus, quod
tamen ſemper habet intelligi ſi fructus
ſint ſufficiẽtes, & hoc ſuppetant ad trad.
per eundem *Borgn. decif.*27. *n.*23. *part.*3.
188 vbi ſubiungit, quod in dubio Beneficiũ
non præſumitur tenue, nec habere exi-
guos redditus, & ideo hos probari debe-
re per aſſerentem ex *decif. Caputaquen.*
359. *num.*3. *lib.*3. quam tamen non inue-
ni in libro meo, ſed eſt *decif.*62. *n.*1. Hoc
189 autem probari poſſe producendo liſtã
omnium bonorum ipſius Beneficii cum
reddit. prouentu, & oneribus, & qui vo-
luerint dicere alia bona extare, vel maio-
res fructos eſſe recollectos, probare de-
bere ita per *Borg. ſup. alleg. decif.* 8. *ante*
*n.*36. *incipien. ibi verſ. quo fit vt ſi qui per-*
cepit.

Et quoad huiuſmodi deductionem vt præ-
mittitur faciẽdam optime congruit quod
190 elicitur ex Actis Eccleſiæ Mediolan.
dep. decr. 39. par. 2. fol. mihi 543. vbi ſunt
hæc formalia verba. *Quoniam in noſtra*
& Vrbe, & Diœceſi eſt quidem Canonum
rationi alienus admodum ac plene repu-
gnans vſus, vt ſi fortè eũ ſuſius Eccleſiæ
Rector menſe Auguſto, aut poſt eodem an-
no moritur, is qui in eius locum vacante
Eccleſiæ præficitur (etiam ſi qui obijt, vel
paucos dies Eccleſiæ operam nauaſſet,) ne
vllã quidem partem habeat cenſuum, fru-
ctuum, aut amolumentorum, quæ eo item
anno ex illius Eccleſ. prædijs percipiun-
tur, quæ res iure non introducta Eccleſijs
cum maxime perniciosa ſit ijs præſertim,
in quibus animarum cura exercetur, quo
niam non facile quiſpiam ſacerdos illius
Eccleſiæ curationem ſuſcipit, vnde ne vi-
ctum quidem vſque ad ſequens anni ini-
tium ſperare poſſit. Nos propterea ſac.
Canon. auctoritatem ſequuti, illud edici-
mus, vt ſi poſt Kal. Auguſti Eccleſia Re-
ctor deceſſerit, is, qui illius Eccleſiæ fru-
ctua ad ſe pertinere aſſeris, ære alieno, ſi
quod Eccleſia habet, perſoluto, & detra-
ctis fructib. qui ipſius Eccleſiæ Rectori,
& miniſtris ad victum, atque ad reliqua
onera præſtanda neceſſarii erunt, quoad
alii ſequenti anno percipientur, qui ex
iis reliqui fructus erunt, eos ſolum ſibi
retineat. Ecce quod hoc decretum omni-
no eſt conſonum ſupr. allegat. *§. porro. c.*
præſenti, de offic. ordinar. in 6.

Et ab is non diſcordant trad. per *Borg ſupr.*
*alleg. decif.*32. *part.* 3. *num.*35. vbi refert
191 quod virtute indulti à Iulio PP. 3 in to-
to ſtatu Mediol. ob illius inueteratã con-
ſuetudinem de anno 1553. conceſſi, & à
Sixto V. de anno 1587. confirmat. fructus
Beneficiorum collecti (quamuis in hor-
reo non reconditi) & ſic affictus etiam
non exacti ſunt ipſius Rectoris præmor-
tui, ſicut ſunt vſufructuarii, et eius hęredis
& venientium ab inteſtato, non autem
Eccleſiæ, nec ſucceſſoris in ea, & ſi ſolum
pro parte ſunt recollecti, & pro parte col-
ligendi, qui ſunt collecti tantum ſunt ſui,
vt præmittitur, ſed quod hæres tenetur
de illis perceptis ſoluere onera incum-
bentia beneficio vſq; ad nouam fructuum
collectionem, & ſic ad alimenta noui
Rectoris & ei ſeruien. in eccleſia & ad ex-
penſas ſeminis ſi quidem fructus hoc ſup-
portarent.

Quinta Additio.

Et adhæreden. opin. de diuiſione facienda
192 aduertendum eſſet quod Beneficiarius
defunctus, & ſic eius hęredes lucrãtur fru-
ctus ad ratam temporis illius anni, quo
vixit incipiendo annum à menſe Auguſti
vel

velOctobris citra,& in antea ſi excedunt
alimenta,& onera illius temporis,& re-
ſiduum eſt ſucceſſoris, vel Eccleſiæ, aut
ſaltem obnoxium pro alimentis ſucceſſo
ris, & oneribus futuris intra illum annũ
vſque ad nouos collectus, adeo vt ſi Be-
neficiarius percepiſſet fructus de menſe
Auguſti, Semptembris, & Octobris, &
moreretur de Menſe Februarij, Aprilis,
vel Maij,& fructus non eſſent tenues,ſed
excederent alimenta, tali caſu ad ratam
temporis,quo vixit à menſe Auguſti, vel
Octobris vſque ad menſem quo obijt, &
non vltra debent hæredes Beneficiarij
retinere fructus,& pro alijs menſibus vſ-
que ad nouos fructus debent reſtituere
ſucceſſori, quia & à morte Prælati citra
193 ſpectant ſucceſſori,& ſubiacent ad ratã
omnibus oneribus,& alimentis vſque ad
nouum annum Auguſti, & Octobris ſe-
cundum *Borg.dec 37.a num 48 vſq; poſt
num.57.par.2.* animaduertens in hoc plu-
194 res errare qui putant Beneficiarium eſ-
ſe Dominum fructuum poſteaquam ſunt
à ſolo ſeparati,& eos inſeruire pro oneri-
bus præteritis,cum imo reſpicere habeãt
tempus futurum,& non præteritum.

Sexta Additio.

Quam concluſionem limitauit non proce-
195 dere,quando fructus eſſent tenues, &
non excederent alimenta,& onera,quia
196 tunc eſſe Rectoris; & etiam non exa-
ctos iſto caſu non trãſire ad ſucceſſorem,
ſed ad hæredes etiam ab inteſtato, ſecus
ſi excedant, quia illud plus acquiratur
Eccleſiæ, tenuit, & tradidit idem *Borg.
decis 8. num. 72. & 76. part. 3. & facit
in decis 27. num. 20. & 23. ea. par. 3.*
adeo vt ſi de ipſis fructibus ipſe Benefi-
ciarius aſſumeret ſuum victum,& eius ali-
menta neceſſaria,& ordinaria pro illis ſu
197 perlucrandis tali caſu vti ſua propria
non poſſet ſucceſſor nouus, nec Eccleſia
in illis habere aliquod ius,ſed ad hæredes
ſuos tranſirent, vt idem aduertit ſupra
alleg. decis. 37. num. 58. par. 2.

Quæ tamen opinio non caret difficultate,
ſtante quod non ita loquitur ipſa Cõſtit.
ſed ad eam ſuſtinendam recurrẽdum eſt
ad ea, quæ tradidit *Nau. de reddit. Eccleſ.
apolog. quæſt. 1. moni. 31.* & poſtmodum
in *comment. ad cap non liceat 12. quæſt. 2.
in deſin ſpol. in 6. not. quod eſt vltimum, &
in §. 8.* vbi declarat *extrauagan. Pij V. de
ſpolijs ibi ſigmanter ad §. præterea num.
7. in 4. notab. vbi* adnotat, quod cum in
ipſa *extrauagan.* ſancitum repetiatur,

198 quod nullus beneficiarius,vel penſiona
rius,qui dum viueret non habuerit in be-
neficijs, vel penſionibus Eccleſiaſticis
maiorem redditum quam triginta ducato
rum auri de Camera non cenſeatur in
morte relinquere ſpolia,exinde fiat,quod
ſi beneficiarius parce viuẽdo ex illis red-
ditibus aliquid tempore mortis relinquat
id omne tranſeat ad eius hæredes quia
illud efficitur quaſi patrimoniale quod
non cedit ſpolijs,nec iure ſpoliorum ca-
pi poteſt.

Ex quo etiam ſucceſſorine ibidem in 5. no-
tab. admonet pẽſionem dictam ſummam
ducatorum triginta de Camera exceden-
199 tem æquiparari fructib. Eccl,ita vt de
ea non liceat pro libito diſponere, ſicut
200 neque de redditib. beneficij, qui in hac
materia ſpolij æquiparantur per *Pium 5.
in d extr.*

Quod tamen nunquam vidi in praxi.

Septima Additio.

Aliud notabile in hac materia fructuum ine
xactorum tradidit idem *Borgn.* hoc eſt
201 quod ſucceſſor in Beneficio non poſſit
prætendere in fructibus annorum præte-
ritorum,ſed dumtaxat pro illo anno,quo
beneficiarius moritur, vt in dicta *decis.
27. n. 19. p. 3.* ſed de hoc cogitandum, quia
202 *Iulij 3. conſt* loquitur abſque huiuſmo-
di diſtinctione, & ſic habet intelligi etiã
pro annis præteritis, & ego vidi in facto
ſic obtentum per ſucceſſorem.

Octaua Additio.

Succeſſor in beneficio non eſt Dominus
fructuum huiuſmodi inexactorum,qui ad
203 eum perueniunt ſed deductis alimentis
iuxta qualitatem, & conditionem ipſius,
quod ſupereſt conuertere tenetur in vti-
litatem Eccleſiæ,alioquin in augmentum
dotis ipſius Beneficii,non autem in pro-
prios eius vſus, & eo caſu quo in pro-
prios vſus conuertiſſet teneretur de illis
facere reſtitutionem Eccleſiæ,et ſucceſſo-
ri ſecundum tradita per *Borgnn. reper.
ver. fructus percepti n. 7. verſ. Vnde clare
elicitur concluſio etc. vſ: ibi ſequitur.*

Nona Additio.

Adductis ſuperius ex *Colum. n. 114. cum
ſeq.* quod poſt conſtituta beneficia,benefi
ciarii habeant eorum dominium,ita vt ad
onus reſtitutionis fructuum non teneam-
204 tur addo *Molin. de iuſtitia, & iure di-
ſpu. 143.* vbi contra *Nauarr. & Ma-
ior.* explicat *Concilio Tridentino* loco

ſio quamuis ſecundum eo. opinionem potuerit Papa concedere licentiã diſponendi de eis, vt per *Redoan. de ſpol. q. 7.* quę tamẽ licẽtia regulariter nõ extẽditur ad prophanos vſus ſecundũ *Nau. tract. vbi ſup.*
Ex his quoq; animaduerten. quod ſi opponeretur aliam mediam viam eligendã eſſe,
87 ſ. quod fructus beneficij diuidantur inter hæredes beneficiati, & ſucceſſorem, aut Eccleſiam pro rata temporis, quo beneficiatus in illo anno, quo deceſſit inſeruiuit Eccleſiæ ſecundũ *Couar. ſup. cit li. 1. var. reſol. c. 15. ſub num. 12. verſ. ſed in hac ipſa*
88 *quæſt.* cum apud me compertum ſatis ſit non eſſe æqualem vſufructuarium clerico
89 habenti Eccleſiaſt. beneficium, & ibi infra exiſtimo æquius & iure verius eſſe fructus eius anni, quo mortem clericus obierit, indiſtinctè pro rata temporis ad defunctis hæredes pertinere, atq; ibi inferius. verſ. rationi igitur conueniens eſt pro rata temporis fructus Eccleſiaſtici beneficij diuidendos eſſe inter defunctis hæredes, & ipſam Eccleſiam,
Quod procedere cenſuit etiam in renunciãte (ſed de hoc videre eſt *Pariſ. de reſigna.*
90 *benefi. lib. 1. q. 6. fi.*) Quam opin tenuit ipſe *Didac. ad hæren Alber. ſup. ci. l. diuortio n.* 12. itidem, & ex ea ratione quam tradidit
91 *tex gloſ. & Gemin. d. c. præſenti § poro.* vbi quod fructus agrorum, & prædiorum ipſius Eccleſiaſtici beneficij eiuſq; redditus conſtituti & deſignati reperiuntur a canonibus pro oneribus ſubſtinendis totius anni vſq; ad aliam nouam collectionẽ
92 fructuum inter quæ Eccleſiæ onera connumerantur ſtipendia ipſis miniſtrantibus ſiue ſeruientibus debita,
Ad hæc reſponderetur eiuſmodi opin. *Alb. d. l. diuortio* haud recipi; ſed prorſus repelli per ſup. not. quibus addo *Nauar. apo-*
93 *log. q. 2. nu. 13.* vbi in ſpecie reſpondit eidem *Didac.* confutando eiuſmodi opin. tãquam contra communẽ ſupra vltimo loco memoratam etiam ab ipſmet *Didaco* relatam ibid. *ſup. verſ prius tamen*, & ibi, quidem parem eſſe cenſentes, &c. & de qua ſup. ſatiſdixit & finaliter ſubiũxit ip-
94 ſe *Nauar.* certum ſibi eſſe quod ſucceſſor in parochiali, cui prædeceſſor per ſe vel alium inſeruiuit, & ante vllos fructus perceptos obijt debet ſoluere illi tantum quantum ad honeſtam ſuſtentationem inſeruiendo indiguit etiam iure naturali; Et
95 ſic quoq; procedere quoad alium beneficiarium, qui nihil de redditibus percepit, prout ibi videre eſt *pag. fin. verſ. nec videtur obſtare &c. vſq. ad fin.* Quod nempe non ſonat in diuiſionem fructuum, ſed in ſolutionem tanquam pro ſtipendio ad ſuſtentationem per *text. ſup. cit. c. §. porro* & ita quoque per *Ferret. conſ. 372. colum. final. verſic. non obſtant allegato, &c.*
96 ibi, quia opinio iſta, & diuiſio fit, & procedit quando ſoluitur penſio reſpectiue ad certum quid puta propter onera matrimonij in caſu *d. leg. diuortio*, & ſimiliter in caſu quando vixit Sacerdos, cui debentur fructus ex cauſa ſeruitij per eum impenſi Eccleſiaſt. vt conſiderant *Philip. Alber. & Alexand.* Et prout ibi late declarat, quem videre eſt etiam ibi
97 ſub num. 6. vbi dicit quod *Albert. & alij doct.* loquũtur ibidem de Canonicis prębendatis, & alijs Eccl. ſimpliciter beneficiatis, quia tales dicũtur fructuarij ſecun-
98 dũ com. op. & conſuetudinẽ ſup. all. & ſic quod ratione perſonarum ſuarum fiat diuiſio pro rata anni pro parte qua ſuperuixerunt in ſeruitio Eccl. (quod & nos concedimus ſeu ſaltem non controuertimur, quia non reperimur in caſu de ſimpliciter beneficiatis, neq; loquimur quo-
99 ad diſtributiones quotidianas quas canonici præbendati lucrantur pro rata temporis quo inſeruiunt, & ex conſuetudine ad hæredes tranſmittunt ſecundum trad. per *Redoan. d. q. 3. n. §. Et in hac materia ante n. 4. ſub n. 21. atq; in fin. verſ.* & de diſtributionibus, (quamuis capitulum ipſius Eccleſiæ poſſet prætendere in contrarium ſecundum no. per *Nauar. q. 1. nu. 74*) adeo vt fruſtra fieret oppoſitio eiuſmodi de diuiſione facienda quoad fructus ſiue affictus præbendæ, quia de eis non poteſt procedere ſtan. ſup. notat. & tanto minus, quia affictus huiuſmodi reſpiciunt onera anni laben. vſque ad nouam collectionem per ſup. not. atq; etiam minus quia term. Natalis prox. tũc antea decurſum ipſemet R. Aueroldus exegerat, itidem, & quia ponderando ad hæc ãnot. *fin. ad ſup. cit. c. 3. quod eſt fin. l. 1. vij decr. quæſt.* eſt ex opin. orig. *Hoſtien.* per eandem ſupracit. *l. diuortio*, vt defuncto poſ-
101 ſeſſore beneficij fructus vltimi anni diuidi debeant pro rata temporis int. Eccleſiæ & ſucceſſores clerici aduertendum eſt quod huiuſmodi adnotatio fit ad *ver. decurſo.* quo caſu non reperimur quia ante obitum d. beneficiati tempus ſoluendi non erat decurſum vt in præmiſſo themate, & ideo non debebantur, item aduertendum cum dicat ſucceſſores non intelligi pro hæredibus, ſi animaduertimus ad anno. ibi præcedentem, quæ

eſt

Digitized by Google

eſt ſub iſtis ver. quod vacantium benefi-
ciorum fructus debent conuerti in Eccle-
ſiæ vtilitatem, vel reſeruari futuro ſuc-
ceſſori per *text. cap. quia ſæpe de elect. in
6. & cap. ſi propter de ſcrip.* eo ſed quoad
iſtud ver ſucceſſoris videre eſt *Corn. conſ.
97. vol.* 1. & latius ad alius, ſecundum *Al-
ber. dictio ſub iſto verbo ſucceſſor.* Et
quicquid ſit ci ca huiuſmodi diuiſionem
obſtant ſuperius allegata, & infra alleg.
Tertio, & vltimo (quod vnum ſufficit, &
animaduertendum eſt; quia vt ſupra ſæ-
pe dixi non reperimur in caſu, quo loqui-
tur *d. gloſ. præſenti*, ad quam, vt præmit-
titur, omnes recurrunt, nam millies da-
to non tamen conceſſo procedere *dict.
diſtinct. Hoſtien.* receptam per *gloſ. d. c.
præſenti*, & communiter per omnes ſcri-
ben. necnon & illius aſſertam communẽ,
& generalem obſeruantiam, quinimo
etiam magis dato quod in hac prouincia
102 ſic vſu recepta eſſet (ſiquidem conſti-
tutiones ſiue ſtatuta, & conſuetudines
Prouinciæ ſeruari debeant ad *no. c. cum
omnes de cõſtit & l. omnes popul. ff. de iuſt.
& iur.* (verum eſt quod ſtan. dict. decre-
to irritan. ſtanteq; d. conſtit. ſynodi pro-
uinc. ſtandum eſſet duntaxat iuris com-
munis diſpoſitionis quacunq; conſuetu-
dine non obſtant.)
Dico concluſiue verum intellectum *d. gloſ.*
comuniter receptæ talem eſſe prout de-
103 clarat *Geminian. ibidem num. 16. verſ.*
104 ſed dico quod iſta *gloſ.* hoc non dicit,
ſed requiritur ad hoc, vt beneficiarus te-
ſtari poſſit, quod tria concurrant, primo
quod non habeant adminiſtrationem Se-
cundo quod beneficium ſit ſimplex. Ter-
tio, quod illud ſibi obueniat perſonali-
ter tantum, & ſicut tales fructus ſunt ſibi
conceſſi ratione ſtipendii perſonalis, his
concurrentibus poterit teſtari. Hæc ſunt
formalia verba *Gemin. vbi ſup & eund.*
ſequutus fuit *Fran. ibidem col. 5. verſ. I deo
intelligit Domi.* hanc *gloſ.* procedere tri-
bus concurrentibus, ita quoq; *Nicol.
Delphin. tract. de iure patr. lib. 1. n. 83. ver.
& breuiter ſi concurrant tria, &c.* & late
per *Redoan. de ſpol. d. q. 1. ſub n. 51.* ibi,
ſed *gloſ.* recte intellecta &c. *& quod 3 ſub
n. m. 14 in § ſtantibus iſtis repugnantijs
v verſ.* ſuper qua materia, vide, quæ, dixit
*Gemin. & § & in hac materia pro decla-
ratione & c n. 25.* & per eundem in *tract.
de reb. eccl non alien. q. 53. c 3 n. 6.*
Quæ omnia requiſita deficiunt in preſenti
caſu, ita vt extra omnem difficultatem
reperiamur, quod de dictis affictibus in-
exactis diſponere non potuiſſet, ipſe præ-
deceſſor, quatenus diſpoſuiſſet ſicq; &
eo minus ab inteſtato tranſmittere.
Quod autem deficiant eiuſmodi requiſita,
cõſtat apertiſſime ex no. per *Io. de Anan.
c. ſi. de peeul. cler.* ibi, & dicitur quod ille,
105 qui habet beneficium in titulum cui ſit
aſſignata certa dos, dicitur beneficium
106 cum adminiſtratione alias non proce-
dit quantumcunq; tale beneficium ſit ſim
plex ad no. per *Gemin.* quem & alios ſu-
pra cit. doct. ſ. *Franch. Nicol. Delphi &
Redoan.* videre eſt, quia deſcẽdunt ad hoc
particulare, de quo agitur, quod ſi Cano-
107 nicus habeat præbendã diſtinctam ab
alijs, tunc dicatur habere adminiſtratio-
nem ex no. per *Inno. c. ex literis de proba.*
108 *& c. tranſmiſſam de elect.* adeo vt ne-
quaquam de fructibus talis præbendæ
poſſit teſtari per *tex. cap relatum el. 2. de
teſt.* ita *Gemin. eo loci ſup. cit. ſub n, 14.
verſ. Idem dicit Inno.* de Canonico ha-
bente præbendam diſtinctam in Eccl. &
ibi infra *n. 17. verſ. et ex iſto infero*; quod
ſi Canonicus habeat præbendam diſtin-
ctam in Eccl. cum talis dicatur habere ad-
miniſtrationem non poterit &c. *Franch.
ibid.* in ſequen. *Nicol Delph. de iure patro.*
109 *poſt n. 82. verſ.* ſed quæro quæ ſunt illa
beneficia de quorum bonis clericus ad-
miniſtrationem non habeat ibi dic bre-
uiter eſſe Canonicos nõ habẽtes præben-
das diſtinctas, ſed duntaxat habẽtes bona
adminiſtrata per Capitulũ, aut per depu-
tatos ab ipſo, de quibus ſoluuntur diſtri-
butiones quotidianæ, &c ita quoq; per
*Redoan. d. q. 1. ſub n. 15. et q. 3. n. 17. et 18.
incipien. ibi verſ. et pro intelligentia etc.
iuncto verſ. ſeq.* & ibidem quoq; in *§. et in
hac materia poſt n. 4. verſ. ſubdens idem
de Vbal.* & ibi, quia Canonicus habent
præbendam diſtinctam non poteſt de illis
fructibus teſtari nec diſponere ſecus ſi
præbendæ non ſunt diſtinctæ, ſed quia
omnia veniunt in communi, & poſtea
diſtribuuntur, atq; ibi inferius ſub n. 35.
vbi ſimiliter refert, & ſequitur *Gemin.
vbi ſup.* ita quoq; per eund. *tract. de reb.
Eccl non alien. q. 53. cap. 5. nu. 22.*
Ex quibus reſultat finalis concluſio quod
quando etiam dicta opin. *Hoſtien. et gloſ.
ae ſequen* alias late & ſimpliciter intel-
ligeretur ſcilicet vt nec omnia tria requi-
ſita haberent concurrere, ſed illud vnum,
quo beneficium, de cuius fructibus agi-
tur, ſit abſque adminiſtratione, ad hoc
vt beneficiatus poſſit de eis diſponere,
ſtante, quod hoc principaliter deficiat.

Ideò nequaquam potuerit dictus præde-
ceſſor de dict.affictibus ipſius præbendæ
inexactis diſponere, etiam quod fructus
iam collecti eſſent, & etiam ſi dies ſolu-
tionis aduenijſſet, nedum cum nondum
aduenijſſet ſtante ſup.not.

Quibus non vtique aduerſantur latiſſimè
111 trad.per *Colum.eo.loc.ſup.cit. c.*22. vbi
ſub *n.6.& 9.*reiicit eiuſmodi diſtinctio-
nem trad.per *Hoſtien.* de qua ſup. & in
*c.23.ibi ſeq.*diſputat,& impugnat opinio.
112 *Archid* & in alio cap.ſubſeq.ſcilicet 24
113 memorat rationes ex quibus ſecundum
114 ipſum ſulciatur alia opinio, quæ tribuit
dominium clericis beneficiatis,& in alio
cap.ſubſeq.ſcilicet 25.facit concluſionem
115 ibi ad fi.num.49.ſub his verbis, ſed ne
diutius in re aperta commoremur jam
tandem concludamus poſt conſtituta be-
neficia,reddituum eccleſiaſticorum do-
minium nono ex tit.nullæque legi obno-
xia in clericos tranſtatum ſuiſſe,ac prop-
terea illos conceſſione Apoſtolica tutos
eſſe, ita vt ad eorum reſtitutionem nullo
iure compelli poſſent, quaſi hoc ſibi tit.
poſſeſſionis cauſam iuſte mutauerint, &
hanc concluſionem comprobauit, ſiue
repetiuit etiam in ſubſeq.c.26.in princip.
vbi ſub num.7. reprobat etiam differen-
tiam datam inter diſtributiones,& alio-
rum fructuum genus,&prout ibi num.18.
& in ibi quoque incipiente ſub num. 42.
116 affert. *decret.Conc.Trid.ſeſſ.24. c.12. de
reſor.& ſeſſ* 23.*c.1.reſor.& ſeſſ.25. cap.1.
ſimiliter reſor.*pro comprobatione, quod
beneficiarij faciant fructus ſuos, atque
etiam de ijs pro ipſorum voluntate libe-
rè diſponere poſſe, ſed voluntatem illam
certis regulis,modiſque reſtrictam eſſe,
neque inordinatam eſſe debere, & rurſus
eiuſmodi concluſionem retulit in *c..ſub-
ſeq.27.in princ.& fin.*necnon & in prin.
alterius ſubſequen.*c.28.& in fi.cap.31.at
que in c.32.in princ.& ſub num.*14.*& in
fin.& in cap.34 incipien.num.*18. memo-
117 rat doct.qui inſequuntur opin.*Archid.*
aſſerendo non excedere n.34.quorum ex
Canoniſtis,non excedere nu.10. reliquos
eſſe Theol.& ibi illud *ver.Dominium.*de-
118 clarat intelligi ratione diſpenſationis;
quia proprietate careant, quæ eſt penes
communitatem Eccl.& quatenus Theo-
logi vocent beneficiatios diſpenſatores,
haud differre in ſenſu; Et in cap.35.adnu-
merat doct. qui contrarium tenent eſſe
119 num. 55. videlicet *Canoniſtas 39. &
Theolog.16.referen.in num.Theol.& Ca-
noniſt.Turrecrem.& Alexand.* & ſic ſu-
perare in numer. contrariam partem de
120 votis 21.& ibi admonet non differre,
quod aliqui ex dictis doct.vocauerint be-
neficiarios eſſe vſufructuarios,quia in ra-
tione tantundem concludit,quod Domi-
121 nos,& in c 36.affert,quod data conſue-
tudine ad ſunt in num.72 quorum aliqui,
122 nedum viuentibus,ſed etiam morienti-
bus dominium tribuunt, ita vt de reddi-
tibus eccleſiaſticis teſtari illos poſſe con-
cedant,prout ibi ſub num.1.& ſub n.5.

Sed aduertendum,quia doct.ibi relati,prout
123 gloſſator Io.de Ana.Kircho.qui de com
muni teſtatur, & alij intelligunt conclu-
ſionem prædictam ſub diſtinctione Ho-
ſtien.ſ. de perſonaliter,& ſimpliciter be
neficiatis.

Itidem aduertendum,quod eiuſmodi opinio
124 non diſcreparet omninò data concilia-
tione ſenſus illorum verborum,quod ſint
Domini ratione diſpenſationis tantum,
prout tenuit *Redoan.vbi ſup.& inſ.cit* &
ſignanter quoque ad fin.*quæſt* 10.*de Spol.
verſ.& quod clerici ſint domini fructuum
intellige,&c.*& *Viu.d.opin.*101.*ſub num.*
4.*verſ.& hinc eſt,&c.* ibi.& licet dicatur
Dominus eorum hoc intelligitur, quoad
fidelem diſpenſationem faciendam ſibi,
& ſuis, quod etiam videtur ſenſiſſe *Na-
uar apol.q.1.mon.24.ſub num.*11.*verſ.* ex
quibus omnibus colligitur ipſiſſima ve-
125 ritas, videlicet,quod iura, quæ habent
illa eſſe Chriſti,vel Dei intelligenda ſunt,
quoad verum,& perfectum dominium,&
126 illa,quæ inſinuant eſſe Eccleſiaſticorum
prælatorum,aut beneficiariorum intelli-
genda ſunt quoad gubernationem, vel
adminiſtrationem illorum,& illa,quæ ha
127 bent eſſe pauperum,eccleſiarum, vel
piorum operum intelligenda ſunt, quoad
eorum ſuſtentationem,& prout ibi ſequi-
128 tur ſub num.12.vbi quod vera,& recep
ta eſt illa ſententia, ſcilicet, quod maior
eſt illis facultas,quam vſuarijs, quoniam
poſſunt in ſuos,& alios pios vſus de om-
nibus redditibus beneficiorum diſpone-
re, & minor quam fructuarijs, quia illi
poſſunt donare,& relinquere in vita,& in
morte licite ſuos fructus quibuſcunque
voluerint ſine vllo paupertatis,aut pieta-
tis intuitu,beneficiarij verò minimè, &
ibi adducit auctoritatem *Conc.Trid.ſup.
alleg.cap.1.de reform ſeſſ.*25. quod etiam
repetiuit loco infra prox,allegan. & ele-
ganter quoque per eum in ſup.cit. *conſil.*
14.*num.2.& 12.de regular.* vbi ſub *nu.* 2.
ſunt hæc formalia verba: Nec etiam cle-
ricus beneficiarius ſæcularis acquirit,ita
ſibi

Digitized by Google

ſibi ex rèdditibus beneficij, vt fiat Domi-
nus integer, & perfectus, ſed ſolum ſe-
cundum quid, hoc vt poſſit ex ijs decen-
ter viuere, & reliqua impendere pauperi-
bus vel alijs pijs operibus, & ita neque
poteſt diſponere de illis donando inter
viuos diuitibus, & operibus, prophanis,
neque in morte teſtari de illis, ſub num.
autem 12. reſpondendo ad arg. & inta
ibi per eum ante in contrarium adducta,
dixit, concedo quod etiam clericus ſecu-
laris beneficiarius non quærit ex reddi-
bus ſui beneficij ita ſibi vt fiat perfectus,
& integer Dominus, & conſequenter
quod non poteſt de illis teſtari, nec inter
viuos donare cognatis, vel alijs diuitibus
negando tamen quod non poſſit diſpen-
dere iam quæſita in ſuos, & ſuorum de-
centes vſus per contractus inter viuos
non gratuitos emendo videlicet, & ven-
dendo, locando, conducendo, & permu-
tando, immo, & gratuitos donando ob
cauſam remunerationis, paupertatis, vel
pietatis, &c. vt ibi remittendo ſe ad trad.
per eum d. tract.
Ad hæc conferunt elegantiſſimè trad. per
129 *Bero rub. de reb eccl. non alienan. num.*
& ibi ante, verſ. quantum verò ad vſum
diſpenſationem, procurationem, & admi
niſtrationem ſpectat, bona Eccleſiæ di-
cuntur eſſe Rectoris, & ſic clericorum
particularium, & miniſtrorum eccleſiæ,
130 (& ibi ſucceſſiuè) Et his reſpectibus
quandoque Prælati, & Rectores appel-
lantur Domini rerum eccleſ. quia admi-
niſtrant loco dominorum habentur, ſi ve-
ro malè loco prædonum, & prout ibi ſe-
quitur.
Et quod non ſint veri Domini fatetur etiam
ipſe *Columna*, vt ſup. dixi, niſi quoad illud
131 vt ad ſui beneplacitum diſponere poſ-
ſint de fructibus Eccleſ. abſque onere re-
132 ſtitutionis, quod tamen non concedi-
tur per *Viu. d. opin.* 101. *in verſ. et bine eſt
etc. ex doct. Fely. ibi in fine alleg.* & eo mi-
nus conceditur per *Nauar.* qui vult ipſos
teneri ad reſtitutionem, in quantū abutū-
tur comprobando hoc ex memorato de-
creto *Trid Conc. c. 1. in apolog. q. 2. moni.
7. ſub. nu. 14. et in monit. 21.* vbi affert re-
133 ſponſiones ad argum. ducta per *Co-
lumn.*
Hæc profectò nihil obſtant in præſenti quę-
ſtione, quia etiam quod aliqui ex ipſis
doctor. relat. per *Colum.* in caſu conſue-
tudinis tribuant facultatem beneficiarijs
quicunque ſint ſcilicet etiam adminiſtra-
tionem habentibus diſponendi etiam tē-
pore mortis in prophanos vſus (quod
tamen vt ſupra docui, ex receptiſs. doct.
ſententia reijcitur) adhuc tamen obſta-
ret non conſtare poſſe de huiuſmodi con
ſuetudine, quia immo de contraria con-
ſtat, & de vſu *dict. conſtitutionis Iulÿ* 3.
Itidem quia ſi conſtaret, non valeret,
ſtan. ſup. not. per *Redoan. et Nauar.* vbi
conciliat. opin. contrarias, atque per alios
ſup. rela. ſtanteſq; decreto irritan.
Verum & vlterius moneo dictam concluſ.
Colum. ex alio nobis non obſtare, quia
134 in d. c. 22. poſt reiectam opin. *Hoſtien.*
ibi ſub *num.* 13. ſe declarauit ſub illis
verbis: *Quærimus .n. vtrum beneficiarÿ
Domini ſint an vſufructuarÿ, vel vſuarÿ,
cui quidem dubitationi viuentibus illis
tantum locus eſſe poteſt*, & ibi infra, *non
pugnant inuicem, clerici Domini ſint, nec
tamen teſtari poſſint, quia tantum in
mortis, vel infirmitatis euectum Canones
dominium reuocant*. Ex quibus verbis
aperte declaratur haud quicquam nobis
officere eiuſmodi concluſ. quod in vita
ſit Dominus, & idem in alio *c.* 23. *ſub
num.* 25. facit in *verſ.* confirmantur præ-
dicta fidei commiſſarij exemplo, qui quā-
uis rerum, quas alteri reſtituere tenetur,
Dominus ſit, nihil tamen ex eis in vlti-
ma voluntate relinquere poteſt ſubdens,
ſic & beneficiarii, quamuis Domini ſint,
illis teſtandi licentiam interdictam fuiſſe
non eſt abſurdum, & verum intellectum
135 tradidit *Redoan. d. q. 3. verſ. & ex his*, &
aliis ſupra adductis, & in *verſ. unde pro
reconciliandis &c. cum ſeq. vſque ad fi.* vbi
quod iura loquentia quod beneficiarius
non habens adminiſtrationem ſit vſufru-
ctuarius, & vſufructuario æquiparetur.
Intelliguntur quoad hoc, vt morte finia-
tur, quod etiam tenuit *Butr. d. c. præſenti
col. 3. num. 7. in glo.* releruari, ibi, ſed ſic
vſufructuarius etiam finito vſufructu per
cipit fructus collectos, & etiam illos,
qui pro collectis habetur ergo idem in
clerico, qui finito clericatu fructus in Ec-
cleſia repertos percipit, ſubiungens
contrarium eſt verum, & ita conſului, &
ſic fuit tentum per *But.*
Et hiſce accedant trad. per *Redoan. d. q. 6.*
quæ eſt ſpecialis ſuper eo, An clericus de
136 fructibus beneficij non conſumptis,
qui decurrerunt in vita ipſius beneficia-
ti, & remanſerunt inexacti, poſſit pro li-
bito decedendo diſponere, vbi poſt præ-
miſſas opin. quod clerici de portione
tantum ſibi pro victu, ſuo & ſuorum de
fructibus beneficij debitam faciunt acqui
ſitio-

ſitionem, ita vt de eis tam in vita quam
in morte poſſint diſponere, & tam ad
hæredes, ex teſtato quam ab inteſtato ta
liter acquiſita tranſmittere ſubnectit ibi
concluſionem, quam concordat cum ſu-
pra relata in quæſt. 3. eo. loco ſup. prox.
cit,

Hæc eſt quod portio de redditibus Eccleſ.
Aſſignata beneficiario eſt ſua ipſius, ſi
ea vtatur, & nō aliter, quia ſibi ad talem
vſum aſſignata videtor vnde ſi per eum
non expendatur, vel alias præſeruetur nō
intelligi ſibi vel hæredib præſeruara, ſed
Eccl. cuius eſt proprietas, & ſic in eiuſ-
modi relictis ſuccedere Eccleſiam, ſiue
ſucceſſorem in ea, & loco illius Cam.
Apoſt. in locis. ſ. in quibus adſunt colle-
ctores ex conſtit. Iulij. 3. & ibi ad contra-
ria reſpondet late, & quantum ſufficit vt
videre eſt, quam concluſionem repetiuit
etiam pluribus in locis eius fere omnium
quæſtionum videlicet. *quæſt. 7. ſub num.
9. cum ſeq* & ſimiliter in *quæſt.* 6. quæ
eſt *de ſucceſſione clerici ab inteſtato in-
deueniendo ad clericos ſeculares, verſ. &
in 1. ſpecie, & in quæſt. 10. in §. ſtantibus
iſtis repugnantijs &c. cum ſequent.* & an-
te eum ita tenuit *Ioa. Cop. tractat. de fru-
ctibus lib. 4. titu. 3. cap. 2.* vbi quod tam
fructus à prælato præcepri, qui in bonis
eius eſſe cæperont, & mortis tempore
extant, quam & ijs, qui tempore vacatio-
nis obuenerunt, debent futuro ſucceſſori
reſeruari, prout & ſic eundem retulit *Re-
doan. quæſtione quinta ante num. 4. verſ.*
Et dicit *Io Cop.* quibus addo *Nauar. apo-
log. quæſt. 3.* vbi quod beneficiarij, nec
pro libito nec ad pia teſtari poſſunt de
ſuperfluo reddituum beneficiorum, & ra-
tionem ibi reddit, quare in vita erogare
poſſint ſuperflua pauperibus, & non per
vltimas voluntates, cuius opinio licet vi-
deatur reiecta à *Column.* tamen ſimul pa-
titur, quia non dicit in morte, & ſi perpē-
dantur verba ipſius *Colum. cap. 25. num.
75 verſ.* At ſi conſumpti ſunt fructus à
clerico illi nullo modo vendicari poſſunt,
non video quod ipſe aliud ſenſerit niſi
quod quatenus non fuiſſent per ipſum
beneficiarium conſumpti, ſpectent ad
ſucceſſorem, & ab eo vendicari poſſint,
non autem ab hæredibus, & ad punctum
137 quæſtionis noſtræ, ipſe quoque in *cap.
22. num.* 14. retulit *deciſ.* per ipſam *Iulij
3 conſtitutionem* ſub illis verbis, *Illud
etiam quod à multis animaduertitur in
his,* quæ idem *Hoſtien.* docuit. ſ. in caſu
mortis an fructus ſint exacti vel non iux.

trad. *cap. præſenti de off. ord. 6.* plerunque
eſt deciſum, & apud nos aperte *Iulij. 3.
conſtitut.* eſt diffinitum, vt ex eiuſdem di-
plomate latius licet videre, ſubiungens,
quo ſit, vt hæc à iure, vel conſuetudine
deciſo in dubitationem non veniant.

Demum quoque quicquid in præmiſſis vni-
cuique pro capite ſuo ſentire placeat;
hoc tamen tergiuerſari non poteſt, hoc
eſt quod licet fructus Eccleſ. emi, & con-
tractari poſſint à laicis quia non ſunt, nec
poſſunt dici ſpiritualitati annexi ad no.
per *Gig. de penſ q. 87. num. 2* cui adſtipu-
latur *Redoan. de ſpol. q. 34. ſub num.* 14. ſic
que & multo magis ſpolia de fructibus
prouenientia, quia ſunt temporalia, con-
tractare non ſit de genere prohibitorum,
(Quam concluſionem huiuſmodi quod
fructus Eccl. habeantur pro re tempora-
li, & ſic non prohibita in diſpoſitione
beneficiati pro libito ſuo tenuit *Colum.*
pluribus in locis *d.* 3 par. & quod inter
ſpolia comprehenduntur fructus eiuſmo-
di inexacti etiam quod dies ſolutionis
venerit, prout ſcriptum reliquit ipſe *Re-
doan. eo tract. de ſpol. d. q. 1. incipien ſub
num 7. cum ſeq.* & prout expreſſe decla-
ratur per eandem *Iulij 3. conſtitut.*)
139 Tamen negari non poteſt (prout &
ipſemet *Redo.* affirmat *d q. 14. ante num.
37. verſ. Item poteſt dici alia ratione &c.*)
quin ſpolia quatenus a fructibus benefi-
ciorum prouenientia ſint bona Eccleſia-
140 ſtica, & de fructibus Eccl vel occaſione
Eccl. acquiſita debent eſſe Eccleſ. vel in
141 ea ſucceſſoribus reſeruari, Et quæ abſ-
que debitis ſolemnitatibus, & ſine cauſa
alienari non poſſunt, Quibus congruunt
trad. per eundem *Redoa. de reb eccl. non
alien quæſt. 51. c. 2* vbi quod venditio,
142 vel locatio fructuum facta per Prælatū
non extenditur vltra vitam ſuam niſi in-
terueniat authoritas ſuperioris,

Et quod fructus beneficij alienari poſſunt
143 in præiuditium ipſius beneficiarij, non
autem ſucceſſoris.

Quodque nec de iure percipiendi fructus
144 fieri poteſt alienatio in præiuditium
ſucceſſoris abſque debita ſolennitate.

Et ad hæc omnino ponderanda ſunt forma-
lia verba expreſſa per Papam in pti. di-
245 cta eius conſtitutione, quæ ſunt: Nos
attendentes fructus, &c. & pecunias, ac
res alias occaſione Eccleſiarum, & bene
ficiorum Eccleſiaſticorum pro tempore
prouenientes, licet poſtquam ad manus
beneficiatorum peruenerunt & eum al js
ipſorum beneficiatorum fructibus, &c.

pecu-

pecunijs & rebus commixti ſeù ipſis be-
neficiatis incorporati ſint non vlterius
146 in eccleſiaſticis, ſed potius ipſorum
beneficiatorum proprijs, & ab eis ac-
quiſitis bonis indican. & propterea quod
147 modo pro ſecularibus, & profanis ha-
beri, & de eis teſtamento, aut alias diſpo
nendi facultas eiſdem beneficiatis per
Sedem Apoſtolicam concedi conſueue-
148 rit, nihilominus donec in manibus eo-
rum, qui illos tanquam Eccleſiaſticos,
ſeù ex eccleſijs, & beneficijs prouenien.
& pro talibus conſeruant, aut vt tales de-
tinent, ipſique beneficiati pecunias hu-
iuſmodi realiter non exegerint, ſequitur
clauſula ad præſentem quæſtionem ad-
notandam, & fructus &c. non percepe-
rint, necnon alijs eorum bonis commi-
ſcuerint, & ſibi incorporauerint, ſemper
ipſarum Eccleſiarum, quorum ipſi bene-
ficiati ſunt, ac vere eccleſiaſticos eſſe, &
cenſeri debere & propterea Iuri non cō-
gruere, vt ipſi beneficiati de rebus cer-
tis ipſarum Eccleſiarum, quę omni iure
149 alienari prohibentur, diſponere etiam
in eorum vltima voluntate poſſint, &c.
prout ibi ſequitur.

Ex quibus profecto habemus ſenſum aper-
tum pro elucidatione promiſſorum, &
150 pro diuerſitate rationis, quoad fructus
res & pecunias exactas, & cum alijs ipſo
rum beneficiatorum bonis incorporatas,
151 & quoad exigendas. & nondum reali-
ter incorporatas, vt ſcil. de exactis, & in-
corporatis ex ſpeciali licentia ſedis Apo
ſtolicæ, (quæ concedi conſueuit, etiam
limitate, & reſtricte ſub clauſulis memo-
ratis, per *Redoa. d. q. 7.*) diſponere præ-
ſertim in vltima voluntate per teſtamen-
152 tum, vel aliter de alijs verò nequaquam
liceat.

Concluſiue itaque patet ex tribus ſup. cit.
prin. opin cuiuis adhærere velimus, ali-
quam huic quæſtioni minime obſtare
poſſe, nam quoad illam ſub diſtinctionē,
quæ magis approbata, et practicata dici-
tur, oſtenſum eſt, quod iſte Canonicus
non eſt de illis perſonaliter et ſimplici-
153 ter beneficiatis, et quoad illam quod
beneficiatus ſit Dominus diſponendi ad
ſui beneplacitum, oſtenſum eſt non pro-
cedere in morte, ſed dumtaxat in vita.
Quo verò ad illam et tertiam quod ſit
vſuarius tantum, non habet opponi, *Præ*
tereaque aliud eſſe de exactis, et extanti-
154 bus apud beneficiarium tempore obi-
tus ſui, aliud autem de inexactis, et non-
155 dum cum cæteris eius bonis incorpo-
ratis. Quippe in primo caſu, cadit diſpu-
tatio principalis ſecundū illas tres prin-
opin. In 2. autem, quo vertitur præſens
quæſtio, reperimur extra difficultatem
tam ex ipſa Iulij 3. conſtitutione, quam
ex eadem iuris communis diſpoſitione,
ita vt de hoc quicquam vlterius hæſitari
non contingat, et eo minus, quia vltra ſu-
per alleg. *deciſ. Pedemon* quæ innititur
coniunctim in iuris communis et d. Iulij
cōſtitutionis diſpoſitione habemus quo-
que *dec. Borgn. xv. de contract. alias* 44.
par. 1. *num.* 4. *verſ.* 2. quia fructus om-
nes percepti, et penſiones pro fructibus
perceptis, non ſolutæ, etc. et eſt ſpecia-
lis de fructibus Eccl. locatis, vbi et ipſe
inſequitur hanc *Iulij 3. conſtitutionem*
156 affirmando eſſe iuri communi conſonā
inſequitur etiam *Nauar.* et plures à me
relatos et alias *deciſ.* et hoc latius tenuit
in eius *Indies d.* 1 *par. in verſ. fructus
percepti*, vbi adduxit pleniſſimam addi-
tionem, & facit ibi per totum vſque ad
verſ. fructus computantur, & eund.
Borgn. nouiſſime ſecutus eſt *Caroc. tract.
de loca. par. v. tit. de 6. gradu acciden. q.*
x. *num.* 17. *verſ.* ſimiliter penſiones non
157 dum exactæ ex bonis locatis pertinent
ad ſucceſſorem, non ad hæredes &c. am-
plectendo dictam *Iulij 3. conſtitut.* &
adden. *Zabarell. conſ.* 79. *Anchar. conſ.*
116. *& Port. conſil* 104. *&* 161.

In fortioribus autem termin. *Rot. Rom.* ter-
minauit *de anno* 1584. *xv. Nouemb. in*
158 *vna Burgen. expenſarum*, quod pecu-
niæ inexactæ, quæ debentur ratione
expenſarum fact. à prædeceſſore in qua-
dam lite pro exemptione iuriſdict. in qui-
bus altera pars fuerat condemnata, quam
uis dubitari poſſit, an de bonis patrimo-
nialibus, an verò ex prouentibus Eccleſ.
factæ fuerint per ipſum beneficiarium
defunctum, quod nihilom. tranſeant ad
ſucceſſorem, & eidem debeantur, quia
etiam ſi exactæ fuiſſent pertinerent ad
ipſum, nam & ſi habeantur pro fructibus
collectis, non tamē poteſt dari quod ſint
conſumpti, & ideo &c. Hæc eſt *deciſ.*
809. *Domini receſſerunt volum.* 1. *di-
uerſ.*

Deciſ. aut *Rot. Rom.* pro com. opin. haben-
tur ad trad. per *Imol. &* Barba. *capitul.*
159 *olim. el* 1. *de lit. conteſt. Sarnen. in pro-
bem. reg. canc. quæſt.* 2. *in* 4. *fund.* & per
Vant. ti. de nul. ex defec. iuriſd. deleg. num.
20.

Et licet communis opin. ſequenda non eſt
quotieſcunque reperitur falſa, vel proba-
bili

MDXCIV. xviij. Ianuarij.

Excellentiſſimus I. C. Parnumia Vic. Prætorius, Coram quo cauſa iſta pendebat, viſa præſenti conſultatione ſententiam protulit diffinitiuam in fauorem d. ſucceſſoris contra hæredes prædeceſſoris, non obſtantibus per eos allegatis, quæ tranſitum fecit in iudicatum, & eſt in Actis D. Hectoris Oldofredi.

ADDITIONES EIVSD. CONSVLT.

DOcto, tenen. clericum dici vſufru. in
171 vita; & vſuarium in morte addo
Baroc. deci. ſeu caſ. 25. n. 2 & 3. verſ. & clericus dicitur vſufructuariua in vita, nec vltra diſponere poteſt, in hoc inſequitur *Abb. c. cum eſſes, nu. 24. de teſt. & in verſ. ibi ſub ſeq.* ſub his verbis, & vſuarius in morte ſecundum *glo. c. præſenti ver. reſeruari, de off. ord. 6.* ſubiungens ibi *Caroc.* quod *Barba.* dixit hanc *glo.* ſingularem in *c. requiſiuiſti, num. 34. de teſta.* & in *c. venerabili col. 70 de off. de leg. & de præſtan. Card par. 1. quæſt. 3. col. 5.* atq; *Didac. c. eſt in officijs, n. 1. de teſt.*
172 Et hanc opin. eſſe magis communem firmauit *Caroc. ibid.* ſiue habeat adminiſtrationem, ſiue non, allegat *Iaſon. conſ. 75. vol. 3.* & faciunt trad. ſuperius ſub n. 45.

Secunda Additio.

Et illis doct. tenen. quod benaficiarius habeat tantum viuere de redditibus beneficij quantum indigeat quodq; ſit tantum
173 adminiſtrator non autẽ Dominus addo hic latiſſime trad per *Lamberteng de iure pat. in 7. art. q. 8. par. 1. lib. 1. n. 5. cum pluribus seq.* vbi plur. *tex. & doct.* cumulat. quibus addo *Io. Coras. paraphr. sacer. c. 2. à n. 9. vſq. ad fi. in par. 1.*

Tertia Additio.

Ad illud trad. n. 89. quod defuncto poſſeſſore beneficij fructus collecti ante eius mortem penes eum extantes diuidi debeant pro rata temporis inter illius hæredes, & ſucceſſorem in beneficio addo hic *Paris. de confiden q. 35. sub n. 48.* vbi
174 affirmat hanc eſſe magis receptam, & *Guttierez in pri. can. q. c. 33.* poſt relatam cõmu. contrariam, & doct. eam tenentes,
175 eam impugnauit & hanc eſſe tenendam admonuit per plura ibi viden (quib. magis adheren. eſſe videtur) addendo etiam
176 in caſu penſionarij defuncti, veruntamẽ in caſu penſionarij videre eſt trad. in aliis
177 meis conſult. & præſertim in illa pro Illuſtriſſ. & Reuerend. D. meo Marino Georgio Brix. Epiſc. occaſione mortis Illuſtriſſ. Cardinalis de Verona, atque in alia pro hæredib. Illuſtriſſ. Co. Alphonſi de Gambara.

Quarta Additio.

Sed quod imo diuidi debeant inter hæredes defuncti, & ſucceſſorem eo modo quo fit inter marit. & vx. tenuit *Naudr. de red. Eccl. q. 2. moni. 13 in princip. & in moni. ſeq.* atque *in eius conſil 61. de præben. Gabriel. conſil. 191 sub n. 14 vol. 2. & Rot. deciſ. 761. n. 4. vol. 1 diuers id quoque tenuit Rota in vna Mediolanen. fructuum die lunæ 9. Martij. 1592. coram Orano* præſuppoſita tamen conſuetudine in illa ditione Mediolanen. & inter alios refertur *Nauar.* vbi ſup.

Et ab hac opin. quod fructus collecti tempore mortis benefic. ſpectent ad illius hæredes non auſi fuerunt recedere *Alber.* nec alij relati per *Didac. eo. loco ſupra cit.* vt ipſe teſtatur ibidem primo *variar. reſol cap. 15. sub n. 12.*

Quinimo ab iſta opin. non eſſe recedendum
179 tenuit *Nauar.* impugnan. *Didac.* recedentem, vt in eiſdem ſup. cit. locis.

Quam opin. procedere etiam ſi non fuerint
180 in horreo reconditi, quia ſufficiat eſſe à ſolo ſeparatos tenuit pro veriori id. *Couar. & Nauar.* de communi affirmat *Tiraq. de retract. conuen. §. 5 glo. 4 sub. num. 1.* quibus adhæret *Rot.* vbi ſup.

Contrarium tamen tenuit *Calder. conſil. 2.*
181 *de pecul cler. vers. 1. & 2. caſu, & conſtit. Iulij 3.*

Et retenta iſta opin. aduerte illam intelligi
182 debere, prout cantant verba *tex.* ſæpe cit. *c. præſenti, in §. porro, de off ordin. in 6.* licet enim ibi loquatur quoad perſonas Eccleſiaſticas prætendentes in ipſis fructibus ratione collationis, ordinationis, præſentationis, & cuſtodiæ eiſdem pertinẽtibus, nihilominus ratio intrat indiſtin
183 ctæ quoad quoſcunque. Et ſic quoad hæredes, vt .ſ. vbi ex priuilegio, vel conſuetudine iam legitimæ præſcripta, ſeu alia de cauſa rationabili puta pro onere impoſito in fũdatione fructus eiuſmodi ſibi cõpe

tere offerant,ſolutis prius debitis,ſi quæ
ſint ad quæ remanet Eccleſ.obligata, &
ſucceſſor ſicut hæres filius ad paterna,ex
ipſis fructibus extantibus tempore mor-
tis beneficiarij deducatur etiam portio
congrua pro alimentis futuri Rectoris,&
pro ſupportan.oneribus Eccleſiæ, eidem
incumben.vſq;ad nouos collectus(Quod
184 tamen male ſeruatur quia hæredes ple-
runq; capiunt abſque vlla deductione,
quo fit vt poſtmodum cętera eorum bo-
na corruant tanquam igne combuſta.
185 Et mea eſſet ſententia, vt tunc non
eſſet facien.hujuſmodi deductio quando-
quidem ille prædeceſſor adeptus fuiſſet
poſſeſſionem ipſius beneficij, & eidem
inſeruiſſet nulla habita perceptione fru-
ctuum, ita quod de eius proprio coactus
fuiſſet alimentare, & opera ſufferre, iſto
enim caſu æquitas ſuadet,quod ipſe, &
ſic eius hęredes retinere poſſint tot alios
fructus equiualentes Et hic opinioni vi-
deatur conſona illa *Nau.* ſuperius relata
*n.*194 & adhuc videre eſt *Addit.ſubſeq.*
Alioquin huiuſmodi deductioni locum fore
conſtanter tenerem, quia fructus Benefi-
186 ciorũ ſemper ſunt obnoxij pro alimen-
tis, & oneribus futuri anni non autem
præteriti, incipien. ſ. à die collectionis
vſq;ad nouos collectus, vt infra dicitur
per eundem *tex.* & ibi per omnes ſcrib.
atq. per *Berg.decif.*32 *num* 35.*part.*3 *&*
*decis.*8.*num.*80.*ea.part.*3. facit etiam *dec.*
37.*num.*189 *par.*2. vbi quod alimenta Re-
187 ctoris ſunt in primis detrahenda,& ſic
quoque onera Beneficij,& quod ſolui de-
bent per eum,qui percepit fructus, quod
tamen ſemper habet intelligi ſi fructus
ſint ſufficiẽtes,& hoc ſuppetant ad trad.
per eundem *Berg.decif.*87.*n.*23.*part.*3.
188 vbi ſubiungit,quod in dubio Beneficiũ
non præſumitur tenue, nec habere exi-
guos redditus,& ideo hoc probari debe-
re per aſſerentem ex *decis.* *Capit.aquen.*
359.*num.*3.*lib.*3.quam tamen non inue-
ni in libro meo,ſed eſt *decis.*62.*n.*1. Hoc
189 autem probari poſſe producendo liſtã
omnium bonorum ipſius Beneficii cum
redditu,prouentu,& oneribus, & qui vo-
luerint dicere alia bona extare,vel maio-
res fructos eſſe recollectos, probare de-
bere ita per *Berg.ſup.alleg.decif.* 8.*ante*
*n.*36.*incipien.ibi verſ.quo fit vt ei qui per-*
cepit.

Et quoad huiuſmodi deductionem vt præ-
mittitur faciẽdam optime congruit quod
190 elicitur ex Actis Eccleſiæ Mediolan.
dep.decr.39.par.2.fol.mihi 843. vbi ſunt
hæc formalia verba. *Quoniam in noſtra*
& Vrbe,& Diœceſi eſt quidem Canonum
rationi alienus admodum ac plene repu-
gnans vſus, vt ſi fortè cuiuſuis Eccleſiæ
Rector menſe Auguſto,aut poſt eodem an-
no moritur, is qui in eius locum vacante
Eccleſiæ præficitur(etiam ſi qui obijt, vel
paucos dies Eccleſiæ operam nauaſſet,)ne
vllã quidem partem habeat cenſuum,fru-
ctuum,aut emolumentorum, quæ eo item
anno ex illius Eccleſ. prædijs percipiun-
tur,quæ res iure non introducta Eccleſijs
cum maxime perniciosa ſit ijs præſertim,
in quibus animarum cura exercetur,quo
niam non facile quiſpiam ſacerdos illius
Eccleſiæ curationem ſuſcipit,vnde ne vi-
ctum quidem vſque ad ſequens anni ini-
tium ſperare poſſit. Nos propterea ſac.
Canon.auctoritatem ſequuti, illud edici-
mus,vt ſi poſt Kal.Auguſti Eccleſiæ Re-
ctor deceſſerit, is, qui illius Eccleſiæ fru-
ctus ad ſe pertinere aſſerit,ære alieno, ſi
quod Eccleſia habet, perſoluto, & detra-
ctis fructib.qui ipſius Eccleſiæ Rectori,
& miniſtris ad victum,atque ad reliqua
onera præſtanda neceſſarii erunt, quoad
alii ſequenti anno percipientur, qui ex
iis reliqui fructus erunt, eos ſolum ſibi
retineat.Ecce quod hoc decretum omni-
no eſt conſonum ſupr.allegat. *§. porro. c.*
præſenti,de offic.ordinar.in 6.
Et ab ia non diſcordant trad.per *Berg ſupr.*
*alleg.decis.*32. *part.* 3. *num.* 35. vbi refert
191 quod virtute indulti à Iulio PP. 3 in to-
to ſtatu Mediol.ob illius inueteratã con-
ſuetudinem de anno 1553.conceſſi, & à
Sixto V.de anno 1587.confirmat.fructus
Beneficiorum collecti (quamuis in hor-
reo non reconditi) & ſic affictus etiam
non exacti ſunt ipſius Rectoris præmor-
tui,ſicut ſunt vſufructuarii,et eius hęredis
& venientium ab inteſtato, non autem
Eccleſiæ,nec ſucceſſoris in ea, & ſi ſolum
pro parte ſunt recollecti,& pro parte col
ligendi,qui ſunt collecti tantum ſunt ſui;
vt præmittitur, ſed quod hæres tenetur
de illis perceptis ſoluere onera incum-
bentia beneficio vſq;ad nouam fructuum
collectionem, & ſic ad alimenta noui
Rectoris & ei ſeruien.in eccleſia & ad ex-
penſas ſemiſis ſi quidem fructus hoc ſup-
portarent.

Quinta Additio.

Et adhæreden. opin.de diuiſione facienda
192 aduertendum eſſet quod Beneficiarius
defunctus,& ſic eius hęredes lucrãtur fru-
ctus ad ratam temporis illius anni, quo
vixit incipiendo annum à menſe Auguſti

velOctobris citra,& in antea ſi excedunt
alimenta,& onera illius temporis,& re-
ſiduum eſt ſucceſſoris, vel Eccleſiæ, aut
ſaltem obnoxium pro alimentis ſucceſſo
ris, & oneribus futuris intra illum annũ
vſque ad nouos collectus, adeo vt ſi Be-
neficiarius percepiſſet fructus de menſe
Auguſti, Semptembris, & Octobris, &
moreretur de Menſe Februarij, Aprilis,
vel Maij,& fructus non eſſent tenues,ſed
excederent alimenta, tali caſu ad ratam
temporis,quo vixit à menſe Auguſti, vel
Octobris vſque ad menſem quo obijt, &
non vltra debent hæredes Beneficiarij
retinere fructus,& pro alijs menſibus vſ-
que ad nouos fructus debent reſtituere
ſucceſſori, quia & à morte Prælati citra
193 ſpectant ſucceſſori,& ſubiacent ad ratã
omnibus oneribus,& alimentis vſque ad
nouum annum Auguſti, & Octobris ſe-
cundum *Borg. dec 37. a num 48 vſq; poſt
num. 57. par. 2.* animaduertens in hoc plu-
194 res errare qui putant Beneficiarium eſ-
ſe Dominum fructuum poſteaquam ſunt
à ſolo ſeparati,& eos inſeruire pro oneri-
bus præteritis,cum imo reſpicere habeãt
tempus futurum,& non præteritum

Sexta Additio.

Quam concluſionem limitauit non proce-
195 dere,quando fructus eſſent tenues, &
non excederent alimenta,& onera,quia
196 tunc eſſe Rectoris; & etiam non exa-
cta iſto caſu non trãſire ad ſucceſſorem,
ſed ad hæredes etiam ab inteſtato, ſecus
ſi excedant, quia illud plus acquiratur
Eccleſiæ, tenuit, & tradidit idem *Borg.
decis 8. num. 72. & 76. part. 3. & facit
in decis 27. num. 20. & 23. ea. par. 3.*
adeo vt ſi de ipſis fructibus ipſe Benefi-
ciarius arctaſſet ſuum victum,& eius ali-
menta neceſſaria,& ordinaria pro illis ſu
197 perlucrandis tali caſu vti ſua propria
non poſſet ſucceſſor nouus, nec Eccleſia
in illis habere aliquod ius,ſed ad hæredes
ſuos tranſirent, vt idem aduertit ſupra
colleg. decis. 37. num. 58. par. 2.

Quæ tamen opinio non caret difficultate
ſtante quod non ita loquitur ipſa Cõſtit.
ſed ad eam ſuſtinendam recurrẽdum eſt
ad ea,quæ tradidit *Nau. de reddit. Eccleſ.
apolog. quæſt. 1. moni. 31.* & poſtmodum
in *comment. ad cap non liceat 12. quæſt. 2.
in deſin ſpol. in 6 not. quod eſt vltimum, &
in §. 8.* vbi declarat *extrauagan. Pij V. de
ſpolijs ibi ſignanter ad §. præterea num.
7. in 4. notab. vbi* adnotat, quod cum in
ipſa *extrauagan.* ſancitum reperiatur,
198 quod nullus beneficiarius,vel penſiona
rius,qui dum viueret non habuerit in be-
neficijs, vel penſionibus Eccleſiaſticis
maiorem redditum quam triginta ducato
rum,auri de Camera non cenſeatur in
morte relinquere ſpolia,exinde fiat,quod
ſi beneficiarius parce viuẽdo ex illis red-
ditibus aliquid tempore mortis relinquat
id omne tranſeat ad eius hæredes,quia
illud efficitur quaſi patrimoniale quod
non cedit ſpolijs,nec iure ſpoliorum ca-
pi poteſt.

Ex quo etiam ſucceſſorine ibidem in 5. no-
tab. admonet pẽſionem dictam ſummam
ducatorum triginta de Camera exceden-
199 tem æquiparari fructib. Eccl. ita vt de
ea non liceat pro libito diſponere, ſicut
200 neque de redditib. beneficij, qui in hac
materia ſpolij æquiparantur per *Pium 5.
in d extr.*

Quod tamen nunquam vidi in praxi.

Septima Additio.

Aliud notabile in hac materia fructuum ine
xactorum tradidit idem *Borgn.* hoc eſt
201 quod ſucceſſor in Beneficio non poſſit
prætendere in fructibus annorum præte-
ritorum,ſed dumtaxat pro illo anno,quo
beneficiarius moritur, vt in dicta *decis.
27. n. 19. p. 3.* ſed de hoc cogitandum, quia
202 *Iulij 3. conſt* loquitur abſque huiuſmo-
di diſtinctione, & ſic habet intelligi etiã
pro annis præteritis, & ego vidi in facto
ſic obtentum per ſucceſſorem.

Octaua Additio.

Succeſſor in beneficio non eſt Dominus
fructuum huiuſmodi inexactorum,qui ad
203 eum perueniunt ſed deductis alimentis
iuxta qualitatem, & conditionem ipſius,
quod ſupereſt conuertere tenetur in vti-
litatem Eccleſiæ,alioquin in augmentum
dotis ipſius Beneficij,non autem in pro-
prios eius vſus, & eo caſu quo in pro-
prios vſus conuertiſſet teneretur de illis
facere reſtitutionem Eccleſiæ,et ſucceſſo-
ri ſecundum tradita per *Borgnn. reper.
ver. fructus percepti n. 7. verſ. Vnde clare
elicitur concluſio etc. vſ: ibi ſequitur.*

Nona Additio.

Adductis ſuperius ex *Colum. n. 114. cum
ſeq.* quod poſt conſtituta beneficia,benefi
ciarij habeant eorum dominium,ita vt ad
onus reſtitutionis fructuum non tenean-
204 tur addo *Molin. de iuſtitia, & iure di-
ſpu. 143.* vbi contra *Nauarr. & Ma-
ior.* explicat *Concilio Tridentino* loco

Digitized by Google

ſuperius ſæpe citato, & adhæren. *Sot. Couarruu. Lea ſin. Adrian. D. Thom. &*
Gaietan. locis ibi relatis cōprobat hanc
205 opinionem, quod hodie beneficiarij habeant dominium reddituum ſuorum beneficiorum, & in *diſpu.* ibi ſubſequenti
144. latius, & latiſſime, & aduertendum,
206 quia in *diſputat.* 142. recenſuit de varijs Clericorum bonis, & quorum conſtet eos habere, vel non habere dominium, & de quibus ſit controuerſum, & ibi poſt relata tria bonorum genera ſubiunxit quartum, quod eſt de redditibus Beneficij Eccleſiaſtici, & de his tantum dixit con-
207 trouertiri, vtrum hodie Clerici obtinentes Beneficia, quorum illa ſunt redditus, comparent eorum bonorum dominium eo ipſo quòd in ipſorum poteſtate deueniunt, an verò ſolum ſint eorum adminiſtri, & diſpenſatores, cum facultate ſumendi de illis competentem ſuſtentationem, & cum onere inſumendi reliqua in operibus pijs; ſubiunxit quoque ibidem
208 diuerſa tempora anteacta quibus de ijs vario modo diſpoſitum fuit, & quod
209 hodie poſt diuiſionem illam in quatuor partes in eadem diſputatione memoratam, & ſtante quod beneficia cum portione cuique deputata inſtituta reperiuntur, ideo vnumquodq. Beneficiatium, qui Religioſus non ſit, dominium comparare reddituum ſui Beneficij concluſiuè tenuit & comprobauit ſupra citat. duabus alijs
210 diſp. & hoc indiſtinctè, nam diſtinctionem bonorum prius retulit, & in ſecundo genere dixit de illis, quæ mihi videntur applicari debere perſonaliter Benefi-
211 ciatis, ſcilicet quæ ratione perſonæ ac-
212 quiruntur, & hæc quaſi patrimonialia appellauit, affirmando de illis extra om-
213 nem difficultatem diſponi poſſe, & de illis non controuerti, adeo, vt eius concluſio procedat de fructibus Beneficiarij cum adminiſtratione.
Verumtamen ponderandum, vbi in *d. diſputat.* dixit ſupra memorata verba, eo ipſo quòd in eorum poteſtate deueniunt;
214 nam ex ijs patet ipſum non intellexiſſe nec habere intelligi de inexactis, & ideò de ijs bene procedere *conſtitut. Iulij* 3. ſuper memoratam, ponderando etiam maxime adducta per ipſum *Molin. diſput.*
147. quæ eſt ſpecialis quouſque Beneficij
215 teſtari poſſint vbi præmiſſis opinionibus in vtramque partem circa conſuetudinem, & illius validitatem, plures facit, & conſtituit *concluſ.* incipien. *ibi verſiculo Quid de hac reſtrictione,*
&c. & poſtquam in ſeptima concluſione dixit, quod conſuetudo legitimo tempo-
216 re præſcripta vt Beneficiarij de huiuſmodi bonis ad libitum teſtentur etiam ad non pios vſus poteſt efficere validam quamcunque vltimam voluntatē eorum, & in 8. ſucceſſiuè oſtendidit validam
217 quoque eſſe conſuetudinem, vt ſi Beneficiarij inteſtati decedant, bona eorum omnia, nihil impediente, quod ex Beneficijs ſint comparata, pertineant ad eorum hæredes ab inteſtato, in decima concluſione declarauit ſummum Pontificē con-
218 dere poſſe legem ſi id expedire iudicet, vt neque in poſterum poſſint Beneficiarij teſtari de bonis, de quib. dixit in *præceden. diſputation.* Et ita fuit reſolutum per *DD. de Rota, in vna Mediolanen. Fructuum nona Martij 159. coram Reueren. Pat. Domin. Orano ſup. alleg. in quarta Addition ſub num. 78. et in vigeſima addition.* Et quod neque ſuccedant in eis hæredes ab inteſtato nihil impediente conſuetudine præſcripta, vt vel Beneficiarii ad quoſcunque vſus teſtentur, vel ſi inteſtati decedant, hæredes eorum in omnibus ipſorum bonis ſuccedant, quia ſummus Pontifex pleniſſimam habet poteſtatem diſponendi de bonis reddituum Beneficiorum, vt expedire iudicauerit, & abrogandi conſuetudines omnes introductas, & præſcriptas.
Subiunxit quoque in vndecima concluſione nihil impedientibus conſuetudinibus in-
219 troductis lætaliter peccare Beneficiarios, qui vel de notabili quantitate bonorum, & de quibus eſt ſermo teſtentur ad vſus prophanos, eamue relinquunt conſanguineis diuitibus, vel abſque fortuito euento decedentes inteſtati in cauſa ſunt, vt deueniant ad eorum conſanguineos diuites, & ibi ad hoc maximum illud affert notabile ſub his formalibus verbis; *Neque vſque ad hanc diem vlla poteſt eſſe præſcriptio aduerſus illud,* intelligen. de *Concil. Trident. ſup. cit. capitulo primo de reformation. ſeſſion. vigeſima quinta,* quo
220 Beneficiarijs omnino interdicit, ne conſanguineos, ac familiares ſuos augere ſtudeant de redditibus eccleſiaſticis, ſed ſi pauperes ſint, illis vt pauperibus illos diſtribuant.
Quod ſanè præceptum æque obligare in
221 beneficiariorum morte, atque in vita per donationem inter viuos animaduer-
222 tit ibi *Molin.* & exinde infert lætaliter peccare, qui ad illos, aut ad alios deteriores vſus prophanos teſtantur, vel inteſtati de-

Digitized by Google

deced entes in cauſa ſunt, vt deueniant ad
conſanguineos diuites, intelligendo tamen de notabili quantitate.

X. Additio.

Verum Iulij tertij ſæpè dicta conſtitutio de
fructibus inexactis, quod ad ſucceſſorem
223 ſpectent extendatur ad alios vacationis caſus, præterquam mortis, de quo tantum ipſa conſtitut loquitur, videre eſt tradita in alio meo reſponſo pro M. R. D. Horatio Zecchio contra R. de Bertazzolis illius mediatum ſucceſſorem in Beneficio Curato de Caſalimauro, vbi pro affirmatiua opinion. retulit *Caualcan.* & alios ab eo relatos *decision.44. par.1. & decision.27. num.20. parte tertia*, ſed negatiuam opinionem veriorem eſſe oſtendidi, & iuxta eam iudicatum fuit Veronę, & Romæ, quæ in iud. tranſiuit.

XI. Additio.

Fructus recuperari per prædeceſſorem, &
conuerſi in vtilitatem Eccleſiæ vna cum
224 expenſis pro eorum recuperatione factis æquiparantur melioramentis factis per prælatum, vel Clericum in rebus eccleſiæ, quæ ſunt ſuæ in vita, ſed de illis teſtari non poteſt *Rot. decis.761. part.1. diverſ.* quæ concordat cum illa 809. eiuſdem par.

XII. Additio.

Hæc oſtendit vigore conſtit. Iulii 3. de qua in hac conſtit.

Beneficio per Papam collato, & dato Breui de capien. poſſeſſione nomine Cameræ Apoſtolicæ, cum clauſula (*faciendo eidē prouiſo de prædicto Benef. vel Canonicatu, atque annexis, & eorum fructibus, redditibus, & prouentibus, iuribus, & obuentionibus vniuerſis integre reſponderi.*)
Euenit caſus, quod tempore obitus matu-
225 rati erant affictus, ſed non exacti, illoſque exegit teſtamenti executor, ſeù hæredes dicti defuncti; Prouiſus Apoſtolicus egit coram A.C. & obtinuit in forma litteras pro executione prouiſionis, & ſic pro poſſeſſione Beneficii; renitenteq.
226 hærede reſtituere fructus perceptos fuit declaratus excommunicatus, vnde appellauit, porrectaque commiſſione appellationis cauſam ſimpliciter petebat à Signatura iuſtitiæ committi vni ex Auditoribus Sac. Palatii; Tamen Domini 29. *Aprilis* 1599. *in vna Gerunden. fructuum R.P.D. Dominico Marino proponente*, re-
227 ſcribendum eſſe duxerunt, cum clauſula
parito iudicato, eo quia bis in *Rota 1. coram Illuſtriſſ. Card. Blanchetto, in vna Romana, ſiue nullius pecuniaria Veneris 4. Iunij* 1593. & poſtea in eadem cauſam coram *R. P. D. Seraphino Decano. Lunæ 20. Iunij* 1594. reſolutum fuerit (quamuis in iure articulus difficultate non careret ex *conſil. Anchar.193.*) nihilominus ſuc-
228 ceſſori deberi vigore *d. Conſtitut. Iulij 3.* quæ primo in prohemio differentiam
229 conſtituit inter fructus beneficiorum iam perceptos, & cum alijs bonis ipſorum beneficiatorum iam incorporatos, & illos fructus realiter non exactos, neque illorum bonis commixtos, & incorporatos;
230 & primos vti fructus mere laicales, &
231 iſtos vti mere Eccleſiaſticos eſſe Rota declarauit. Secundò vt in diſpoſitiua ipſius conſtitutionis expreſſe dicitur, quod fructus inexacti, etiamſi pro tempore decurſo debeantur ante obitum beneficiati, ac diſſolutionem prouenientes ceſſerint etiam adhibitis ab ipſo diligentiis pro eorum exactione, ſucceſſoribus nihilominus debeantur, eiſque fore adiudicandos.
232 Nec facit, quod ſtante locatione dicātur percepti mediante perſona conductoris ab ipſo Beneficiato, quia Bulla Iulii requirit commixtionem, & incorporatio-
233 nem, quæ commixtio dicitur facta, quando diſcerni non poteſt vnde proueniant, *l. ſi alieni ff de ſolu.* & incorporati dicun-
234 tur, quando ſunt diſcerpti inter res proprias beneficiati *l. ſi quando*, vbi *Bart. C. de bon. vacan. lib.10.* Pecunias verò ita
235 inexactas eſſe fructus pendentes, *Domin. in 2. decision ſup. cit. coram Seraphino*, dixerunt, ac dictam Bullam, etiam illas comprehendere, maxime ex ver. ibi, *ac pecunias, & res alias occaſione Eccleſiarum,*
236 &c. Vnde quando fructus non ſunt commixti, nec incorporati cum aliis bonis ipſius beneficiati defuncti ſunt fructus Eccleſiaſtici cenſendi, & conſequenter ad ſucceſſorem in beneficio pertinent, vt latius in ſupra cit. deciſionib. quas ob maxi-
237 mam illarum tantique primarii orbis Tribunalis auctoritatem, ſecuta fuit Signatura Iuſtitiæ, & ſequitur reſcriben. cum dict. clauſula, *parito prius, &c.* ita vt ſup. per *Marcheſa. tract. de commiſſ. par. 1. in ea de commiſſ. appell. ab execu. breu. & litter. Apoſtolic. cap. 13. num. 85. per totum.*

XIII. Additio.

De hac *Iulij 3 conſtitutione*, nullum verbum
238 fecit *Illuſtriſſimus Cardinalis Tuſchus*

in

in eius concluſionibus, quas edidit, altera de fructibus beneficiorum Eccleſiaſticorum, quando ſpectant ad eccleſiar, & ſucceſſore, & quando ad hæredes defuncti, & eſt con- cluſione 515. in verbo Fructus, quæ inci- pit Regula eſt, neque in duabus alijs ſub- ſequ. de fructibus inexactis, vbi in vtran- que partem retulit opin. doct. adhæret, ta-
239 men ipſi diſtinctioni communiter re- ceptæ, & ſuperius relatæ inter beneficia- tum cum adminiſtratione, & illum, qui eſt perſonaliter beneficiatus, & ſic quod be- neficiatus ſine adminiſtratione fructus, recollectos faciat ſuos tanquam vſufru- ctuarius, & ideò tranſmittat ad hæredes penſionem, ſiue verius dicatur affictus per eis quatenus fuiſſent tempore eius mortis percepti debitos, cuius dies non- dum veniſſet, ex *conſ Bello. 3. nu. 12. verſ. non obſtat ſecundum &c.* quem ipſe retu- lit in *d. concluſ. 517 num. 4 verſ. declara*, & in eius *concluſ. 497. ſub ver fructus*, quan- do dicantur percepti etiam ſi dies ſolutio- nis nondum venit magis, declarauit ſe nõ recedere à diſpoſitione *d. conſtitutionis Iulij 3* (quamuis de ea nullam mentionẽ fecerit) quia ibi *num. 6. verſ. extende*, te-
240 nuit, quod fructus beneficiorum percep- ti in tantum ſint prælati, vt etiam affictus quorum dies nondum venerat debeantur hæredibus prælati defuncti; quando ſcili- cet de eis potuerit teſtari, ex *conſ. Ferret. 118 à me ſuperius relato*. Addidit quoque *Alex. conſil. 15. vol. 2. & Gig de penſ. q 53.* (qui retulit *d. conſ. Alex.*) necnon & *apo- ſtill. ad conſ. Rom. 10. in ver. veritas*; cor- rupte retulit etiam *Couar. loco ibi allegat.* (qui tamen *Gig. ibidem* loquitur de pen- ſione; quæ ſoluitur penſionario; & eſt quid diuerſum, vt ſuperius retuli *num. 80.* ex opin. quoque ipſius *Gig.* neque ille apoſtilla loquitur in caſu de fructibus, ſeu affictibus beneficij eccleſiaſtici, & *Couar. eod. loco* ſuperius à me ſæpe cit. non loqui- tur in caſu factionis teſtamenti) Et quo- ad doct. relatos ab ipſo Illuſtriſſ. Domino iam prius, & magis abundæ fuerunt, & reperiuntur relati à *Redoan. de ſpol. quæ- ſtionibus ſuperius relatis; cum alijs in vtramque partem quampluribus fere in- numeris*, adeò vt mihi ſuperuacaneum ſit alios recenſere, quia ab illis abiſſum inueneat. De ipſo tamen Illuſtriſſ. D. in huiuſmodi additionibus facienda erat mentio, cum illius concluſiones nouiſſi- me fuerint editæ, & ſic opus tam vtile, & omni laude digniſſimum.
Et vt videar deprehendiſſe eius opinionem

non eſſe repugnantem *d. conſtitutioni Iu- lij 3.* hic ſubiungam, quod licet in ſup. cit. concluſ. ſe retulerit ad aliam eius *concluſ. 145. in ver Teſtandi facultas de fructibus eccleſiaſticis*, & ibi ſub *num. 4. ſub verſic. Amplia*, dixerit, quod hæredes habentes facultatem in fructibus perceptis, & pen- ſionibus, quæ debentur propter fructus perceptos, ſuccedunt de iure non ex facul tate teſtandi, quia fructus recollecti ſpe- ctant ad ipſos hæredes referẽdum ad hoc Doct. ſup. relat. qui tamen loquuntur, vt proximè dixi, & ibi quoque per extenſio nem ſubiunxerit huiuſmodi opin. in tan- tum procedere, quod ſi fructus fuiſſent exacti à ſucceſſore, poſſent eum conueni- re, & ab eo repetere, ſtandum *conſ Alex. ſup. citat.* (qui tamen loquitur duntaxat in terminis quando Beneficiatus habuit facultatem teſtandi;) In alia tamen eius *concluſ. 104. verſicul. Teſtari qui non poſ- ſunt ſine ſua culpa ibi. numer fin. referen. Iaſ. conſil. 75. lib. 1.* de quo ſuperius memi- ni relatum à *Caroc. numer. 172.* dixit, quod
241 Clericus non poteſt teſtari de fructibus Eccleſ. etiam quod ſint in horreo recon- diti (ſubiungendo declarationem) niſi de licentia Papæ, idque eleganter compro- bauit in alia eius *conclus 396.* etiam ibi relata, quæ eſt, Clericus de quibus teſtari poſſit, vel non, vbi negatiuè concluſionẽ conſtituit, quoad fructus bonorum eccle- ſiaſticorum, niſi de accedente licentia Papæ, cum ampliationibus prout ibi, ad quam recurrere ſufficit poſt pleniſſime congeſta per *Redoan. vbi ſup.*

XIV. Additio.

242 Fructus pendentes dicuntur penſio- nes, credita, pecuniæ, ſiue debitorum no- mina, quæ debentur ex alia cauſa, & occa ſione quam fructuum naturalium ante- quam fuerint exacta, ſecus autem, quandò occaſione fructuum naturalium debentur.
243 quia eo tunc, quod fructus ſint à ſolo ſe- parati, dicuntur collecti, & ſic eo tũc de- bentur quamuis dies ſolutionis non ve- nerit, *Socin. conſil. &c. in conſ. Baptiſtæ* & *Surd. deciſ 88. num 9.* vbi alios refert, & ſequitur. Et ita ſenſit *Rota in illa ... ſub n. 217. et 178.*
Hæc tamen concluſio non procedit in caſu de quo loquitur *conſtitut. Iulij 3. &c. ſup. not. præcipue in add. 12. et 20.* niſi Benefi- ciatus diſpoſuiſſet cum licentia Papæ, vel prout in addit. 17.

XV.

XII. Additio.

Opinionem communem non eſſe attenden-
dam, quotieſcunque reperitur falſa, vel
probabili ratione poteſt conuinci dictum
fuit ſuperius num. 160. Hic addo, neque
244 attendendam eſſe, quando iuribus non
probatur ad trad. per *Lambert. de iure
patr. 28. art. 7. quaſt. 2. p. 2. lib. 1. numero* 5.
245 neque cum opinio contra communem
melioribus, & validioribus rationibus
fulcita reperitur, ſecundum plene tradit.
per *Menoch. præſumpt. 71. num. 24. lib. 2.*
& ibi ante aduertit ipſe *Menoch.* quod
246 opinio alicuius ſancti munita auctori-
tate noui, vel veteri teſtamenti, præfertur
communi opinioni. Et ad eundem *Me-*
247 *noch.* ibidem recurrendum eſt, vbi latiſ-
ſime animaduertit, quando communis ſit
amplectenda, quando minime itidem ad.
Corat. tract. de comm. opin lib. 2. tit. 9 per
248 *totum*, vbi attulit quinquaginta caſus,
in quibus non ſit attenden.

Regulariter tamen eſt ſciendum, quod illa
249 opinio, quæ fundatur, meliori, & ſubti-
liori ratione ſequenda, & amplectenda
eſt, non habito reſpectu ad qualitatem
authoris, nec ad communem.

250. Quodque opin. glo. inquantum fieri
poteſt, ſuſtineri debet, & illi adhærens nõ
errabit, vt admonet *Pet. Rauen. tit. de co-
hab. cler. & mulier. fol mihi 32. col. 2. & in-
tit. de jer. tol. 2. ver. ſcias, &c. & Coſm. Guy-
mier. ad prag ſanct. in ver. opinionum*, vbi
251 vide plura notabilia.

Opinionem, vel auctoritatem doct. non eſſe
252 attendendam, ſed ad rationem quam af-
253 fert. & hinc eſſe licitum in iudicando re-
cedere à communi opin. quæ poteſt pro-
babili ratione conuinci, quam bonus iu-
dex acuti ingenij arbitrabitur, ita, & ſub
his formalibus verbis animaduertit *Prob.*
ac *Io. Menoch. c. vnic. de conſuet. 6. numer.
fin.* vbi etiam ſubiunxit bene verum eſſe,
quod opin doct. qui maioris ponderis, &
254 auctoritatis ſunt, debet cæteris præua-
lere; & idem ibidem aduertit, quod quan-
do plures opin. & variæ reperiuntur in
255 eodem facto adhærendum eſt illi, per
qua conſuetudo laborat, ita etiam per *Be-*
256 *ro. conſ. 87. vol. 3.* quem refert, & ſequitur
Mar. Anton. lib. 2. var. reſol. in reſol. 38. n.
19.

Opinionibus pluribus relatis in dubio vlt.
257 eſſe ſequendam aduertit *Lambert. de iu-
re pat. 16 art. 2. q. 2. p. 1. lib. 2. n. 13. & 29.
art. d. 2. q. num.* 33.

Opiniones cum habeamus duas, & diuerſas
quarum altera ſit communis, altera minus
communis, ſed tamen magis æqua, quod
iſtam magis æquam amplecti debeamus
in iudicando in foro canonico quia æqui-
tas in eo attenditur ſcripſit *Borg. deciſ.*
44. *num.* 44. *par.* 1.

259 Demum ad hoc propoſitũ moneo re-
curren. eſſe ad *Vin. Silu. com. opin. in opin.*
398 *verſ.* Iudex in iudicando non poteſt
recedere a communi opin. vbi hanc con-
cluſionem latius quam per alios inuenies
diſcuſſam.

XVI. Additio.

Dixi ſuperius num. 36. cum ſequen. & 239.
glo. in ver ſeruari cap. præſenti de off. ord.
6. eſſe communiter receptam, quæ facit
differentiam inter Beneficiatum cum ad-
miniſtratione, & Beneficiatum ſine ad-
miniſtratione ita vt in primo caſu æqui-
paretur vſufructuario, & ideo poſſit per
actum inter viuos de fructibus beneficij
diſponere. Hic modo refero dict. glo. no-
uiſſime fuiſſe receptam, & approbatam
260 per *DD. de Rota prout in deciſ. ſequuta
in vna Vaſſallen. ſpoliorum, ſeu donatio-
nis Veneris, 13. Februarij 1609. coram Lu-
douiſio*, in qua fuit reſolutum, quod Epi-
ſcopus Vaſſallen. qui prius erat profeſſus
ord. Carmelitani, de fructibus ipſius Epi
ſcopatus potuerit emere pro ſe vti perſo-
na priuata, & pro ſuis hæredibus, ac pro
quibus dediſſet quædam ſtabilia bona,
& illa ſucceſſiuè donare inter viuos qui-
buſdam eius neptibus pro ipſarum doti-
bus, ſtan. *ſup. alleg. glo. & aliis deciſ. &
doctr. in ea alleg.* & prout latius in ea, quę
hic regiſtrabitur propter alia quamplura
notabilia in ibi relata.

Quare ab ipſa gloſſ. nequaquam eſſe rece-
261 dendum mihi videtur, ſed ei omnino
eſſe adhærendum, & iuxta illam fore pro
262 nunciandum, & huic non repugnat *Iu-
lij 3. conſtit.* imo conſonat, & de auctori-
tate *glo. vide trad. num.* 250.

XVII. Additio.

Fructibus Beneficij Eccleſiaſtici perceptis
in vita Beneficiarij, quod eos locauit, &
poſtmodum deceſſit antequam dies ſol-
uendi affictum veniret affictus ipſi deben-
263 tur illius hæredib. quatenus de eis teſta-
tus fuerit ex facultate Papæ.

Quod ſi conductor ſoluiſſet fictum anticipa-
tum pro fructibus nondum in vita Bene-
264 ficiarij perceptis tenetur eandem ſum-
mam ſoluere ſucceſſori, præterquam ſi
265 illa pecunia ſoluta conuerſa fuiſſet in
vtilitatem Eccleſiæ, ita per Redoan. de
reb. Eccl. non alien. quæſt. 57. ſub num. 64.

verſ.

verſ. quod intellige, &c. ex conſ. Ferre.
151. ibi relato.
Ex quo arguitur, quod ſi aſſixum ſoluiſſet
poſt perceptionem fructuum (quamuis
266 ante diem præſtitutam) bene ſoluiſſet,
& tunc non teneretur eandem ſummam
ſoluere ſucceſſori, nec ipſe eam conſe-
qui teneretur eandem ſummam ſoluere
ſucceſſori, nec ipſe eam conſequi poſſet
quia legitime fuiſſet ſoluta ipſi prædeceſ-
ſori in huiuſmodi caſu.

XVIII. Additio.

Dixi ſuperius incipiendo num. 15. vſque
per num. 22. de conſtit. Extrauag. quod
non ligat ſi moribus vtentium non fuerit
recepta, & propterea ſecundum magis
267 comm opin. abrogari poſſe per binum
actum contrarium cum ſcientia tamen, &
268 patientia ſuperioris aut eo ignorante
cum curſu decennii per *gloſ. & doct. cap.
1. de treg. & pac. & per Put. deciſ. 1. ſub n.
ſi lib. 1.*
269 Hic addo hoc procedere quando mani-
feſte conſtat, quod a principio non fue-
rit moribus vtentium comprobata, nec
deinceps ea homines vſi fuerint, iſto enim
caſu non ligat, & lapſo decennio abro-
gatur.
Verum cum dubitari contingat, an ab ini-
270 tio fuerit comprobata, tunc præſertim
ſi ſit præcepti, & compeſcat, rebelles, ex
271 quo ſuperioris iuſſa ſeruare tenemur, &
272 qui illa non ſeruat peccat, præſumitur,
quod fuerit vſu recepta, & deinceps ob-
273 ſeruata, quo caſu ad effectum vt ſublata
dicatur, requiritur ſpatium xl. annorum
per tex. cap. fin. de cõſue. & ita elicitur ex
deciſ. Beninten. 23. ſub nu. 9 & 10. vbi de
Extrauag. Ambitioſa, atque ex trad. per
*Couar. lib. 2. var. reſol. cap. 16. ſub nu. 6. in
verſ. 5 ſunt, &c.*

DE

DE EXTRAVAGANTI AMBITIOSAE

Notabilia.

ET poſtquam incidit ſermo de Extrauag. conſtit. quando liget quando non, non extra rem erit ſubnectere hic quædam notabilia de Extrauag. Ambitioſæ ſup.cit. quæ nuncupatur Paulina, de reb. eccl. non alien. plures
274 enim tenuerunt non obſtare quoad pœnas extrinſecas niſi probetur vſu eſſe receptam quia paucis in locis, neque in totum fuit receptam, ſic referente *Nauar. man. capitul. 27. ſub numero* 150. *Mobeda. deciſione prima alias. ſexta de conſtit. & deciſione octaua alias 249. de loca verſ. & Paulina, Reditibus de rebus eccleſiæ non alien. quæſtion. 36. num. 21. & ſeq. & facit Rot. diuerſ parte tertia lib. 3. dec.* 896. vbi propter conceſſionem in Emphiteuſim factam inconſulto Papa
275 deciſum fuit Beneficiarium incidiſſe in priuationem beneficij quatenus tamen conſtet dict. Extrauag. vſu fuiſſe receptam.

Verum tamen, quod dict. Extrauag. imo
276 præſumatur vſu recepta ita vt contrarium allegan*t*i onus incumbat probandi ten*e*t *id. Redoan. eo. tract. quæſtio. 58. ſub num. 25. & ſic receſſit ab eius primo dicta opin. & Rota Rom. ſimiliter receſſit ab ead. prim. opinione reprobando illam relatam a Mobedan.* vt ſignanter & ad litteram fuit dict. in vna Brix. locationis coram Pegna 5. Decembris 1594. in §. Quinimo in eadem ſucceſſiue coram Orano cum altera pars vellet probare in materia locationis eas paſſim fieri in hac Ciuit. & Diœc. ad duo diſtincta triennia diuerſis perſonis vnico contextu ad effectum ſuſtinendi illam pro primo Rota tenuit
277 admittere ad probandum tanquam abuſum ex hac ratione, quia d. Extrauagans
278 gans repetitur in corpore iuris inſerta nempe inter cōmu. & quod ideo facit ius
279 commune nouum, & recedit a iure com. antiquo prout & ita affirmat *Caſ. de Graſ. deciſ. 4. in fi. de rebus eccl. non alien. & Rot. diuerſ. parte 4. lib. 3 dec. 262. ſub. n. 6. atque Mandoſ. ad reg. de non tollen. iur. quaſi. quæſtion. x, num. 5. verſ. ad prim. facit etiam late Benin. dec. 13. num. 9. &* 10. vbi addit hanc aliam rationem, quia
280 ſit præcepti cum prohibendo diſponat, & quod ideo cenſetur neceſſaria, & importat pœnam, ex quo ſequitur quod etiam in dubio præſumatur vſque ab initio vſu fuiſſe receptam quia ob non obſeruantiam mandatorum eiuſmodi quiſq. peccat, ſubiungens etiam quod in dies.
281 Rom. Cur. pro illius obſeruantia pronunciat, quibus addo. Nau. in terminis quoad pœnam priuationis propter alie-
282 nationem factam inconſulto Papa, vt in eius conſ. 5. n. 2. de reb. eccl. non alienan.

283 Et ex his tollitur in contrarium adduci non poſſe Put. deciſ. 381. lib. 1. vbi loquitur de extrauag. Iulij de Annatis, quod illius ignorātia excuſauerit Patriarcham Conſtantinopol. quoad pœnas cen. & priuationis beneficiorum, quia non conſtabat de illius publicatione, & ſic
284 quia extrauag. non notę probabilis eſt ignorantia, etenim ex pręmiſſis liquet ex illa Iulij non inferri poſſe ad iſtam Pauli quia iſta reperitur in corpore iuris inter
285 com. cuius ignorantiam non datur, & ex hoc quoque infertur allegata in addit. decimaoctaua non habere locum niſi
386 quoad illas extrauagantes, quæ non ſunt in corpore iuris.

Et quia pro excuſatione alienantis inconſ. Papa videretur adduci poſſe arg. in contrarium, cur ergo ſuſtineatur
287 contractus alienationis (quamuis careat debitis ſolemnitatibus) dummodo ſit vtilis Eccleſiæ, & ipſa Eccleſia parata ſit eas adhiberi facere? ad hoc
288 reſp. non tamen tolli quin alienantes incidant in pœnas dic. Extrauag. Ambitioſę, & ita fuiſſe reſolutum in vna Romana Domus coram Mantica quarta Decemb. 1592. verſ. & quamuis Eccl. & de hoc latius in conſultatione mea in hac materia alienationis edita, vbi etiam habetur iſta deciſio Rotæ.

XIX. Additio.

Quoad alimenta pro ſuſtentatione Beneficiarij aduertendum eſt, rationem haben-
289 dam eſſe iux. qualitatem, & dignitatem perſonarum ad *trad. per Redoan. de Spol. quæſt. 3. incipien. à num. 23. verſ. per quæ adducta, &c. & prout ibi ſuc* [illegible] *verſ. atq. in tali ſuſtētatione, quod etiam repetiuit eleganter in q. 1x. §. ſiet ergo n. 18 verſ. a. in tali ſuſtentatione, Menoc. de incōp. ti. t.*

beneſ. parte prima quaſtion. decimonona num. trigeſimoquinto verſicul. praterea, &c. cum pluribus ſeqq. & ita Menoch. de arbitr. caſ. 216. nu. 12. vbi ex doctr. Gemi. Rip. & Tiraq. dixit iudicis arbitrio
290 relinquendam eſſe, an & quando bene-
ficium dicatur tenue vel ſufficiens inſpecta qualitate perſonarum, & ob varietatem perſonarum, & rerum. Hoc quoque tenuit *Borgnin. in reperto. deciſ. in verb. fruct. percepti ſub num. 7. adhæren. Menoch. loco ſupra cit. quamuis aliter tenuerit in eius deciſ. 8. nu. 78. par. 3. & in deciſ. 27. ſub num. 19. ead. par. 3.* vbi quod alimenta beneficiario deben-
291 tur ſecundum quod natura, & dignitas illius beneficii requirit, non autem attenta qualitate perſonæ, quod tamen non comprobauit, imo ab illa receſſit, vt præmittitur, quia hæc eſt receptiſſima.

XX. Additio.

Fructus beneficiorum recollectos, & ſic à
292 ſolo ſeparatos ad hæredes non autem ad ſucceſſores tranſmitti tenuit Rota in vna Mediol. fructuum ſeb die Lunæ 9. Martii 1592. coram Orano, de qua ſuperius memini ſub *num. 178. & in apoſtill.*
293 *ad num.* 217. præſuppoſita tamen conſuetudine eiuſmodi in illa Ditione *Mediol. ex doctr. gloſ. & ſcriben. cap. ſi propter de reſcrip. & præſertim Gem. de com. atteſt. ibid. n. 9. & ex Couarr. & Nauar.* locis ſuperius à me relatis in 4 *addit. io. n. 178.* ob hanc rationem inibi ſub his formalibus verbis adductam (ex quo ſtatim, atq;
294 fuerunt à ſolo ſeparati dicuntur à beneficiato percepti ex doctr. Tiraquel. & Dida. locis ibi relatis) ſed quod magis refert, ſubiungit Rota, quod ita tenet ad ex-
295 cluſionem fundamenti, quo innititur ſucceſſor nempe in *extrauag.* Iulii 3 ſæpe memorata, de mina vſu nõ recepto quod excipere ſufficiant hæredi, & ita probaſſe tenuit eadem Rota, vt in ea ex qua profecto videretur bene fuiſſe ſancitũ in *Conc. Prou. Mediol. loco ſup. alleg. num. decimoſexto*.
296 Sed adhuc firmiter tenendum aliud eſſe quod fructus fuerint à ſolo ſeparati, & ſic aliter exacti aliud verò quod affictus eorum ratione & ex cauſa debiti, aliiſue beneficiorum fructus tempore obitus beneficiatorum remanſerint inexacti, de iis enim tantum inexactis loquitur ipſa extrauagans, & illius verba ſunt adeo clara, quod fruſtra cauillari poſſunt prout videre eſt ſuperius ſub *num.* 1. & *à num.* 145. *vſque ad num.* 152. prout etiã ponderauit Rota memorata ſuperius in addi. 12. pluribus in deciſionibus ſequutis poſt iſtã 1592. inibi memoratis adeo vt de fructibus collectis non bene poſſit
298 inferri ad affictus ex cauſa ipſorum perceptorum debitos, ſiue quæſitos, alioſue fructus realiter non exactos, quamuis aliter quæſitos ſiue debitos in hac inquam materia beneficiali, quamuis ſecus in
299 prophanis ex *l. defuncta, ff. de vſufruct.* per ea, quę ſuperius abunde reperiuntur tradita præcipuè *num.* 75. *& ex doctri. Gig. de penſ. quaſt. 52. ad fi.* vbi dicit non
300 bene inferri de penſione, ad fructus beneficii, quia illa cum ſit quid temporale nihil ſpiritualitatis habens tranſmittitur
301 ad hæredes, ſecus verò fructus beneficii quamuis quæſitos (quod tantundem importat, ac ſi diceretur affictus ex cauſa fructuum perceptorũ quæſitos) & prout ſatis enucleatè conſiderauit Rota in *dict. addit. 12. præcipue num 232. vſque per n.* 236. et prout videre eſt in *deciſ. Rot.* 1593. memorata in d. addit quę ſequitur in *fin. addit. ad quam, & ad ipſa extrau.* verba vbi ſupr. dictum fuit relata recurrere ſat erit, & ſic concedi poteſt, quod extante conſuetudine ad hæredes tranſmittantur fructus, qui realiter tempore mortis beneficiariorum exacti reperiuntur non
302 autem exigendi quamuis ratione perceptorum dicantur quæſiti, & ſic iuris fictione percepti, quia iſtud non admittit *dict. extrauagans*, *neque tex. & doct. ſup. alle.* neq; eadem Rota nouiſſima, quæ
303 etiam tum in materia penſionis hęredibus debẽda an pro rata temporis an pro rata fructuum perceptorum debeatur nunc in vna, nunc in altera fuit ſententia ſic referente *Gabriel. conſ.* 191. *vol. ſecundo* tum etiam in materia *Extrauagans ambitioſa de rebus eccleſia non alienan. nouiſſime tenuit ſententia diuerſam ſuperiori, vt retuli ſuperius poſt deci mam Addit. in Notabil.* ibi adductis Quinimo neq; quo ad extantes tranſmiſſionem fieri poſſe ſine mortali prædicto ad hæredes diuites tenuit *Conc. Trid. & Molin.* eidem adhæren. vt ſuperius dixi in nona addi. num. 219. cum ſeq. & eo caſu quo tranſmittantur rationem haben. eſſe ad deductionem pro alimentis ſucceſſoris, & onerũ Eccleſiæ incumben. vſque ad nouos collectus, ſecundum declarationem, & limitat. ſuperius adduct.

prout

prout in addition. quarta, verſiculo Et
cetera, & ſucceſſiue prout in addition.
quinta, & ſexta.

Et ſic conceſſo, vt præmittitur quod fructus
recollect. & à ſolo ſeparati (vt ſunt forma-
lia verba dict. deciſ. Rot. 1592.) ad hære-
des tranſmittantur, quodq; etiam ſtatim,
atque fuerunt à ſolo ſeparati dicantur à
304 beneficiato percepti, non tamẽ ex hoc
excluditur diſpoſitio *d. extrauag. Iulij 3.*
de fructibus inexactis, vt ex præmiſſis
ſatis ſuperq; liquet, & ex ſæpe *d. deciſ.
Rot.* quarta Iunij 1593. coram Blanchetto
liquebit.

NOTABILIA DE MOBILIBVS DIVERSI generis.

Quæ relinquuntur à Beneficiatis tempore mortis Ex Bulla Pij V. Ex commentarijs Nauarri, & ex alijs.

CVm hactenus de fructibus beneficiorum inexactis, atq. de exactis tempore obitus beneficiariorum extantibus ſcripſerim, operæ pretium fore duxi hic quoque ſubiungere quid de mobilibus diuerſi generis, quæ relinquuntur ab ipſis Beneficiarijs decedentibus, Et in primis moneo recurren. eſſe ad Extrauag. Pij V.
305 in hac materia occaſione ſpoliorum
editam anno 1567. Kal Septẽbris Ponti.
ann. 1. quę incipit Romani Pontificis
prouidentia la prima, & eſt in *n conſtit.
ipſius Pontif. xliij. In Bullario magno
fol. mihi* 995 *& in lib. Red de ſpol in calce ipſius Tract fol. mihi* 449. *& apud Nauar com. tit. de ſpol ad c non liceat* 12. *q.* 2. *§ 8 fol mihi* 45 *& nouiſſime in ſumm. Bull pag.* 461 *ſub tit. Spolia cleric.* vbi etiã in *ſi addit.*

Subinde refero cõtinentiam ipſius *Extrauagans* cum diſtinctione mobilium, quæ eſt.

Primum genus. Quod omnia, & ſingula ornamenta, & paramenta ac vaſa, necnon Miſſalia, & Gradualia, ac cantus firm. & Muſicæ, alijq; quomodolibet nuncupati libri, & aliæ res ſacræ etiam auri, & argenti, ac quæcunque alia bona per quoſcunque Patriarchas, Archiepiſcopos, Epiſcopos, Abbates, ſeù Commendatarios, & alios quoſcunque quæcunque, & qualiacumq; beneficia Eccleſiaſtica cum cura & ſine cura, ſecularia, & quorumuis ordinum regularia in tit. vel commẽdam aut alias quomodolibet obtinentes quocunque nomine, vel tit. cenſeantur etiam
ſi de illis, & eorum qualitatib. ſpecialis
& expreſſa mentio habenda foret, ad vsũ
306 & cultum diuinum etiam in eorũ pri-
uatis ædibus, & capellis, vel oratorijs
deſtinata tempore eorum obitus ex teſtamento, vel ab inteſtato relicta omnino ſpectent, & pertineant, ac ſpectare, & pertinere cenſeantur ad ſingulas Eccl. monaſteria etiam conuentu carentia, & Beneficia huiuſmodi, in quibus reſederint aut quibus præfuerint, ſeù alias quæ obtinuerint.

Illaq; poſt eorum obitum eiſdem Eccleſijs, monaſterijs, & Beneficijs eo ipſo applicata, & incorporata ſint & eſſe cenſeantur
307 etiamſi in Romana Curia & procul ab
illa deceſſerint, vel ad illa nunquam ac-
308 ceſſerint, ita vt liceat illis defunctis in
eiſd. Eccleſiis, Monaſteriis, & beneficiis ſucceſſoribus, ac Eccleſiarum, & Monaſteriorum huiuſmodi capitulis, conuentibus reſpectiue illa propria auctoritate libere apprehendere, ac eorum Eccleſiis, ac ſacriſtijs applicari, & incorporari.

309 Nec ſub quibuſuis facultatibus teſtandi, & alias diſponendi de bonis per eos ex altari, vel alias quomodolibet acquiſitis per quoſcunq; Rom. Pontif. prædeceſſores & ſucceſſores d. Pij. 5. ac per ipſum ſub quibuſuis tenoribus, & formis, ac cũ quibuſuis clauſulis, & decretis etiam motu proprio, & alias quomodolibet conceſſis, & conceden. comprehendantur, neque ſub appellatione ſpoliorum veniant.

Ac quæcunq; donationes, relicta, & legata, teſtamenta, & codicilli, & aliæ vltimæ voluntates, ſeu ſpolia deſuper contra d. conſtit. tenorem quomodolibet pro tempore
310 facta quoad præmiſſa nulla, & inuali-
da nulliuſque roboris, & momenti exiſtant.

Et perſonis etiam Eccleſiaſticis, ſeù locis etiam piis, aut Eccleſiis quibuſcunque in quorum, ſeù quarum fauorem pro tempo
311 re facta fuerint minime ſuffragentur,
nec per eiſdem perſonis, ſeù locis, vel aliis Eccleſiis huiuſmodi aliquod ius

in reb.prædictis,vel ad illas acquiri poſ-
ſit.

Quinimo res ſacras, ac alia bona prædicta
quocunq.nomine,vel titulo pro tempore
312 detinentes ad illa cum effectu reſtituen
dum,& conſiderandum Eccleſiis,& Mo-
naſteriis, ac beneficiis per defunctos
quomodolibet acquiſitis, minime at-
tentis quibuſuis diſpoſitionibus de illis
in contrarium quomodolibet factis,
313 omnino teneautur, & ad id, per cen-
ſuras, & pœnas etiam furti, & ſacrile-
gii, ac alia iuris, & facti remedia op-
portuna cogi,& compelli poſſint, & de-
beant,Summa genus.

Quod q;cathedræ,Arcæ,& etiam ligneæ, vel
lapideæ,etiam marmoreę menſæ,& tabu-
læ, ac quæcunque dolia ſeu vaſa vinaria
314 vacua,& alia ſimilia ſupellectilia dome
ſtica per quoſuis Presbyt.ſeu Clericos ab
humanis pro tempore decedentes tem-
pore eorum obitus.In Eccleſijs,ſeu corũ
domibus Eccleſiarum earundem,vel ali-
bi vbiuis locorum relicta ſub ſpoliorum
appellatione minime veniant, nec pro
ſpolijs vllo modo reputari poſſint etiãſi
315 ex redditibus,& prouẽtibus, ac fructus
beneficiorum,quæ dum viuerent obtine-
bant acquiſita fuerint.

316 Et ideo collectores relinquant orna-
menta,& paramenta,necnon vaſa, & li-
bros,aliaq; diuino cultui dicata huiuſmo-
di Eccleſijs monaſterijs,cappellis,& aliis
beneficiis huiuſmodi eorumq; Rectorib.
& aliis præfatis libere dimittant & con-
ſigneut, ac conſignari faciant cum effe-
317 ctu, ac ſupellectilia prædicta locis vbi
conſtiterint relinquant.

Hæc eſt continentia d.Extrau.hic diſtincte,
vt præmittuntur,relata.

Subnectam modo notabilia *trad.* per *Nau.*
vbi.ſup.

Et primo, quoad primum genus bonorum
ſuprsmemoratorum animaduertit huiuſ-
318 modi conſtitutionem eſſe nouiſſimam,
quippe nunquam antea hoc ſtatutum,
imo ante hac horum aliqua fuiſſe ſpolia,
319 illa valet quæ erant empta ex redditib.
Eccleſiaſticis,alia vero,quæ ex aliis com
320 parata eſſent patrimonialia, vel quaſi,
de quibus diſponere eis licebat, & vt ibi
321 dixit,ea quæ beneficiarii tenent empta
de ſuis redditibus patrimoniorum,& ſer-
uant in domibus ſuis, vt cum voluerint
celebreut,vel eelebrari faciant miſſas iu-
re antiquo inter quaſi patrimonialia an-
numerari,poterant, cum etiam laici talia
ſoleant babere,& in hæredes tranſmitte-
re,ſubiungens, quod licet res ſacræ nul-
322 lius hominis ſint, vſus tamen illarum
honeſtus, & religioſus poteſt eſſe etiam
apud laicos.

Secundo,aduertit præfata bona comprehen
323 di in d.Extrauag. ſi etiam ſi non eſſent
aliqua benedictione conſecrata.

324 Non tamen comprehendi illa, quæ
Beneficiarij habent empta ad donandum
alicui Eccleſiæ diuerſæ à ſua vel ad per-
mutandum cum aliquibus eiuſdem gene-
ris,vel alijs ſibi neceſſariis.

Et quod hæc nous conſtitutio excipit à iure
325 antiquo ſolũ,ea, quæ ſunt ad vſum Ec-
cleſiaſticum deſtinata,ſeu deputata.

326 Hinc eſſe. Quod non comprehen-
dit in prædictis aulea, & tapetes, quæ
Beneficiarius habet principaliter ad do-
mum ſuam ornandam,licet nonnunquam
ea commodet.Eccleſiæ,vel alijs ad agen-
dum feſtiuiores dies ſacros.

327 Neque comprehendit ea quæ in vita
poſt vel ante renunciatum beneficium
commutauit,vel donauit.

328 Faciens quoque illationem quod ſi
quis Beneficiarius in nundinis emiſſet
multos calices ſacros,& multa ornamen-
ta ad celebrandas miſſas idonea, multa
etiam miſſalia, & libros muſicos quo
alijs, & alijs ea venderet non teneri ad
relinquendum illi Eccl. ſui beneficij, ſi
morte præuentus non potuiſſet illa ven-
dere.

In tertio Notabili, quod eſt ſpeciale ad *ſ.*
inſuper,aduertit.

Quod etiam ſcamna,cathedræ,arcæ,& cæte-
ra bona,quæ ſecundo genere,ſiue 2. loco
329 vt ſupra nominantur eximuntur à nu-
mero ſpoliorum quamuis ex iure antiquo
330 debuiſſent nominari ſi fuerunt quæſi-
ta ex redditibus Eccleſiaſticis. Et ita
331 quosd hæc ius nouũ induci,licet quoad
332 ea, quæ conſtaret eſſe comparata ex
bonis patrimonialibus,vel quaſi ius an
tiquum contineat.

Et ſic quod huiuſmodi ſuppellectilia indiſtin
333 cte permittantur hæredibus etiã ſi alio
334 qui diuites ſint;quibus ſine iuſta cauſa
335 non poſſe donari aliqua ex redditibus
Eccleſiaſticis quæſita, ſiue intuitu pau-
pertatis ſancineret *Conc.Trid.ſ.25.c.1.
refor.*

336 Subiungens tamen ſe conſulere huiuſ
modi hæredibus diuitibus, quod tantun
dem in opera pia impendant quantum
prædicta ſuppellectilia valere poſſunt, ſi
eis conſtaret ea fuiſſe quæſita ex ſuper-
fluis,quę debebãtur pauperibus,alioquin

eos

Digitized by Google

337 eos non fore ſecuros quoad forum in-
terius, cum ipſa extrauag. nulla contineat
verba, quæ id efficaciter probent.
Ego antem in hac ſententia manerem quod
338 etiã hæredes huiuſmodi ſuppellectilia
locis, vbi conſtiterint relinquant, & talẽ
fuiſſe mentem illius Summi Pontificis,
339 præterquam eo caſu, quo ipſi compertum
haberent ea fuiſſe à Beneficiario ali-
ter quam ex fructibus ipſius Beneficij
comparata, & acquiſita, quia certiſſimi
340 iuris eſt quod acquiſita ex fructibus
Eccleſiæ ſunt Eccleſię, vel ſucceſſoris, &
341 de illis teſtari non poſſe Beneficiũ obti
nentem cum adminiſtratione, niſi ex licẽ
centia Papæ ſic affirmante *Redoan. de Spol. quæſtion. 7. n. 16. & ſeq. per plur. tex. vbi rela*
342 Et quod acquiſita per Pręlatũ pręſu
muntur acquiſita de bonis Eccleſię ad
trad. per eundem *Redoan. q. 9. num. 33. & ſequen.* (vbi tamen videre eſt propter di-
ſtinctiones ibi ad plures caſus relatas) &
tacit in *20. q num. 4.* vbi quod acquiſita
343 poſt beneficium adeptum pręſumuntur
intuitu Eccleſiæ, & de redditibus Eccle-
ſię acquiſita, & in tantum valere iſtam
344 præſumptionem quod ex ea ſententia
ferenda ſit pro Eccleſia & prout ibi late
proſequitur, & comprobat.

S. D. N. PAVLI DIVINA PROVIDENTIA PAPAE V.

DECLARATIO

Quod Curiales, & Incolæ Vrbis, ac Ciues Romani originarij in Vrbe, & eius Districtu intra decem milliaria decedentes, non faciant ſpolia de bonis in dicta Vrbe, & eiu diſtrictu prædicto exiſtentibus.

Paulus Papa V. Ad perpetuam rei memoriam.

IN eminenti Apoſtolicę dignitatis ſpecula, meritis licet imparibus, ſuperna diſpoſitione conſtituti, inter cæteras curas, quę ex iniuncto Apoſtolicæ ſeruitutis officio nobis incumbunt, illa præcipua eſt, vt Alma Vrbs noſtra Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum martyrio conſecrata, ad quam omnes Chriſtifideles ex vniuerſis Mundi partibus tãquam ad communem Patriam, & Portum cunctarum gentium, & nationum, atque adeo ad Magiſtram Veritatis, & Religionis confluunt, iis demum gratiis, & priuilegiis exornetur, per quæ omnes, qui ad eam vndiq. veniunt, illamq. incolunt, nunc, ac perpetuis futuris temporibus ſine vlla animi moleſtia in illa ſtare, & permanere, & Romanæ Eccleſiæ, Sediq. Apoſtolicæ adiumento eſſe poſſint, ac animaduertentes alias fel. rec. Sixtum Quartum, Iulium Tertium, Pium Quartum, & nonnullos alios Prædeceſſores noſtros Romanos Pontifices, vt eiuſdẽ Vrbis decori, illamq. incolentium, & Curiam præfatam ſequentium indemnitati conſulerent, Curialibus, Incolis prædictis diuerſa præſertim de eorum bonis teſtandi, ſeu alias diſponendi priuilegia, facultates, indulta conceſſiſſe, prout in eorundẽ Prædeceſſorum litteris deſuper expeditis latius continetur. Quæ temporum fortaſſe iniuria, diuerſas ob cauſas imminuta, aut alias abrogata dicuntur. Volentesq. Nos, qui in eadem Vrbe nati ſumus, Curialium, & Incolarum prædictorum indemnitati, & tranquillitati cõſulere, ac tam eos, quam Romanos Ciues originarios pari fauoris, & gratiæ prærogatiua proſequi, eorundem Prædeceſſorum veſtigijs inhærendo, Motu proprio, & ex certa ſcientia, matura deliberatione, & mera liberalitate noſtris, deq. Apoſtolicæ nobis attributæ poteſtatis plenitudine, hac noſtra perpetuo valitura conſtitutione ſtatuimus, decernimus, & declaramus, quod poſt hac perpetuis futuris temporibus omnes, & ſinguli Romanam Curiam ſequentes, ſeu ipſam Vrbem incolentes, necnon ipſi Romani Ciues originarii nunc & pro tẽpore exiſtentes, etiã Clerici, & in Sacris, etiã Præſbyteratus ordinibus cõſtituti, cæteræq. omnes & quæcũq. aliæ perſonæ Eccl. cuiuſcũque ſtatus, gradus, ordinis, & conditionis, etiam Abbatiali, Epiſcopali, Archiepiſcopali, Patriarchali, & etiam maiori, & quauis alia Eccleſiaſtica, vel mundana dignitate fulgentes, & quæcunque beneficia Eccleſiaſtica, ſæcularia, & quorũuis ordinum regularia, aut alias quomodolibet qualificata, & ſpeciali nota digna obtinentes, necnon quaſcunque penſiones annuas ſuper quarumuis Menſarum Patriarchalium, Archiepiſcopalium, Epiſcopalium, Abbatialium, ac dignitatum,

Canonicatuum, & aliorum beneficiorũ eccleſiaſticorum, vt præfertur, vel alias quomodolibet qualificatorum fructibus redditibus, & prouentus loco penſionũ annuarum ſibi Apoſtolica auctoritate quomodolibet reſeruatas, & aſsignatas, ac reſeruatos, & aſsignatos habentes, & obtinentes, qui in dicta Vrbe, vel eius Diſtrictu intra decem milliaria ab ipſa Vrbe non tamen extra debitam reſidentiam deceſſerint, de omnibus ſuis bonis mobilibus, & immobilibus, ac ſe mouẽtibus, iuribus, & actionibus quibuſcunque necnon iocalibus, & pecuniis, ac rebus aliis in dicta Vrbe, & eius Diſtrictu intra decem milliaria huiuſmodi conſiſtẽtibus, & ſeu exiſtentibus, ac etiam prouenientibus ex quibuſcunque fructibus redditibus, & prouentibus, ac iuribus obuentionibus, & emolumentis, etiam decimalibus dictarum Eccleſiarũ, & beneficiorum, vt præfertur, quomodolibet qualificatorum, quæ in titulum, vel commendam, aut adminiſtrationem, vel alias quomodolibet, etiam ex quibuſuis conceſſionibus, & diſpenſationibus Apoſtolicis obtinent, & ſeu antea obtinuerunt, vel in poſterum obtinebunt, necnon etiã ex quibuſuis fructibus, redditibus, prouentibus, iuribus, obuentionibus, & emolumentis Eccleſiaſticis, atque penſionibus annuis ſuper ſimilibus fructibus redditibus, prouentibus, ac etiam diſtributionibus quotidianis ſibi reſeruatis, conceſſis, conſtitutis, & aſſignatis, necnon ex emolumentis quorumcunque Romanæ Curiæ officiorum, etiam admiſtrationem habentium, & locorum Montiu, vel cenſuum, ac alias prouenien. quæ ipſi pro tempore habuerunt, & obtinuerũt ac habent, & obtinent, habebuntq. & obtinebunt in futurum, cuiuſcunque qualitatis, quantitatis, & ſummæ, ac pretii, & valoris exiſtant, per eos, & eorum quemlibet acquiſitis, & acquirendis, & in eadem Vrbe, & illius Diſtrictu infra decem milliaria vt ſupra conſiſtentibus, diſponere, & tam donatione inter viuos, vel cauſa mortis ſeu teſtamento, legato, & fideicommiſſo, quam alia quauis diſpoſitione inter viuos, ſeu vltima voluntate in fauorem conſanguineorum, & affinium ſuorum, Collegiorumq; Vniuerſitatum, & locorum piorum, ac quarumuis aliarum perſonarum, etiam penitus extranearum diſponere, & ordinare, ac in eiſdem rebus, & bonis conſanguineos & affines, Collegia, & Vniuerſitates, ac loca, & perſonas præfatas, hæredes vniuerſales, vel particulares pro eorum libito voluntatis facere, de illiſq; liberè, & licite pro libito voluntatis diſponere poſſint, & valeant plenam, & liberam eis, & cuilibet eorum licentiam, & facultatẽ omnimodam cõcedimus, & impartimur. Declarantes, quod ſi contingat, dictos Clericos, & alias Eccleſiaſticas perſonas præfatas, diſponere de ipſorum bonis in fauorem illegitimorum, (non tamen ex eorum proprio corpore procreatorum) tunc, & eo caſu quoad bona, & iura, & alias res ipſorum diſponentium mere patrimonialia, & laicalia in dicta Vrbe, & illius Diſtrictu, vt ſupra conſiſtentia, nec Camera, nec ipſi illegitimi in illis vllo modo ſuccedant, ſed ad venientes ab inteſtato iuxta iuris diſpoſitionem ſpectent, et pertineant, quauis alia conſtitutione forſan contrarium diſponente non obſtan. Præterea motu, ſcientia, et poteſtate ſimilibus decernimus; & ordinamus quod ſi dicti Curiales, ſeu Incolæ Vrbis, Romaniq; Ciues originarii, aliiq. prædicti in Vrbe, et Diſtrictu prædictis, non tamen extra eorum debitam reſidentiam, ab inteſtato deceſſerint, eorum bona, pecuniæ, iocalia, iura actiones, et res huiuſmodi, etiam ex bonis, et redditibus Eccleſiaſticis ſupradictis prouenientia per eos, vt ſupra acquiſita in dicta Vrbe, et eius Diſtrictu intra decem milliaria, vt præfertur, conſiſtentia ad eorum hæredes ab inteſtato venientes liberè deueniant, nec illa ad Romanum Pontificem, aut Sedem, et Cameram Apoſtolicam ſpectare, et pertinere dici, vel prætendi poſſit, minuſq; miniſtri, vel Agentes dictæ Cameræ, etiam ſub prætextu quod dicti hæredes in Vrbe non reperiantur, dictorum bonorum poſſeſſionem apprehendere, vel ſequeſtrare, aut de illis inuentaria conficere, aut in illis quouis modo ſe intromittere valeant. Diſtrictius inhibentes modernis, et pro tempore exiſtentibus Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Camerario, et dictæ Cameræ generalibus Theſaurario, Commiſſario, necnon Præſidentibus Clericis nunc, et pro tempore exiſtentibus, omnibuſque, et ſingulis Spoliorum, et Iurium Cameræ Apoſtolicę Collectoribus, vel Subcollectoribus, ac aliis Miniſtris quocunque nomine nuncupatis, ne hæredes, et ſucceſſores quoſcunque etiã ab inteſtato dictorum Curialium, ac Incolarum, et Ciuium Romanorum, in Vrbe, ac illius Diſtrictu præfato pro tẽpore de·

re de·

re decedentium ſuper prædictis bonis, pecuniis, iocalib. iurib. actionib. & reb. quibuſcunq; per dictos Curiales, Incolas, Romanoſq; Ciues originarios, pro tempore in Vrbe prædicta, & infra illius Diſtrictũ huiuſmodi deceden. vt præfertur, acquiſitis, contra pręſentium noſtrarum literarum formam, etiam ſub prętextu, ſeù cauſa illicitę negotiationis moleſtare, perturbare, inquietare, & ſe in hęreditatib, & bonis præfatis quouis modo immiſcere, aut illa pętere, ſeù ſibi, aut Cameræ pręfatę vendicare, ſeũ de illis inuentarium conficere audeant, ſeu præſumant. Decernentes ſic noſtræ mentis, & immutabilis voluntatis exiſtere, ac ita, & non aliter per Camerarium, Theſaurarium, Commiſſarium, Pręſidentes, & Clericos pręfatos; ac alios quoſcunque Iudices Ordinarios, & Delegatos, etiã cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales quauis auctoritate fungentes ſublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate iudicari, & diffiniri debere, ac irritum prorſus nullum, & inane, quicquid ſecus ſuper his à quoquam quauis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtan. conſtitutionib. & ordinationib. Apoſtolicis, nec non Cameræ pręfatæ, & Eccleſiarum in quib. dicta beneficia forſan fuerint, aut Monaſterium, et Ordinum, quorum illa extiterint, etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica vel quauis firmitate alia roboratis, et ſtatutis et conſuetudinib. necnon priuilegiis, et conceſſionib. indultis, et literis Apoſtolicis, illis necnon Camerario, Theſaurario, Commiſſario Cameræ Pręſidentibus, et Clericis, aliiſque pręd ctis ſub quibuſcunque tenorib. et formis, ac cum quibuſuis derogatoriarum derogatoriis, aliiſq; efficaciorib. et inſolitis clauſulis, ac irritãtib. et aliis decretis per quoſcunq; Romanos Pontifices, etiam prædeceſſores noſtros in genere, vel in ſpecie, etiam motu ſcientia, et Apoſtolicę poteſtatis plenitudine ſimilib. aut alias quomodolibet etiã conſiſtorialiter, conceſſis, et approbatis, ac innouatis; Quib. omnib. et ſingulis, etiam ſi de illis, eorumq; totis tenorib. ſpecialis, ſpecifica & ad verbum expreſſa mentio, ſeu quæuis alia expreſſio habenda aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſeruãda foret, tenores huiuſmodi, ac ſi de verbo ad verbũ Inſererentur præſentib. pro ſufficiẽter expreſſis habẽtes ad effectum præſentium illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter & expreſſe derogamus, ac ſuos effectus aduerſus declarationem, voluntatem, ſtatutum, & ordinem noſtras huiuſmodi ſortiri, aut vendicari non poſſe, neq; debere volumus, & decernimus, cęteriſq; contrarijs quibuſcunque. Cæterũ quia difficile foret, præſentes noſtras literas ad ſingula quæque loca deferri volumus, & declaramus, quod illarum tranſumptis, etiam impreſſis manu Notarij publici ſubſcriptis, & alicuius perſonę in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ ſigillo munitis, eadem prorſus fides in iudicio, & extra vbique adhibeatur, quæ eiſdem præſentib. adhiberetur. ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Dat. Romæ apud S. Petrũ ſub Annulo Piſcat. die 8. Aprilis 1606. Pontificatus Noſtri Anno Primo.

M. Veſtrius Barbianus.

Anno à Natiuitate D.N. Ieſu Chriſti 1606. Indictione quarta, die verò quarta menſis Aprilis Pontificatus autem Sanctiſſ. in Chriſto Patris et D.N.D. Pauli diuina prouidentia Papæ v Anno eius 1. Retroſcripta litera affixa, & publicata fuerũt in valuis Baſilicæ Principis Apoſt. & Baſilicæ S. Ioannis Lateranen. ac Cancellariæ Apoſtolicæ et in Acie Campi Floræ, vt moris eſt per me Chriſtophorum Fidatum Apoſtolicum Curſ.

Io. Baptiſta Bagni Magiſter Curſ.

F I N I S.

DE.

DECISIONES

ROTAE ROMANAE

R. P. D. SERAPHINO.

ROMANA SEV VERCELLEN. PECVNIARIA.
DIE MERCVRII XV. DECEMBRIS MDLXXXII.

SVMMARIVM.

1 *Fructus beneficij vacantis deſtinati in Vrbe cadunt ſub ſpoliis, et ſpectans ad Cameram Apoſt.*

2 *Deſtinatio ſolutionis facta in vno loco facit, quod res dicatur eſſe eius loci, in quo eſt deſtinata, & numero 21. quod etiam procedit ratione fiſci, vt numero 3.*

4 *Iura & actiones clerici defuncti veniunt ſub ſpolijs, declara, vt numero 16. & 17.*

5 *Fructus beneficiorum remanent Eccleſiæ, & non fiunt beneficiatorum nec de eis diſponere poſſunt; niſi in ea parte quam in vſus proprios conſumunt, et n. 8.*

6 *Diſtributiones quotidianæ defuncto beneficiato non remanent Eccleſiæ ſed beneficiati, & ei ita acquiruntur, vt ad hæredes quoſcumq; tranſmittantur ſecundum communem opinionem.*

7 *Beneficiarius in vita comparatur vſufructuario, in morte vero vſuario, & nu. 19.*

9 *Bona acquiſita ex redditibus Eccleſiæ regulariter non ſunt beneficiatorum, ſed ad Eccleſiam pertinent, quod procedit etiam in fructibus ſimplicium beneficiorum, ſecundum magis communẽ opinionem.*

10 *Bulla Pij Quarti. ſuper ſpoliis fructuum beneficiatorum defunctorum quomodo intelliguntur, & quos liget.*

11 *Materia reſeruationis eſt ſtricte intelligenda.*

12 *Reſeruatio, quæ ponitur in litteris Apoſtolicis deputationum Collectorum generalium ſpoliorum dicitur ius nouum.*

13 *Bulla Pauli 4. ſuper ſpolijs quomodo intelligatur.*

14 *Bulla Iulij 3. ſuper fructibus beneficiorum inexatis declaratur, & numero 20.*

15 *Spolia ſunt rerum ad beneficiatum ſpectantium, & quæ in eius peculio, & bonis tempore mortis reperiuntur.*

17 *Iura illa et actiones veniunt in ſpolijs, quæ in hæreditate clerici defuncti ſunt remanſura, ſecus eſt in illis iuribus et actionib. quæ morte extinguuntur.*

18 *Fiſcus non poteſt capere bona fideicommiſſo ſubiecta, quamuis eſſent in dominio defuncti.*

21 *Deſtinatio ſolutionis fructuum beneficij, quæ fit in vno loco, fit pro commoditate clerici, et ipſo mortuo ceſſat eius effectus, ergo Eccleſia non tenetur, ſi nolit, [illegible] tali commoditate.*

12 *In deſtinatione animus deſtinantis, inſpici debet.*

23 *Deſtinatio ſolutionis in alio loco in fraudem Cameræ nihil operatur, idem eſt fraudem Eccleſiæ.*

25 *Cauſa Eccleſiæ eſt fauorabilior, quam cauſa fiſci.*

27 *Fiſcus eſt vltimus priuilegiatorum, et in dubio contra eum fit interpretatio.*

26 *Actio*

Digitized by Google

26 *Actiones loco non circumſcribuntur ſi-
cut fructus.*

PRopoſui iterum cauſam ſuper difficulta
te eſeruata ratione deſtinationis ſolu-
tionis hic in Vrbe,& nonnullis ex Domi-
1 nis placebat,huiuſmodi deſtinationem fa
cere, vt iſti fructus caderent ſub ſpolijs
per regul.quæ ro.de ſolution. *l.3.in fin. de
bon.auctor. Iud.poſſ. l.contraxiſſe.de iud.
l.ex facto.§.iterum de hered. inſtit. Lap.
alleg.91.n.8.cum ſimilib.*facit enim deſti-
2 natio,vt res dicatur eſſe eius loci, in quo
eſt deſtinata,& ita fuiſſe deciſum in vna
Rom.à Bordeſia coram bo.me. D.Oradino,
& in al.a *Rom.de Soderinis coram me*, &
3 ita paſſim à Doctorib.tradi, quod huiuſ-
modi bona capiantur à fiſco illius loci,in
quo eſt facta deſtinatio,*Tiraq.de iure pri
mogen q.49.*& hanc rationem confirma-
bant, ex eo quod cum iu. ſpolij veniant
4 iura,& actiones clerici defuncti,vt tradit
Nau.de ſpol.§.1.n.3.& licet ad iſtos fru-
ctus recuperandos eſſet quæſita bon.me.
Commendatario defuncto actio,eam ta-
men cadere ſub ſpolijs,attento quod Re-
uer. Dominus Theſaurarius generalis de-
putatus per totam Italiam Collector de-
git in Vrbe, & ibidem exigit iura Cam.
Apoſtol. Contrariam tamen ſententiam
ſeptem ex Dominis amplexi ſunt; nempè
quod deſtinatio non faciat,vt iſti fructus
pertineant ad Cameram Apoſt.nam pro
fundamento deciſionis repetendum eſt,
5 fructus beneficiatorum eſſe ipſius Eccle-
ſiæ non autem beneficiatorum; niſi in ea
parte,quam in vſus proprios conſumunt,
6 exceptis tamen diſtributionibus quoti-
dianis,quæ ijs ita acquiruntur, vt ad hæ-
redes quoſcumq. eas tranſmittant,vt ex
communi DD.ſententia tradit *Couar. in
c.cum in off.n.4.de teſt.*& hæc ſententia
probatur in *d.c.cum in off.* & in *c. ad hæc.
de teſtam.c.expedit.*& ibi *gloſ.12.q.1.*eam-
que amplectuntur paſſim Doctor.benefi
7 ciarium comparantes in vita vſufructua-
rio,in morte verò vſuario,vt ibid. tradit
*Cou.in princ.& in gloſ.pragmat tit.de an-
nat.*Item quid ſi Eccleſia.in verb.acquiſi-
tos.Immo plures ex Doctoribus abſolu-
te cōparant beneficiarios vſuarijs,quod
licet improbetur per *Cou.* tamen in hoc
conſentiunt omnes,vt in morte pro vſua-
rijs habeantur;vndè ſequitur, fructus nō
8 conſumptos remanere in dominio eccle-
ſiæ,vnde fit,vt de eis diſponere non poſ-
ſint,vt per *gloſ.in c.præſenti. de off.ordin.*
quam ſequitur *Rota* apud *Pute.deciſ.*315.

*Ioannes Valdes l.2.*quod adeo verum eſt,
9 vt neque etiam bona acquiſita ex redditi
bus Eccleſiaſticis regularite ſint ipſorū
beneficiatorum, ſed ad Eccleſiam perti-
neant,*d.c.cum in off.*& ibi *Cou n.6.*exten
dit hanc concluſionem. etiam ad bona
acquiſita ex redditibus ſimplicium bene
ficiorum,contra opinionem *gloſ. in c.præ
ſen.de off.or.l.6.*quam improbant *Archid.
Innoc.Abb.Imol.Dominic.Franc,& Ber-
trand.*per eum relati,& hanc magis com
munem opinionem teſtatur. *Iaſ.in conſ.
75.col. vlt.l.3.* neque obſtat,quod multi
DD.poſt d.*gloſ.in c.expedit 12.q.1.*dicunt
dominium eſſe penes Chriſtum;quia præ
terquam quod idem reſultat effectus re-
ſpectu quæſtionis,quam tractamus, hoc
dominium non impedit dominium parti-
culare Eccleſiarum, vt optime aduertit
*Sarmient.in tract.de reddit.eccleſ.par.1.c.
1.n.22.*Hoc itaque conſtituto fundamen-
to,aut Cam.prætendit hos fructus vti re-
ſeruatos, & de huiuſmodi reſeruatione
10 nullibi apparet;nam Bul.f.r.Pij 4.ſub die
27.Decem.1560. quam alias informātes
ex aduerſo allegabant,eſt reſtricta ad Re-
gnum Neapolitanum,& eius prouincias,
vltra quod reſeruantur tantummodo in
ea fructus beneficiatorum reſeruatorum,
ſeu affectorum à die vacationis eorū,vſq.
ad diem captæ poſſeſſionis per prouiſos,
nulla autem fit mentio decurſorum in vi
ta beneficiati,&per eum non exactorum:
11 Ideo cum ſimus in materia reſeruatio-
nis,ea eſt ſtricte intelligenda,& huiuſmo-
12 di reſeruatio,quæ paſſim inſeritur in lit-
teris Apoſt.in quibus deputantur Colle-
ctores generales ſpolior. per Italiam eſt
ius nouum,vt tradit *Nau.d.tract.de ſpol.
§.6 n.7.* Neq. etiā talis reſeruatio contine
13 tur in Conſt.f.r.Pauli 4.nam in ea ſolum
cauetur ſpolia pertinere ad Cam. Apoſt.
in quibuſcunque Regnis ac dominijs exi
ſtant,non tamen explicant, quæ veniant
ſpoliorum appellatione, & quamuis ea
videatur tollere eam differentiam,quę fit
inter loca,in quibus ſolent deputari Colle
ctores,& alia,ad quæ Collectores non de
ſtinantur;tamen huiuſmodi diſpoſitio nū
quam fuit recepta in locis,in quibus non
deputantur Collectores; quia non ſolum
conſuetudo optima legum interpres de-
clarauit,ſed etiā expreſſe cauit f.r. Iulius
3.in quadam ſua declaratione Conſt. per
14 eum editæ ſup.fructib.non exactis,publi
cata de anno 1551.18 Iunij,& hāc diſtin
ctionem etiā admittit Nau.in d.tr.de ſp.
§.10.n.3.verſ. ad quintum. & §.14. n.7.

ſola ergo ſupereſt reſeruatio, quæ ex hu-
iuſmodi declaratoria Iulii III. colligi po-
teſt, dum declarat fructus inexactos ex be
neficiis ſitos in locis, in quibus deputan-
tur collectores, non comprehendi in Cō-
ſtitutione, quem prius ediderat, & pu-
blicata fuerat 6. Iunii 1550. nam in his
vult reſeruare conſuetudines & particu-
laria iura; conſuetudines vero & particu
laria iura ſunt, vt hæc tanquam ſpolia à
Camera Apoſtolica vindicentur, adeo
quod tota hęc reſeruatio pendet à conſue
tudine, quæ circumſcribitur in his locis,
in quibus deputātur Collectores: et ideo
non extenditur vltra hæc loca; Aut Came
ra prætendit fructus huiuſmodi inexactis
eſſe ſpolia, & hoc nulla ratione dici po-
teſt ſecundum regulas iuris communis;
15 ſpolia enim ſunt rerum ad beneficiatos
ſpectantium, & quæ in eorum peculio re-
periuntur; vnde ſequitur, cum Conſtitu-
tione prædicta Iulii III. caueatur, reddi-
tus inexactos ad Eccleſiam pertinere, ſi
proueniunt ex beneficijs ſitis in locis,
in quibus non ſolent deputari Collecto-
res, cum in his ius commune ſeruari de-
beat, quod iſti fructus non pertineant ad
Cameram cum nunquam fuerint incor-
porati in peculio bon. mem. Commenda-
tarii defuncti inſpecta diſpoſitione iuris
communis, & ideo ex eius perſona non
poſſe dici ſpolia, quæ non reperiuntur in
eius bonis tempore mortis Neq; obſtat,
16 quod iura & actiones veniant in ſpoliis
hoc enim procedere poteſt in locis, in
quibus adſunt Collectores propter con-
ſuetudinem ſupradictam, ſed vbi ceſſat
hæc conſuetudo, ſecus eſt dicendum; nam
17 hæc regula procedit in iuribus & actio-
nibus, quæ ſunt remanſura in hęreditate
defuncti; ſecus ſi morte extinguantur; nā
18 neq; fiſcus capit ea, quę non remanent
in hæreditate, veluti bona fideicommiſ-
ſo ſubiecta, quamuis eſſent in dominio
defuncti, late Benedict. In repet c. Raynu-
tius. n. 280 cum ſeq. de teſt. Neq. obſtat,
quod tempore mortis bo. me. Commen-
datarii iſti fructus iam eſſent decurſi, &
per conductorem recollecti; & ideo vi-
deatur habere locum tex in l. defuncta.
de vſufr. quia vt ſupra dictum eſt, benefi-
19 ciarius in morte cōparatur vſuario, non
autem vſufructuario; & ideo locum nō ha
bet in eo textus dictæ l. defuncta quæ pro
cedit in vſufructuario, ſed ſeruandæ leges
de vſuario loquentes, quæ facultatem al-
teri locandi non conceduut, neq; quicquā
ad compendium tribuunt, l. plenum. §. 1.

& §. operas, de vſu & habitat. ſed omnē
tollit difficultatem Conſtitutio Iulii III.
20 de qua ſupra facta eſt mentio, quæ diſer
te diſponit hos fructus ad Eccleſiam ſpe-
ctare, etiam quod dies ſolutionis viuēte
beneficiario venerit, & per ipſum non
ſteterit, quo minus illos exegerit; quini-
mo pro eorum exactione neceſſariam di-
ligentiam etiam iudicialiter agendo fece-
rit. Neque obſtat, quod reſpondēdo huic
Conſtitutioni dicebatur, hanc eſſe intel-
ligendam ad excluſionem hæredum bene
ficiarij, de quibus fit mētio in prohemio
Conſtitutionis; quia diſpoſitio habet duo
capita: Alterum excluſiuum hæredum: al-
terum vero incluſiuum Eccleſiæ, vbi di-
ſponitur hos fructus ſemper ipſarum Ec-
cleſiarum, ac verè Eccleſiaſticos eſſe &
cenſeri debere. Quod autem hæc diſpoſi-
tio excludat Cameram, non ſolum ex eo
colligi poteſt, quod Camera & Eccleſia
in ſucceſſione huiuſmodi ſe compati non
poſſunt: ſed etiam quod in declaratoria
aperte fit mētio iurium Cameræ Apoſto-
licæ debitorum, & nihilominus ſtatuitur
Cōſtitutionem locum tantum habere in
locis, in quibus non adſunt Collectores;
ergo ſtat diſpoſitio non ſolum excluſiue
ad hęredes, ſed etiam ad Cameram reſpe
ctu fructuum ex iſtis beneficiis prouenié-
tium. Vltimo non obſtat deſtinatio; quia
ea non facit, vt Eccleſia dominiū amiſiſſe
dicatur: metiri enim debemus deſtinatio-
nis effectū à deſtinantis facultate, quę cū
non porrigatur vltra eius naturalē vitam,
non poteſt facere, vt Eccleſia non ſit do-
mina, vbicumq; locorū reperiātur, Immo
21 quia deſtinatio non fit, niſi pro cōmodi-
tate ipſius locatoris, mortuo ipſo ceſſat
eius effectus, niſi in quantū poteſt Eccle-
ſia actione ſibi per Cōmendatariū acqui
ſita vti ſi velit; nam in deſtinatione inſpi-
22 ciendus eſt animus deſtināris *l. ex facto*,
§. verli. ff. de hæred. inſt. qui fuit deſtinare
ſolutionē Romæ, nō vt huiuſmodi fructua
conſerentur inter bona Vrb. s. ſed pro ma
iori cōmoditate exactionis, & quemad-
23 modū in fraude Cameræ non operaretur
deſtinatio ſolutionis in locis, in quib. non
adſunt Collectores, non debet quoq; hæc
deſtinatio quicquā operari in fraudē Ec-
24 cleſiæ, cuius cauſa eſt fauorabilior, quam
25 cauſa fiſci, qui eſt vltimus priuilegiatorū
& cōtra quē in dubio fit interpretatio, *l.*
nō puto, de iur. fiſc. Nec faciunt ad rē deci
ſiones factę in *cauſa Romana à Bordeſia,*
et in Romana de Soderinis; nam in vtro-
que caſu deſtinatio erat facta à domi-
nis

nis abſolutis earum. rerum, quæ poſt ipſorum obitum in eorum hæreditate erant permanſuræ; hic verò ſecus eſt, vt ſupra demoſtratum fuit: Quod eo magis procedere videtur in caſu, de quo agitur, ex quo tempore obitus bon. mem. Domini Commendatarij nondum ceſſerat dies ſolutionis: adeo quòd potius de actione
26 competenti ei agimus, quæ loco non circumſcribitur, quam de fructib. re vera tunc in Vrbe exiſtentib. quare cum hi fructus, neq; vti reſeruati, neq; vti ſpolia capi poſſint, conſequens eſt, vt in his nullũ ius prætendere poſſit Camera; & ideo neq; etiam in conceſſione S. D. N. veniãt, tamen quia materia fuit controuerſa inter Reu. Dominos meos: placebat nonnullis etiam ex ijs, qui pro excluſione ſpoliorum ſtabant, vt particulariter videretur, An hi fructus poſſint appellatione ſpoliorum contineri.

R. P. D. SERAPHINO.

Romana de Soderinis.

Die Veneris 29 Nouemb. 1577.

SVMMARIVM.

1 *Actiones cenſetur eſſe in loco, in quo fieri debet exactio, ſecundũ veriorẽ opinionẽ.*
2 *De actione iudicatur prout de re, ad quam competit.*
3 *Quando actio eſt ad quantitatem in genere, nullo loco circumſcripta cenſetur nec computatur inter immobilia, ſed facit tertiam ſpeciem.*
4 *Quando fit mentio de bonis exiſtentibus in certo loco, non veniunt iura & actiones. Idem quando ſucceſſio eſt limitata ad certum locum, vt num 7*
5 *Dominus ſuccedens vaſſallo in nominibus creditorum, etiam in ijs quæ ſint extra ſuum territorium, ſuccedit.*
6 *Succeſſio eſt ius vniuerſale.*
8 *In deciſorijs attenditur ſtatutum loci, in quo eſt celebratus contractus.*

IVlius Soderinus agebat contra Paulum Antonium pro conſequutione quartæ partis cuiuſdam cedulæ ſcutorum vigintimillium vel circa, cuius ſummæ Glor. mem. Franciſcus Primus Galliarum Rex agnoſcebat ſe eſſe debitorem bon. mem. Cardinalis Volaterrani ratione ſimilis quantitatis per ipſum Cardinalem Romæ diuerſis perſonis in pluribus partitis pro ipſius Regis negociis ſolutę, & mandabat Theſaurariis generalibus finantiarum, vt de dicta ſumma præfato Cardinali ſatisfacerent. & alias prout in ea, & fuerat hæc cedula confecta apud S. Germanum en Laye. Excipiebat Paulus Antonius de quadam ceſſione ſimili à Reu. Camera Apoſtolic a facta de dicta ſumma tanquam de ſpoliis dicti Cardinalis Volaterrani. Replicabat Iulius hanc ſummam non cadere ſub ſpoliis Cameralibus propter Bullas Summorum Pontificum Sixti & Leonis, in quibus conceduntur facultates teſtandi, & ſuccedendi in bonis ſitis in Vrbę, & prope eam ad decem milliaria. Duplicabat Paulus Antonius hoc creditum non cadere ſub prædicta diſpoſitione. Quare propoſui dubiũ an ſumma contenta in dicta cedula cenſeretur comprehenſa ſub dictis priuilegiis, & fuit per maiorem partem Dominorũ concluſum, quod non, cum pręſuppoſito, quod exactio fieri deberet in Galliis, & non Romę; nam licet non exigua ſit inter Doctores contentio, an actiones connumerentur inter res mobiles, vel immobiles, vt late differit *Tiraq.* qui infinitos diligẽtiſſime cumulat de *retract. lignag. §. 1. gloſ. 7. in princ.* & an cenſeantur eſſe in loco, in quo fuit contracta obligatio, vel potius in loco, in quo eſt deſti-
1 nata ſolutio, tamen verior, & receptior opinio eſt, vt attendatur locus, in quo fieri debet exactio, prout ex ſententia Petr. Bald. & Ang in l. ex facto. de hæred. inſtit. & Aretin. in conſ. 10. col. vlt. & Caſtren. 320. lib. 1. Alex. conſ. 31. lib. 1. & conſ. 19. lib. 6. cum aliis, quos refert Tiraquel. de retract lign. §. 36. gloſ. 3. n. 15. cum ſeq. quod confirmatur ex recepta diſtinctione Doctorum, quam refert idem Tiraq. in præallegat. §. 1. gloſ 7. n. 15. & 17. quæ
2 eſt, quod de actionibus iudicamus prout de re, ad quam competunt, & ideo cum competeret actio ad exigendas pecunias in Galliis, cenſeretur hæc actio eſſe de bonis in Galliis ſitis, vel ſecundum Lap. alleg. 92. incip. in primis videndum, quod
3 ſi actio eſt ad quantitatẽ in genere, prout in caſu, de quo agitur, nullo loco cenſetur circumſcripta; nec computatur inter mobilia, ſed facit tertiam ſpeciem, & eum ſequitur Roman. conſ 509. n. 19. Tiraquel. præcitat. d. §. 36. gloſ. 3. num 16 & ſecundum hanc opinionem res caret difficultate, quod iſtud creditum non venit ſub diſpoſitione bullæ Leonis, quocunque

loci ſint exigendæ, cum bulla aperte lo-
quatur de bonis ſitis in Vrbe, & extra
per decem milliaria, nam quando fit mē-
4 tio de bonis exiſtentibus in certo loco,
tunc non veniunt iura, & actiones, *leg.*
Caius in cons. 105. *lib.* 1. *n.* 4. qui etiam re
fert & ſequitur *Lupū, et Roman. supra*
citatos sub n 6. *et late per Tiraquel. in l.*
ſi vnquam, in verb. bona. n 13. *C. de reuoc.*
donat. Nec obſtat *Iacob. de S. Georg. in*
tractat. de Rhodijs ſiue operis. numero 14.
quia loquitur in diuerſis terminis, nem-
5 pe in quæſtione, an Dominus ſuccedat
Vaſſallo in nominibus creditorum, qui
ſunt extra ſuum territorium, tenet,
6 quod ſic, & bene, nam ſucceſſio eſt ius
vniuerſale, & actio hæret oſſibus Vaſ-
ſalli, cui ſucceditur, ſed non negat,
7 quod, ſi ſucceſſio eſſet limitata ad
certum locum, quod tunc non venirent
actiones, immo hoc expreſſe fatetur eum
alleget *Bald. in l.* 1. *de ſtat. hom.* hoc volē-
tem, ſed vtitur hoc argumento, vt exclu-
dat argumentum eorum, qui volebant,
quod actio illa eſſet de bonis in alio ter-
ritorio ſitis, Nec etiam huic ſententiæ
aduerſatur *Alex. cons.* 16. *n.* 2. *l.* 1. quia lo-
quitur de eo, qui habebat bona mobilia,
& actiones Romæ, vbi contraxerat domi
cilium, & licet idem dicat de mobilibus
alibi ſitis, quando ſunt reuerſura ad locū
domicilij, tamen poſtea ex auctoritate
Baldi tenet, quod ſunt de loco, in quo re-
periuntur, & non ſequuntur perſonam;
contra eundem Baldum ſibi cōtrarium,
& hanc opinionem veriorem eſſe teſta-
tur tam ipſe, quam additio ſub littera B.
Neque ab hac opinione diſcrepat *Sali-*
cet. in l. cunctos populos. col. pen. vers. ſin
autem eſſent iura C. de Summ. Trin. et fi-
de cath. prout etiam pōderat *Tiraqu. d. §.*
36. *glos.* 3. *n.* 17. & idem in effectu cenſere
videntur. *Rub. Alex. cons.* 136. *n.* 1. *vers. ſua-*
detur vbi conſiderat vltra locum contra-
ctus locum exactionis. Nec ſupradictis
obſtat conſideratio, quæ fit ex aduerſo
per Dominos Aduocatos, quod in deciſo
8 rijs attendimus locum, in quo eſt celebra
tus cōtractus per *l. ſi fundus. de euiction.*
Doctor. in l. 1 *C. de Summ. Trin.* cum aliis
quia hic ſubeſt manifeſta fallacia, cum nō
agamus de quæſtione aliqua emergente
circa ſubſtantiam ipſius contractus, quo
caſu attendenda eſſent ſtatuta loci, in quo
eſt celebratus, ſed agimus de re ipſa in
contractu contenta, & quærimus, an ſit
in loco, & in quo. Et ex his ſublata ſunt
ea, quæ circa hunc articulum in contra-
rium deducuntur; ommiſſo articulo fidei
eo mmiſſi, de quo tanquam non neceſſa-
rio actum non fuit. Quæ deducuntur de
capitulis Conclauis non fuerunt exami-
nata; & videndum erit, An quod pro
Paulo Antonio allegatur, ſit verum, quod
hæc diſputatio alias in Rota fuerit corā
Guidobono ventilata & reſoluta.

R. P. D. LVDOVISIO

Vſſelen ſpoliorum, ſeu Donationis.

Die Veneris 13. Februarij. 1609.

Donationem inter viuos de bonis ſtabilibus emptis de fructibus Eccleſiæ factam per Epiſcopum, qui erat religioſus eius neptibus pro dotibus eiſdem promiſſis validam fuiſſet, reſolutum fuit per DD. de Rota.

SVMMARIVM.

Prælatum habentem adminiſtrationem in vita æquiparari vſufructuario, vt poſſit per actum inter viuos de fructib. beneficij diſponere, n. 1.

Glos c. præsenti ver. reſeruari de off. ord. 6. *eſſe communiter receptam, et Rota eam ſequitur, n.* 2.

Prælatus habens adminiſtrationem non ſolum poteſt, ſed etiam tenetur dotare eius conſanguineas pauperes, n. 3.

Dotem deberi iure conſanguinitatis à Prælato adminiſtrationem habente, n 4.

Atq; ex causa remunerationis propter ſeruitia recepta, n. 5.

Donare licet Prælato ex causa remunerationis, n. 6.

Dotem deberi iure actionis cum fuerit promiſſa, ibidem.

Prælatum conueniri poſſe ratione promiſſionis dotis ab eo factæ, n. 7.

Prælatum ſoluere teneri eius debita de fructibus, et redditibus Eccleſiæ, n. 8.

Parſimonia Prælati in parte fructuum ad ſuum victum, et vſum deſtinata operatur vt de ea poſſit Prælatus diſponere. ſ. de fructibus ſic qartis prout et de bonis propriis, quia eorumdem eſt eadem ratio, numero 9. *et* 10.

Regularis effectus Epiſcopus facit fructus
ſuos

ſuos in vita, & de eis diſponere poteſt non minus quam ſecularis, nu. 11. & 12.

Et ita ſeruari ex praxi totius Chriſtiani orbis, num. 13.

Prælatum donare poſſe fructus, vel pecuniā ex eis redactam ſecus autem de rebus ex dicta pecunia emptis, nu. 14. & 15.

Niſi ipſa res, vel bona ex d. pecunia empta fuiſſent ad eundem effectū acquiſita quia tunc idem iudicari debet quod de ipſis red ditibus, nu. 16.

Emptio facta per Prælatum regularem dicitur facta Eccleſiæ etiamſi pro ſe ſit ſtipulatus, num. 17.

Fallit vt in caſu hic relato, num. 18.

Verba ex quibus dignoſcatur Prælatum voluiſſe acquirere alteri quam Eccleſia, hic referuntur, nu. 19.

Verbis ex præcedentibus, & ſequentibus colligitur mens contrahētis & ementis, n. 20.

An ſcilicet ſibi, vel Eccleſia, aut alteri voluerit acquirere, ibidem.

Etiam ſi acquirens nomen proprium exprimat, nu. 21.

Regularem non poſſe acquirere ſibi, nec etiā tertio ex defectu poteſtatis, n. 22. ſecundū opin aliquorum Doct. hic relator.

Id tamen procedere ſecundum naturam ſtipulationis, vt hic, n. 23.

Eccleſia vt non dicatur res acquiſita quid ſufficiat, nu. 24.

Dotationis in caſu Dominium rei emptæ per Prælatum poſſe dici acquiſitum Eccleſ. reuocabiliter, n. 25.

Fraudulenter factum dici illud non poteſt quod fuit factum lege permittente, n. 26.

Nec etiam quod potuit fieri citra fraudem, num. 27.

Simulandi cauſa non extante quid cum ſimulatione geſtum dici non poteſt. n. 28.

Et quando nō ſufficiat pro ſimulatione emptionis rem emptam poſſideri à Prælato acquirente vna donatariis, n. 29.

Donatio & Dos, an immoderata dici poſſit attendi debere.

Donatio, & dos, Facultates donantis, necnō etiam merita, ac qualitates.

Donatio & dos Donatarii ſecundum quas arbitrari debet Iudex, num. 30.

Donationes factas in vita reſeruato vſufructu Epiſcopo Donanti inualidas declarari ex conſtitutione Clementis VIII. qua viuentibus donatariis non ſunt effectū ſortita, nu. 31.

Conſtitutio dat formam futuris non præteritis negotiis, num. 32.

Neq; ſe extendit ad ea, ſuper quibus lis pendet, num. fin.

PETRVS Clement. Profeſſus Ordinis
Carmelitani promotus ad Epiſco-
patum Vſſellen. emit die 5. Martij
1594. dum eſſet Epiſcopus quaſdam do-
mos in Ciuitate Calaritana pro ſe vti
perſona priuata, & laica, pro ſuis hæ-
redibus, & ſucceſſoribus, ac pro qui-
bus dediſſet, 22. eiuſdem menſis eaſdem
domos dotauit Ioſephæ, & Mariannæ
eius Neptibus pro ipſarum dotibus.
Mortuo Epiſcopo orta fuit lis inter Ca-
pitulum Eccleſiæ Vſſellen. & donatarias
ſuper dictis domibus in partibus, vbi
Capitulum ſententiam fauorabilem obti-
nuit, à qua pro parte mulierum fuit ap-
pellatum, & cauſa appellationis, com-
miſſa Illuſtriſſimo Camerario, qui dictā
ſententiā reuocando pronunciauit fauorē
donatariarū, & cauſa ad Signaturam Sā-
ctiſſimi delata, placuit, quod videretur
in Rota de iuſtitia vltimæ ſententiæ, &
propterea dedi dubium an ſententia, il-
luſtriſſimi Camerarij eſſet confirmanda,
vel infirmanda, quod fuit reſolutum pro
confirmatione. Quia cum Prælatus ha-
bens adminiſtrationem in vita æquipare-
1 tur vſufructuario, vt poſſit per actum in-
ter viuos de fructibus beneficij diſpone-
2 re, iuxta *gloſ. communiter receptam in*
c. præſenti in verb. reſeruari, de off. ord. in
6. Rot. decis. 41. n. 2. de probat. in antiq. ex
3 ipſis non ſolum poteſt, ſed etiam te-
netur dotare conſanguineas, pauperes.
Abb in c. peruenit ſub n. 1. verſ. & credo
quod bona conſcientia *arbitr. Alex in l.*
1. n. 24. ff. ſol. matr. Capel. Thol. decis. 290.
n. 9. Boer. decis. 129. n. 8. Camp. de dot. p. 1. q.
23. Summ. Siluestri in verb. clericus. il 4.
n. 11. q. 15. late Marſil. de reddit. eccl. c. 32.
n. 8 et 9. Surd. de alim. tit. 8. priuileg. 92 n.
3. Chiſſan. decis. 181. Maxime quia dos in
4 caſu iſto erat debita non ſolum iure
conſanguinitatis, ſed etiam ex cauſa re-
5 munerationis propter plurima ſerui-
tia recepta, vt cantat donatio, & abūde
probant teſtes, licet autem Prælato do-
6 nare ex cauſa remunerationis, vt per
Nauar. conſ. 6. n. 3. de donat. l. 1. Immo
etiam iure actionis debita, quia illis fue-
rat promiſſa ab Epiſcopo, cuius promiſ-
ſionis intuitu fuerant dic. neptes ex regio
nibus Hiſpaniar. ad Regnū Sardiniæ auo
7 catæ, & cum ex iſta promiſſione po-
tuiſſet Epiſcopus conueniri cap. quicun-
que ſuffragio, & ibi gloſ. in verb. pro-
miſerint iuncto *cap. ſeq. 12. q. 2.* clarum eſt
Prælatum ex fructibus, & redditibus
Eccle-

8 Eccleſiæ teneri ſoluere ſua debita, *c. peruenit, et ibi not. de fideinſ. Rota d. decis. 41. num. 2. de prob. in antiq.*
Quæ tanto magis procedunt, quia ex te-
9 ſtibus apparet hoc factum parſimonia
quam adhibuit Epiſcopus in parte fru-
ctuum ad ſuum victum, vſum deſtinata,
10 talium fructuum eſt eadem ratio, quæ
de bonis proprijs *D Thom.2.2.q 185.ar. 7 in corpore art et ibi Caiet q.2. Molin de iuſtit.et iur.disp.146. vers.* Contrarium,
ibi, Tertio quoniam, *Nau.de reddit.Eccl.q 1.monit.33.num.2.et 4 vers. Quæ ratio Sot.de iuſt.iur.lib.10.q 4.art. 4. col.4. vers.Cum ergo.*

Nec ob quod ſimus in Epiſcopo regulari,
quia regularis effectus Epiſcopus facit
fructus ſuos in vita, & de eis diſponere
11 poteſt nõ minus quã ſecularis *Bald.in*
12 *c.clerici el 2 n.7 de vit. & honeſt. cler. Card.in c.ſi quis, col pen.verſ. In religioſis, de pecul.cler & in clem.2.§. sed & tales, in princ eod.titul Nauar.conſ.15.num*
13 *4. et per tot.de regul vbi n.8.* in fine di-
cit praxim totius orbis Chriſtiani ita
ſeruari, *et conſ.70.n.4 eod tit.* dicit nemi-
nem contradicere, *Sarmient qui alios alleg de reddit.eccl.1.q 9.n.10 et dixit Rota in vna Aquilana prioratus, 1.Februar.* 1584. *relata inter diuerſ. dec. 772. parte 1.*

Non obſtat, quod prædicta poſſint proce-
14 dere ſi Epiſcopus donaſſet ipſos fru-
ctus, vel pecuniam ex eis redactam, ſe-
cus autem de rebus ex d.pecunia emptis
quia cum bona fuerint ad effectum dotã
15 di empta idem iudicari debet quod de
redditibus, vt in ſpecie per *Nau. de red. eccl.q.1.monit 47.col.1. vers. et ita Iacob. de Graff.cons.11 nu. 21. et.seq. de regular.*
Nec facit quod res emptæ à Prælato re-
17 gulari dicatur acquiſitæ Eccleſiæ, etiã
ſi pro ſe ſit ſtipulatus *iux. trad. per Io. Andr.et alios in c.cum olim, il 2.de priuil.*
quia ad hoc, in quo verſatur punctus
iſtius difficultatis, fuit reſponſum non
18 procedere quando apparet Epiſcopũ
noluiſſe Eccleſiæ, ſed potius alteri acqui
rere puta quando alteri ſtipulatur, quia
tunc Eccleſiæ non acquirit ex defectu vo
luntatis *Innoc.in d.capitulo cum olim, n. tertio, circa med. Hoſt.sub n.12. Io. Andr. sub numero quinto, Henrich. Boich. sub num. 4.*

Quod autem in iſto caſu noluerit Eccleſiæ,
19 ſed neptibus acquirere ſuadent non ſo-
lum verba ſtipulationis, pro ſe, vti per-
ſona priuata, & laica, & pro quibus de-
derit, ponderata per informantes, ſed
etiam præcedentia, & ſequentia, videli-
cet promiſſio dotandi præcedens & do-
natio ex dicta cauſa poſt paucos ſubſe-
quuta, & tota ſeries iſtius facti ex præ-
20 cedentibus, autem & ſequentibus
colligitur cui quis voluerit acquirere,
Bald in l.multum intereſt sub numerum tertium C.ſi quis alt.vel ſibi, Bero. qui alios alleg.q. 46. num. 5. qui dicit verum
21 etiam ſi acquirens nomen proprium
exprimat, & licet Innocen. & alij ſupra-
22 citati dicant, quod nec & etiam tertio
acquirit ex defectu poteſtatis, id tamen
23 dicunt propter naturam ſtipulationis
ſecundum quam alteri quis ſtipulari non
poteſt *l.ſtipulatio iſta.§.alteri ff de verb.*
24 *oblig.* ſed quicquid ſit ſufficit quod non
fuerint domus per emptionem acquiſitæ
Eccleſiæ, & quod quando illas donauit,
non donauit rem Eccleſiæ.

Dicebant etiam aliqui ex Dominis, quod
vbi fuiſſet acquiſitum dominium Eccle-
25 ſiæ, fuiſſet acquiſitum reuocabiliter in
caſu dotationis, & quos ſicut Epiſcopus
potuiſſet non emere & non acquirere,
potuit etiam acquirere cum iſta quali-
tate reuocabilitatis.

Quæ dicuntur de fraude, ſunt, bene ſubla-
ta per informantes, nec poteſt dici factũ
26 fraudulenter quod fuit factum lege
permittente, *l.Gracchus C.de adult.Pariſ.*
27 *conſ. 72. in fine lib.* 3. Nec etiam quod
potuit fieri citra fraudem *Surd. qui alios allegat. deciſ.30. num.38.*
28 Ceſſant etiam, quæ de ſimulatione di-
cuntur tum quia non adeſt cauſa ſimulan
di *Bar.conſ.65.n.4. Ancbar.conſ.227. n.7.*
& fuit ſæpius reſolutum, tum etiam quia
coniecturę adductæ pro ſimulatione viſę
fuerunt Dominis leues. Reſeruatio enim
vſuſfructus in donatione fuit facta, donec
nuberent, & illa quæ in inſtrumento
dotali ad vitam facta legitur, vel eſt intel
ligenda ſecundum eam, quæ facta fuit in
inſtrumento donationis propter verba
relatiua appoſita, vel præiudicare potu-
it iuri neptibus quæſito per donationẽ.
Et licet Epiſcopus habitauerit domum
29 cum neptibus, hoc tamen ſolum non
ſufficit pro ſimulatione, vt fuit dictum in
Beneuentana donationis 27. Nouembris
1585. coram Gipſio, & id factum fuit iu-
re familiaritatis. Quando autem in eis
fabricabat, palam, & publicæ profite-
batur ſe id facere in domibus neptum, vt
dicunt Teſtes. Quamuis etiam exegerit
penſionem vnius apothecæ, hoc potuit
eſſe

Digitized by Google

ſſe, quia in multis ipſis neptibus auxi-
liabatur, & præſertim in eis alendis, quã
do in dicta domo morabatur.

Non obſtat quod dicitur de immoderata
donatione, & dote, quia attentis faculta-
tibus donantis, qui ampliſsimum ſpoliũ
reliquit, necnon meritis, & qualitate
30 donatarium, ſecundum quæ arbitrari
debet Iudex, vt in his terminis dixit Iaſ.
conſ. 73. in fine verſ. non obſtat lib. 3. &
ante eum Hoſt. in ſum. de donat. §. &
quid num 6. in fine, & facit gloſ. in l. ſed
& ſi ſuſceperit, quam ſequuntur ibi om-
nes. C. de iud. & habita ratione, quod
domus inſeruire debebant pro dotibus
duarum neptum, nequaquam videtur cõ
ſiderari poſse exceſsiuitas, & ſi aliqua
eſset, oritetur ex augumẽto dotis, poſtea
per Epiſcopum facto.

Breue felic. rec. Clementis viii. inualidans
donationes factas in vita reſeruato vſu-
fructu Epiſcopo donanti non obſtat, quia
31 inualidat eas, quæ viuentibus dona-
tariis non ſunt effectum ſortitæ, vnde nõ
comprehendit iſtam, in qua poſſeſsio
fuit infra quinq; dies tradita, & ſi illam
poſſet comprehendere, nõ afficeret, quia
emanauit non ſolùm poſt obitum Epiſco-
pi, ſed etiam hac lite pendente, conſtitu-
32 tio enim dat formam futuris non præ-
teritis negotiis l. leges C. de legibus, &
33 non ſe extendit ad ea ſuper quibus pẽ
det lis auth. in med. lit. non fieri fac. for.
§. ideoq.

R. P. D. BLANCHETTO.

Nullius ſeu Roman. Pecuniaria.

Veneris 4. Iunij 1593. Vbi declaratur Bulla Iulij III.

SVMMARIVM.

1 *Affictus inexacti quorum ſolutionis dies ceſſerat ante obitum beneficiati, & alij qui occaſione fructuum perceptorum à coadiutore debebantur non haredi, ſed ſucceſſori in beneficio.*

2 *Bulla Iulij 3. in proœmio conſtituit differentiam inter fructus beneficiorum incorporatos, & fructus realiter non exactos, illos enim mere laicales iſtos vti Eccleſiaſticos.*

3 *Declaratur quod fructus inexacti ſuo tempore decurſo ante obitum Beneficiatorum, & ipſis viuentibus dies ceſſerit etiam adhibitis diligentijs pro exactione ſucceſſoribus adiudicandi ſunt*

4 *Commiſtio dicitur facta quando diſcerni non poteſt vnde fructus prouenerint.*

5 *Verba proprie, & cum effectu ſunt intelligenda non autem ficte, & idem iudicandum de fructibus ciuilibus ſicut de naturalibus, tam fructus ciuiles, quam naturales.*

6 *Ex opinione nonnullorum ex Dominis, & iuris communis diſpoſitione debentur ſucceſſori.*

7 *Declaratur differentia inter vſufructuarium, & eius hæredum, & Beneficiarii in vita, & poſt mortem, quia beneficiarius poſt mortem æquiparatur.*

8 *Beneficiatus quando habet facultatem teſtandi, æquiparat beneficiatum vſufructuario.*

1 DOmini concorditer in eam deſcen-
derunt ſententiam, et affictus ine-
xacti, quorum ſolutionis dies ceſſerat an-
te obitum D. Bernardini, & alij, qui occa-
ſione fructuum perceptorum à conducto-
re debebantur, non hæredi, ſed ſucceſſori
in beneficio debeantur.
2 Conſtitutio enim Iulij 3. hunc caſum a-
pertiſſimis verbis determinat. Primò dũ
in prohœmio differentiam conſtituit in-
ter fructus beneficiorum incorporatos,
cum alijs bonis ipſorum beneficiatorum
& fructus realiter non exactos, & illorũ
bonis non commixtos, & incorporatos,
illos enim fructus merè laicales, iſtos ve-
ro vti Eccleſiaſticos cenſendos eſſe de-
clarat.
3 Secundò in diſpoſitione expreſſe decre-
uit, quod fructus inexacti, & ſi debeantur
pro tempore decurſo ante obitum bene-
ficiatorum, ac dies ſolutionis pro viuen-
te ceſſerit adhibitis ab eo ipſo diligentijs
pro illorum exactione ſucceſſoribus nihi-
lominus eſſe ad iudicandos, Non obſtat,
quod ſtante locatione ipſi fructus dican-
tur percepti d. Galeotto mediante perſo-
na ſui conductoris, quia extrauagans Iu-
lij Tertij, vt dict. fuit ad hunc effectum, re-
quirit commixtionem, & incorporatio-
nem.
4 Commixtio autem vera dicitur facta,
quando diſcerni non poteſt vnde fructus
prouenerint *l. ſi alieni, ff. de ſolut.* & incor-
porati tunc cenſendi ſunt quando ſunt de
ſcripti inter res proprias beneficiati, *l. ſi
quando*, vbi *Bart. C. de bon vacan. lib.* 10.
Ideò intelligendum eſt de vere, & realiter
5 exactis, verba enim proprie, & cum effe-

ctu

ctu,non autem ficte ſunt intelligenda, &
idem iudicandum de fructibus ciuilibus,
ſicut de naturalibus, *l.diuortio,ff.ſol.mat.*
Quare ſicut D. Galeottus dimiſiſſet fru-
ctus naturales penes colonum, nec illos
bonis ſuis commiſcuiſſet,vel incorporaſ-
ſet eſſet locus Bullæ, ita etiam hoc caſu,
quo ipſe non exegit affictus ſibi debitos
occaſione dictorum fructuum, & ex hoc
capite apud DD. cauſa nullam babuit
difficultatem.

Aliqui etiam ex Dominis ipſis addebant ex
6 iuris communis diſpoſitione, quod iſti
fructus debeantur ſucceſſori,*c.relatum, el
2.de teſtam.cap.quia ſæpe,de elect.& cap.
præſenti,de offic.ord.6.glo.in cap.expedit.
17.quæſt.1 Couarr.in cap.cum in officijs,
num.4.de teſtam Iaſ.conſ.75.col.2 verſic.
ſuper eſt ergo reſpondendum.lib.3.*

Nec huic caſui applicatur *tex. l.defuncta.ff.
7 de vſufr.Paul.de Caſt.conſ.214.lib.2. cum
alijs alleg.* quia loquuntur in vſufructua-
rio,& eius hæredibus, Beneficiarius au-
tem in vita vſufructuario aſſimilatur,cum
moritur tamen æquiparatur vſuario,*glo.
d.cap.præſenti.Rot.dec.41.de probat.in
antiq. Put.dec.317.lib.2.* & ideò vt dicit
*Iaſ.*vbi ſup.ipſe beneficiarius non poteſt
diſponere de beneficij ſui fructibus ad fa-
uorem ſuorum hæredum.

Quibus non obſtant *Alex.conſ.15.in 3.dub.
8 lib.2.Couarr.lib.1.var reſol.c.15.nu.2.*quia
loquuntur in caſu,in quo beneficiatus ha-
bebat ampliſſimam facultatem teſtandi,
quo in caſu æquiparat beneficiatum vſu-
fructuario,cui repugnant omnia ſupradi-
cta.

Et hæc fuerunt ex abundanti dicta cum ex
conſtitut.Iulij 3,caſus hic dicatur deciſus.

R. P. D. PVTEO.

Quibus debeantur fructus beneficij ſimplicis in ſubrogato ad actionem ſpolij.

SVMMARIVM.

1 *Surrogatus ad actionem ſpolij,an teneatur ad fructus præſtantiarum decurſos,quibus cedens alterum ſpoliauit. & num.2.*

3 *Cedente ab inteſtato mortuo fructus debentur eccleſiæ,ſi beneficium ſit ſimplex vel etiam ad Pontifices deuoluuntur.*

1 IOannes Baldes poſſederat certa præ-
ſtantia, de quibus fuerat ſpoliatus de
anno 1535. quæ ceſſit in fauorem D. Al-
phonſi Diaz, qui fuit ſurrogatus etiam
quoad actionem ſpolij; vigore cuius ſur-
rogationes obtinuit in ſpolio cum eadem
ratione fructuum. etiam in liquidatione
eorum; fuit dubitatum in vna *Carthagin.
beneficiorum,coram Do.Fabio.*an à ceſſio
nario ſurrogato, etiam quoad actionem
ſpolij deberentur fructus decurſi poſt ſpo
lium, & ante ceſſionem mortuorum ſe-
dati,& fuit concluſum,quod vigore ſurro
2 gationis nihil deberetur;quia in ea nulla
mentio de fructibus; ſed quia beneficia
erant ſimplicia, quod licet cedens ipſos
3 tutare non potuiſſet,&c.quia ab inteſtato
erat mortuus,qui fructus eſſent eccleſiæ,
ſecundum *gloſſ. in c.præſenti de offic.ord.
in 6.* & ideò deberentur ceſſionario,tan-
quam ſucceſſori in ipſis beneficiis; vel
potius iſti fructus ex Bulla Pauli ſuper
ſpoliis etiam eſſent Pontificis; quia in
iſtis ſimplicibus non propriè dicitur ſuc-
ceſſor in beneficio.

DE-

DECISIONES
ROTAE ROMANAE

IN HAC SECVNDA EDITIONE ADDITÆ.

R. P. D. MERLINO
IN CAVSA MESSANEN. SEV NVLLIVS FEVDI.
DIE VENERIS XV. FEBRVARII MDCXXXVI.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſia ſi cadat à poſſeſſione facto ſuo & ex contractu proprio non intrat remedium reintegranda 3. q. 1.*

2 *Pro poſſeſſione recuperanda quis debet ſibi imputare damnum ex propria culpa proueniens.*

3 *Poſſeſsione ſi Eccleſia amittat ex cauſa iniuſta, & actu nullo adhuc datur reintegratio vigore can. reintegranda; ſed ſecus ſi cauſa ſit vera, & actus validus.*

4 Canon. reintegrāda vt habeat locum perpendenda, eſt iuſtitia directionis à poſſeſſione non autem iuſtitia, aut vitium poſſeſſionis rei, & num 80.

5 *Eccleſia, & minores, quibus eſt interdicta alienatio bonorum iuri proceſſerit cauſa legitima, eſt non poſſint nec animo ſuam dimittere poſſeſſionē ſequitur quod in contractu iniuſto, & nulliter inito Eccleſia, & maiores nec etiam cadant à ſua poſſeſſione, & illas non tranſferant in contrahentes.*

6 *Bona Eccleſiæ quando ſunt male alienata pacti poteſt ad ea reintegratio nomine Eccleſiæ, vel ex conditione legg. vel ex can. reintegrāda, vel ex offitio Iudicis.*

7 *Eccleſia ex facto Rectoris male alienantis non præiudicatur, cum poſſeſſor remaneat penes eam.*

8 *Prælato male alienantis bona Eccleſiæ competit interdictum retinendæ tam eius nomine, quam nomine Eccleſiæ.*

9 *In alienationibus rerum Eccleſiæ ſtante curſu longiſsimi temporis præſumitur interueniſſe beneplacitum Apoſtolicū atq. alia ſolemnitates, & vtilitas contractus in fauorem Eccleſiæ.*

10 *Itaut qui retinet rem Eccleſiæ releuatur ab onere probandi vtilitatem & Eccleſia allegans nullitatem alienationis plane, & concludatur id probare tenetur.*

11 *Bona Eccleſiaſtica præſumuntur valide alienata ſi Iudices delegati ad id cognoſcendum pronunciauerit conſtare de vtilitate.*

12 *In præſcriptione contra Eccleſiarum requiritur ſpatium 40. annorum.*

13 *Prælatus male, & iniuſte alienans bona Eccleſiaſtica, eo viuente contra Eccleſiam non currit præſcriptio, quia quemadmodum ipſe fuit in culpa, & dolo ſuſpicari poteſt, quod labi permiſerit tempus tuendo ſuum contractum, & potius ſubſtinuerit iacturam bonorum Chriſti.*

14 *Et ideo tempus ſupputandum eſt a die obitus Prælati irrite contrahentis.*

15 *Tempus vitæ Prælati iniuſte alienantis bona Eccleſiaſtica ſubducitur in præſcriptione, quia is non videtur Prælatus, & legitimus defenſor quo ad illam rerum, et cum dereliquerit ſuam Eccleſiam, cenſetur vacare toto illo tempore Vitæ.*

16 *Prælati contractus de bonis Eccleſiæ eſt conſanguineis ſunt ſuſpecti.*

17 *Beneplacitum Apoſtolicum in alienatione rerum Eccleſiæ, vt præſumatur requiritur ſpatio 30. annorum.*

18 *Lis dicitur introducta ad effectum interrumpendi preſcriptionem ex commiſſione impetrata vna cum inhibitione quicquid ſit reſpectu citandi.*

19 *Super iactationibus poſſeſſor committens cauſam factis indicat ſe dubitare de iuribus ſuæ poſſeſſionis ſuper Iactationibus cõmittens cauſam animus eius in fluctuat circa titulum quò poſſidet cum æſtimatione mentis, quod non ſit iuſſus num. 19.*

20 *Qui quidem timor vulnerat ſuam conſcientiam, & excitat ad perquirendum ſuper iuſtitia contractus antecedentis.*

21 *Committens cauſam ſuper iactationibus dici non poteſt, quod tranquillo poſſideat & quod ſit in bona fide.*

22 *Mala fides inſurgit in poſſeſſore ex ſollicitudine conſcientiæ committendo, nempe cauſam ſuper iactationibus.*

23 *Præſcriptio interrumpitur de iure canonico, ex quocunque actu apto inducere malam fidem.*

24 *Confeſſio facta in commiſſione plene probat contra confitentem.*

25 *Confeſſio reſultans ex productione ſcripturarum eſt irreuocabilis.*

26 *Commiſſio ſuper iactationibus ex remed. l. Diffamari C. de ingen. & manum. non inducit litem ad effectum inducendi præſcriptionem iuxta opinionem Felin. ſed ipſe hoc non dicit num. 27. & quatenus hoc diceret reprobatur.*

28 *Lis eſt vera, quæ intentatur ex l. diffamari C. de ingen. & manum cum adſit Actor, & Reus, & Iudex.*

29 *Diffamatus vel diffamari C. de ingen. & manum licet ſit actor in probandis Iactationibus tamen re vera eſt Reus.*

30 *Iactationis Commiſſione impetrans videtur ſibi ipſi mouere litem ſeq. laceſſere ad proferendam in iudicio qualitatem ſui tituli.*

31 *Iactationis cauſam committens de lite eſt certus tamq. ſibi nec ipſi mota, & non eſt amplius opus, vt ex alijs actibus amplius certioretur.*

32 *Ad præſcriptionem impediendam ſaltem de iure Canonico ſufficiunt, extraiudiciales Interpellationes, & moleſtiæ.*

33 *In præſcriptione de iure Canonico requiritur bona fides tam ad eam inchoandã, quam ad continuandam, & perficiendam.*

34 *Præſcriptio adhoc, vt ceſſet ſufficit per minimum temporis ſpatium abeſſe bonam fidem.*

35 *Lis ſtante ſpatio 30. annorum præſcribitur.*

36 *Lis his, qui mouet poteſt tacitè ei renunciare.*

37 *Actus etiam geſti coram Iudice incompetente declarant voluntatem, & animum agentium.*

38 *Lis introducta coram Iudice incompetente rumpit præſcriptionẽ non obſtante incompetentia non quidem virtute rei iudicialis ſed propter malam fidem quæ exinde colligitur.*

39 *Ex productione vnius tituli inſufficientis & iniuſti ceſſat præſumptio alterius tituli ſufficientis, & iuſti.*

40 *In alienatione rerum Eccleſiæ, dum falſa eſt cauſa, ſic etiam titulus eſt omnino iniuſtus adeo, vt non ſuffragatur ad concludendum remedium canon. reintegranda.*

41 *Exceptio in materia Can. reintegranda non eſt admittenda, dum non eſt vndequaq. patens, & clara ita vt nihil opponi poſſit.*

42 *In alienatione rerum Eccleſiæ, dum non fuit ſeruata forma litterarum Apoſtolicarum ſit in euidentem d. alienatio nulla eſt.*

43 *Sententia ex actis nõ iuſtificata, & hinc neceſſariis probationibus prolata non eſt attendenda.*

44 *Super vtilitate exacta in alienatione rerum Eccleſiæ, non ſtatur aſſertioni partium, nec executorum, dum iudicialiter procedat tenebantur.*

45 *Sed de ea debet conſtare per plenas, & legitimas probationes præuia cauſæ cognitione ac diſcuſſione iudiciaria.*

46 *Ad probandum euidentem vtilitatem Eccleſiæ in controuerſiam deductam non ſufficiunt teſtes examinati in iudicio ſummario.*

47 *Iudices Commiſſarii, ſtante clauſula cõſcientias veſtras oneramus, quandoq. poſſunt ſe extraiudicialiter informare.*

48 *Iudicis conſcientia, ſtante clauſula conſcientiam tuam oneremus, debet pro-*

proficiſci non de eius capite; ſed ex vtero legis in ea fingendo pedes.

49 *Clauſula ſeruatis, ſeruandis, æquipollet Eccleſiæ vocatis vocandis. & vide numero 51.*

Executor conſtitutus cum clauſula vocatis, vocandi, debet aſſumere partes iudicis, & conficere publica documenta, ita vt non ſufficiat extraiudicialis informatio num. 49.

50 *Clauſula ſi vobis conſtiterit, quid importet.*

51 *Clam conſcientias veſtras oneramus, id cooperatur, ac ſi Papa dixiſſet procedatis prout de iure.*

52 *Contractuum Eccleſiæ validitas potiſſimum conſiſtit, circa euidentem vtilitatem, ita vt non ſufficiat ſi dicta vtilitas ſit dubia.*

53 *Locutiones, licet de per ſe regulariter non debere verum valorem rerum tamen ad dignoſcendam vtilitatem, vel damnum contractuum Eccleſiæ bene deſeruiunt.*

54 *Homines non ſunt fatui in conducẽda re pluris, quã valeat, et ſine ſpe certi lucri.*

55 *Eccleſiæ contractus non dicitur vtilis; ſed damnoſus quotieſcumq; non plus illi datur, quam ſit ſolita percipere.*

56 *Bona alludialia æſtimantur in redditu quinq; pro centenario et num. 68.*

57 *Bona iuriſdictionalia æſtimantur ad rationem duor. cum dimidio circiter pro centenario vt num. 67.*

58 *Pro pretio legitimo bonorum iuriſdictionalium, calculando non attenditur fructus ille pecuniarius ſolus; ſed cõſideratur iuriſdictione, & præeminentia dominationis.*

59 *Francandi facultas æſtimatur tamquam pars pretij.*

60 *Obreptio, & ſubreptio vitiant beneplacitum Apoſtolicum.*

61 *Subreptio inducitur, quando Principi non fuit narratum, id quod ſi ſeruiſſet, vel gratiam denegaſſet, vel difficilius conceſſiſſet.*

62 *In prælato alienante bona Eccleſiaſt. non poteſt dolus denegari. dum præter miſſo contractuum Eccleſiæ vtiliorem, & ſãguis illecebris allectus meliorem conditionem ab alio abſolutam reſpuit.*

63 *Prælatus gerit officium Tutoris, circa res Eccleſiæ.*

64 *Bullas Collectas, & penſiones ſoluendi onus, ſpectat ad Prælatum, & non ad Eccleſiam.*

65 *Eccleſiæ fauore contractus claudicant, & ſolemnitatum defectus ab ea ſolum allegari poteſt.*

66 *In bonorum Eccleſiaſticorum alienationib. perpetuis cõceſſionibusq. in emphiteuſim detrahetur ſcuta pars valoris fructuum, quæ non deducitur in alienationibus temporalibus.*

69 *Pacta, & onera conſiderantur in venditionibus tamq. pars pretii & valorem rei augent, & minuunt.*

70 *Eccleſiæ non competit remed. canon reintegrandæ 3 q. 1. ſtante productione beneplaciti Apoſtolici, & ſententia iudicum commiſſariis, & ſic interuentu ſolemnitatum.*

Sed via ordinaria agendum eſt nempe rei vendicatione num. 70.

71 *In alienationibus rerum Eccleſiæ non poteſt dici, quod fuerint ſeruata debet ſolemnitates ſi deficiat cauſæ cognitio.*

72 *Eccleſiæ contractus remanet nullus non obſtante beneplacito Apoſtolico ſi appareat non de vtilitate, ſed de damno.*

73 *Eccleſiæ vtilitate ceſſante in alienatione ſuarũ rerum contractus eſt ipſo iure nullus.*

74 *In alienatione rerum Eccleſiæ maior, & intollerabilior eſt defectus circa vtilitatem, quam circa ſolemnitates.*

Alienationis rerum Eccleſiæ tota validitas conſiſtit in vtilitate n. 74.

75 *Pontifices in alienatione rerum Eccleſiæ nihil aliud exigunt quam vtilitatem.*

76 *Solemnitates in alienationibus rerum Eccleſiæ praſcribuntur tamq. media ad intentum vtilitatis finem aſſequendum & ad euitandas damnoſas circumuentiones Eccleſiarum.*

77 *Eccleſia dum contractus eſt damnoſus, et etiam nullus ipſa Eccleſia dicitur ſine iuſta cauſa et nullum à poſſeſſione cecidiſſe, et ſemper intrat Equiſſimum remed. canon. reintegrandæ 3. q. 1.*

78 *Bart. in l. ſi alienam num. 3. ff. ſolut. matrim declaratur.*

79 *De Eccleſiæ damno in contractu quando conſtat quamuis eſſent adhibita ſolemnitates tamen ei competit remediũ ſpolii.*

80 *In Iudicio ſpolii rerum Eccleſiæ, id tantum attendendum eſt quod proceſſum ea iuſta, vel iniuſta deiectione poſſeſſionis.*

81 *Prælati ratificatio contractus alienationis rerum Eccleſiæ ſi fuit ſine ſolemnitatibus, quæ requiruntur in ipſa alienatione nullus eſt momenti.*

SEntentia Rotali pronunciatum fuit, Reuerẽdiſſimum D. Archimandritam nomine Eccleſiæ S. Saluatoris, reintegrandum eſſe ad poſſeſſionem tenimenti, ſeù feudi de ſalice, & hodie hanc ſententiam confirmandam eſſe Domini reſponderunt.

Validitas enim non controuertebatur, & iuſtitia ſatis innoteſcere viſa fuit exdoctè, & luculenter deductis in tribus deciſionibus in hac cauſa coram R.P.D. meo Veroſpio emanatis; Extrema quippe ſunt plenè iuſtificata, ſcilicet antiqua poſſeſſio Eccleſiæ S. Saluatoris, & recens poſſeſſio Ferrantis de Ioeniis, & eius Authorum, vt in 1. & 2. deciſione oſtenſum fuit, & exceptiones deductæ pro iiſdem Ioenijs benè fuerunt ſublatę in poſtrema deciſione R.P.D. mei Veroſpij, atque hodie iterum coram me.

Tota autem difficultas in eo poſita erat,
1 quod Eccleſia videbatur cecidiſſe à poſſeſſione facto ſuo, & ex Contractu proprio, quo caſu non intrat remedium *Can.*
2 *reintegranda 3. quæſt. 1.* pro recuperanda poſſeſſione, ſibi enim debet imputare dãnum ex propria culpa proueniens Ita ſcripſerunt *Ripa in c ſæpe nu. 27. de reſtit. ſpoliat. Soccin. in l. rem quæ nobis n. 8. ff. de acquir. poſſeſſ. Alex. conſ. 90. n. 5. l. 1. Surd. conſ. 49. n 2. Rota apud Caputaq. deciſ. 170 nu. 2. & deciſ. 172. nu. 6. par 3. & diu. dec. 131. n. 1 & 132. n. 1. part 1. & deciſ. 473. n. 2. part. 2. recent.*

Quæ concluſio cum tunc demum vera ſit, quot es factum illud eſt inſtum, validuſq.
3 Contractus, quia ſi quis ex cauſa iniuſta, & actu nullo poſſeſſionem amittat, adhuc datur reintegratio, vt deſumitur ex text. *d. Can. reintegranda 3. q. 1.* ibi *Per quaſcũque iniuſtas cauſas res Eccleſiæ, aut ſubſtantias ſuas perdidiſſe*, & animaduertunt *Abb. in c. ad Sedem num. 28. de reſtit. ſpol. Butr. in c. ſæpè n. 12. eodem tit. Alex conſ. 200 n 1. l. 2 benè Honded. conſ. 23 n 40. & 52. l. 2 Gail. obſeru. 75. n. 19 l. 2. D. Galuan. cons 19. n. 6. Surd. conſ. 28. n. 58.* qui monet
4 perpendendam eſſe iuſtitiam deiectionis è poſſeſſione actoris, non autem iuſtitiam aut vitium poſſeſſionis Rei, quod etiam obſeruat *Peregr. in c. conſultationibus nu. 13 verſ. & aduertatur de off. deleg.* Eccleſia enim, & minores quibus eſt interdicta alienatio bonorum niſi præceſſerit cauſa legitima, cum non poſſint, nec animo ſuam dimittere poſſeſſionem, hinc ſequitur, quod ex Contractu iniuſto, & nulliter inito Eccleſia, & minor nec etiam
5 cadunt à ſua poſſeſſione, & illã non tranſferunt in contrahentem, licet ſecus ſit in alijs ideoq; nomine Eccleſiæ nedùm
6 peti poteſt reintegratio ad rem alienatã, vel ex condictione legis, vel ex Canone reintegranda, vel ex officio Iudicis, vt magiſtraliter docuit *Bart. in l. 1. §. fi. vir. vxori n. 3. & ibidem Crot. n. 20 ff. de acquir poſſeſſ. Socc. in l rem quæ n. 9 ff. eodem Menoch. de recuper. remed. 17. n. 15. Honded. d. conſ. 23 n. 56 l. 2. Mareſc. var. reſ. l. 2. in. c. 25. n. 24. Rot. apud Caputaq deciſ. 170. n. 3. & ſeqq. & 182. n. 7 par. 3. & fuit dictum in Neapolitan. ſpolij 3. Iunij 1601. coram bon. mem. Card. Lancellotto impreſſ. apud Marches. de commiſſ part 1. fol. 103.* Sed
7 etiam ratione poſſeſſionis ſemper permanentis penes Eccleſiam, cui ex facto Rectoris præiudicari non poteſt, competit Interdictum retinendæ poſſeſſionis, tàm Prælato ſucceſſori, quam etiam ipſi
8 alienanti agenti tamen nomine Eccleſiæ *c. littera, & ibi Abb. n. 3. de dilat. Rot. apud Caputaq. deciſ. 182. nu. 9 par. 3. & coram Cardin. Seraphin. decis. 1417. n. 3. notantq. Add. ad S. me. Greg. XV decis. 116. n. 5. & in Aquilana bonorum 17. Iunij 1624. coram bo. me. Romboldo apud modern. Peruſ. in tractat. de manut. decis. 11. n. 2. Et fuit latè deductum in Colimbrion. Præſtimoniorum 10. Decembris 1631. & 18. Iunij 1632. coram R.P.D meo Dunozzetto, & 27. Iunij 1633. coram Reuerendiſſimo D. meo Decano.*

Propterea Ioenij pro fulcienda iuſtitia Contractus, quo ipſi nituntur, & ex quo Eccleſiam S. Saluatoris deiectã fuiſſe è poſſeſſione contendunt. Itaut non ſit reintegranda, deducebant in diſputationibus habitis in priori inſtantia titulum præſumptum, hodie autem coram me titulum etiam expreſſum addiderunt.

Præſumptus titulus deſumebatur ex curſu temporis, quo ab anno 1552. vſq; in præſens, Eccleſiæ S. Saluatoris per Ioenios aſſeruntur factæ ſolutiones vnciarum 80. monetæ, quolibet anno, ratione feudi, de quo agitur per eos poſſeſſi, ex quo temporis lapſu videbatur inducta pręſcriptio
9 iuſti tituli ẽphiteotici, ſeù feudalis, hincq; etiam reſultare præſumptionem, quod interuenerit beneplacitum apoſtol. atque aliæ ſolemnitates, necnon vtilitas Contractus in fauorem Eccleſiæ *Iuxt. gloſ. in c. peruenit de empt. & vend. Alex. cons 7. nu. 8. l. 4. Felyn. in c. Illud nu. 6. de teſt. & pluries dixit Rot apud Cardin. Seraphin. deciſ.*

Digitized by Google

cis.1125.n.3.& deciſ.1174.n.3. & diu.de-
ciſ.221.n.3.par.4.& in rec.deciſ.684 n. 1.
& 2.& in Mediolanen.reſciſſionis permu
tat.10.Ianuarij 1597.coram bo.me. Card.
Pamphilio apud Marcheſ.de commiſ par.
1.fol.113.n. 3. et 4. Adeout is, qui detinet
rem Eccleſiæ releuetur ab onere proban
10 di vtilitatem Contractus,& ipſi Eccleſię
contrarium dicenti incumbat iuſtificare
damnum,& nullitatem alienationis plenè
& concludentur, vt ſcripſit *Bald.in cap.1.*
sub n.7.de his,qui feud. dar.poſſ.Abb.conſ.
41.ſub n.2.par.1.Paris.conſ.24.n. 5.lib.4.
Menoch.conſ.114 n.7 et 14. et dixit Rota
diuers dec.78.n.3.par.2.et decis.221.n.1.et
2.par.4.et in recent.decis.201.n.5. par.1.
ac decis.684 n 2.par.2. et poſt Cinc. de
Cens.decis.30 n.4.

Expreſſus verò titulus modo exhibitus, eſt
Inſtrumentum conceſſionis iſtius teni-
menti,factæ ab Eccleſia,Iure emphiteoti-
co Spataforis, ex quo apparet. quod à
Paulo Tertio conceſſa fuit *Prælato* facul
tas alienandi hoc feudum,quatenus in eui
dentem vtilitatem Eccleſiæ reſultaret alie
natio, ſuper quo cum cognouiſſent Iudi-
11 ces delegati, & pronunciaſſent conſtare
de vtilitate,deuentum fuit ad alienationē,
pro qua idcirco ſtat Iuris præſumptio
Soccin.Sen.conſ 15.n.27.lib.1.Capic. decis.
16.num.4.Rot. apud. Card. Seraph. decis.
1174.num.2 et diu.decis 22.num.4.par.4.
et in rec.dec.625.numer.5.part. 1.et decis.
684.num.1.part.2.

Verum Domini cenſuerunt neutrum ex prę
dictis titulis ſuffragari Ioenijs contra Ec-
cleſiam Sancti Saluatoris.

Non quidem prodeſſe poteſt primus, nempe
titulus præſumptus, quia vltra quod aſſer
tæ ſolutiones patiuntur plures defectus,
vt in deciſione vltima R.P.D.mei Vero-
ſpii, lapſus temporis annorum 40. qui eſt
neceſſarius in præſcriptione contra Eccle
ſiam *capitul de quarta de praeſcr. cum*
vulg. Imò neque triginta annorum eſt in-
teger,& completus, prout requiritur. Vi-
uente enim Prælato alienante non curre-
13 bat preſcriptio, quia quemadmodum ipſe
fuit in culpa,& dolo, dum enormiter læſit
ſuam Eccleſiam per iniuſtam alienationē
Ita etiam ſuſpicari licet de eodem, vt po-
tius ſuum Contractum, quam ſuam Eccle
ſiam tueri voluerit,& labi tempus permi
ſerit iacturamq; bonorum Chriſti ſocor-
diter ſuſtinuerit ſancitum fuit in Concilio
Toletano 9. relato per Gratianum *in cap.*
ſi Sacerdotes 16. quaſtion. 3. & reſcripſit
Gelaſius Papa Epiſcopis Dardaniæ, vt in
capitul.poſt.quingentos 16 d.quaſtion. 3. &
tradunt *Innoc.in capit tam ex litteris n.1.*
et ibidem Abb.num. 10. de reſt.in integr.
Felin.in capitul.1 num.10.de praescr. Gui-
dop.decis. 150.et 161.num.2. latè Coſta de
facti scientia,et ignor.diſt.78.num. 3. et
seqq.et diſt 80.num.66. vbi poſt Bald. ait
14 quod ſubducitur tempus vitæ Prælati illi
citè alienantis, quia is non videtur Præla
tus,& legitimus defenſor, quoad illā rem,
15 & cum dereliquerit ſuam Eccleſiam, cen
ſetur illa vacare toto tempore vitę huiuſ-
modi Prælati, *et dixit Rota coram Reueren-*
diſſimo D.meo Decano decis.445.num.8.et
in Lucana bonorum 9.Decembris 1609 co
ram Eminentiſſimo D. Cardin. Pamphi-
lio.

Quod eo magis amplectendum videtur in
caſu præſenti quia contra alienantē mul-
ta deducunt informantes, vt in ſummario
num.8. Iuncto etiam quod feudum aliena
uit in patrem Vnde inſurgit maior frau-
16 dis,& dolì ſuſpicio cum ſemper Contra-
ctus Prælati de bonis Eccleſię cum Con-
ſanguineis ſint ſuſpecti, *vt ait Greg. VII.*
in capitul.peruenit 1.quaſt 3. & ibi gloſſ.
in verb.grauius Bart.in auth. quibuscūq;
num.4.de Sacro S.Eccles.Abb.conſ. 41. n.
1. vers. secundus dejectus par. 1. Barbat.
conſ.17.n.4.lib 4.Rota apud Cas.de Grass.
decis.4.num.24.de reb.Eccles.non alien.et
decis.181.num.5.et decis 720.n.1.part. 1.
ac decis.65.n.18.part.2.diu.et coram Car-
din.Seraphino decis.1125.n.6.apud Cinc.
de Cens.decis.36.n. 11. et in recen. decis.
430.n.7 part.2. et coram Put. qui refert
Conſtitutiones Pontificum prohibentes
alienationes in Conſanguineos *decis.2. l.*
1.& in Nucerina prędij 3.Martij 1614.
et 7.Febr.1620.coram bo.me.Card.Sacra
to,et in eadem 29.Maij.1624.coram me.
Vnde cum ſolutiones incæperint de an-
no 1552. Prælatus verò diem clauſerit
extremum de anno 1554. & lis fuerit in-
choata de anno 1580 vtique lapſi dumta
xat fuerunt anni 26.& ſic 14.deficiunt ad
complendam præſcriptionem 40.annorū
Duo autem, in omnem euentum deficiūt
anni, ad complendum tempus 30. anno-
17 rum, quod requiritur ad inducendam prę
ſumptionem beneplaciti Apoſtolici *Rot.*
deciſ.160.num.6.par.2.et diu.coram Reue
rendiſſimo D meo Decano deciſ.362.num.
6.et in recent.deciſ.568 num 5.in fin.par.
4.et in Valentina Baronia 4. Iulij 1603.
coram Ortemb.

Nec amplius eſſe ambigendum viſum fuit
quin verè de anno 1580. fuerit inchoata
lis,

lis,quia ipſemet emptor, ſiue illius hære-
des commiſſionem impetrarunt vna cum
inhibitione,quæ quando etiam non fuiſſet
executa, & ad notitiam prælati non per-
ueniſſet, adhuc tamen ſecundum opinio-
18 nem Rotę dicitur inducta lis ad effectũ
interrumpendi pręſcriptionem reſpectu
illius,qui procurauit committi cauſam, &
Inhibitionem obtinuit,quidquid ſit reſpe
ctu citandi.Ita dixit *Rot.apud Caſſad.de-
ciſ.6. n. 3.et 4.et n.14. ſuper reg. Cancell.
Put.decis.385.numer.2.libr.3. in Correct.
Mbed.deciſ.5.nu. 1.de cauſ poss. & propr.*
vbi quod hoc eſt ſecundum practicam,
Rota ſeruat *Creſcen.deciſ. 12. eodem tit.
Rot.deciſ.4.num.2.vt lit.pend. in antiq.* &
tradunt *Gomes ſuper reg.de trienn.q. 56.
num. 4.* vbi plurea alias deciſiones refert
*Menoch.de arbitr.Iud.caſ.202.nu.8.Gra-
tian.diſc.forenſ.cap.66.num 27.et 28.* qui
teſtatur de veriori opinione contra *Pa-
riſ.Lancell de attent.par.2.cap.4.nu.35.&
ſeqq.vbi n.41.* firmat ſatis eſſe Commiſ-
ſionem fuiſſe obtentã perProcuratorem.
19 Poſſeſſor enim committens cauſam ſu-
per iactationibus factis indicat ſe dubi-
tare de iuribus ſuæ poſſeſſionis, & quod
animus eius fluctuat circa titulum quo
poſſidet,cum exiſtimatione mentis,quod
20 nõ ſit iuſtus,qui quidem timor vulnerat
illius conſcientiam,& excitat ad perqui-
rendum ſuper iuſtitia contractus antece-
dentis.& ſic non poteſt dici, quod tran-
quillè poſſideat,& quod ſit in bona fide,
21 quæ vbicumque deficit,& ex ſollicitudi-
ne conſcientiæ,quod res ſit aliena,vel in
iuſtæ poſſeſſa,mala inſurgit fides,quocũ-
que modo illa ſuperueniat,& ex quocum
que actu apto illam inducere,ſemper de
Iure Canonico interrumpitur præſcrip-
tio *arg.capitul final.de praſcrip. et tradit
Bald.in l 2.n.7.C.de ſeruit.et aqu. Rimin.
iun.conſ.205.n.26.Put.deciſ.385.n.1.par.
3.Barboſ.in l.ſicut n.275.C. de praescript.*
Sufficitq. hanc malam fidem colligi ex
23 præſumptionibus,& coniecturis,cum il
la in animo conſiſtat,*Abb.cons. 19.nu. 2.
verſ.nam mala fides lib.2.Ruin.cons. 170.
in fin.lib.1.Vasq.Illuſtr.quaſt.cap. 73.n.
18.Barbos.in rubr.C.de praescr.n. 252.et
337.*
Hic autem amplius habemus expreſſam
confeſſionem rei conuenti in commiſſio-
ne ſubrogatoria,quod citatio cum inhibi
tione fuit executa, & quod lis fuerat in-
troducta in Rota, quæ confeſſio plenè
24 probat contra confitentem,& habentes
cauſam ab eo, vt in ſpecie de confeſſione
ſimili facta in Commiſsione *eſt Creſcen.
deciſ.2.de Iud.* Ipſeq. reus vſus eſt tali
Commiſsione illam producendo; Et ideò
25 cenſetur eandem irreuocabiliter appro-
baſse, & in ea contenta *Rota deciſ. 419.
n. 7. par. 1. recent.*
Ex quibus etiam tollitur, quod dicebatur
Commiſsionem ſuper iactationibus, &
ex remedio *l.diffamar i C.de ingen.& ma
num.* non inducere litem ad effectum in-
terrumpendi præſcriptionem iux. opinio
nem *Felin.in cap. illud nu.10. de praſcr.*
Felinus enim verè hoc non dicit, vt ob-
ſeruat *Caſſad.dec.6.n.14.ſuper reg.* & qua
tenus diceret reprobatur hæc ſententia
per *Claud de Seyſell.in l. naturaliter nu.
35.verſ.tamen contrarium ff.de vſucap.* &
Caſſad.d.deciſ.6.n.14. ſuper reg. eſt enim
28 lis vera, quæ intentatur ex *d.l.diffama-
ri,* quia concurrunt requiſita nẽpe actor,
reus & Iudex, & diffamatus licet ſit a-
ctor in probandis iactationibus tamen
30 reuera eſt reus vt voluit *Bald. in l.diffa-
mari n.8.C.de ingen.& manumiſs.& ibi-
dem Gagnol.n.9. Couar.var.reſol.lib. 1.c.
18.n.4.Gratian.diſc. 85.n.1.*Dumq.impe
trat huiuſmodi Commiſsionem ſibi ipſi
videtur mouere litem, ſeque laceſsere
ad proferendam in Iuditio qualitatem ſui
tituli, vt per *Gomeſ.ſuper reg.de trienn.q.
56.n.6.quaſt.61.n.19. et 20.* de qua lite
cum ſit certus tamquam ſibimetipſi mo-
ta,non eſt opus, vt ex aliis actibus am-
31 pliùs certioretur *iux. tradita per Lan-
cell.de attent.par.2.cap.4 in prafat. n.40.*
Sed ex abũdanti quatenus Commiſsio hæc
non inſeruiret pro lite inſeruit tamen ad
inducendam confeſsionem Iouenii, quod
Archimandrita ſucceſsor iactabat, & ex-
traiudicialiter profitebatur ſe auocaturũ
bona ab Annibale perperã alienata, quæ
32 quidem extraiudiciales interpellationes
ac moleſtiæ ſufficiunt ad impediendam
præſcriptionem ſaltem de Iure Canoni-
co, *iuxta tradita per Butr. in cap.grauis
n.11.in fin.de reſt.ſpol.Abb.in cap. vt de-
bitus n.11.de appell.Dec.cons.272.sub nu.
11.Rota coram Reuerendiſſ.D.meo Deca-
no decis.362 n.2.et decis.171.n.6;*
33 Hoc enim iure attento requiritur omni
nò bona fides, tàm ad inchoandam, quã
ad continuandam, & perficiendam præ-
ſcriptionem, vt conſtat ex *Canon.Concil.
Lateran.ſub Innoc.III.relato in c.fin.de
praescr.et ex regula poſſessor.de reg.iur. in
6.Honded.cons.82.nu.39. lib. 1. Gratian.*
34 *disc.for.cap.403.n.14.et 23.*vbi quod ſuf-
ficit ceſsare bonam fidem per minimum
tem-

temporis ſpatium. *Molin de iuſt.& iur. diſp 63.per totam.Rota dec.164.n.3.par.2. recent.* quæ fides in poſſeſſoribus hic multum labefacta videtur ex iiſdem actis geſtis à Ioenijs.

Nec ſuffragatur motiuum quod poſtquam commiſſa fuit hæc cauſa de anno 1580. bo.me.Cardinali Scipioni Lancellotto nihil deinde amplius geſtum fuerit, & ideò per ſpatium 30.annorum dato etiã, quod
35 fuerit inducta lis, dicatur poſtea extincta. *Card Seraph dec.1027.n.14.& 1085. n.6.& coram Put.deciſ.516. lib.2.& diu. dec.110.lib.2 par.3.* Poterat enim is qui
36 mouit litem tacitè renunciare liti, & ex acquieſcentia per tantum tempus reſultat renunciatio ex ſupradictis.

Quoniam ex confeſſionibus eorundem de Ioenijs apparet, quod nòn habuerunt in animo renunciare liti, cum pluries oppoſuerint de hac pendentia litis, & proteſtationes fecerint in Monarchia Siciliæ, vbi etiam enunciarunt Commiſſionem, & inhibitionem, ac profeſſi ſunt pendere
37 cauſam, qui quidem actus etiam geſti coram Iudice incompetente declarant voluntatem, & animum agentium, ex *Bart. in l.gerit.n.18.ff de acquir.her.Pariſ.cõſ. 7.num 27 lib.3.Rota coram ſan.me. Greg. XV.dec 287.n.10.& dec.476.n.3.* & interrumpunt etiam præſcriptionem non ob-
38 ſtante incompetentia Iudicis non quidẽ virtute rei iudicialis, ſed propter malam fidem, quæ exinde colligitur. Ita docuerunt *Abb in c.vt debitus nu.10.de appell & in c.illud n.24.obi etiam Felyn.nu. 27.de præſcrip.Idem Abb.conſ.19. nu.2.p. 2.Dec in cap.at ſi Clerici n.110.de Iud.Gemin.conſ.78.n.3.Rip.in rubr.de cauſ.poſſ. & propr.n.39.Caball.conſ.89. n 18. lib.2. D.Facchin.controu.iur.lib.11.c.71. verſ. ſexto adducitur, & dixit Rot. coram Put. dec.385.lib.3. & coram Reuerendiſs.D. meo Decano dec.172.nu.6.& deciſ.632.n. 1. & in Conchen. Parochialis 14. Iunii 1600. coram Penia.* & his etiam accedũt aliæ reſponſiones datæ in vltima deciſ. R.P.D.mei Veroſpii, quæ, & adhuc Dominis placuerunt.

At hodie quoad hunc titulum præſumptum ceſſare omnem difficultatem DD. exiſtimabant, cum Ioenii produxerint titulum expreſſum, qui cum inſufficiens ſit, ac vitioſus, vt infra oſtendetur ceſſat præſum-
39 ptio alterius tituli ſufficientis, & qualibet alia preſumptio ex lapſu temporis deducta, vt dixit *Rota in deciſ.208.num.7.in fin.par. 4.recent, & coram bon. memor. Card.Caual.dec 613.num.2.& in Valentina Baroniæ 4.Iulÿ 1603. coram Ortẽbergo, & in Placentina Decimarum 28. Maij 1629.coram Reuerendiſs.Vrgellen.*

Titulus verò poſitiuus, quem modo coram me produxerunt Ioenii, nempe inſtrumẽtum alienationis factæ in Spataforam, à quo ipſi cauſam habent, minus ſuffragari videtur quoniam peccat in pluribus.

Beneplacitum enim Apoſtolicum non fuit legitimè executum.

Iniuſta fuit confirmatio Iudicum commiſſariorum.

Et eidem beneplacitum eſt ſubreptitium, & obreptitium.

Falſaq. eſt cauſa in inſtrumento alienationis inſerta, & ſic titulus eſt omninò Iniu-
40 ſtus, adeout nedum non ſuffragetur ad excludendum remedium *Can.reintegranda. 3.q 1.* vt ſupra in prin.deciſ.fuit probatum ſed nec illius exceptio videretur admittenda, dum non eſt vndequaque patens,
41 & clara, itaut nihil poſsit opponi, iuxta trad.per *Gabr,conſ.51.n.17.in fin. lib. 1. Rot.dec.741.n.4.& 734 n.5.par.2. recen.* prout non eſſe talem apparet exceptionẽ
42 propoſiti tituli, quia nullus eſt, & irreleuant, dum non fuit ſeruata forma litterarum Apoſtolicarum, ſi in euidentem, *c.dilecta de reſcript. Abb.conſ.41. in princ. p. 1.Card.Seraph dec.337.n.6.& dec.1195. n.2.& in rec dec.614.n 2 p.1.& dec.676. n.5.p.2.& in Romana Domus 10.Aprilis 1630.coram Reuerendiſs.Vrgellen.*

Nec rectè fuit executum beneplacitum Apoſtolicum, quia Paulus 3. commiſit executoribus, vt perquirerent ſuper vtilitate huiuſmodi contractus, & nullus proceſſus fuit fabricatus, nec impleta iniuncta perquiſitio; vndè ſententia Iudicum commiſ-
43 ſariorum tanquam ex actis, non iuſtificata, & ſine neceſſarijs probationibus prolata, non eſt attendenda, vt dixit *Rot.in dec.160.n.7.p 2.diu.& dec.624.n.4.p.2.recent.& cor.b.m.Card.Caual.dec.215.n 4. & in d.Romana domus 19.Apr.1630.cor. Reu.D.Vrgell.* & ſuper vtilitate exigita
44 in alienatione bonorum eccl. non ſtatur aſſertioni partium, nec executorum, dum indicialiter procedere tenebantur, iuxta *Bellam.dec.677.Rot.dec.752.nu.3.p.1.& dec.209 n.3.ac dec 597.n.2.p.4 di.* & poſt *Cin.de cenſ.dec.27.n.3 dec.36.n.3.et 9. ac dec.37.n.6.et 7.* & poſt *Moderu.de manut.*
45 *dec.11.n.5.* ſed de ea conſtare debet per plenas, & legitimas probationes, præuia cauſæ cognitione, & diſcuſſione iudiciaria, vt latè firmatũ in *d.dec.36.et 37.poſt Cinc.*

Digitized by Google

Cinc.de cenſ & in aliis præallegatis,adeo
ut Teſtes in ſummario Iudicio examina-
tis ad probandam euidentem vtilitatem
Eccleſiæ in controuerſiam deductam.nō
ſufficiant,vt cenſuit *Rot.in dec.463.nu.1.
par.1.diu,ac dec.210.num.2.par.4.*

Et quamuis attenta clauſula, conſcientias
47 veſtras oneramus quandoque poſsint
Iudices Cōmiſſarii ſe extraiudicial ter in
formare ex traditis *per Lap.alleg.15. nu.
8.Bald.in l.1 n.11.C.ſi per plures &c. &*
48 *conſ.298.n.7.lib.1.* vbi tamē monet cō-
ſcientiam debere proficiſcinon dè capite
tantùm Iudicis ſed exutero legis in ea
figendo pedes *Menoch. de arb.Iud.lib.1.
quæſt.17.n.14.Lancel.de attent par.2.cap.
12.limit.10.n.8.*

Tamen hic adſunt etiam aliæ clauſulæ nem-
pe clauſula ſer. ſer. quæ æquipollet clau-
49 ſulæ, vocatis vocādis,& imponit onus
aſſumendi partes Iudicis, & conficiendi
publica documenta, itaut non ſufficiat
extraiudicialis informatio, prout in ter-
minis huius clauſulę ſeruatis ſeruandis
dixit *Rot.dec.209.n.3.par.4 diu.et in dec.
11.n.5.poſt modern. Peruſ.de manut.*

50 Necnon etiam clauſula ſi vobis conſti
terit, quę pariter tribuit cauſę cognitio-
nem, & legitimas probationes,ac Iudicia
lem proceſſum exigit *Abb.in c.conquerē-
te n.9.de reſtit.ſpol.Card.Seraph.dec 601.
n.3.Rot.d.dec.36.n.6.& dec.36.n 6.& dec.
37.n.5.poſt Cin de Cenſ.ac dec.11.n.5.poſt
modern. Peruſ.de manut.*

51 Ex quibus clauſulis ſatis modificatur
clauſula conſcientias veſtras oneramus,
quaſi dixerit Papa, Iudicialiter proceda-
tis, & vti Iudicum conſcientias veſtras
oneramus, regulando veſtrum Iuditium
cum legitimis probationibus, vt benè
admonuerunt *Alex.conſ.218.nu.1. lib.2.
Iaſ.in l.certum nu. 19.C.vnde legit.Ioan.
Bapt.Aſin.in prax.§.7.cap.5.limit. 6.n.5.*

In iuſta quoque, & irrita apparet confirma
tio facta per Iudices prędictos Commiſ-
ſarios, quia nedum deficit legitima pro-
batio circa euidentem vtilitatem illius
Contractus ſuper qua potiſſimum conſi-
52 ſtit validitas Contractuum Eccleſię, &
debet eſſe certa, atque indubitata, itaut
dubia vtilitas nec ſuffragetur *Abb.in c.ad
aures n.4.de reb.Eccleſ.nō alien.Honded.
conſ.37.n.9.lib.2.Rot apud Caſ. de Graſſ.
in recen.dec.544 n.1.par.1.et dec.730.n.3.
p.2 & poſt moder.Peruſ.de manut,dec.11.
n.8.* ſed potius cōſtat de damno Eccleſiæ
nam ex pluribus locationis deprehendi-
tur, quod paſsim hoc tenimentum loca-
batur pro vnciis monetæ 100. & 120.&
tamen dum fuit perpetuo alienatum ſo-
lum fuerunt aſsignata vnciæ 80 monetę,
& ſic patens eſt damnum in vnciis 20.&
53 40.monetæ, quæ locationes licet per ſe
ſolæ regulariter non probent verum va-
lorem, tamen ad dignoſcendam vtilitatē,
vel damnum cōtractus Eccleſiæ bene de-
54 ſeruiunt, cum homines non ſoleant eſſe
fatui in conducenda re pluris, quam va-
leat, & ſine ſpe certi lucri, vt in his ter-
minis dixit *Rot.dec.65.nu.16.& ſeqq.p.2.
diu.& in Anconitana bonorum 2.Martii
1588.coram Platto,& in Romana domus
19.Aprilis 1630. coram Reuerendiſſ.Vr-
gellen.* Diciturq.Contractus nō vtilis Ec-
cleſiæ ſed damnoſus quotieſcumq; non
plus illi datur,quam ſolita percipere *Dec.
conſ.142.n.5.Redoan de reb.Eccleſ.nō alie.
rubr.de cauſ.cognit.n.171.& dixit Rot.in
præalleg.Romana Domus coram Reuerē-
diſs.Vrgellen.*

Augeturq.hoc damnum, attento quod in
prædictis locationibus nō transferebatur
iuriſdictio in conductores, quæ tamen
tranalata fuit in hac perpetua alienatio-
ne, quod eſt multi momenti, quia bona
56 allodialia æſtimantur in redditu quin
que pro centenario,iuriſdictionalia verò
57 ad rationem duorum cum dimidio circi
ter, vt cenſuit *Rot.apud Card.Seraph.dec.
1030.n.3.& in Viterbien.Caſtrorum 11.
Maii 1612.coram bo.me.Card.Sacrato,&*
58 ſic videmus paſsim, quod pro calculan-
do legitimo pretio, ac valore bonorum
iuriſdictionalium, non attenditur fructus
ille pecuniarius ſolum, ſed conſideratur
iuriſdictio, & præheminentiam domina-
tionis.

Non fuit etiam legitime executa prædicta
confirmatio,& ſententia Iudicum Com-
miſſariorum, quia in venditione conceſ-
ſa fuit Scipioni emptori facultas francan-
di quæ tamen non aderat in ſententia, &
hęc quoq; damnum adauget, quia huiuſ-
modi facultas æſtimatur tamquam pars
prętii *Pariſ.con.65.n.15.lib.1.Neuiz. cōſ.
91.n.7.* & diminuit valorum ſaltem in 6.
parte, *vt fuit reſolutum, coram Card.Se-
raph.deciſ.1063.num. 5.& 6.& in recent.
dec.563.num.5.part.2.*

Obreptio pariter,& ſubreptio vitiat bene-
60 placitū Apoſtolicū, quia Papæ non fuit
narratū extitiſſe obiatorē pinguiorē con-
ditionē pro Eccleſia præſtantē, quod ſi
ſciuiſſet, vel facultatē prędictā nō cōceſ-
ſiſſet vel difficilius cōceſſiſſet,et ideo ſub
reptionē inducit,maximè attendendā d ū
eſt cir-

eſt circa vtilitatem, vel damnum Eccle-
ſiæ vt dixit *Rot apud Card. Seraph deciſ.*
508 *n.9.&* 10.*et deciſ.* 1174.*n.7.& in*
dec 160 *n.3.par.1.diu.* Immo Papæ fuit
narratum, quod nemo alius comparue-
rat, qui meliorem efferret conditionem,
quod falſum erat, Vnde expreſſior ori-
tur nullitas Contractus, & in Prælato
62 dolus negari non poteſt dum prætermi-
ſit contractum Eccleſiæ vtiliorem,& sã-
guinis illecebris allectus meliorem con-
ditionem ab alio oblatam reſpuit, & Pa
tri in damnum Eccleſiæ alienationem
63 fecit immemor officii,quod gerit Tutoris
rerum Eccleſiæ *c ſine exceptione* 12. *q.* 2.
ibi vt meliora proſpiciat, & ibi eligat,
quod non ſit dubium profuturum.*& poſt*
gloſſ. in c. quicumq. 12 *q.3.& ibidem Ar*
chid Card Turrecrem. & alios ſcite ex-
plicat *Pater Comitul. respons. moral. lib.*
3.*q.*19 *n.7 per tot.Rot. deciſ.* 360.*num.*5.
par.1.diu.

Hic autem nedum maior oblator præ ceſ-
ſerat, ſed imò abſolutus emanauerat vẽ-
ditionis Contractus.quia idem Annibal.
Archimandrita die 8. Martii 1545. hæc
eadem bona vẽdiderat Franciſco Mariæ
patruo, qui Patruus in inſtrumento pro
miſerat retrouendere Eccleſiæ hæc bona
reſtitutis pecuniis, quod pactum de re-
trouendendo in fauorem Eccleſiæ auge-
bat prætium,& meliorem faciebat ipſius
concedentis conditionem pro rata ſextæ
partis valoris quemadmodũ aliud adie-
ctum in fauorem Scipionis diminuit pro
eadem rata iuxta præallegatas deciſio-
nes, & ſic in duplum hinc augetur detri
mentum Eccleſiæ; In contractu inito cũ
Franciſco Maria Prælatus referuauerat
ſibi ſuperioritatem, & iuriſdictionem in
Vaſſallos,In hac verò conceſſione facta
Scipioni Patri totam à ſe abdicauit, &
in eundem Patrem tranſtulit, pactumq;
affrancandi appoſitum in fauorem Eccle
ſiæ fuit retortum in eiuſdem Eccleſiæ
damnum, & ſtipulatum in fauorem pa-
tris; Conceſſio facta Franciſco Mariæ
erat pro vnciis 80. auri, & aliis mille
iure gallicarum erogandis pro fabrica
Eccleſiæ cum pacto expediendi benepla-
citum ſumptibus eiuſdem; Conceſsio
verò facta patri eſt pro vnciis 80. mone-
tæ. & mille ſimilibus Iure gallicarũ quę
ferè omnes erogarę fuerunt in extinctio-
nem æris alieni particularis ipſius Præ-
lati, non autem in benefitium Eccleſię
nempe pro bullis, pro collectis, & pro
penſione debita Cardinali à Valle, qua-
rum impenſarum onus ſpectabat ad Præ-
latum non autem ad Eccleſiam, prout
de expenſa bullarum tradit *Franch. in c.*
cupientes ſ. *cum tacce elect in* 6 *Bo r.*
*dec.*134.*n.7 ante fin.* De collectis ſcripſit
*Garz. de expens et melior.c.*11.*n.*47. *et* 56
ac 58.*et c.*12.*n* 62. Ac de ſolutione pen-
ſionis eſt deciſ.*Cas. de Grass* 12 *n* 11.*de*
*præbend. Card. Seraph dec.*66. *n.* 3. Imò
ſolutio pro collectis nec etiam iuſtifica-
tur, cum prætenſę partitę pro hac proba
tione exhibitę plures exceptiones patia-
tur itaut vndequaq; perniciosiſſima Ec-
cleſię delegatur hęc alienatio.

Neq; dicatur Contractum illum cum Fran-
ciſco Maria non habuiſſe effectum, quia
id culpa Prælati accidit, licet enim bene-
placitum Apoſtolicum ſuper primo Cõ-
tractu non fuiſset obtentum, adhuc ta
men in fauorem Eccleſiæ ſuſtinebatur cõ
tractus pro cuius obſeruantia, & pro im
petratione beneplaciti illius expenſis po
terat Prælatus cogere, vt in inſtrumen-
to legitur, vbi etiam eſt pactum, quo
data fuit facultas Prælato, vt ſuis expen-
ſis obtineret beneplacitum, & deinde
expẽſas repeteret à contrahente, & hu-
65 iuſmodi Contractus claudicant fauore
Eccleſiæ, & ſolemnitatum defectus ſolũ
ab ea opponi poſsunt *Rot. apud Card.*
Mant.dec. 201.*n.1.et in recen dec.*34. *n.*
5.*par.* 1 *ac dec.* 285. *n.3.par.2. et apud*
*Cenc de Cens.dec.*264.*n* 2.*ac dec.*465.*n* 2.

Ex quibus etiam ſublatum remanet obie-
ctum pro locatis, nempe quod cum in
66 alienationibus perpetuis, & conceſsio-
nibus in emphiteuſim detrahatur ſexta
pars valoris fructuum, quæ non dedu-
tur ex locationibus temporalibus, *auth.*
*perpetua, et ibi Bart n.*4 *C. de Sacr. S. Ec.*
et Card. Seraph. dec. 1073. *n.*6 Vtiq. ſi
huic ſextæ parti addantur vnciæ millæ ſo-
lutæ per Scipionem Iure Gallicarum nec
non prætium lignorum cannarũ et Mer-
tillæ, ex his omnibus inſimul coacerua-
tis, reſultet valor æquans vel ſuperãs va-
lorem vnciarum 100. & 120. expreſsum
in locationibus, & ſic adſit vtilitas.

Quoniam prædicta non poſsunt reſarcire
iacturam prouenientem ex qualitate bo-
norum iuriſdictionalium, quæ in medie-
tate conſiſtit, cum iuriſdictionalia, vt di
67 ctum fuit æſtimentur ad rationem duo
rum tantum cum dimidio pro centenario
68 allodialia vero ad rationem quinq; pro
centenario; Inſuper mille vncias appa-
ret ex ſupradictis vel nonfuiſse ſolutas,
vel erogatas in extinctionem debitorum

Prælati, nempè penſionis, collectarum,
& expeditionis Bullarum non autem in
vtilitatem Eccleſiæ. Cannarum autem
& lignorum pretium præſupponitur non
aſcendere ad valorem vnius vnciæ, &
demum ponderando tot pacta præiudi-
cialia Eccleſiæ inſerta in inſtrumento cō
ceſsionis factæ Scipioni Patri, & omiſ-
ſionem aliarum pactionum vtilium eidē
Eccleſiæ, quæ poſitę fuerant in conceſ-
ſione facta Franciſco Maria, vt ſuperius
fuit deductum apparet damnum Eccleſię
plurimum prępondetare dictæ ſextæ par-
ti, valori vnciarum mille, & prætio li-
gnorum, ac aliis ſupra expreſsis, & cer-
tum eſt, quod huiuſmodi pacta, & one-
69 ra conſiderantur tamquam pars prętii
contractus, & valorem rei augent vel
minuunt *l. fundi partem, vbi gloſſ. verb.*
vendidiſti ff de contrab. empt. Tiraquell.
de retract Conuent. in præfat. n.21. Me-
*noch. conſ.*1174.*n.* 40. *Surd. conſ.* 451.*n.*
35.*&* 36.*cum aliis per Giurb. ad conſuet.*
*Meſſanen. c.6 gloſ.*12.*n.*29.

Non obſtat, quod ſtante productione be-
neplaciti apoſtolici, & ſententia Iudicum
70 commiſſariorum, & ſic interuentu ſo-
lemnitatum non competat Eccleſię re-
medium Canonis *reintegranda* 3. *q.* 1. ſed
via ordinaria, nempè rei vindicatione,
agendum ſit *Bart. in l ſi alienam n.* 3. *&*
*ibidem Caſtr. n.*3. *ff. ſol. matr. Nat. conſ.*
283.*n.*3.*cum aliis*, quoniā neque ſolem-
71 nitates fuerunt ſernatę cum deficiat cau-
ſę cognitio, ac proceſſus Iudicialis inn-
ctis aliis ſupra ponderatis, & quatenus
adeſſent ſolennitates, tamen dum euiden-
ter, & incontinenti apparet de non vti-
litate, imò de damno, non obſtante be-
neplacito apoſtolico obtento, & illius
executione Eccleſiæ contractus remanet
nullus; Duo enim copulatiuè requirun-
tur in alienatione bonorum Eccleſiæ ad
illius validitatem, ſolemnitas ſcilicet, &
73 vtilitas qua ceſſante contractus eſt ipſo
iure nullus non obſtante beneplacito, &
illius executione *Card. Seraph. deciſ.* 508.
& alias paſſim.

Maiorq. & intolerabilior eſt defectus cir-
ca vtilitatem, quàm circa ſolemnitates;
74 tota enim validitas alienationis bonorū
eccleſiæ pendet ab vtilitate, & nihil ali-
75 ud exigunt Pontifices, & præſcribuntur
ſolemnitates tamquam media ad inten-
tum vtilitatis finem aſſequendum, & ad
76 euitādas dānoſas circumuentiones eccle-
ſiarum. *Rot. apud Mant. dec.*101.*n.*5.*&*
*in recen dec.*624.*n.*3.*p.*1.*& dec.* 730.*n.* 3.
*p.*2.*recent.* Dum autem contractus eſt
damnoſus, & etiam nullius, ex quo defi
cit vtilitas eccleſiæ ipſa dicitur ſine iuſta
cauſa, & nulliter à poſseſsione facti ce-
cidiſse, & ſemper intrat æquiſsimum
remedium Canonis *reintegranda* 3. *q.* 1.
vt conſuluerunt in his terminis alienatio
nis bonorum eccleſiæ. *Bertrand. conſ.*
448.*n.*4 *lib.*4 *Surd. cons.*28.*n.*91.*et* 92. *et*
*cons.*49.*n.*17.*plenè Peregrin. in c. consul-*
tationibus n. 16.*&* 17.*de off. deleg. et dixit*
Rota apud Caputaq. dec. 181.*et* 182.*n.*8
*par.*3.*et in recent. dec.*473.*n.*2.*par.*2.

*Bartol. autem. in l. ſi alienam n.*3.*ff ſol matr.*
78 fatetur quidem dari rei vindicationem,
ſed non inde inferendū eſt denegari aliud
remedium eccleſiæ legitime competens
prout eſt ſpolium, *et Caſtr. ibidem n.* 3.
expreſſe admittit poſse agere remedio
Canonis, ſicq. daretur remedium reinte-
grationis vbi in contractu non eſsent ſer
uatæ ſolemnitates, quamuis de vtilitate
conſtaret, multò magis debet idem re-
medium cōpetere vbi conſtat de damno
79 eccleſiæ, quamuis eſsent adhibitæ ſolem
nitates, prout hoc remedium ſpolii con-
ceſsum fuit *in cauſa Aquilana bonorum*
12 *Iunij* 1624.*coram bo. me. Remboldo*,
quæ eſt impreſs. poſt Modern. Perus. de ma
nut. dec. 11. in qua deciſione recenſcotur
ferè omnea nullitates, quæ in caſu præsē-
ti concurrunt: Quibus etiam benè con-
fert concluſio in principio deciſionis fir-
80 mata, quod in hoc iudicio id tantum eſt
attendendum, An deiectio è poſseſsione
ex iuſta, vel iniuſta cauſa proceſſerit.

Nec quicquam verò releuat prætenſa ratifi-
catio contractus facta de anno 1548. per
Prælatum, qui alienauit tum quia non
eſt de actis, tum etiam quia vti facta ſine
81 ſolemnitatibus quæ requirebantur, pro-
ut in ipſamet alienatione nullus eſt mo-
menti, *iux. tradit. per Rotam dec.*204. *n.*7.
et 10.*par.*4.*diu. et in Placentina decima-*
rum 18. *Februarij* 1630. *coram Reuerē-*
diſs. Vergellen.

Et ita vnanimiter per Dominos reſolutum
fuit ſententiam Rotalem eſse confirman-
dam.

R.P.D.

Digitized by Google

R. P. D. ROIAS

In Cauſa Meleuitana Hæreditatis.

Lunæ 17. Decembris 1646.

DIctum fuit coram me ſub die 19. Februarii præteriti eſse concedendam manutentionem, nec non immiſsionem Andreæ Vaſsallo tunc ſolum informanti in bonis q. Bartholomæi Vaſsalli Decani Eccleſiæ Meliten. eius germani fratris vigore donationis inter viuos ei factæ per dictum Bartholomeũ, ſubſequuta hæredis inſtitutione; qua deciſione hodie reuiſa (Informante etiam Camera Magiſtrali Eminentiſsimi Magni Magiſtri, quæ ſpolii prætextu poſseſsionem bonorum, de quibus agitur, d. Bartholomeo vita functo appræhendit) Domini ſteterũt in deciſis, quoad Immiſsionem; Quo verò ad manutentionem à deciſis receſſerunt.

Nam quoad Immiſsionem benè ſubſiſtunt illius fundamenta, cum verum ſit dicere præfatum Andream Vaſsallum eſse donatarium vniuerſalem bonorum d. Bartholomei fratris, quàm donationem remanſiſſe confirmatam dicebant Domini per ſucceſsionem ei delatam ex teſtamento, quibus omnibus in caſibus immiſsio fuit meritò conceſsa ex remedio, *l. fin. C. de edict. Diu. Adrian. tollen. vel ex Saluian.* dum bona extant penes tertium ob hipothecam in donatione appoſitam pro obſeruantia donationis *Menoch. de adipiſcend. remed. 3. n. 55. Rota dec. 44. n. 4. p. 1. diuerſ.* & *decis. 539. numero primo part. 4. recent. & par. 5. dec. 578. in princip. & poſt Pacif. de Saluian. dec. 98. numero 4.* Ad quem effectum exuberat acceptatio donationis etiam poſt mortem Bartholomei donatoris, quando medio tempore donator dominium in alium nõ trãſtulit titulo ſingulari, vt in caſu noſtro, & ratio eſt in promptu, quia per ſtipulationem Notarii donatio remanſit ab initio perfecta ex parte donatoris, & irreuocabiliter translata in Donatariũ actio pro obſeruantia donationis *Dydac. Couar. de teſta. p. 3. n. 13. Molin. de Primogenit. lib. 4. c. 2. num. 77. Iacob. Cancer. var. reſol. to. primo cap. 8. de donat. numero 43. Caſtill. controuer. iur. lib. 4. cap. 37. n. 45. & ſeqq.* vbi latè exornat, & adducit concordantes *Maſcabrun. conſ. 10. num. 15. & ſeqq. Surd. deciſ. 111. nu. 5. 10. & 11. Modern. Aſsiſten. deciſ. form. Eccleſ. 81. nu. 25. verſ. quia reſpondetur Rota deciſ. 683. n. 5. par. 1. diu. quicquid in contrarium dixerit Cephal. conſ. 440. n. 44.* dum communis opinio ſtat cõtra eum ex ſupradictis Doctoribus, ac deciſionibus ſupremorũ Tribunalium.

Nil obſtat, quod bona cõtrouerſa vti prius ſpectantia ad Bartholomeum Decanum Eccleſiæ Meliten. cadant ſub ſpolio ad fauorem Cameræ Magiſtralis, cũ ea præſumantur acquiſita ex redditibus Eccleſiæ, vt per *Didac. in cap. primo numero 6 cũ ſeqq. de teſtam. Surd. conſ. 333. numero 41.* quia ſat eſt dicere, quod agatur de bonis donatis à Clerico Beneficiato mediante donatione inter viuos, dum Bartholomeus præfatus dixit, ſe donare irreuocabiliter inter viuos, vnde talis reputetur *l. non aliter de legat. 3. l. Labeo de ſuppellect. legat. Barthol. Imol. Caſtren. Alex. & Iaſo. n. in l. quæ dotis ff. ſolut. matrim. Menoch. præſumpt. 35. n. 2. lib. 3. Iaſon. conſil. 5. col. penult. lib. 3. & conſ. 169. col. vltim. lib. 4. Decian. conſil. 305. per tot. & 470 num. 1 & 6.* nec inde intrat ſpolium, licet donatio facta legatur ab infirmo, dum ex illa infirmitate non deceſſerit *Iaſon. in l. quæ dotis n. 28. ff. ſolut. mat. Ioann. Franc. à Ponte conſil 83. numer 5. lib. 1.* etiam ſi effectus donationis fuerit collatus poſt mortem, *Bald. in l. 1. C. de iur. dot. Ioan Franc à Ponte dicto cõſ. 83. numero 61. & ſeqq. lib. primo Rota deciſ. 9. nu. 24. & ſeqq. par. 7. recent* præſertim dum idem Bartholomeus ſibi reſeruauit certam quantitatem cauſa teſtandi, quæ reſeruatio fuiſſet ſuperflua, niſi donaſſet inter viuos, cum tunc de omnibus bonis potuiſſet diſponere *Ruin. conſil. 182. nu. 17 lib. 1. Bald. conſil. 107. nu. 2. lib. 2. Socc. ſen. conſ. 53. num. 3. & ſeqq. lib. primo Panzirol. conſ. 59. num. 93. & 94. Menoch præſumpt. 33 lib. 3. Maſtrill deciſ. 211. num. 23. Rot. dec. 9. num. 2. par. 7 recent.*

Quibus accedit quod donator appoſuit clauſulam, Conſtituti, & clauſulam, ad habendum, quæ alioquin eſſent ineptæ vt per *Roland. conſ. 61. n. 45. et 48. lib. 2. Surd. conſil. 45 n. 26. Ciriac. controuerſ. 314. num. 15. Rota deciſ 9. num. 21. par. 7. recent. et in Lauretana donationis 20. Februarii 1641. coram Eminentiſſimo Cardinale Veroſpio*, voluitque donationem inſinuari intra tres dies, alias haberi pro inſinuata, quę inſinuatio congruit donationi inter viuos *Mantic. de coniect. lib. 1 num. 16.* promiſitq. omnia in donatione

conteuta, rata, & grata habere, quę verba operantur pariter, vt donatio cenſeatur inter viuos *Alex.conſ.14.numero primo et conſ.78. numero 4. vol. et conſil. 7. numero 14.vol.6.Natt.conſil.104.num.6. Rolan.conſil.8.num.26.vol. primo & conſil.61.n.43.vol.2.Bellon.iun.conſ.8.nu 6. et 7 Gab.concluſ.9.n.7.tit.de iur. iuran.*

Minus obſtat, quod donator voluerit ſibi licere, donationem reuocare tam iu vita, quàm in morte, quam eſſe vehementem couiectnram pro repntanda præſata donatione cauſæ mortis inculcabant informantes pro Camera Magiſtrali; cum tale pactum repugnet illius ſnbſtantiæ *Doct.in l.Seia §.vltimo ff. de donat. cauſ. mort.late Bellon.Iun.dicto conſ.8.numer. 22.& ſeqq.Menoch. conſ. 1093. num. 27. Mart.vot.77 numero 1.Molin. de primogen.lib.4.cap 2.num.40.& 52. Rota deciſ. 9.n 13.par.7.recent.*

Sed fuit per Dominos reſponſum, præfatā coniecturam non ſufficere, quaudo, vt in caſu noſtro vrgent potentiores coniecturæ in contrarium, vt in præſenti, quibns concurrentibns dicta douatio ſic cōcepta reputatur inter vinos, reſolnbilis tamen quatenus donator alienet, ſiue aliter diſponat de bonis donatis *Mantica de coniect.vltim.volunt.lib.1.tit.13.n. 20.Natta conſ 270.n.4.Seraph.decis.559. n.21.Rot.deciſ.456.n.26.parte 4.tom. 3. recent.* Quæ coniecturæ nou concurrebant in caſu Doctorum adductorum in contrarinm.

Nec pariter obſtat, quod bona donata renocabiter cadant ſub ſpolio. *Port.Imol. conſ.114.Molin.de primogen.lib 2. c.10. numero 31.* quia fuit animaduertendum, *Port.Imol.* non loqni in terminis reuocabilitatis, prouenientis ex diſpoſitione magis accedente vltimæ voluntati, quam contractui inter viuos, & quando conſtat bona fuiſſe acquiſita ex redditibus Eccleſiæ, vt in ſpecie *Gratian. diſcept. 381.num.6*

Sed ceſſat omnis difficultas, ex quo bona, de quibus agitur nullo modo poſſunt cadere ſub ſpolio, qnatenus etiam ſpolium dictæ Cameræ Magiſtrali competeret, quia cum redditns Decanatus non excederent ſcuta 200. vel 300. vt teſtes comprobant; & ex teſtibus conſtet, quod Decanus defunctus pro ſui ſeruitio detinebat tres famulos, duas Aſellas, & mulam, Ciuiles veſtes induebat, & cibis melioribus veſcebatnr, qui teſtes hoc bene comptobant, licet deponant de proprio iudicio, dum reddunt optimam rationem ſcientiæ *Farinacc.de teſtib.quæſt. 68.n.111.Buratt.dec.430.n.2.Rot.p.1.diu. dec.73 n.2.* quæ omnia minori impendio, quàm ſcutorum 300. quinimò 500. fieri valuiſſe non eſt hæſitandum, inde ſatis dicitur probatum, quod quidqnid acquiſiuit dictus Bartholomæus Vaſſallus Decanus, non acquiſinit ex bonis Eccleſiæ ſed ex propria induſtria licita, & permiſſa, cum eſſet iuris conſultus, quidquid verò fuit impenſum in victu, certè præſumitur impenſum ex redditibus Eccleſiæ *Innoc.in c.cum in offic.numero 4.de teſtam.Menoch.de arbitr.c.195.n.5.7.& 8.cum ſeqq.Caputaq.deciſ.303.libro 1. in manuſcript.* vnde ſequitur, quod redditus Decanatus fuernnt cōſumpti in victu, & veſtitu dicti Battholomæi Decani; de acquiſitis verò alinndè, quam ex dictis redditibus Eccleſiæ, valuit certè idem Decanns teſtari etiam ex diſpoſitione Iuris communis Auth. licentiam *C.de Epiſc.et Cler.c.relatum il 2.§.Cæternm, c.quia nos de teſtam.Couar.in c.primo n. 21. verſ.& in Præsbyteris eodem tit. Rota in Foroliuien.de Monſignanis 26.Februarij 1603. coram Penia.*

Accedit omnibus, quod hodie eſt iu cauſa dicta Camera Magiſtralis, quæ ſolùm prætendit acquiſita ex fructibus dicti Decanatus, cuius prætenſio remanet eliſa, nedum ex impenſis ſupra ponderatis, verum etiam quia dictns Bartholomæus defunctus plnra bona patrimonialia, ac merè laicalia habuit, & antequam Decanatū aſſequeretur poſsidebat Archipræsbyteratum eiuſdem Eccleſiæ annui redditus ſcutorum 250. cuius fructus nullo pacto cadunt ſnb ſpolio ob conſtitutiones ſelic. record. Pij Quarti, & Pij Quinti, quo circa remanſit clarum, acquiſitiones factas uon eſſe ex redditibns Decanatus merito dictum fuit, Andreæ Vaſſallo dādam eſſe immiſsionem vti hęredi ſiue ex teſtamento remedio *l.final.* ſiue ab inteſtato remedio quorum bonorum, ſiue donatario defuncti; Ad quem effectum ſufficit poſſe dubitari, an dictæ Cameræ Magiſtrali competat Ius ſpolii, & an tali Iuri fuerit derogatum in dictis Indultis Pianis conceſsis Clero Meliten. dum exceptio defectus proprietatis uon valet retardare immiſsionem ſi non eſt clara, & requirit altiorem indaginē, vt in hoc caſu, *Roland.conſ.2.n.38.& ſeqq.lib.3.Rota dec.186.n.4.poſt 2.vol.conſ.Farinac.& Foroliuien.de Monſignanis.26.Februarij* 1603.

1603.*corã Penia*, & latè cõprobat *Modern.Bonon.de acquir.poſſeſſ.q.3.n.* 1023. *Rot.part.7.recent.deciſ.*114. *num.*12.

Demum non obſtat, quod aliqua corpora fuerunt donata aliis perſonis quia dum alij Donatarij non comparent omnia debentur eidem Andreæ quia eſt hæres, ac Donatarius vniuerſalis, qui reputatur loco hæredis *Rota dec.207.n.9.p.6.recent.et dec.377.n.7.& 8.p.4.tom.3.recēt.* legatarii etiam particulares debent capere de manu hæredis *Duran.deciſ.62.numero* 8.

Quò verò ad manutentionem conceſsã Andreæ donatario in vim clauſulæ cõſtituti in deciſione 19. Februarii præteriti, hodie reniſa, fuit à deciſis meritò receſſum ex quo effectus conſtituti, à quo ſumitur poſſeſsio dicti Andreæ Donatarii ceſſat in caſu noſtro, quia conſtitutum, & ipſa donatio legitur concepta ad fauorem abſentis, neque conſtat de acceptatione Conſtitutarii in vita donantis, eo autem defuncto, dum Camera Magiſtralis poſſeſsionem bonorũ dicti Bartholomei accepit non competit manutentio aduerſus eam dicto Andreæ hæredi, qui priùs poſſeſsionem non apprehendit *§. retinendæ Inſtit.de interdict.Redoan.de ſpol.q.15.n. 24.verſ.Et Eccleſiã,vel Camerã*, quinimò nec conſtat de animo eiuſdem Andreæ acquirendi, & tamen ad hunc effectum requiritur animus acquirentis, & tradit *Tiraquel.de iur.conſtit.limit.* 30.*n.* 1.*& ſeqq.per text.in l.3.in princ. et l. quemadmodum l.quod meo §.ſi furioſo l.ſi ſeruus cõmnnis §.1.ff.de acquir.poſſeſſ. l.ſi ego ff. de negot.geſt.*

Nil releuat, quod pro Donatario abſenti Notarius fuerit ſtipulatus, quia licet ob dictam ſtipulationem donatio ex parte donantis fiat irreuocabilis, & donatario abſenti acquiratur ab initio actio perſonalis ad rem donatam conſequendam, nõ tamen acquiritur rei donatæ poſſeſsio ante acceptationem donationis, ea ratione quia poſſeſsio non niſi animo acquiritur *Tiraquel.de Iure Conſtit.dicta limit.* 30. *n.7.et ſeqq.et n* 58.*et* 59.*Ruin. cons.* 119. *n* 8.*verſic.antequam et conſil.*126.*nu:* 10. *verſic.ratio ergo habitio, et cons.* 172.*nu.* 16.*libro primo, Ladercb.cons.*76. *numero primo Mantic.de tacit.libro* 13. *tit.*7. *nu* 25.*Ciriac. controu.*322 *numero* 8. *et ſeqq et controuerſ.*425. *nu.* 22.*et ſeqq. Oſasch. deciſ.*33 *numero* 12. *Anton.de Amat.reſolut.30.n.6 Rot.dec.683.n.4.p.1.rec.deciſ.* 70.*numero* 10.*parte* 4.*tom.*3.*recent.* non obſtante quocumque Iuramento appoſito in dicta donatione, dum illud dicitur reſpicere perſonam donatoris, non autẽ valet ſupplere cõſenſum donatarii. *Abb. in capit.ſicut il* 3. *num.*5.*de Iure iurand. Guttie in capit.quamuis num.* 55 *de pact. in* 6. *Rota deciſion.*27.*num.*11.*& ſeqq par.* 7. *recent. & in Romana cenſus* 25. *Iunii* 1640.*coram R.P.D.meo Bichio*.

Animaduerſum etiam fuit, quod in præſenti, viuente dicto Bartholomeo donatore donatio nullo modo legitur acceptata, præſertim cum in ea diuerſa legantur onera; nec ſufficit, quod deuenerit ad notitiam donatarii ad effectum præſumendi acceptationem licet ſecus eſset ſi donatio merè lucratiua extaret, *Rota deciſ.*274. *num.*4.*par.*6.*recent.& deciſ.*27. *num.* 21. *& ſeqq.* vbi in terminis donationis Iuratæ *par.7.recentior.* acceptatio verò dictæ donationis poſt mortem dicti donatoris in præiudicium Cameræ eiuſdem Magiſtralis, quæ ſtatim defuncto dicto Bartholomeo poſseſsionem bonorum illius apprehendit, nil prodeſt ad effectum reportandi manutentionem, quia de tempore acceptationis poſſeſsio non reperiebatur penes Bartholomeum Conſtituentẽ; ſed penes dictam Cameram Magiſtralem, & medium impertinens impedit retrotractionem, *Mantic.de tacit.lib.13.tit.7.nu.* 9.*Rot.dec.627.nu.1.par.4.diuerſ.relat.per Modern.Peruſ.de manut.obſeruat.* 55.*nu.* 150.*& in termini Anton. de Amat. reſol.* 16.*n.*6.*Tiraquell.de Iur.conſt.limit.*30.*n.* 2.*&* 8.*Caſtill.controu.iur lib.*4.*c.*37.*ſub n.*39.*col.ult.verſ.* vſque adeo, *Rota deciſ.* 683.*n.*4.*p.*1.*diuerſ.*

Et ita reſolutum vtraque Parte informante &c.

R.P.D.

SEntentia Rotali pronunciatum fuit, Reuerēdiſſimum D.Archimandritam nomine Eccleſiæ S. Saluatoris, reintegrandum eſſe ad poſſeſſionem tenimenti, ſeù feudi de ſalice, & hodie hanc ſententiam confirmandam eſſe Domini reſponderunt.

Validitas enim non controuertebatur, & iuſtitia ſatis innoteſcere viſa fuit exdoctè, & luculenter deductis in tribus deciſionibus in hac cauſa coram R.P.D. meo Veroſpio emanatis; Extrema quippe ſunt plenè iuſtificata, ſcilicet antiqua poſſeſſio Eccleſiæ S. Saluatoris, & recens poſſeſſio Ferrantis de Ioenijs, & eius Authorum, vt in 1. & 2. deciſione oſtenſum fuit, & exceptiones deductæ pro iiſdem Ioenijs benè fuerunt ſublatę in poſtrema deciſione R.P.D. mei Veroſpij, atque hodie iterum coram me.

Tota autem difficultas in eo poſita erat,
1 quod Eccleſia videbatur cecidiſſe à poſſeſſione facto ſuo, & ex Contractu proprio, quo caſu non intrat remedium *Can.*
2 *reintegranda 3.quaſt.1.* pro recuperanda poſſeſſione, ſibi enim debet imputare dānum ex propria culpa proueniens Ita ſcripſerunt *Ripa in c ſæpe nu.27. de reſtit. ſpoliat. Soccin. in l. rem quæ nobis n.8. ff. de acquir. poſſeſſ. Alex. conſ. 90. n.5. l.1. Surd. conſ. 49. n 2. Rota apud Caputaq. deciſ. 170 nu. 2. & deciſ. 172. nu. 6. par 3. & diu, dec. 131. n.1 & 132. n.1. part 1. & deciſ. 473. n. 2. part. 2. recent.*

Quæ concluſio cum tunc demum vera ſit, quot es factum illud eſt iuſtum, validuſq.
3 Contractus, quia ſi quis ex cauſa iniuſta, & actu nullo poſſeſſionem amittat, adhuc datur reintegratio, vt deſumitur ex text. *d. Can. reintegranda 3. q. 1.* ibi *Per quaſcūque iniuſtas cauſas res Eccleſiæ, aut ſubſtantias ſuas perdidiſſe*, & animaduertunt *Abb. in c. ad Sedem num. 28. de reſtit. ſpol. Butr. in c. ſæpè n. 12. eodem tit. Alex conſ. 200 n 1. l. 2 benè Honded. conſ. 23 n 40. & 52. l. 2 Gail. obſeru. 75. n. 19 l. 2. D. Caluan. cons 19. n. 6. Surd. conſ. 28. n. 58.* qui monet
4 perpendendam eſſe iuſtitiam deiectionis è poſſeſſione actoris, non autem iuſtitiam aut vitium poſſeſſionis Rei, quod etiam obſeruat *Peregr. in c. conſultationibus nu. 13 verſ. & aduertatur de off. deleg.* Eccleſia enim, & minores quibus eſt interdicta alienatio bonorum niſi præceſſerit cauſa legitima, cum non poſſint, nec animo ſuam dimittere poſſeſſionem, hinc ſequitur, quod ex Contractu iniuſto, & nulliter inito Eccleſia, & minor nec etiam
5 cadunt à ſua poſſeſſione, & illā non transferunt in contrahentem, licet ſecus ſit in alijs ideoq; nomine Eccleſiæ nedùm
6 peti poteſt reintegratio ad rem alienatā, vel ex condictione legis, vel ex Canon. reintegranda, vel ex officio Iudicis, vt magiſtraliter docuit *Bart. in l. 1. §. fi. vir. vxori n. 3. & ibidem* Crot. *n. 20 ff. de acquir poſſeſſ. Socc. in l rem quæ n. 9 ff. eodem Menoch. de recuper. remed. 17. n. 15. Honded. d. conſ. 23 n. 56 l. 2. Mareſc. var. reſ. l. 2. in. c. 25. n. 24. Rot. apud Caputaq deciſ. 170. n. 3. & seqq. & 182. n. 7 par. 3. & fuit dictum in Neapolitan. ſpolij 3. Iunij 1601. coram bon. mem. Card. Lancellotto impreſſ. apud Marches. de commiſſ part 1. fol. 103.* Sed
7 etiam ratione poſſeſſionis ſemper permanentis penes Eccleſiam, cui ex facto Rectoris præiudicari non poteſt, competit Interdictum retinendæ poſſeſſionis, tàm Prælato ſucceſſori, quam etiam ipſi
8 alienanti agenti tamen nomine Eccleſiæ *c. litteræ, & ibi Abb. n. 3. de dilat. Rot. apud Caputaq. deciſ. 182. nu. 9. par. 3. & coram Cardin. Seraphin. decis. 1417. n. 3. notantq. Add. ad S. me. Greg. XV decis. 116. n. 5. & in Aquilana bonorum 17. Iunij 1624. coram bo. me. Romboldo apud modern. Peruſ. in tractat. de manut. decis. 11. n. 2. Et fuit latè deductum in* Colimbrion. *Præſtimoniorum 10. Decembris 1631. & 18. Iunij 1632. coram R.P.D meo Dunozzetto, & 27. Iunij 1633. coram Reuerendiſſimo D. meo Decano.*

Propterea Ioenij pro fulcienda iuſtitia Contractus, quo ipſi nituntur, & ex quo Eccleſiam S. Saluatoris deiectā fuiſſe è poſſeſſione contendunt. Itaut non ſit reintegranda, deducebant in diſputationibus habitis in priori inſtantia titulum præſumptum, hodie autem coram me titulum etiam expreſſum addiderunt.

Præſumptus titulus deſumebatur ex curſu temporis, quo ab anno 1552. vſq; in præſens, Eccleſiæ S. Saluatoris per Ioenios aſſeruntur factæ ſolutiones vnciarum 80. monetæ, quolibet anno, ratione feudi, de quo agitur per eos poſſeſſi, ex quo temporis lapſu videbatur inducta prę ſcriptio
9 iuſti tituli ēphiteotici, ſeù feudalis, hincq; etiam reſultare præſumptionem, quod interuenerit beneplacitum apoſtol. atque aliæ ſolemnitates, necnon vtilitas Contractus in fauorem Eccleſiæ *Iuxt. gloſ. in c. peruenit de empt. & vend. Alex. cons. 7. nu. 8. l. 4. Felyn. in c. Illud nu. 6. de teſt. & pluries dixit Rot apud Cardin. Seraphin. deciſ.*

cis.1125.n.3.& deciſ.1174.n.3.& diu.de-
ciſ.221.n.3.par.4.& in rec.deciſ.684 n.1.
& 2.& in Mediolanen.reſciſſionis permu
tat.10.Ianuarij 1597.coram bo.me.Card.
Pamphilio apud Marcheſ.de commiſ.par.
1.fol.113.n. 3. et 4. Adeout is, qui detinet
rem Eccleſiæ releuetur ab onere proban
10 di vtilitatem Contractus,& ipſi Eccleſię
contrarium dicenti incumbat iuſtificare
damnum,& nullitatem alienationis plenè
& concludentur, vt ſcripſit *Bald.in cap.1.*
sub n.7.de his,qui feud. dar.poſſ.Abb.conſ.
41.ſub n.2.par.1.Paris.cons.24.n.5.lib.4.
Menoch.cons.114 n.7 et 14. et dixit Rota
diuers.dec.78.n.3.par.2.et decis.221.n.1.et
2.par.4.et in recent.decis.201.n.5. par.1.
ac decis.684 n 2.par.2. et poſt Cinc. de
Cens.decis.30 n.4.

Expreſſus verò titulus modo exhibitus, eſt
Inſtrumentum conceſſionis iſtius teni-
menti, factæ ab Eccleſia, Iure emphiteoti-
co Spataforis, ex quo apparet, quod à
Paulo Tertio conceſſa fuit *Prælato* facul
tas alienandi hoc feudum, quatenus in eui
dentem vtilitatem Eccleſiæ reſultaret alie
natio, ſuper quo cum cognouiſſent Iudi-
11 ces delegati, & pronunciaſſent conſtare
de vtilitate, deuentum fuit ad alienationē,
pro qua idcirco ſtat Iuris præſumptio
Soccin.Sen.cons 15.n.27.lib.1.Capic. decis.
16.num.4.Rot. apud. Card. Seraph. decis.
1174.num.2 et diu.decis 22.num.4.par.4.
et in rec.dec.625.numer.5.part.1.et decis.
684 num.1.part.2.

Verum Domini cenſuerunt neutrum ex prę
dictis titulis ſuffragari Ioenijs contra Ec-
cleſiam Sancti Saluatoris.

Non quidem prodeſſe poteſt primus, nempe
titulus præſumptus, quia vltra quod aſſer
tæ ſolutiones patiuntur plures defectus,
vt in deciſione vltima R.P.D. mei Vero-
ſpii, lapſus temporis annorum 40. qui eſt
neceſſarius in præſcriptione contra Eccle
ſiam *capitul de quarta de præscr. cum*
vulg. Imò neque triginta annorum eſt in-
teger,& completus, prout requiritur. Vi-
uente enim Prælato alienante non curre-
13 bat pręſcriptio, quia quemadmodum ipſe
fuit in colpa,& dolo, dum enormiter læſit
ſuam Eccleſiam per iniuſtam alienationē
Ita etiam ſuſpicari licet de eodem, vt po-
tius ſuum Contractum, quam ſuam Eccle
ſiam tueri voluerit,& labi tempus permi
ſerit iacturamq; bonorum Chriſti ſocor-
diter ſuſtinuerit ſancitum fuit in Concilio
Toletano 9. relato per Gratianum *in cap.*
ſi Sacerdotes 16. *quæſtion.* 3. & reſcripſit
Gelaſius Papa Epiſcopis Dardaniæ, vt in
capitul.poſt.quingentos 16 d.quæſtion.3. &
tradunt *Innoc.in capit tam ex litteris n.1.*
et ibidem Abb.num. 10. de reſt.in integr.
Felin.in capitul.1 num.10.de præscr. Gui-
dop.decis. 150.et 161.num.2. late Coſta de
facti scientia.et ignor.diſt.78.num. 3. et
seqq.et diſt 80.num.66. vbi poſt Bald. ait
14 quod ſubducitur tempus vitæ Prælati illi
citè alienantis, quia is non videtur Præla
tus,& legitimus defenſor, quoad illā rem,
15 & cum dereliquerit ſuam Eccleſiam, cen
ſetur illa vacare toto tempore vitę huiuſ-
modi Prælati, *et dixit Rota coram Reuerē-*
diſſimo D.meo Decano decis.445.num.8.et
in Lucana bonorum 9.Decembris 1609 co
ram Eminentiſſimo D. Cardin. Pamphi-
lio.

Quod eo magis amplectendum videtur in
caſu præſenti quia contra alienantē mul-
ta deducunt informantes, vt in ſummario
num.8. Iuncto etiam quod feudum aliena
uit in patrem Vnde inſurgit maior frau-
16 dis,& doli ſuſpicio cum ſemper Contra-
ctus Prælati de bonis Eccleſię cum Con-
ſanguineis ſint ſuſpecti, *vt ait Greg. VII.*
in capitul.perueni: 1.quæſt 3. & ibi gloſſ.
in verb.grauius Bart.in auth. quibuscūq;
num.4.de Sacro S.Eccles. Abb.cons. 41. n.
1. vers. secundus defectus par. 1. Barbat.
cons.17.n.4.lib 4.Rota apud Cas.de Grass.
decis.4.num.24.de reb, Eccles.non alien.et
decis.181.num.5.et decis 720.n.1.part. 1.
ac decis.65.n.18.part.2.diu.et coram Car-
din.Seraphino decis.1125.n.6.apud Cinc.
de Cens.decis.36.n. 11. et in recen. decis.
430.n.7 part.2. et coram Put. qui refert
Conſtitutiones Pontificum prohibentes
alienationes in Conſanguineos *decis.2. l.*
1.& in Nucerina prædij 3.Martij 1614.
et 7.Febr.1620.coram bo.me.Card.Sacra
to,et in eadem 29.Maij.1624.coram me.
Vnde cum ſolutiones incæperint de an-
no 1552. Prælatus verò diem clauſerit
extremum de anno 1554. & lis fuerit in-
choata de anno 1580 vtique lapſi dumta
xat fuerunt anni 26.& ſic 14. deficiunt ad
complendam præſcriptionem 40. annorū
Duo autem, in omnem euentum deficiūt
anni, ad complendum tempus 30. anno-
17 rum, quod requiritur ad inducendam prę
ſumptionem beneplaciti Apoſtolici *Rot.*
deciſ.160.num.6.par.2.et diu.coram Reue
rendiſſimo D meo Decano deciſ.362.num.
6.et in recent.deciſ.568 num 5.in fin.par.
4.et in Valentina Baronia 4. Iulij 1603.
coram Ortemb.

Nec amplius eſſe ambigendum viſum fuit
quin verè de anno 1580. fuerit inchoata
lis,

lis,quia ipſemet emptor, ſiue illius hære-
des commiſſionem impetrarunt vna cum
inhibitione,quæ quando etiam non fuiſſet
executa, & ad notitiam prælati non per-
ueniſſet, adhuc tamen ſecundum opinio-
18 nem Rotę dicitur inducta lis ad effectũ
interrumpendi pręſcriptionem reſpectu
illius,qui procurauit committi cauſam, &
Inhibitionem obtinuit,quidquid ſit reſpe
ctu citandi. Ita dixit *Rot. apud Caſſad.de-
ciſ.6. n. 3.et 4.et n.14. ſuper reg. Cancell.
Put.decis.385.numer.2.libr.3. in Correct.
Mhed.deciſ.5.nu. 1.de cauſ poss. & propr.*
vbi quod hoc eſt ſecundum practicam,
Rota ſeruat *Creſcen.deciſ.* 12. *eodem tit.
Rot.deciſ.4.num.2.vt lit.pend. in antiq.* &
tradunt *Gomes ſuper reg.de trienn.q.* 56.
num. 4. vbi plures alias deciſiones refert
*Menoch.de arbitr.Iud.caſ.*202.*nu.*8.*Gra-
tian.diſc.forenſ.cap.*66.*num* 27.*et* 28. qui
teſtatur de veriori opinione contra Pa-
riſ.*Lancell de attent.par.2.cap.4.nu.35.&
ſeqq.vbi n.*41. firmat ſatis eſſe Commiſ-
ſionem fuiſſe obtentã per Procuratorem.
19 Poſſeſſor enim committens cauſam ſu-
per iactationibus factis indicat ſe dubi-
tare de iuribus ſuæ poſſeſſionis, & quod
animus eius fluctuat circa titulum quo
poſſidet,cum exiſtimatione mentis,quod
20 nõ ſit iuſtus,qui quidem timor vulnerat
illius conſcientiam,& excitat ad perqui-
rendum ſuper iuſtitia contractus antece-
dentis.& ſic non poteſt dici, quod tran-
quillè poſſideat,& quod ſit in bona fide,
21 quæ vbicumque deficit,& ex ſollicitudi-
ne conſcientiæ,quod res ſit aliena,vel in
iuſte poſſeſſa,mala inſurgit fides,quocũ-
quemodo illa ſuperueniat,& ex quocum
que actu apto illam inducere,ſemper de
Iure Canonico interrumpitur præſcrip-
tio *arg.capitul final.de præſcrip. et tradit
Bald.in l 2.n.7.C.de ſeruit.et aqu. Rimin.
iun.conſ.*205.*n.*26.*Put.deciſ.*385.*n.*1.*par.*
3.*Barboſ.in l.ſicut n.*275.*C. de praeſcript.*
Sufficitq. hanc malam fidem colligi ex
23 præſumptionibus,& coniecturis,cum il
la in animo conſiſtat, *Abb.cons.* 19.*nu.* 2.
verſ.nam mala fides lib.2.Ruin.cons. 170.
in fin.lib.1.Vasq.Illuſtr.quaeſt.cap. 73.*n.*
18.*Barbos.in rubr.C.de praescr.n.* 252.*et*
337.
Hic autem amplius habemus expreſſam
confeſſionem rei conuẽti in commiſſio-
ne ſubrogatoria,quod citatio cum inhibi
tione fuit executa, & quod lis fuerat in-
troducta in Rota. quæ confeſſio plenè
24 probat contra confitentem,& habentes
cauſam ab eo, vt in ſpecie de confeſſione
ſimili facta in Commiſsione *eſt Creſcen.
deciſ.2.de Iud.* Ipſeq. reus vſus eſt tali
Commiſsione illam producendo; Et ideò
25 cenſetur eandem irreuocabiliter appro-
baſse, & in ea contenta *Rota deciſ.* 419.
n. 7. par. 1. recent.
Ex quibus etiam tollitur, quod dicebatur
Commiſsionem ſuper iactationibus, &
ex remedio *l.diffamar i C.de ingen.& ma
num.* non inducere litem ad effectum in-
terrumpendi præſcriptionem iux. opinio
nem *Felin.in cap. illud nu.*10. *de praeſcr.*
Felinus enim verè hoc non dicit, vt ob-
ſeruat *Caſſad.dec.6.n.*14.*ſuper reg.*& qua
tenus diceret reprobatur hæc ſententia
per *Claud de Seyſell.in l. naturaliter nu.*
35.*verſ.tamen contrarium ff.de vſucap.*&
*Caſſad.d.deciſ.6.n.*14. *ſuper reg.* eſt enim
28 lis vera, quæ intentatur ex *d.l.diffama-
ri,* quia concurrunt requiſita nẽpe actor,
reus & Iudex, & diffamatus licet ſit a-
ctor in probandis iactationibus tamen
30 reuera eſt reus vt voluit *Bald. in l.diffa-
mari n.8.C.de ingen.& manumiſs.& ibi-
dem Cagnol.n.9. Couar.var.reſol.lib.* 1.*c.*
18.*n.*4.*Gratian.diſc.* 85.*n.*1. Dumq. impe
trat huiuſmodi Commiſsionem ſibi ipſi
videtur mouere litem, ſeque laceſsere
ad proferendam in Iuditio qualitatem ſui
tituli, vt per *Gomeſ.ſuper reg.de trienn.q.*
56.*n.*6.*quaeſt.*61.*n.*19.*et* 20. de qua lite
cum ſit certus tamquam ſibimetipſi mo-
ta,non eſt opus, vt ex aliis actibus am-
31 pliùs certioretur *iux. tradita per Lan.
cell.de attent.par.2.cap.4 in praefat. n.*40.
Sed ex abũdanti quatenus Commiſsio hæc
non inſeruiret pro lite inſeruit tamen ad
inducendam confeſsionem Ioenii, quod
Archimandrita ſucceſsor iactabat, & ex-
traiudicialiter profitebatur ſe auocaturũ
bona ab Annibale perperã alienata, quæ
32 quidem extraiudiciales interpellationes
ac moleſtiæ ſufficiunt ad impediendam
præſcriptionem ſaltem de Iure Canoni-
co, *iuxta tradita per Butr. in cap.grauis
n.11.in fin.de reſt.ſpol.Abb.in cap. vt de-
bitus n.*11.*de appell.Dec.cons.*272.*sub nu.*
11.*Rota coram Reuerendiſſ.D.meo Deca-
no decis.*362 *n.*2.*et decis.*171.*n.*6:
33 Hoc enim iure attento requiritur omni
nò bona fides, tàm ad inchoandam, quã
ad continuandam, & perficiendam præ-
ſcriptionem, vt conſtat ex *Canon.Concil.
Lateran.ſub Innoc.III.relato in c.fin.de
praeſcr.et ex regula poſſeſſor.de reg.iur. in
6.Honded.cons.*82.*nu.*39. *lib.* 1. *Gratian.*
34 *diſc.for.cap.*403.*n.*14.*et* 23.vbi quod ſuf-
ficit ceſsare bonam fidem per minimum
tem-

Digitized by Google

temporis ſpatium. *Molin de iuſt.& iur.
diſp 63.per totam.Rota dec.164.n.3.par.2.
recent.* quæ fides in poſſeſſoribus hic mul
tum labefacta videtur ex iiſdem actis ge-
ſtis à Ioenijs.

Nec ſuffragatur motiuum quod poſtquam
commiſſa fuit hæc cauſa de anno 1580.
bo.me.Cardinali Scipioni Lancellotto ni
hil deinde amplius geſtum fuerit, & ideò
per ſpatium 30.annorum dato etiã, quod
35 fuerit inducta lis, dicatur poſtea extin-
cta.*Card Seraph dec.1027.n.14.& 1085.
n.6.& coram Put.deciſ.516. lib.2. & diu.
dec.110.lib.2 par.3.* Poterat enim is qui
36 mouit litem tacite renunciare liti, & ex
acquieſcentia per tantum tempus reſul-
tat renunciatio ex ſupradictis.

Quoniam ex confeſſionibus eorundem de
Ioenijs apparet, quod non habuerunt in
animo renunciare liti,cum pluries oppo-
ſuerint de hac pendentia litis,& proteſta-
tiones fecerint in Monarchia Siciliæ, vbi
etiam enunciarunt Commiſſionem, &
inhibitionem, ac profeſſi ſunt pendere
37 cauſam,qui quidem actus etiam geſti co-
ram Iudice incompetente declarant vo-
luntatem,& animum agentium, ex *Bart.
in l.gerit.n.18.ff de acquir.hær.Pariſ.cõſ.
7.num 27 lib.3.Rota coram ſan.me.Greg.
XV.dec 287.n.10.& dec.476.n.3.*& inter
rumpunt etiam præſcriptionem non ob-
38 ſtante incompetentia Iudicis non quidẽ
virtute rei iudicialis, ſed propter ma-
lam fidem,quæ exinde colligitur. Ita do-
cuerunt *Abb in c.vt debitus nu.10.de ap-
pell & in c.illud n.24.vbi etiam Felyn.nu.
27.de præſcrip.Idem Abb.conſ.19. nu.2.p.
2.Dec.in cap.at ſi Clerici n.110.de Iud.Ge
min.conſ.78.n.3.Rip.in rubr.de cauſ. poſſ.
& propr.n.39.Caball.conſ.89. n 18. lib.2.
D.Facchin.controu.iur.lib.11.c.71. verſ.
ſexto adducitur, & dixit Rot. coram Put.
dec. 385. lib. 3. & coram Reuerendiſs. D.
meo Decano dec.172.nu.6.& deciſ.632.n.
1. & in Conchen. Parochialis 14. Iunii
1600. coram Penia.* & his etiam accedũt
aliæ reſponſiones datæ in vltima deciſ.
R.P.D.mei Veroſpii, quæ, & adhuc Do-
minis placuerunt.

At hodie quoad hunc titulum præſumptum
ceſſare omnem difficultatem DD. exiſti-
mabant,cum Ioenii produxerint titulum
expreſſum,qui cum inſufficiens ſit, ac vi-
tioſus,vt infra oſtendetur ceſſat præſum-
39 ptio alterius tituli ſufficientis, & quæli-
bet alia præſumptio ex lapſu temporis de
ducta,vt dixit *Rota in deciſ.208.num.7.in
fin.par. 4.recent.& coram bon. memor.
Card.Caual.dec 613.num.2.& in Valen-
tina Baroniæ 4.Iulij 1603. coram Ortẽ.
bergo, & in Placentina Decimarum 28.
Maij 1629.coram Reuerendiſſ.Vrgellen.*

Titulus verò poſitiuus, quem modo coram
me produxerunt Ioenii,nempe inſtrumẽ-
tum alienationis factæ in Spataſoram, à
quo ipſi cauſam habent,minus ſuffragari
videtur quoniam peccat in pluribus.

Beneplacitum enim Apoſtolicum non fuit
legitimè executum.

Iniuſta fuit confirmatio Iudicum commiſ-
ſariorum.

Et eidem beneplacitum eſt ſubreptitium, &
obreptitium.

Falſaq. eſt cauſa in inſtrumento alienatio-
nis inſerta,& ſic titulus eſt omninò iniu-
40 ſtus,adeout nedum non ſuffragetur ad ex
cludendum remedium *Can.reintegranda.
3.q* 1.vtſupra in prin.deciſ.fuit probatum
ſed nec illius exceptio videretur admit-
tenda,dum non eſt vndequaque patens,
41 & clara,itaut nihil poſſit opponi,iuxta
trad.per *Gabr.conſ.51.n.17.in fin. lib. 1.
Rot.dec.741.n.4.& 734 n.5.par.2. recen.*
prout non eſſe talem apparet exceptionẽ
42 propoſiti tituli,quia nullus eſt,& irrele-
uant, dum non fuit ſeruata forma littera-
rum Apoſtolicarum,ſi in euidentem,*c.di-
lecta de reſcript. Abb.conſ.41. in princ. p.
1.Card.Seraph dec.337.n.6.& dec.1195.
n.2.& in rec.dec.614.n 2 p.1.& dec.676.
n.5.p.2.& in Romana Domus 10.Aprilis
1630.coram Reuerendiſſ.Vrgellen.*

Nec rectè fuit executum beneplacitum Apo
ſtolicum,quia Paulus 3. commiſit execu-
toribus,vt perquirerent ſuper vtilitate hu
iuſmodi contractus, & nullus proceſſus
fuit fabricatus,nec impleta iniuncta per-
quiſitio; vndè ſententia Iudicum commiſ
43 ſariorum tanquam ex actis,non iuſtifica
ta,& ſine neceſſarijs probationibus pro-
lata,non eſt attendenda,vt dixit *Rot.in
dec.160.n.7.p 2.diu.& dec.624.n.4.p.2.re
cent.& cor.b.m.Card.Caual.dec.215.n 4.
& in d.Romana domus 19.Apr.1630.cor.
Reu.D.Vrgell.*& ſuper vtilitate exigita
44 in alienatione bonorum eccl. non ſtatur
aſſertioni partium,nec executorum, dum
iudicialiter procedere tenebantur, iuxta
*Bellam.dec.677.Rot.dec.752.nu.3.p.1. &
dec.209 n.3.ac dec 597.n.2.p.4 di.*& poſt
*Cin.de cenſ.dec.27.n.3 dec.36.n.3.et 9. ac
dec.37.n.6.et* 7.& poſt *Moderu.de manut.
45 dec.11.n.5.* ſed de ea conſtare debet per
plenas,& legitimas probationes; præuia
cauſæ cognitione, & diſcuſſione iudicia-
ria,vt latè firmatũt in d.*dec.36.et 37.poſt
Cinc.*

Cine.de cenſ & in aliis praallegatis,adeo
ut Teſtea in ſummario Iudicio examina-
tis ad probandam euidentem vtilitatem
Eccleſiæ in controuerſiam deductam.nõ
ſufficiant,vt cenſuit *Rot.in dec.463.nu.1.
par.1.diu.ac dec.210.num.2.par.4.*
Et quamuis attenta clauſula, conſcientias
47 veſtras oneramus quandoque poſsint
Iudicea Cõmiſſarii ſe extraiudicialiter in
formare ex traditis *per Lap.alleg.15. nu.
8.Bald.in l.1 n.11.C.ſi per plures &c. &*
48 *conſ.298.n.7.lib.1.* vbi tamẽ monet cõ-
ſcientiam debere proficiſci non dè capite
tantùm Iudicia ſed ex utero legia in ea
figendo pedea *Menoch. de arb.Iud.lib.1.
quaſt.17.n.14.Lancel.de attent.par.2.cap.
12.limit.10.n.8.*
Tamen hic adſunt etiam aliæ clauſulæ nem-
pe clauſula ſer. ſer. quæ æquipollet clau-
49 ſulæ, vocatis vocãdis,& imponit onus
aſſumendi partes Iudicia, & conficiendi
publica documenta, itaut non ſufficiat
extraiudicialis informatio, prout in ter-
minis huius clauſulę ſeruatis ſeruandis
dixit *Rot.dec.209.n.3.par.4 diu.et in dec.
11.n.5.poſt modern. Peruſ.de manut.*
50 Necnon etiam clauſula ſi vobis conſti-
terit, quę pariter tribuit cauſę cognitio-
nem, & legitimas probationes,ac Iudicia-
lem proceſſum exigit *Abb.in c.conquerẽ-
te n.9.de reſtit.ſpol.Card.Seraph.dec 601.
n.3.Rot.d.dec.36.n.6.& dec.36.n 6.& dec.
37.n.5.poſt Cin de Cenſ.ac dec.11.n.5.poſt
modern. Peruſ.de manut.*
51 Ex quibus clauſulis ſatis modificatur
clauſula conſcientias veſtras oneramus,
quaſi dixerit Papa, iudicialiter proceda-
tis, & vti Iudicum conſcientias veſtras
oneramus, regulando veſtrum iuditium
cum legitimis probationibus, vt benè
admonuerunt *Alex.conſ.218.nu.1. lib.2.
Iaſ.in l.certum nu.19.C.unde legit.Ioan.
Bapt.Aſin.in prax.§.7.cap.5.limit. 6.n.5.*
Iniuſta quoque, & irrita apparet confirma-
tio facta per Iudicea prędictos Commiſ-
ſarios, quia nedum deficit legitima pro-
batio circa euidentem vtilitatem illius
Contractus ſuper qua potiſſimum conſi-
52 ſtit validitas Contractuum Eccleſię, &
debet eſſe certa, atque indubitata, itaut
dubia vtilitas nec ſuffragetur *Abb.in c.ad
aures n.4.de reb.Eccleſ.nõ alien.Honded.
conſ.37.n.9.lib.2.Rot apud Caſ.de Graſſ.
in recen.dec.544 n.1.par.1.et dec.730.n.3.
p.2 & poſt moder.Peruſ.de manut.dec.11.
n.8.* ſed potius cõſtat de damno Eccleſiæ
nam ex pluribus locationis deprehendi-
tur, quod paſsim hoc tenimentum loca-
batur pro vnciis monetæ 100. & 120.&
tamen dum fuit perpetuo alienatum ſo-
lum fuerunt aſsignata vnciæ 80 monetę,
& ſic patens eſt damnum in vnciis 20.&
53 40.monetæ, quæ locationes licet per ſe
ſolæ regulariter non probent verum va-
lorem, tamen ad dignoſcendam vtilitatẽ,
vel damnum cõtractus Eccleſiæ bene de-
54 ſeruiunt, cum homines non ſoleant eſſe
fatui in conducenda re pluris, quam va-
leat, & ſine ſpe certi lucri, vt in his ter-
minis dixit *Rot.dec.65.nu.16.& ſeqq.p.2.
diu.& in Anconitana bonorum 2.Martii
1588.coram Platto,& in Romana domus
19.Aprilis 1630. coram Reuerendiſſ. Vr-
gellen.* Diciturq.Contractus nõ vtilis Ec-
cleſiæ ſed damnoſus quotieſcumq; non
plus illi datur,quam ſolita percipere *Dec.
conſ.142.n.5.Redoan de reb.Eccleſ.nõ alie.
rubr.de cauſ.cognit.n.171.& dixit Rot.in
praalleg.Romana Domus coram Reueren-
diſs.Vrgellen.*
Augeturq.hoc damnum, attento quod in
prædictis locationibus nõ transferebatur
iuriſdictio in conductores, quæ tamen
translata fuit in hac perpetua alienatio-
ne, quod eſt multi momenti, quia bona
56 allodialia æſtimantur in reddito quin-
que pro centenario,iuriſdictionalia verò
57 ad rationem duorum cum dimidio circi-
ter, vt cenſuit *Rot.apud Card.Seraph.dec.
1030.n.3.& in Viterbien.Caſtrorum 11.
Maii 1612.coram bo.me.Card.Sacrato*,&
58 ſic videmus paſsim, quod pro calculan-
do legitimo pretio, ac valore bonorum
iuriſdictionalium, non attenditur fructus
ille pecuniarius ſolum, ſed conſideratur
iuriſdictio, & præheminentiam domina-
tionis.
Non fuit etiam legitime executa prædicta
confirmatio,& ſententia Iudicum Com-
miſsariorum, quia in venditione conceſ-
ſa fuit Scipioni emptori facultas francan-
di quæ tamen non aderat in ſententia, &
hęc quoq; damnum adauget, quia huiuſ-
modi facultas æſtimatur tamquam pars
prętii *Pariſ.con.65.n.15.lib.1.Neuiz.cõſ.
91.n.7.* & diminuit valorum ſaltem in 6.
parte, *vt fuit reſolutum, coram Card.Se-
raph.deciſ.1063.num. 5.& 6.& in recent.
dec.563.num.5.part.2.*
Obreptio pariter,& ſubreptio vitiat bene-
60 placitũ Apoſtolicũ, quia Papæ non fuit
narratũ extitiſſe oblatorẽ pinguiorẽ con-
ditionẽ pro Eccleſia præſtantẽ, quod ſi
ſciuiſſet, vel facultatẽ prędictã nõ cõceſ-
ſiſſet vel difficilius cõceſſiſſet,et ideo ſub
reptionẽ inducit,maxime attendendã dũ
eſt cir-

eſt circa vtilitatem, vel damnum Eccle-
ſiæ vt dixit *Rot apud Card. Seraph. deciſ.*
508 n.9.& 10.et deciſ. 1174.n.7.& in
dec 160 n.3.par.1.diu. Immo Papæ fuit
narratum, quod nemo alius comparue-
rat, qui meliorem offerret conditionem,
quod falſum erat, Vnde expreſſior ori-
tur nullitas Contractus, & in Prælato
62 dolus negari non poteſt dum prætermi-
ſit contractum Eccleſiæ vtiliorem, & ſã-
guinis illecebris allectus meliorem con-
ditionem ab alio oblatam reſpuit, & Pa
tri in damnum Eccleſiæ alienationem
63 fecit immemor officii, quod gerit Tutoris
ſeruum Eccleſiæ *c ſine exceptione 12. q. 2.*
ibi vt meliora proſpiciat, & ibi eligat,
quod non ſit dubium profuturum, *& poſt*
gloſſ. in c. quicumq. 12 q.3.& ibidem Ar
chid Card Turrecrem. & alios ſcite ex-
plicat *Pater Comitul. respons. moral. lib.*
3.q.19 n.7 per tot. Rot. deciſ. 360. num.5.
par. 1. diu.

Hic autem nedum maior oblator præ eſ-
ferat, ſed imò abſolutus emanauerat vẽ-
ditionis Contractus. quia idem Annibal.
Archimandrita die 8. Martii 1545. hæc
eadem bona vẽdiderat Franciſco Mariæ
patruo, cui Patruus in inſtrumento pro
miſerat retrouendere Eccleſiæ hæc bona
reſtitutis pecuniis, quod pactum de re-
trouendendo in fauorem Eccleſiæ auge-
bat prætium, & meliorem faciebat ipſius
concedentis conditionem pro rata ſextæ
partis valoris quemadmodũ aliud adie-
ctum in fauorem Scipionis diminuit pro
eadem rata iuxta præallegatas deciſio-
nes, & ſic in duplum hinc augetur detri
mentum Eccleſiæ; In contractu inito cũ
Franciſco Maria Prelatus reſeruauerat
ſibi ſuperioritatem, & iuriſdictionem in
Vaſſallos. In hac verò conceſſione facta
Scipioni Patri totam à ſe abdicauit, &
in eundem Patrem tranſtulit, pactumq;
affrancandi appoſitum in fauorem Eccle
ſiæ fuit retortum in eiuſdem Eccleſię
damnum, & ſtipulatum in fauorem pa-
tris; Conceſſio facta Franciſco Mariæ
erat pro vnciis 80. auri, & aliis mille
iure gallicarum erogandis pro fabrica
Eccleſię cum pacto expediendi benepla-
citum ſumptibus eiuſdem; Conceſſio
verò facta patri eſt pro vnciis 80. mone-
tæ. & mille ſimilibus Iure gallicarũ quę
ferè omnes erogatę fuerunt in extinctio-
nem æris alieni particularis ipſius Præ-
lati, non autem in benefitium Eccleſię
nempe pro bullis, pro collectis, & pro
penſione debita Cardinali à Valle, qua-
rum impenſarum onus ſpectabat ad Prę-
latum non autem ad Eccleſiam, prout
de expenſa bullarum tradit *Franch. in c.*
cupientes §. cum autem elect. in 6 Bour.
dec. 134. n.7 ante fin. De collectis ſcripſit
Gratz. de expens et melior. c.11. n.47. et 56
ac 58. et c.12. n 62. Ac de ſolutione pen-
ſionis eſt deciſ. *Cas. de Grat. 12 n 11. de*
prabenat Card. Seraph dec. 66. n. 3. Imò
ſolutio pro collectis nec etiam iuſtifica-
tur, cum prætenſę partię pro hac proba
tione exhibitę plures exceptiones patian-
tur ita ut vndequaq; perniciosiſſima Ec-
cleſię detegatur hęc alienatio.

Neq; dicatur Contractum illum cum Fran-
ciſco Maria non habuiſſe effectum, quia
id culpa Prælati accidit, licet enim bene-
placitum Apoſtolicum ſuper primo Cõ-
tractu non fuiſset obtentum, adhuc ta-
men in fauorem Eccleſiæ ſuſtinebatur cõ
tractus pro cuius obſeruantia, & pro im
petratione beneplaciti illius expenſis po
terat Prælatus cogere, vt in inſtrumen-
to legitur. vbi etiam eſt pactum, quo
data fuit facultas Prælato, vt ſuis expen-
ſis obtineret beneplacitum, & deinde
expẽſas repeteret à contrahente, & hu-
65 iuſmodi Contractus claudicant fauore
Eccleſiæ, & ſolemnitatum defectus ſolũ
ab ea opponi poſſunt *Rot. apud Card.*
Mant. dec. 201. n.1. et in recen dec. 34 n.
5. par. 1 ac dec. 285. n.3. par.2. et apud
Cave de Cent. dec. 264. n 2. ac dec. 265. n 2.

Ex quibus etiam ſublatum remanet obie-
ctum pro loenis, nempe quod cum in
66 alienationibus perpetuis, & conceſſio-
nibus in emphiteuſim detrahatur ſexta
pars valoris fructuum, quæ non dedu-
tur ex locationibus temporalibus, *auth.*
perpetua, et ibi Bart n.4 C. de Sacr. S. Ec.
et Card. Seraph. dec. 1073. n.6 Vtiq. ſi
huic ſextæ parti addantur vnciæ millæ ſo-
lutæ per Scipionem Iure Gallicarum nec
non prætium lignorum, cannarũ et Mer-
tillæ, ex his omnibus inſimul coacerna-
tis, reſultet valor æquans vel ſuperãs va-
lorem vnciarum 100. & 120. expreſſum
in locationibus, & ſic adſit vtilitas.

Quoniam prædicta non poſſunt reſarcire
iacturam prouenientem ex qualitate bo-
norum iuriſdictionalium, quæ in medie-
tate conſiſtit, cum iuriſdictionalia, vt di
67 ctum fuit æſtimentur ad rationem duo-
rum tantum cum dimidio pro centenario
68 allodialia vero ad rationem quinq; pro
centenario; Inſuper mille vncias appa-
ret ex ſupradictis vel non fuiſse ſolutas,
vel erogatas in extinctionem debitorum

Digitized by Google

Prælati, nempè penſionis, collectarum,
& expeditionis Bullarum non autem in
vtilitatem Eccleſiæ. Cannarum autem
& lignorum pretium præſupponitur non
aſcendere ad valorem vnius vnciæ, &
demum ponderando tot pacta præiudi-
cialia Eccleſiæ inſerta in inſtrumento cō-
ceſsionis factæ Scipioni Patri, & omiſ-
ſionem aliarum pactionum vtilium eidē
Eccleſiæ, quæ poſitę fuerant in conceſ-
ſione ſacta Franciſco Maria, vt ſuperius
fuit deductum apparet damnum Eccleſię
plurimum pręponderare dictæ ſextæ par-
ti, valori vnciarum mille, & prætio li-
gnorum, ac aliis ſupra expreſsis, & cer-
tum eſt, quod huiuſmodi pacta, & one-
69 ra conſiderantur tamquam pars pretii
contractus, & valorem rei augent vel
minuunt *l. fundi partem, vbi gloſſ. verb.
vendidiſti ff. de contrah. empt. Tiraquell.
de retract. Conuent. in præfat. n. 21. Me-
noch. conſ.* 1174. *n.* 40. *Surd. conſ.* 451. *n.*
35. *&* 36. *cum aliis per Giurb. ad conſuet.
Meſſanen. c.* 6 *gloſ.* 12. *n.* 29.

Non obſtat, quod ſtante productione be-
neplaciti apoſtolici, & ſententia Iudicum
70 commiſſariorum, & ſic interuentu ſo-
lemnitatum non competat Eccleſię re-
medium Canonis *reintegranda 3. q. 1.* ſed
via ordinaria, nempè rei vindicatione
agendum ſit *Bart. in l ſi alienam n. 3. &
ibidem Caſtr. n. 3. ff. ſol. matr. Nat. conſ.*
283. *n.* 3. *cum aliis*, quoniā neque ſolem-
71 nitates fuerunt ſernatę cum deficiat cau-
ſę cognitio, ac proceſſua Iudicialis inn-
ctis aliis ſupra ponderatis, & quatenus
adeſſent ſolennitates, tamen dum euiden-
ter, & incontinenti apparet de non vti-
litate, imò de damno, non obſtante be-
neplacito apoſtolico obtento, & illius
executione Eccleſiæ contractus remanet
nullus; Duo enim copulatiuè requirun-
tur in alienatione bonorum Eccleſiæ ad
illius validitatem, ſolemnitas ſcilicet, &
73 vtilitas qua ceſſante contractus eſt ipſo
iure nullus non obſtante beneplacito, &
illius executione *Card. Seraph. deciſ.* 508.
& alias paſſim.

Maiorq. & intolerabilior eſt defectus cir-
ca vtilitatem, quàm circa ſolemnitates;
74 tota enim validitas alienationis bonorū
eccleſiæ pendet ab vtilitate, & nihil ali-
75 ud exigunt Pontifices, & præſcribuntur
ſolemnitates tamquam media ad inten-
tum vtilitatis finem aſſequendum, & ad
76 euitādas dānoſas circumuentiones eccle-
ſiarum. *Rot. apud Mant. dec.* 101. *n.* 5. *&
in recen dec.* 624. *n.* 3. *p.* 1. *& dec.* 730. *n.* 3.
p. 2. *recent.* Dum autem contractus eſt
damnoſus, & etiam nullus, ex quo defi
cit vtilitas eccleſiæ ipſa dicitur ſine iuſta
cauſa, & nulliter à poſseſsione facti ce-
cidiſse, & ſemper intrat æquiſsimum
remedium Canonis *reintegranda 3. q. 1.*
vt conſuluerunt in his terminis alienatio
nis bonorum eccleſiæ. *Bertrand. conſ.*
448. *n.* 4 *lib.* 4 *Surd. cons.* 28. *n.* 91. *et* 92. *et
cons.* 49. *n.* 17. *plenè Peregrin. in c. consul-
tationibus n.* 16. *&* 17. *de off. deleg. et dixit
Rota apud Caputaq. dec.* 181. *et* 182. *n.* 8
par. 3. *et in recens. dec.* 473. *n.* 2. *par.* 2.
Bartol. autem. in l. ſi alienam n. 3. ff ſol matr.
78 fatetur quidem dari rei vindicationem,
ſed non inde inferendū eſt denegari aliud
remedium eccleſiæ legitime competens
prout eſt ſpolium, *et Caſtr. ibidem n.* 3.
expreſſe admittit poſse agere remedio
Canonis, ſicq. daretur remedium reinte-
grationis vbi in contractu non eſsent ſer
uatæ ſolemnitates, quamuis de vtilitate
conſtaret, multò magis debet idem re-
medium cōpetere vbi conſtat de damno
79 eccleſiæ, quamuis eſsent adhibitæ ſolem
nitates, prout hoc remedium ſpolii con-
ceſsum fuit *in cauſa Aquilana bonorum*
12 *Iunij* 1624. *coram bo. me. Remboldo,
quæ eſt impress. poſt Modern. Perus. de ma
nut. dec.* 11. in qua deciſione recenſentur
ferè omnes nullitates, quæ in caſu præſē-
ti concurrunt: Quibus etiam benè con-
fert concluſio in principio deciſionis fir-
80 mata, quod in hoc iudicio id tantum eſt
attendendum, An deiectio è poſseſsione
ex iuſta, vel iniuſta cauſa proceſserit.

Nec quicquam verò releuat prætenſa ratifi-
catio contractus facta de anno 1548. per
Prælatum, qui alienauit tum quia non
eſt de actis, tum etiam quia vti ſacta ſine
81 ſolemnitatibus quæ requirebantur, pro-
ut in ipſamet alienatione nullius eſt mo-
menti, *iux. tradit. per Rotam dec.* 204. *n.* 7.
et 10. *par.* 4. *diu. et in Placentina decima-
rum* 18. *Februarij* 1630. *coram Reuerē-
diſs. Vergellen.*

Et ita vnanimiter per Dominos reſolutum
fuit ſententiam Rotalem eſse confirman-
dam.

R.P.D.

R. P. D. ROIAS

In Cauſa Meleuitana Hæreditatis.

Lunæ 17. Decembris 1646.

DIctum fuit coram me ſub die 19. Februarii præteriti eſse concedendam manutentionem, nec non immiſsionem Andreæ Vaſsallo tunc ſolum informanti in bonis q. Bartholomæi Vaſsalli Decani Eccleſiæ Meliten. eius germani fratris vigore donationis inter viuos ei factæ per dictum Bartholomeũ,ſubſequuta hæredis inſtitutione;qua deciſione hodie reuiſa (Informante etiam Camera Magiſtrali Eminentiſsimi Magni Magiſtri, quæ ſpolii prætextu poſseſsionem bonorum, de quibus agitur, d. Bartholomeo vita functo appræhendit) Domini ſteterũt in deciſis,quoad Immiſsionem; Quo verò ad manutentionem à deciſis receſſerunt.

Nam quoad Immiſsionem benè ſubſiſtunt illius fundamenta, cum verum ſit dicere præfatum Andream Vaſsallum eſse donatarium vniuerſalem bonorum d. Bartholomei fratris, quãm donationem remanſiſſe confirmatam dicebant Domini per ſucceſsionem ei delatam ex teſtamento, quibus omnibus in caſibus immiſsio fuit meritò conceſsa ex remedio, *l. fin. C. de edict. Diu. Adrian. tollen. vel ex Saluian.* dum bona extant penes tertium ob hipothecam in donatione appoſitam pro obſeruantia donationis *Menoch. de adipiſcend.remed.3.n.55.*Rota *dec.44. n.4.p. 1.diuerſ.*& *deciſ.539.numero primo part. 4.recent.& par.5. dec.578. in princip. & poſt Paeiſ. de Saluian. dec.98. numero 4.* Ad quem effectum exuberat acceptatio donationis etiam poſt mortem Bartholomei donatoris, quando medio tempore donator dominium in alium nõ trãſtulit titulo ſingulari, vt in caſu noſtro, & ratio eſt in promptu, quia per ſtipulationem Notarii donatio remanſit ab initio perfecta ex parte donatoris, & irreuocabiliter translata in Donatariũ actio pro obſeruantia donationis *Dydac. Couar. de teſta.p.3.n.13. Molin.de Primogenit.lib. 4.c.2.num.77.Iacob.Cancer.var.reſol. to. primo cap.8.de donat.numero 43. Caſtill. controuer.iur.lib.4.cap.37. n.45. & ſeqq.* vbi latè exornat, & adducit concordantes *Maſcabrun.conſ.10. num.15.& ſeqq. Surd deciſ 111. nu.5.10. & 11.Modern. Aſsiſten.deciſ.form.Eccleſ.81.nu. 25.verſ. quia reſpondetur Rota deciſ.683. n.5.par. 1.diu quicquid in contrarium dixerit Cephal.conſ.440.n.44.* dum communis opinio ſtat cõtra eum ex ſupradictis Doctoribus, ac deciſionibus ſupremorũ Tribunalium.

Nil obſtat, quod bona cõtrouerſa vtì prius ſpectantia ad Bartholomeum Decanum Eccleſiæ Meliten. cadant ſub ſpolio ad fauorem Cameræ Magiſtralis, cũ ea præſumantur acquiſita ex reddilibus Eccleſiæ, vt per *Didac. in cap.primo numero 6 cũ ſeqq.de teſtam.Surd.conſ.333. numero 41.* quia fas eſt dicere, quod agatur de bonis donatis à Clerico Beneficiato mediante donatione inter viuos, dum Bartholomeus præfatus dixit, ſe donare irreuocabiliter inter viuos, vnde talis reputetur *l. non alter de legat.3. l. Labeo de ſuppellect. legat. Bartbol.Imol.Caſtren. Alex.& Iaſo.n.in l.qua dotis ff.ſolut.matrim.Menoch.præſumpt.35.n.2.lib.3.Iaſon.conſil.5.col.penult.lib. 3.& conſ. 169. col.vltim.lib 4.Decian.conſil. 305.per tot. & 470 num 1 & 6.* nec inde intrat ſpolium, licet donatio facta legatur ab infirmo, dum ex illa infirmitate non deceſſerit *Iaſon.in l.qua dotis n.28. ff ſolut.mat. Ioann.Franc.à Ponte conſil 83. numer 5. lib.1.* etiam ſi effectus donationis fuerit collatus poſt mortem, *Bald. in l.1. C. de iur.dot.Ioan Franc à Ponte dicto cõſ.83. numero 61.& ſeqq.lib. primo Rota deciſ. 9. nu. 24.& ſeqq.par.7.recent* præſertim dum idem Bartholomeus ſibi reſeruauit certam quantitatem cauſa teſtandi, quæ reſeruatio fuiſſet ſuperflua, niſi donaſſet inter viuos, cum tunc de omnibus bonis potuiſſet diſponere *Ruin. conſil.182. nn. 17 lib.1.Bald.conſil.107.nu.2. lib.2.Soceſen.conſ.53.num.3.& ſeqq.lib.primo Panzirol.conſ.59.num.93.& 94.Menoch præſumpt.33 lib.3.Mattrill deciſ.211. num. 23.Rot.dec.9.num.2.par.7 recent.*

Quibus accedit quod donator appoſuit clauſulam, Conſtituti, & clauſulam, ad habendum, quæ alioquin eſſent ineptæ vt per *Roland.conſ. 61.n. 45.et 48. lib. 2. Surd. conſil.45 n. 26.Cirtac. controuerſ. 314.num.15.Rota deciſ 9. num.21.par.7. recent.et in Lauretana donationi 20.Februarii 1641. coram Eminentiſſimo Cardinale Veroſpio*, voluitque donationem inſinuari intra tres dies, alias haberi pro inſinuata, quę inſinuatio congruit donationi inter viuos *Mantic.de coniect.lib.1 num.16.* promiſitq.omnia in donatione

 conten-

contenta, rata, & grata habere, quę verba operantur pariter, vt donatio cenſeatur inter viuos *Alex.conſ.14.numero primo et conſ.78. numero 4. vol. et conſil. 7. numero 14.vol 6.Natt.conſil.104.num.6. Rolan.conſil.8.num.26.vol. primo & conſil.61.n.43.vol.2.Bellon.iun.conſ.8.nu 6. et 7 Gab.concluſ.9.n.7.tit.de iur. iuran.*

Minus obſtat, quod donator voluerit ſibi licere, donationem reuocare tam in vita, quàm in morte, quam eſſe vehementem coniecturam pro reputanda præfata donatione cauſa mortis inculcabant informantes pro Camera Magiſtrali; cum tale pactum repugnet illius ſubſtantiæ *Doct.in l.Seia §.vltimo ff. de donat. cauſ. mort.late Bellon.Iun.dicto conſ.8.numer. 22.& ſeqq.Menoch. conſ. 1093. num. 27. Mart.vot.77 numero 1.Molin. de primogen.lib.4.cap 2.num.40.& 52. Rota deciſ. 9.n 13.par.7.recent.*

Sed fuit per Dominos reſponſum, præfatã coniecturam non ſufficere, quando, vt in caſu noſtro vrgent potentiores coniecturæ in contrarium, vt in præſenti, quibus concurrentibus dicta donatio ſic cõcepta reputatur inter viuos, reſolubilis tamen quatenus donator alienet, ſiue aliter diſponat de bonis donatis *Mantica de coniect.vltim volunt.lib.1.tit.13.n. 20.Natta conſ 270.n.4.Seraph.decis.559. n.21.Rot.deciſ.456.n. 26.parte 4.tom. 3. recent.* Quæ coniecturæ non concurrebant in caſu Doctorum adductorum in contrarium.

Nec pariter obſtat, quod bona donata renoeabiter eadant ſub ſpolio *Port.Imol. conſ.114.Molin.de primogen.lib.2. c.10. numero 31.* quia fuit animaduertendum, *Port.Imol.* non loqui in terminis reuocabilitatis, prouenientis ex diſpoſitione magis accedente vltimæ voluntati,quam contractui inter viuos, & quando conſtat bona fuiſſe acquiſita ex redditibus Eccleſiæ, vt in ſpecie *Gratian. diſcept. 381.num.6*

Sed ceſſat omnis difficultas, ex quo bona, de quibus agitur nullo modo poſſunt cadere ſub ſpolio, quatenus etiam ſpolium dictæ Cameræ Magiſtrali competeret, quia cum redditus Decanatus non excederent ſcuta 200. vel 300. vt teſtes comprobant; & ex teſtibus conſtet, quod Decanus defi nctus pro ſui ſeruitio retinebat tres famulos, duas Aſellas, & mulam, Ciuiles veſtes induebat, & cibis melioribus veſcebatur,qui teſtes hoc bene comprobant, licet deponant de proprio iudicio, dum reddunt optimam rationem ſcientiæ *Farinacc.de teſtib.quæſt. 68.n.111.Buratt.dec.430.n.2.Rot.p.1.diu. dec.73 n.2.*quæ omnia minori impendio, quàm ſcutorum 300. quinimò 500. fieri valuiſſe non eſt hæſitandum, inde ſatis dicitur probatum, quod quidquid acquiſiuit dictus Bartholomæus Vaſſallus Decanus, non acquiſiuit ex bonis Eccleſiæ ſed ex propria induſtria licita, & permiſſa, cum eſſet iuris conſultus, quidquid verò fuit impenſum in victu, certè præſumitur impenſum ex redditibus Eccleſiæ *Innoc.in c.cum in offic.numero 4.de teſtam.Menoch.de arbitr.c.195.n. 5.7.& 8.cum ſeqq.Caputaq.deciſ.303.libro 1. in manuſcript.*vnde ſequitur, quod redditus Decanatus fuerunt cõſumpti in victu, & veſtitu dicti Bartholomæi Decani; de acquiſitis verò aliundè,quam ex dictis redditibus Eccleſiæ, valuit certè idem Decanus teſtari etiam ex diſpoſitione Iuris communis Auth. licentiam *C.de Epiſc.et Cler.c.relatum il 2.§.Cæterum,c.quia nos de teſtam.Couar.in c.primo n. 21. verſ.& in Præsbyteris eodem tit.Rota in Foroliuien.de Monſignanis* 26.*Februarij* 1603. *coram Penia.*

Accedit omnibus, quod hodie eſt in cauſa dicta Camera Magiſtralis, quæ ſolùm prætendit acquiſita ex fructibus dicti Decanatus, cuius prætenſio remanet eliſa, nedum ex impenſis ſupra ponderatis, verum etiam quia dictus Bartholomæus de functus plura bona patrimonialia,ac merè laicalia habuit, & antequam Decanatũ aſſequeretur poſsidebat Archipræsbyteratum eiuſdem Eccleſiæ annui redditus ſcutorum 250.cuius fructus nullo pacto cadunt ſub ſpolio ob conſtitutiones felic. record. Pij Quarti, & Pij Quinti, quo circa remanſit clarum,acquiſitiones factas non eſſe ex redditibus Decanatus merito dictum fuit, Andreæ Vaſſallo dãdam eſſe immiſsionem vti hęredi ſiue ex teſtamento remedio *l.final.* ſiue ab inteſtato remedio quorum bonorum, ſiue donatario defuncti; Ad quem effectum ſufficit poſſe dubitari, an dictæ Cameræ Magiſtrali competat Ius ſpolii,& an tali Iuri fuerit derogatum in dictis Indultis Pianis conceſsis Clero Meliten. dum exceptio defectus proprietatis non valet retardare immiſsionem ſi non eſt clara, & requirit altiorem indaginẽ, vt in hoc caſu, *Roland conſ.2.n.38.& ſeqq.lib.3.Rota dec.186.n.4.poſt 2.vol.conſ.Farinac.& Foroliuien.de Monſignanis.26.Februarii* 1603.

1603.corã Penia, & latè cõprobat Modern.Bonon.de acquir.poſſeſſ.q.3.n.1023. Rot.part.7.recent.deciſ.114. num.12.

Demum non obſtat, quod aliqua corpora fuerunt donata aliis perſonis quia dum alij Donatarij non comparent omnia debentur eidem Andreæ quia eſt hæres, ac Donatarius vniuerſalis, qui reputatur loco hæredis Rota dec.207.n.9.p.6.recent.et dec.377.n.7.& 8.p.4.tom.3.recẽt. legatarii etiam particulares debent capere de manu hæredis Duran.deciſ.62.numero 8.

Quò verò ad manutentionem conceſsã Andreæ donatario in vim clauſulæ cõſtituti in deciſione 19. Februarii præteriti, hodie reuiſa, fuit à deciſis meritò receſſum ex quo effectus conſtituti, à quo ſumitur poſſeſsio dicti Andreæ Donatarii ceſſat in caſu noſtro, quia conſtitutum, & ipſa donatio legitur concepta ad fauorem abſentis, neque conſtat de acceptatione Conſtitutarii in vita donantis, eo autem defuncto, dum Camera Magiſtralis poſſeſsionem bonorũ dicti Bartholomei accepit non competit manutentio aduerſus eam dicto Andreæ hæredi, qui priùs poſſeſsionem non apprehendit §. retinendæ Inſtit.de interdict.Redoan.de ſpol.q.15.n.24.verſ.Et Eccleſiã.vel Camerã, quinimò nec conſtat de animo eiuſdem Andreæ acquirendi, & tamen ad hunc effectum requiritur animus acquirentis, & tradit Tiraquel.de iur.conſtit.limit.30.n.1.& ſeqq.per text.in l.3.in princ.et l.quemadmodum l quod meo §.ſi furioſo l.ſi ſeruus cõmunis §.1.ff.de acquir.poſſeſs.l.ſi ego ff.de negot.geſt.

Nil releuat, quod pro Donatario abſenti Notarius fuerit ſtipulatus, quia licet ob dictam ſtipulationem donatio ex parte donantis fiat irreuocabilis, & donatario abſenti acquiratur ab initio actio perſonalis ad rem donatam conſequendam, nõ tamen acquiritur rei donatæ poſſeſsio ante acceptationem donationis, ea ratione quia poſſeſsio non niſi animo acquiritur Tiraquel.de Iure Conſtit.dicta limit.30.n.7.et seqq.et n 58.et 59.Ruin.cons.119.n 8.verſic.antequam et conſil.126.nu.10.verſic.ratio ergo habitio, et cons.172.nu.16.libro primo, Laderch.cons.76.numero primo Mantic.de tacit.libro 13.tit.7.nu 25.Ciriac.controu.322 numero 8.et seqq et controuers.425.nu.22.et seqq. Otasch.decis.33 numero 12.Anton.de Amat.reſolut.30.n.6 Rot.dec.683.n.4.p.1.rec.decis.70.numero 10.parte 4.tom.3.recent. non obſtante quocumque Iuramento appoſito in dicta donatione, dum illud dicitur reſpicere perſonam donatoris, non autẽ valet ſupplere cõſenſum donatarii. Abb.in capit.ſicut il 3.num.5.de Iure iurand. Guttie in capit.quamuis num.55.de pact.in 6. Rota deciſion.27.num.11.& ſeqq par.7.recent.& in Romana cenſus 25. Iunii 1640.coram R.P.D.meo Bichio.

Animaduerſum etiam fuit, quod in præſenti, viuente dicto Bartholomeo donatore donatio nullo modo legitur acceptata, præſertim cum in ea diuerſa legantur onera; nec ſufficit, quod deuenerit ad notitiam donatarii ad effectum præſumendi acceptationem licet ſecus eſset ſi donatio merè lucratiua extaret, Rota deciſ.274.num.4.par.6.recent.& deciſ.27.num.21.& ſeqq.vbi in terminis donationis Iuratæ par.7.recentior. acceptatio verò dictæ donationis poſt mortem dicti donatoris in præiudicium Cameræ eiuſdem Magiſtralis, quæ ſtatim defuncto dicto Bartholomeo poſseſsionem bonorum illius apprehendit, nil prodeſt ad effectum reportandi manutentionem, quia de tempore acceptationis poſſeſsio non reperiebatur penes Bartholomeum Conſtituentẽ; ſed penes dictam Cameram Magiſtralem, & medium impertinens impedit retrotractionem, Mantic.de tacit.lib.13.tit.7.nu.9.Rot.dec.627.nu.1.par.4.diuerſ.relat.per Modern.Peruſ.de manut.obſeruat.55.nu.150.& in terminis Anton.de Amat.reſol.16.n.6.Tiraquell.de Iur.conſt.limit.30.n.2.& 8.Caſtil.controu.iur lib.4.c.37.ſub n.39.col.vlt.verſ.vſque adeo, Rota deciſ.683.n.4.p.1.diuerſ.

Et ita reſolutum vtraque Parte informantẽ &c.

Digitized by Google

R. P. D. ROIAS

In Cauſa Meleuitana hæreditatis.

Lunæ 19. Februarij 1646.

Pro D. Andrea de Vaſſallis.

Contra Eminentiſs. D. Magnum Magiſtrum Hieroſol.

BArtholomeus Vaſſallus irreuocabiliter inter viuos cum iuramento, & clauſula conſtituti donauit de anno 1631. Andreæ Vaſſallo eius germano fratri omnia eius bona præſentia, & futura reſeruatis ſibi ſcutis centum ad effectum teſtandi, quam donationem teſtamento confirmauit, dum in illo eumdem Andream donatarium ſcripſit hæredem de anno 1640. quando deceſsit, quibus ſtantibus dubitaui hodie; An præfato Andreæ eſset dãda manutentio, ſiue potius immiſsio, & pro Andrea informante fuit reſponſum, nam manutentio nequit ei denegari ob clauſulam conſtituti appoſitam in donatione aptam transferre in d. Andream donatarium poſseſsionem tam ciuilem, quam naturalem manutenibilem, vt tradunt *tex. in l. quod meo ff. de acquir. poſſeſs. l. legatum, ita ff. de legat. 2. l. à Titio ff. de furt. Rot. dec. 89. n. 5. cum ſeqq. & 131. n. 2. & 138. n. 2. poſt Moder. Peruſ. de manut. & in rec. dec. 258. n. 2. & 408. & 471. n. 2. par. 4.* hocq. etiam procedit reſpectu bonorum poſt donationem acquiſitorum ab eodem Bartholomeo donatore, quia licet clauſula conſtituti reſpectu bonorũ futurorum non fuerit operata effectum translationis poſſeſſionis à tempore donationis, nihilominus fuit operata ſtatim à tempore factæ acquiſitionis per donatorem ad congeſta per *Tiraquell. de iur. conſtit. par. 2. ampliat. 32. n. 1. 7. et 10. Iaſ. conſ. 147. n. 41. lib. 2. qui teſtatur de magis Communi Rot. diuerſ. decis. 59. n. 6. par. 2.*

Rurſus dicebant DD. in vim iam d. conſtituti non poſſe hodie denegari immiſsionem d. Andreæ, ad hoc, vt per modũ verum, & actum facti poſſeſſionem bonorũ naneiſcatur, quam mediante conſtituto, per actum fictum fuerat aſſecutus, *Bald. in l. ab emptione 59. n. 6. et 7. C. de pact. Rota in pacto donationis dec 539. n. 1. par. 4. recent. et p 5. deciſ. 308. n. 1. et Ariminen. Saluiani 19. Iunii 1643. coram R. P. D. meo Bichio ſ. alterũ,* quam etiam in vim *l. fin. C. de edict. Diu. Adr.* exhibendo teſtamentum d. Bartholomei abſq aliqua viſibili macula in quo idem Andreas reperitur hæres ſcriptus; & vtraq. diſpoſitio valet, cum vna veniat ad confirmationem alterius vt per bene tradit. *Caſtren. in l cum Pater 79. ſ. Pater filiæ n. 2. vers. ratio ergo decidendi ff. de leg. 2.* & demum competit Saluianum, dum bona extant penes tertium propter hypothecam pro obſeruantia donationis, de qua in inſtrumento, *Menoch. de adipiscen. remed. 3. n. 55. cum seq. Rot. dec. 44. n. 4 p. 1. diuerſ. et decis. 529. n. 1. p. 4. recent et p. 5. dec. 578. in princ. et dec. 98. n. 4. poſt pacific. Saluia.*

Nil obſtat, quod bona d. Bartholomei donatoris cadant ſub ſpolio vti Decani Eccleſiæ Cathedralis Melitæ, eaq. præſumi acquiſita ex fructibus Beneficii, vt per *Di dac. Couar. inc 1. n. 6. 8. et 9. cum seqq. de teſtam. Surd. cons. 333. n. 41. et seqq.* Nam fuit reſponſum ſpolium non cadere in bonis donatis per Beneficiatum inter viuos, cum eo viuẽte valuerit de fructibus Beneficii diſponere etiam per viam donationis, *Abbas, Butr. et Imol in c. cæterum n. 4. de donat. idem Abb. in c. ad hæc in fin. verſ. ſed quando vult de teſtam. Gratia, diſcept. 381. n. 14. Barbos. de poteſt. epiſc. allegat. 114. n. 32. & seqq. Molin. de Primog. lib. 2. c. 10. n. 33. & 34.*

Sed in præſenti ceſſat omnis difficultas, dum ex teſtibus, ac aliis Iuribus datis pro parte eiuſdem Andreæ cõſtat d. Bartholomeum donatorem habuiſſe multa bona patrimonialia, & ſolitum fuiſſe, lucrari ex Induſtria licita tanquam iuris vtriuſq. Doctorem inde intrare præſumptionem ex eiſdem bonis patrimonialibus, & induſtrialibus bona donata fuiſſe comparata, cum præſumendum ſit eum vixiſſe de fructibus Beneficii, ad hoc, vt Donatarius, qui bona vigore clauſulæ cõſtituti poſsidet releuetur ab onere probãdi, illudq. incumbit allegante bona fuiſse acquiſita ex redditibus Eccleſiaſticis *Abb. in c. 1. in 4. not. de teſtam. Ludou. Rom. cons. 159. n. 5. vers. 3. casu Alex. cõs 116 n. 4. & 5. lib. 7. Card. Zabarell. cons. 79. n. 2. vers. vnde in casu noſtro, Bursat. cõs. 376. n. 16. Redoan. de spol. Cleric. quaſt. 9. n. 32. in fin. Menoch. de arbitr. caſ. 195. n 5 Gratian. discept 381. n. 1. & seqq. Rot. in Foroliuien. de Monſignanis 26. Februarÿ 1603. coram Penia,* quibus accedunt alij teſtes dati deponentes eumdẽ Bartholomeum pro victu ſingulis annis expendiſſe ſcuta 500. Decanatum autem illius ad dictum

reddi-

redditum non aſcendiſſe, ſed tantum ad ſcuta 200. inde venit de iure præſumendum impendiſſe potius de redditibus Eccleſiæ, proprios verò patrimoniales redditus conſeruaſse. *Innoc. in c. cum in officijs n. 4. de teſtam. Abbas in c. vt vnus n. 3. verſ. ſi vero vterq. de pecul. Cleric. Zabarel. conſ. 79. n. 3. Bald. conſ. 313. n. 4. lib. 2. Roman. conſ. 198. n. 4. Alex. conſ. 116. num. 3. lib. 7. Neuizan. conſil 93. n. 20. Bero cõſ. 7. n. 2. & ſeqq. lib. 2. Redoan. de ſpol. quaſt. 9. nu. 51. vers. & ſecundum Innocentium Menoch. de arbitr. caſ. 195. nu. 5. Burſatt. conſ. 376. n. 19. Surd. de alim. tit. 9. q. 12. n. 11. Gratian. diſcept. 381. n. 13 Rot. iud. Foroliuien. de Mon. ſignanis 26. Februarii 1603. coram Penia.*

In omnem caſum ſatis eſt, quod valuerit dictus Bartholomeus donator acquirere ex patrimonio ac induſtria, & ſimul ex redditibus Eccleſiæ ad hoc vt interim exceptio ſpolii tanquam requirens altiorem indaginem non valeat retardare immiſsionem petitam per d. Andream qua reportata rectè poſſe prætendentem ſpolium agere ad ſeparationem bonorum ſub ſpolio cadentium quatenus probet identitatem, prout in ſimili quando in hæreditate adſunt commixta bona allodialia, & feudalia, vel dubitatur ad effectum datur in omnibus immiſsio hæredi ſcripto, & poſtmodum in iudicio particulari deuenitur ad ſeparationem feudalium ab allodialibus, *Rot. dec. 16. n. 1 & 2. & dec. 26 n. 1. p. 3. recent. & dec 364. n. 21 & ſeq. p. 5.* & alios in puncto congerit *Modern. Bononien. de acquir. poſſeſs. q. 3. art. 20. n. 1023* cum pro reportanda immiſsio ne ſatis ſit probare quod donator, ſeu defunctus teſtator bona poſſederit tempore ſui obitus *Zuccar. in d. l. fin n. 191. & 196. C. de edict. Diu. Adr. tollen. Gab. conſ. 44. n. 5. & ſeq. lib. 2. Peregr. de fideic. ar. 48. n. 53. & 55. Rot. dec. 279. n 1. p. 5. recent.* nec exceptio prouenìens ex defectu proprietatis ſiue dominii venit admittenda in hoc ſummariiſsimo iudicio, niſi ſit in continenti plenè, & concludenter probata. *Menoch. de adipiſc remed. 4 n. 747. cum ſeqq. Rol. conſ. 2. n. 38. & ſeqq. lib. 3.* & in propriis terminis. *Rot. in d. Foroliuien. de Monſignanis coram Penia,* vt in copia data, quæ tamen probatio in præſenti deſideratur.

Et ita informante tantum Andrea Vaſſallo reſolutum fuit &c.

FINIS.

Digitized by Google

INDEX PRAECIPVARVM MATERIARVM

QVAE IN HIS TRACTATIBVS DE SPOLIIS continentur.

Ordine Alphabetico digeſtus.

Prior numerus Paginam indicat, ſecundus vero numerum marginalem denotat.

A

ABBAS ſtante conſuetudine, poteſt dare, etiam puellæ maritandæ. pag. 48. num. 7.

Ab hæredibus beneficiariorum, aut penſionariorum, multæ fraudes committuntur, vt ſpolia Cam. Apoſt. debita ſibi retineant. 360, 8.

Acquiſita de bonis eccleſiæ, eccleſia vendicat. 188. 7.

Acquiſita de fructibus eccleſiæ, ſunt ſucceſſoris. 106. 17.

Acquiſita de illicite negociatis, pari modo ſunt ſpolia. 190. 16.

Acquiſita ex artificio, tranſmittuntur ad hæredes ab inteſtato. 142. 33.

Acquiſita ex doctrina, & patrimonialia aquiparantur quoad ſucceſſionem. 143. 47.

Acquiſita ex illicita negociatione, tenemur in pauperes, & pios vſus erogare. 37. 79.

Acquiſita ex officijs per clericum, ſunt quaſi caſtrenſia, & vadunt ad conſanguineos. 144. 60.

Acquiſita ex ſeruitijs, & officijs vadunt ad hæredes ab inteſt. quia ſunt acquiſita intuitu perſonæ. 143. 55.

Acquiſita ob ſeruitia ſunt clerici. 214. 21.

Acquiſita parce viuendo, ſunt eccleſiæ. 100. 16.

Acquiſita per clericos illicite, ſunt ſpolia. 226. 15.

Acquiſita per clericum beneficiatum, acquiſita eccleſiæ præſumuntur. 151. 31.

Acquiſita per clericum ex iniunctione pænitentiarum, ſunt eccleſiæ. 58. 34.

Acquiſita per clericum nunquam præſumuntur ex negociatione. 219. 31.

Acquiſita per clericum per laborem, ſunt ſua 175. 31.

Acquiſita poſt conſecrationem præſumuntur acquiſita eccleſiæ. 153. 1.

Acquiſita poſt beneficium adeptum, præſumuntur eccleſiæ. 212. 4.

Acquiſita tempore beneficij præſumuntur eccleſiæ. 211. 2.

Acquiſitum ex cauſa ſimoniæ, turpiſſime acquiſitum. 81. 13.

Acquiſitum ex penſione, non dicitur acquiſitum ex beneficio. 141. 25.

Actiones loco non circumſcribuntur ſicut fructus. 403. 26.

Actor probat intentionem ſuam, niſi ſit pro eo præſumptio. 153. 4.

Actus odioſus extinguitur morte concedentis. 187. 111. 23.

Actus Papæ, ſemper in bonam partem interpretatur. 114. 50.

Ad damnum illatum eccleſiæ per clericum, tenetur hæres. 170. 13.

Ad debita contracta per ſuſtentatione, tenetur ſucceſſor. 176. 33.

Ad Deum ſolum ſpectat iudicare de Papa. 114 52.

A diffinitione eſt ſumendum principium. 2. 2.

Adminiſtrator perpetuus præſumitur acquiſiſſe ex adminiſtratione. 216. 24.

Ad quem pertineant fructus eccleſiæ, ſtari ſolet conſuetudini. 152 48.

Ad quem peruenit res eccleſiæ, ille tenetur reſtituere. 65. 20.

Ad quid Apoſtolus manibus victum quærebat. 162. 7.

Ad recuperandam bona eccleſiæ, competunt plures actiones. 65. 22.

Aedificia habentia inſignia cameræ, præſumuntur eſſe cameræ. 236. 95.

Agitur contra hæredem prælati pro eo, quod prælatus fecit gratiam, de rebus eccleſiæ. 189. 13.

Alienandi rem eccleſiæ cauſa triplex. 276. 5.

Allenandi res eccleſiæ facultas quam habet Papa diuerſa eſt à facultate inferiorum prælatorum.277.6.
Alienatio rei unius eccleſiæ in aliam, vel in eccleſiaſticos vſus an Papa licita.278.1.
Alienatio Papæ, quæ iuſta, & valida, quæ nec iuſta, nec valida, & quæ valida, & non iuſta.283.8.
Alienatio bonorum eccleſiæ, videtur penitus interdicta ſine cauſa.108.50.
Alijs cibis veſcuntur nobiles, alij pauperes. 163.19.
Alimenta non ſoluta in vita, ſoluuntur hæredibus.68.11.
Aliquando quis ordinatur ad titulum patrimonij 214.20.
Allegans iudicem ſuſpectum, proponat in ſcriptis cauſam ſuſpicionis.193 22.
Alteri per alterum iniqua conditio afferri non debet.171.17.
An Camera ſcienter occupans bona hæredis, incidat in conſtitutionem, l. ſi quis. 218. 26.
An Epiſcopus ex induſtria acquirat ſibi. 161.64.
An Ciſtercienſes poſſint poſſidere.133.66.
An, & quando contrafaciens legi, incurrat peccatum mortale.35.70.
An, & quomodo clericus habens ſufficiens patrimonium, poſſit habere beneficium. 150.18.
An clericorum ſpolia ad Rom Pont. iure cõmuni pertineant.340.2.
An bona ex illicita negociatione comparata ante condemnatum, vel iudicis ſententiam debeantur foro conſcientiæ ipſi Pont. Roman.344 3.
An comprehendantur illis verbis turpiter, vel male acquiſita, quæ reſtitui debent ei à quo ſunt accepta. 345 7.
An cum dubitatur ſint, necnon ex illicita negociatione acquiſita bona, quæ beneficiarius poſt obitum relinquit, eredi potius debeat ea eſſe licite comparata. 346. 11.
An ad Fiſcum Apoſtolicum pertineat probare bona, quæ beneficiarius relinquit, fuiſſe ex illicita negociatione acquiſita. 347.12.
An iure probari queat conſuetudo, quæ in quibuſdam Prouincijs viget, quæ Epiſcopus rem vnam mobilem, ſiue ſe mouentem ex ijs bonis, quæ beneficiarius vita functus relinquit, ſibi ſumit, & vendicat, quam vulgus luctuoſam appellat.359.7.
An in ſpolijs comprehendantur gradualia cantus firmi, miſſalia, & vaſa aurea, &c. ad diuinum cultum dicata, quas beneficiarius emit ex ſui patrimonij pecunijs. 351.8.
An penſiones, quas penſionarij poſt obitum relinquetur, in ſpolijs computetur. 353.10.
An diſtributiones quotidianæ, quas ſolent Canonici percipere, pertineant ad hæredes, an ad Fiſcum cum inteſtati decedunt 354 11.
An pro ſpolijs habenda ſint, quæ clericus ex patrimonio, vel arte, &c. comparata relinquit ſiue hæredibus extantibus.354.13.
An ſpoliorum nomine veniant quæcunque bona religioſorum extra monaſteria, ſiue ſuorum Superiorum conceſſa, ſiue ſine illo degentium, & decedentium. 358. 17.
An conſuetudine fieri queat, vt bona ex beneficiorum fructibus relicta ad hæredes clericorum teſtamento, vel ab inteſtato transferantur.358.4.
An poſſit eſſe beneficiarius, qui fructus beneficij q. patrimoniales poſſidet.365.10.
An quod ſupereſt ex redditibus beneficij, debeatur ſpolio eccleſiaſtico.367.1.
An ſpolia poſſint præſcribi. 199. 9.
Anima eſt cunctis rebus præferenda. 130. 33.
Applicatio Spoliorum facta Cam. Apoſt. eſt contra ius. 6. 9.
Artificia licita clericis pro ſui ſuſtentatione.22. 6.
Arcta eſt via quæ ducit ad vitam æternam, & lata quæ ducit ad perditionem. 225. 15.
Aſſumptio non liberat quem a voto. 129. 23.
Axiomata quinque magnopere notabilia. 311.8.

B

Benedictio duplex, altera conſtitutiua ſacri, altera inuocatiua. 330.9.
Beneficia tenentes ſine canonico titulo, quid de fructibus perceptis agere conueniat. 311. 2.
Beneficiarij de ſuperfluis redituum eccleſiaſticorum teſtari cur vetentur. 314. 5.
Bart in l. ſi alienam n.3. ff. ſolut. matrim. declaratur 450.78.
Bona allodialia æſtimantur in redditu quinque pro centenario.448 57.
Bona iuriſdictionalia æſtimantur ad rationem duor. cum dimidio circiter pro centenario.448.58.
Bullas collectas, & penſiones ſoluendi onus, ſpectat ad prælatum, & non ad eccleſiam. 449.64.

Be

Beneficiarius prius eſt ſuſtentandus, quam Eccleſia ipſa. 308.7.

Beneficiarius nullus, aut penſionarius, qui dũ viueret non habuit in beneficijs, vel penſionibus reditum excedentem ſummam 30 *ducatorum de Cam. cenſetur relinquere ſpolia.* 301.7.

Beneficiarium inter, & beneficium, ſeu Eccleſiam, quidam contractus matrimonij eſt. 281.5.

Beneficiarij ſucceſſor, an teneatur ad ſoluendu debita contracta per prædeceſſorem. 307.6.

Beneficiarius rebus eccleſiaſticis in vſus prophanos vtens violat præceptum de non furando. 276.4.

Beneficiorum reſeruatorum, & non reſeruatorum, vna differentia. 294.3

Beneficiorum liberam, & plenariam diſpoſitionem, pertinere ad Papam, quomodo intelligendum. 280.4.

Beneficia eccleſiaſtica in quo ſenſu manualia Papæ, & quæ ablatio eorum valida, & non iuſta, licet non obliget ad reſtituendũ. 283.9

Beneficia & penſiones quoad materiam ſpoliorum, & onus diſtribuendi reditus, æquiparantur. 302.8.

Beneficiarios non eſſe veros dominos, etiam ſecundum opi. Colum. niſi vt hic 444.131.

Beneficiarios teneri ad reſtitutionem, in quãtum abutuntur, ſecundum Nauar. *etiam ex decreto* Concil. *Trident. num.* 132. *Contra opin.* Colum *affert reſponſiones ibid.*

Beneficium vtrumque incompatibile perdit, qui vtrumque retinere contendit. 337 7.

Beneficialia ſunt de iure poſitiuo introducta 109 1.

Beneficiatus non eſt dominus in rebus eccleſiæ. 150.26.

Beneficiarius in vita comparatur vſufructuario, in morte vero vſuarius. 445.7.

Beneficiorum genus multiplex. 65.17.

Bona empta per beneficiarium ex patrimonio, vel quaſi patrimonio, quo iure Pontifex ea eccleſiæ, vel monaſterio addixit. 352.9.

Bona *acquiſita per clericum defunctum ſpectant regulariter ad ſucceſſorem in beneficio.* 64.11.

Bona acquiſita per vxorem, præſumuntur acquiſita de bonis mariti. 151.33.

Bona acquiſita per prælatum, præſumuntur acquiſita de bonis eccleſiæ. 151.34

Bona patrimonialia quæ. 363. 2.

Beneficiarius non ſeruiens poſſit ne alimenta, & alia ſuſcipere, ſi aliunde habet quo ſuſtentetur. 364. 8.

Bona eccleſiarum ſunt Chriſti patrimonium 149.6.

Bo*na eccleſiæ ſunt bona* Dei. 108

Bo*na eccleſiæ ſunt prælatis, quoad gubernationem, pauperum quoad ſuſtentationem.* 107.

Bo*na ſunt diuiſa eccleſiis diuerſorum locorum, pro communi vtilitate.* 73.20.

Bona Deo dicata benedictione conſtitutiua ſacri non poſſunt profanari durante forma, & eſſe artificiali eorum. 329 7.

Bona patrimonialia, vel quaſi, non ſpectant ad ſpolia, poſſuntque clerici de ijs pro libito diſponere ſicut laici. 273.3.

Bona reliquata per beneficiarium ex his quæ in ſuos vſus decentes inſumere poterant, ſiunt illi quaſi patrimonialia, nec cenſentur ſpolia. 273.3.

Bona immobilia ex reditibus eccleſiæ comparata manent eiuſdem naturæ, cuius ſũt reditus.

Bona debita, licet nondum ſoluta, & quærenda beneficiario poſt mortem cenſentur ſpolia. 273.3.

Bona eccleſiaſtica deſtituta catholicis adminiſtratoribus, ſpectant ad Sedem Apoſtolicam. 307.5.

Bona ad ſuſtentationem beneficiarij neceſſaria non pertinent ad ſpolia neque illa, quæ ipſe dum viueret, emit pro ſua eccleſia, vel tradidit ei ſine fraude, vel alijs operibus pijs. 273.4.

Bona quæ prælati & beneficiarij regulares relinquunt inconſumpta, ſpolia ſunt. 286. 2.

Bona in vita iuſte impenſa non dicuntur ſpolia; male autem, profane, aut in fraudẽ eccleſiæ ſic. 275.3.

Bona Eccleſiæ incorporata non computantur inter ſpolia, nec alia iuſte donata. 289.2.

Bona clericorum per negociationem illicitã quæſita, ſpectant ad ſedem Apoſtolicam. 295. 4.

Bona patrimonialia, vel quæſita ex eis, vel per induſtriam, contractus, &c. non dicuntur ſpolia. 232.2.

Bona aliqua empta ex reditibus eccleſiaſticis beneficiariis morientibus non connumerantur ſpoliis, neque bonis eorum patrimonialibus, aut quaſi, & quæ ſint illa, 300. 2.

Bona acquiſita ex redditibus Eccleſiæ regulariter non ſunt beneficiatorum, ſed ad Eccleſiam pertinent, quod procedit etiam in fructibus ſimplicium beneficiatorum, ſecundum magis communem opinionem 692. 9.

Bona clericorum quaſita per modos à canonibus prohibitos ſunt reſeruata Papæ. 296.5.
Bona eccleſiaſtica fieri poſſunt per Papam profana, cum retentione priuilegij eccleſiaſticorum. 329.6.
Bona eccleſiaſtica omnia ſunt ſacra, ſed alia alijs ſacratiora. 329.7.
Bona ex reditibus eccleſiaſticis nomine beneficiarij empta, etiam immobilia, pertinent ad ſpolia. 273.4
Bona facta ſacra ſine benedictione vlla, vel ſolum cum innocatiua tantum, poſſunt profanari, etiam ab inferiore Papa. 331.10.
Bonæfidei poſſeſſor, fructus à ſolo ſeparatos, facit ſuos. 153.54.
Bona fides ſemper præſumitur. 205.48.
Bona immobilia de redditibus eccleſiaſticis per beneficiarios empta, non omnia ipſo iure ſiunt eccleſiarum. 281.4
Bonorum eccleſiæ adminiſtratio, authoritate Papæ prælatis conceſſa 73.21.
Bonorum eccleſiaſticorum adminiſtrationem nemo habet, niſi eam immediate, vel mediate acceperit à Papa, vel eccleſia vniuerſali. 303.4.
Bonorum eccleſiaſticorum adminiſtratio, vires humanas vnius excedit. 310.4.
Bonorum eccleſiaſticorum dominium eſſe Domini noſtri Ieſu Chriſti de fide eſſe. 303.4.
Bonorum eccleſiaſticorum verus, & abſolutus dominus, eſt Chriſtus; & qua ratione. 275.2.
Bonorum quorundam dominium ipſo iure tranſit in eccleſiam beneficiarij, ſimul, ac ille vita perfunctus eſt. 301.5.
onorum ſacratorum benedictione conſtitutiua ſacri, partes an, & per quem poſſint profanari. 331.11.
Bulla Pij IV ſuper ſpolijs fructuum beneficiatorum defunctorum quomodo intelligatur, & quos liget. 433.10.
Bulla affrancationis Pij V. num. 1. quæ circumſpecte compoſita eſt. 320.2.
Bulla contra præfatam 7. difficultates.
Prima, quod dat facultatem alienandi immobilia eccleſiaſtica ſine mandato ſpeciali.
Secunda, quod dat facultatem alienandi non ſeruata forma iuris.
Tertia, quod faciat facultatem tollendi pacta.
Quarta, quod faciat facultatem tollendi dominia ſine conſenſu dominorum.
Quinta quod dat facultatem procedendi ſine citatione.
Sexta, quod dat facultatem faciendi vt eadem bona ſint eccleſiaſtica, & non eccleſiaſtica.
Septima, quod facit facultatem execrandi ſacra.
Bulla auferens male acquiſita clericis, eos punit in eo, in quo delinquunt. 41.99.
Bulla comprehendit acquiſita cuiuſuis temporis. 43.109.
Bulla comprehendit clericos cuiuſuis generis 42.106.
Bulla eadem eſt iuris antiqui declaratiua 39.85.
Bulla eadem non comprahendit acquiſita quæ ſunt reſtituenda. 40.93.
Bulla eſt malæ vitæ correctiua, & excitatiua virtutis. 43.108.
Bulla impedit clericum teſtari de illicite acquiſitis. 43.110.
Bulla Pauli V. quod curiales, & incolæ Vrbis, ac ciues Romani originarij in Vrbe, & eius diſtrictu intra decem milliaria decedentes non faciant ſpolia de bonis in dicta Vrbe, & eius diſtrictu prædicto exiſtentibus.
Bulla Pij 4. contra facientes legata in fraudem cameræ. 67.4.
Bulla Pij 4. quæ eximit curiales, Cardinales, Prælatos, & Officiales, & habentes facultatem teſtandi à generalitate bullæ ſuper illicitis negociationibus. 43.113.
Bulla Pij 4. ſuper illicitis negociationibus, comprehendit clericos etiam in minoribus 34.63.
Bulla Pij 5. edita ſuper ſpolijs. 17.53.
Bulla Pij 5. reuocatoria facultatum ad diſponendum in illegitimos factarū. 332.1.

C

CAmera agit ante diem ſtante neceſſitate 237.100.
Camera agit de euictione ante rem euictam; id eſt ad intereſſe. 234.82.
Camera agit hipothecaria contra tertium poſſeſſorem, non diſcuſſo principali, & contra fideiuſſorem non diſcuſſo principali. 233.67.
Camera Apoſtolica poteſt cedere iura potiori, cauſa iudicij mutandi. 230.35.
Camera apoſtolica ſubrogata eſt in ſpoliis loco eccleſiæ. 224.2.
Camera Apoſtolica ſuccedens in ſpoliis Clerici defuncti, tenetur ſoluere illius debita. 30.51.
Camera contra confeſſionem petit reſtit. in integ. 231.49.
Camera conuenit inſolidum hæredes portiona-

narios. 237. 102.
Camera creditrix, vel debitrix non tenetur cauere. 234. 79.
Camera eligens vnam viam, illam omiſſa diuertit ad aliam. 234. 83.
Camera etiam per alternatiuam ſtipulationem acquiritur. 236. 92.
Camera reus tenetur exhibere, etiam ad fundandam eius intentionem contra ſeipſum. 234. 73.
Camera gaudet ſuis priuilegiis in bonis, & in creditis. 231. 48.
Camera habet regreſſum contra male adminiſtrantes res ſuas. 234. 77.
Camera in ſoluendo debita habet præuentionem. 232. 59.
Camera læſa ex contractu, venit contra contractum. 236. 93.
Camera læſa, reſtituitur ante ſententiam. 234. 72.
Camera non poteſt renunciare reſtit. integr. 233. 71.
Camera non tenetur de depoſito facto penes prælatum. 232. 56.
Camera poteſt agere contra illum, qui accepit eccleſiam nõ animo ſe promouendi, ſed fraudandi. 232. 57.
Camera poteſt exigere debitum ante diem, ſoluto interuſurio. 234. 78.
Camera poteſt opponere exceptionem non numeratæ pecuniæ omni tempore. 233. 62.
Camera poteſt vti pro libito legibus ciuilibus. 233. 63.
Camera vtitur priuilegiis minoris. 233. 68.
Canonici, Capellani, & alij ſimiles dicuntur perſonaliter, & ſimpliciter beneficiati. 407. 39.
Canonicus abſens percipiens, percipit contra ius. 85. 11.
Canon. multipliciter ſumitur. 39. 84.
Canon. reintegranda vt habeat locum perpendenda, eſt iuſtitia directionis à poſſeſſione, non autem iuſtitia, aut vitium poſſeſſionis rei. 444. 1.
Capellanus ad nutum amouibilis, poteſt diſponere de fructibus capellaniæ. 68. 6.
Cardinales Reges appellantur, quia cum Papa regunt totum orbem. 80. 11.
Caſus in quibus prælatus, aut hæres tenetur eccleſiæ. 170. 14.
Caſus in quibus tenemur eſſe ſolliciti, vt res vertatur in vtilitatem eccleſiæ. 177. 35.
Caſus in quo, adhuc non declaratus delinquens, non facit fructus ſuos. 63. 12. & 225. 12.
Cauſa appellationis eſt vna cum principali. 186. 27.
Cauſa legitima alienationem rerum eccleſiæ. 59. 4.
Cauſæ ſpoliorum, non poſſunt regulariter cognoſci ab alio, quam à theſaurario. 186. 26
Cautela pro hærede ſe ſe immiſcente, in bonis clerici defuncti. 218. 29.
Citatio eſt de ſubſtantia circa abſentem. 183. 5.
Citatio iure naturæ requiritur, ſed ex cauſa omitti poteſt. 329. 5.
Citatio omitti poteſt, cum conſtat notorie non poſſe competere parti defenſionem 329. 18.
Canon. reintegranda vt habeat locum perpendenda, eſt iuſtitia directionis à poſſeſſione non autem iuſtitia, aut vitium poſſeſſionis rei. 444. 1.
Clauſula decreti irritantis, quanti ſit effectus. 650. 14.
Clauſula de plano, importat quòd poteſt procedi ſine proceſſu, & quid importet. 184. 17.
Clauſula de plenitudine poteſtatis, includit defectum ſolemnitatis, & æquiparatur clauſulæ ex certa ſcientia 14. 46.
Clauſula ex certa ſcientia idem operatur. 14. 45.
Item facit præſumi vti, abſoluta poteſtate.
Item ſupplet defectum ſolemnitatum.
Item æquiparatur clauſulæ, de plenitudine poteſtatis.
Item ſupplet defectus inductos a iure poſitiuo.
Clauſula inſpecta veritate, quid importet. 185. 23.
Clauſula motu proprio facit præſumi principem velle. 14. 45.
Clauſula non obſtante, facit præſumi velle prout in reſcripto continetur. 14. 47.
Itẽ ſi ſit omiſſa facit præſumi de cõtrario.
Item facit præſumi contrarius commune.
Item facit valere reſcriptum contra teſtamentum.
Item tollit ius tertii.
Clauſula poſita in aliqua diſpoſitione, ſiue in principio, ſiue in fine, regulariter ad omnia refertur n. 2. Et quando fallat hæc regula. 306. 2.
Clauſula ſeruatis ſeruandis, æquipollet Eccleſia vocatis vocandis. 448. 49.
Clauſula ſimpliciter, remouet ſubtilitates, difficultates, duplicitates, ambiguitates. 184. 16.
Clauſula ſine figura iudicii, quid importet. 185. 21.
Clauſula ſummaria, in cauſis magni præiuditii, admittit probationes plene, in aliis ſemiplene. 183. 10.

Clerici de acquiſitis ex litteratura, aut alias licite, libere diſponant in teſtamento, & ab inteſtato. 79.7.

Clerici diuites, licite ſtipendia ab eccleſia accipiunt 166.35.

Clerici eo ipſo quod contrahunt matrimoniũ ſunt priuati priuilegio clericis circa bona conceſſo. 36.72.

Clerici eſt interdicta negociatio ſub anathemate. 26.34.

Clerici habent bona triplicis generis. 138.15

Clerici habent viuere de patrimonio Ieſu Chriſti. 162.5.

Clerici in minoribus non beneficiatis, non prohibentur negocia licita. 34.60.

Clerici in minoribus non habentes beneficia ad victum, indiſtincte aduocant. 24.25.

Clerici in minoribus, poſſunt exercere quacunque negocia licita. 213.15.

Clerici in minoribus poſſunt redire ad ſeculum, & apoſtaſiam non faciunt. 34.61.

Clerici legantes nepotibus, & conſanguineis, committunt ſæpe fraudes. 62.10

Clerici non indigentes, non poſſunt exercere etiam honeſtas negociationes. 31.51.

Clerici non prælati, præſumuntur acquirere intuitu perſonæ. 154.12.

Clerici non ſufficienter beneficiati, poſſunt eſſe tabelliones. 143.53.

Clerici ordinati ſine beneficio, poſſunt agere contra promouentem pro victu. 36.73.

Clerici poſſunt aliqua in eleemoſina erogare, non cauſa teſtamenti. 75.26.

Clerici poſſunt conducere poſſeſſiones recolendas ad ſui ſuſtentationem. 22.13.

Clerici poſſunt contrahere matrimonium ante, & poſt ordines minores. 137.8.

Clerici poſſunt habere bona multiplici modo 136.1.

Clerici poſſunt pro ſeruitio recepto moderate donare. 75.27.

Clericis agricultura permiſſa. 21.4.

Clerici ſeculares de conſuetudine eccleſiæ, poſſunt exigere pro patrocinijs. 23.21.

Clerici ſeculares magis poſſunt diſponere de rebus, quam regulares. 110.11.

Clerici ſimplices, non præſumuntur acquirere niſi intuitu perſonæ 213.14.

Clerici ſunt domini fructuum perceptorum, quoad debitam diſpenſationem. 70.13.

Clerici vltra neceſſaria non poſſunt fructus eccleſiæ in ſeipſos conuertere. 89.7.

Clerico iniuſta tantum negocia ſunt interdicta. 23.17.

Clericorum nomine, an veniant in hac conſtitutione clerici minoribus initi ordinibus omni beneficio eccleſiaſtico carentes. 345.9.

Clerico eſt delictum negociari. 151.38.

Clericum negociatorem veluti peſtem fuge. 19.1.

Clericus artificiolo, & agricultura ſibi victum parat. 21.5.

Clericus de acquiſitis ex aduocatione, diſponit vti de patrimonialibus. 24.26.

Clericus eſt conſilium exercere manualia. 21.3.

Clericus habens beneficium ad ſui ſuſtentationem, prohibetur aduocare, ſecus ſi non habet. 24.23.

Clericus habet cauere à negociatione, de qua in c fi. de vſur. 26.31.

Clericus monitus tertio, vt à negociationibus abſtineat perdit priuilegium clericale; quoad bona ſi non conſiſtat. 26.35.

Clericus mercator Deo placere non poteſt. 19.2.

Clericus negociator peſtis. 26.32.

Clericus poteſt vendi facere vinum, in domo, dummodo ipſemet non exerceat. 30.47.

Clericus poteſt locare animalia, & eadem emere ad paſcendum paſcula, quæ ipſe habet ad ſui ſuſtentationem. 22.14.

Clericus poteſt incumbere artificijs, dummodo non ſe ſubtrahat à diuinis 22.9.

Clericus poteſt emere equum, pullum nutriẽdum, & rem, vt melioratam vendat carius. 22.15.

Clericus poteſt eſſe iudex, etiam in cauſa criminali, licet generalis officialis eſſe non poſſit 25.28.

Clericus ſiue in minoribus, ſiue in ſacris, ſi non habet beneficiatum ad ſufficientiam ſui victus, poteſt eſſe tabellio. 25.30.

Clericus poteſt teſtari de fructibus penſionum. 9.20

Clericus expendens male fructus eccleſiæ, tenetur reſtituere de ſuo 11.26.

Clericus in teſtamento non poteſt diſponere de rebus, occaſione eccleſiæ acquiſitis. 12.33.

Clericus habet cauere à negociatione, de qua in cap. fin. de vſur. 26.31.

Clericus monitus tertio, vt à negociationibus abſtineat perdit priuilegium clericale, quoad bona, ſi non conſiſtat. 26.35.

Clericus poteſt emere victualia tempore famis, pro ſe, & alijs, pro abundantia. 30.48.

Clericus in minoribus habens, beneficium, eſt apoſtata ſi dimittat habitum, & tonſuram 34.62

Clericus negocians monitus, non ceſſans, ſpoliatur clericatu, & beneficio, & traditur curiæ ſeculari. 36.74.

Clericus de fructibus ſuæ prebendæ, poteſt dare cui vult. 48.5.

Cle-

Clericus de fructibus remunerat ſeruitia. 48.6.
Clericus poteſt paſcere filios de fructibus eccleſiæ.49.13.
Clericus ita acquirit diſtributiones quotidianas, quod de illis diſponit, vti ruſticus, de operis diurni denario.50.24.
Clericus quæ acquirit in ſeruiendo pro capellano, ſibi acquirit.51.32.
Clericus poteſt vendere, & obligare fructus beneficij ad modicum tempus ſine conſenſu epiſcopi.52.37.
Clericus non debet habere de fructibus beneficij vltra neceſſaria.63.1.
Clericus de fructibus beneficij, non poteſt vendere, nec teſtari, nec donare.53.5.
Clericus capiens de bonis eccleſiæ vltra neceſſaria, aliena capit.54.10.
Clericus eſt pars domini.150.17.
Clericus poteſt facere donationem de rebus eccleſiæ in remunerationem accepti ſeruitij. 50.7.
Clericus tenetur ad reſtitutionem fructuum eccleſiæ voluptuoſe conſumptorum.54.11
Et ad idem ſi expendit vltra debitum 54.12.
Clericus debet habere beneficium quod ſufficit ſibi, & ſuis.55.18.
Clericus non facit fructus beneficij ſuos. 56. 23.
Clericus de fructibus eccleſiæ non acquirit ſibi.56.24.
Clericus de fructibus beneficij habent ſolum ius canonice diſpenſandi.56.25.
Clericus poteſt diſpenſare ad libitum de fructibus ſibi pro victu debitis.56.26.
Clericus diſponens de fructibus contra ius punitur.57.27.
Clericus non poteſt vſurpari fructus eccleſiæ quamuis eoſdem in alios diſpenſare poſſit, alioquin fur & ſacrilegus.57.28.
Clericus non bene miniſtrans vel eccleſia habetur loco prædonis.58.33.
Clericus de meliorationibus factis per eum in rebus eccleſiæ, non poteſt pro libito diſponere.59.35.
Clericus non poteſt ſibi fructus conſeruare, nec ex eis ſibi acquirere.65.18.
Clericus de iure antiquo non poterat habere bona particularia.74.25.
Clericus poteſt tantundem de bonis eccleſiæ relinquere, quantum de ſuo contulit eccleſiæ.75 28.
Clericus poteſt teſtari de expenſis factis per eum cauſa eccleſiæ.75.29.
Clericus teſtari poteſt de diſtributionibus quotidianis.77.35.
Clericus teſtari poteſt de fructibus capellaniæ, ad nutum amouibilis.78.36.
Clericus fructus eccleſiæ quos potuit, & voluit conſumere, non poteſt legare, etiã terræ ſanctæ.78.2.
Clericus ex ſua induſtria acquirit ſibi, non ſuæ eccleſiæ.79.9.
Clericus fructus ſibi pro victu aſſignatos, facit ſuos.98.3.
Clericus fructus eccleſiæ videtur poſſe proijcere ſecundum glo 98.4
Clericus de fructibus eccleſiæ participat, quatenus indiget.99.9.
Clericus fructus pro victu debitos facit ſuos, ſi illis vtatur.99.11.
Clericus partem fructuum, quam potuit, & noluit conſumere facit ſuam ſecundum aliquos.105.9.
Clericus de fructibus eccleſiæ, non poteſt donare.106.18.
Clericus non poteſt erogare conſanguineis, niſi in ſubuentionem.106.23.
Clericus de fructibus poteſt alere conſanguineos.114.44.
Clericus agens iuſtas negociationes agere poteſt.142.39.
Clericus in minoribus non habens beneficiũ ſufficiens, poteſt per aduocationem ſibi acquirere.143.48.
Clericus in minoribus beneficiatus, æquiparatur clerico in ſacris.143.50.
Clericus vti capellanus, & pro miſſis dicendis ſibi acquirit.144.57.
Clericus diuerſimode facultates acquirere poteſt.149.1.
Clericus manibus acquirere poteſt, & de acquiſitis teſtari.149.4.
Clericus doctor, conuenit habere famulum. 56.20.
Clericus habens beneficia, licite exercet etiã artificium, & doctrinam.143.52.
Clericus in profanos vſus redditus eccleſiæ expendens, peccat mortaliter, & tenetur ad reſtitutionem.149.7.
Clericus de altari debet viuere, non luxuriari.149.8.
Clericus in bonis eccleſiæ habet vſum tantum.150.23.
Clericus poteſt diſponere tantundem de fructibus, quantum de ſuo impendit in eccleſia.152.44.
Clericus fructus recollectos videtur facere ſuos.152.47.
Clericus poteſt in vita donare ſecundum aliquos.153.52.
Clericus qui nõ intereſt diuinis, nõ facit ſuas diſtributiones quotidianas.162.4.
Clericus non conuenitur, vltra quam facere poteſt.174.24.

Cle-

Clericus ſuſpenſus debet habere moderatam ſuſtentationem.60.25.
Clericus habens patrimonium, licite viuit ab eccleſia.60.26.
Clericus non poteſt diſponere de rebus eccleſiæ ſubtrahendo, vel donando 188.4.
*Clericus luxurioſe expendens, tenetur reſtituere.*189.5.
*Cogitatio cordis prona ad malum.*221.19.
Commiſſio ſuper iactationibus ex remed l. Diffamari.C.de ingen.& manum. non inducit litem ad effectum inducendi præſcriptionem.iuxta opinionem Felin.ſed ipſe hoc non dicit n.27 & quatenus hoc diceret, reprobatur 446.26.
Committens cauſam ſuper iactationibus dici non poteſt, quod tranquillo poſſideat, & quod ſit in bona fide 446.21.
*Communis opinio, quod hodie clerici appropriant ſibi omnes fructus.*170.12.
Communis vſus inualuit, quod hodie omnes clerici, appropriant ſibi omnes fructus. 66.3.
Competenter quis debet beneficiari, vt poſſit commode ſuſtentari 162.13.
Competit actio clerico pro victu contra eum, qui illum ordinauit ad eccleſiam non ſufficientem 48.2.
*Concubinatus magis prohibitus clericis, quã laicis.*137.6.
*Conditio appoſita in ſpolijs, reſoluitur in modum.*231.43.
*Confeſſio circa ſpolia facta non poteſt reuocari.*228.24.
*Confeſſio facta in commiſſione, plene probat contra confitentem.*446 24.
*Confeſſio in ſpolijs abſente parte facta, pro camera valet.*257 44.
*Confeſſio in teſtamento, etiam non iurata, in fauorem Cameræ valet.*231.47.
Confeſſio in vltima voluntate non valet, niſi ſit iurata 231.46.
*Confeſſio prælati præiudicialis cameræ non valet.*231.45.
Confeſſio reſultans ex productione ſcripturarum, eſt irreuocabilis 446.25.
*Conſtitutio contra ius naturale, non ſeruatur.*41.103.
*Conſtitutio Iulij tertij applicat fructus inexactos Cameræ Apoſt.*91.6.
*Conſtitutio Pij 4. ſtricte, an ample ſit interpretanda.*344.4.
*Conſtitutio prouin. Synodi Mediolanen.*405.17.
*Conſtitutio qualibet recipit hanc conditionē ſi moribus vtentium recipiatur.*405.15.
*Conſtitutis in ſacris, eſt interdictum matrimonium.*137.9.
*Conſuetudinem allegare non ſufficit, niſi probentur requiſita.*408.59.
Conſuetudinem clericorum diſponendi de rebus eccleſiæ, approbat Rex Carolus. 86.15.
Conſuetudo attenditur in diſpoſitione fructuum eccleſiæ 76.34.
Conſuetudo dat iuriſdictionem, non habenti. 85.12.
Conſuetudo de fructibus percipiendis videtur approbata per extrauagan. ſuſcepti. 87.22.
*Conſuetudo diſponendi de rebus eccleſiæ, intelligitur ad modica, nec ſe extendit ad magna.*86.18.
*Conſuetudo diſponendi de rebus eccleſiæ, ſe extendit ad immobilia.*86.19.
*Conſuetudo immemorabilis idem efficit, quod principis licentia.*86.17.
*Conſuetudo in aliquibus eccleſijs Regni Neapolis.*87.22.
*Conſuetudo in Hiſpania eſt, quod bona beneficiarij inteſtato morientis hæredibus deberi, non Fiſco Pont.*359.6.
Conſuetudo in Regno Neapolis, quod fructus inexacti pertinent ad capitulum 90.5.
*Conſuetudo irrationabilis, non eſt attendenda.*84.3.
*Conſuetudo iuri communi contraria ad hoc, vt præiudicet, quæ requirantur.*408 60.
*Conſuetudo loci dat iuriſdictionem.*60.6.
*Conſuetudo non debet afferre grauamen eccleſiæ.*86.21.
*Conſuetudo non efficit, quin pars debita pauperibus ſoluatur.*150.15.
*Conſuetudo obuians canoni, eſt irrationabilis.*132.54.
*Conſuetudo ſacris obuians canon non debet attendi.*84.8.
Conſuetudo teſtandi de fructibus beneficij, & reſpectu quorum beneficiorum, vbi vigeat 383 9.
Conſuetudo valet derogare iuribus. 150.14.
*Conſultatio affectuum inexactorum præbendæ canonicalis.*407.42.
Contra agentem, datur conuento exceptio. 191.1.
Contra cameram iuſtus titulus non excuſat. 233.70.
Contractuum eccleſiæ validitas potiſſimum conſiſtit, circa euidentem vtilitatem, ita vt non ſufficiat, ſi dicta vtilitas ſit dubia. 447.52
*Contra illud, quod lex iubet, aut prohibet, nihil eſt faciendum.*39.83.
*Contrariorum incluſio vnius, excluſio alterius.*91.9.
Contra Romanam eccleſiam, præſcribitur
cen-

centum annis. 99.11.
Conuentuales poſſunt habere propria. 130.37.
Conuerſi poſſunt ſibi acquirere. 133.67.
Conſtitutio Papa poſterior licet deroget priori eiuſdem contraria, non tamen derogat conſuetudinibus contrarijs, ſi rationabiles ſunt. 314.7.
Conſuetudo non valet contra legem humanã prohibitiuam, quæ virtualiter continet decretum irritans. 314.3.
Conſuetudinem vbique gentium eſſe, vt beneficiarij pro libito de ſuis redditibus donent, vel relinquant in vita, & in morte, vt quidam aſſerunt, verum non eſſe. 292.6.
Conſuetudo nulla contra legem naturalem, vel diuinam excuſare poteſt. 313.1.
Conſuetudo qua epiſcopus ſpeciem vnam bonorum mobilium, ſeu ſe mouentium beneficiarij morientis optat, valida, & eius conſuetudinis limitationes. 318.1.
Conſuetudo an induci poſſit contra legem, etiam humanam decreto irritante munitam. 313.2.
Conſuetudo quæ rationabilis, & quæ irrationabilis. 314.7.
Conſuetudo in multis Epiſcopatibus Hiſpaniæ inualuit, vt Epiſcopus mortuo beneficiario optat ſpeciem vnam rerum mobilium. 304.6.
Conſuetudo vel priuilegium Papæ teſtandi de ſpolijs ad opera pia à peccato excuſat. 314.6.
Conſuetudo, & priuilegium Principis contra legem humanam valet. 314.6.
Conſuetudine extante, vt fructus primi, vel ſecundi anni cedant beneficiario præmortuo, non debent cedere ſecularibus, quo ditiores fiant. 316.1.
Cui bona religioſorum, qui extra clauſtra viuunt, & decedunt. 378.8.
Cui debeantur ſpolia beneficiati regularis. 376.1.
Cui fructus beneficij tempore mortis beneficiarij nondum percepti. 377.4.
Cui fructus beneficiorum à die vacationis vſque ad legitimam prouiſionem, & poſſeſſionem legatam. 378.7.
Cui inſtrumenta ſacra relicta poſt mortem beneficiarij. 377.2.
Cui reditus penſionarij illi debiti, ſed nondũ exacti. 378.9.
Cui ſcamna, menſa, arca, dolia vacua, & alia ſimilia vtenſilia. 378.10.
Cui ſpolia eccleſiaſtici regularis, vel ſecularis ex negociatione illicita, vel aliter acquiſita contra canones. 377.2.
Cui, vbi agitur de bonis beneficiarij defuncti 375.2.
Cum debitore ſpoliorum confeſſo, non agitur mitius. 228.28.
Cum mortali peccato nemo introibit in gloriam Dei. 35.71.
Curia ſeruat quod clericus cedit fructus ſui beneficij creditoribus, deductis ſibi neceſſarijs. 51.29.

D

D*Atum ex cauſa ſimoniæ, non reſtituitur danti, ſed in eleemoſynam erogari poteſt* 39.88.
Datum ſacerdoti pro miſſis dicendis, acquiritur eccleſiæ, ſi intuitu eccleſiæ ſit datum. 80.10.
De acquiſitis per negociationem illicitam, an debeantur Cam. Apoſt. tanquam ſpolia. 390.1.
De beneficiario ægrotante an donare infirmitate poſſit. 391.9.
De bonis acquiſitis ex prædijs conductis opera clericatus. 390.6.
Debeo potius præſumere, quod quis fecerit, quod ius præcipit, quam contra ius. 155.24.
Debita contracta pro ſuſtentatione prælati, debent ſolui. 168.4.
Debitores ſpoliorum, non debent ſoluere poſſeſſori, ſed cameræ. 227.23.
Debitor ſpoliorum non purgat moram. 228.27.
De canonico, vel beneficiario, cuius reditus conſiſtunt in ſolis diſtributionibus. 392.19.
Decedens tranſmittit ad hæredes, ius exigendi alimenta non ſoluta. 141.30.
Decimæ ſoluuntur clericis, ſiue ſint diuites, ſiue pauperes. 166.36.
Decima datur pro miniſtris eccleſiæ, & pauperibus alendis. 149.12.
Decima fructuum datur pro alendis clericis & pauperibus. 10.25.
De cognatis defuncti ſuccedentibus ab inteſtato. 392.17.
De conſuetudine poſſumus ſuccedere clerico in acquiſitis intuitu eccleſiæ. 144.63.
De conſuetudine vt ſpolia Summo Pontifice non ſoluantur, ſed eccleſiæ cedant, ne ſucceſſori vbi vigeat. 389.24.
De diſtributionibus quotidianis diſponit clericus, veluti laborator diſponit de operis diurni denario. 11.30.

De eccleſia damno in contracta quando conſtat quamuis eſsent adbibitæ ſolemnitates tamen ei competit remedium ſpolij . 450. 79.
De facultate teſtandi à Summo Pont. accepta.379.1.
De facultate teſtandi per conſcientiam introducta.382.1.
Defenſio nec per reſcriptum,nec per ſtatutum tollitur.192.10.
De fructibus eccleſiæ,eſt aſſignata certa portio pro victu clerici 98.1.
De fructibus eccleſia poſſumus alere.& dotare conſanguineas filias , & ſorores. 98. 6.
De fructibus beneficiorum,non diſponit clericus,niſi de neceſſarijs,149.5.
De fructibus eccleſia habet viuere prælatus, & qui ei ſeruiunt.55 13.
De fructibns eccleſia datur victus clerico commode 55.17.
De fructibus penſionum videtur clericus pro libito poſſe diſponere.68 7.
De fructibns eccleſiarum diſponit Papa pro libito volnntatis.113.40.
De fructibus eccleſia fiunt quatuor partes: 13 41.
Deficientibus deſcendentibus,aſcendentibns, & collateralibus ad decimum gradum clerico ſuccedit ecclſiam.137 11.
De his,qui ſpolia epiſcoporum , vel aliorum beneficiariorum retinent in partibus vbi Camera Apoſtolica ſpolium non facit . 392.14.
De ijs,qui ſpolia Apoſtolica apud ſe retinent. 392.13.
De illicite quaſitis non diſponet clericus , quia ſunt ſpolia 79.8.
Delegatns à Principe ſuſpectus,recuſatur de iure ciuili,& canonico.193 17.
Delegatns ad vniuerſitatem cauſarum,aqui paratur ordinario.194.26.
De quibus fructibus eccleſia poſſit teſtari clericus.78 1.
De redditibus eccleſiaſticis clerici diſponunt pro victu tantum 10.24.
De redditibus eccleſia illud tantum eſt clericorum,quod probabili ratione conſumuntur.53 3.
De ſpolijs clericorum ex negociatione contra canones acquiſitis.
De ſpolijs clericorum,qua sunt bona ex beneficiorum fructibns poſt obitum relictis . 388.
Detentores ſpoliornm, ſunt excommunicati . 204.39.
Detractis neceſsarijs,cateri fructus debentur pauperibns.150.16.
Detrahitur primo quantum veriſimiliter potuit expendere clericus de bonis eccleſia . 156.28.
Deus peccare non poteſt:108.46.
Dictio ex tunc , importat canonem lata . 229. 33.
Diffamatus,vel diffamari,C.de ingen.& manum.licet ſit actor in probandis iactationibus tamen re vera eſt reus . 446.2.
Differentia inter bon.fid.poſſeſſ. & vſufructuarium quoad fructus.153.55.
Diffinitio penſionis.13.36.
Diffinitio ſpoliorum eccleſiaſticorum. 3.7.
Digniora ſemper ſunt præferenda. 93. 15.
Dignitas non liberat a ſubſtantialibus regula. 129 19.
Dimittens debita Dei ſine cauſa, Deus offendit.108.42.
Diſpenſatio de rebus eccleſia , eſt conceſſa magis lata clericis ſecularibus, quam regularibns.81.16.
Diſpenſatus ad ſuccedendum , videtur tam ex teſtamento , quam ab inteſtato . 129. 27.
Diſtinctio pro facienda præſumptione.154. 6.
Diſtinctio doctorum,circa occupationem bonorum clerici defuncti.189.10.
Diſtinctio doctornm pro præſumptionibus faciendis circa ſpolia.215.22.
Diſtributiones quotidiana acquiruntur percipientibus,etiam quoad dominium . 11. 27.
Diſtributiones quotidiana in aliquibus locis diſtribuuntur in potu,in pane,& pecuniale,& bladis.11.28.
Diſtributiones quotidiana dantur propter ſeruitium alteri. 50. 26.
Diſtributiones quotidiana non computantur in valore beneficij , nec ſunt de corpore beneficij. 67.5.
Diſtinctio ad quem ſpectent fructus eccleſia. 90. 2.
Diſtributiones quotidiana acquiruntur clerico, etiam quoad dominium. 101. 18.
Diſtributiones quotidiana, efficiuntur clerici. 152. 43.
Dominis non currit præſcriptio. 203. 31.
Dominium rei legata, tranſit recta via in legatarium. 8. 16.
Domininm rerum eccleſia eſt proprie apud Chriſtum. 13. 39.
Dominium rerum vniuerſitatis eſt apud ciues 107. 27.
Dominium & poſſeſſio rerum eccleſia , eſt apud quamlibet eccleſiam. 107. 38.
Dominium rerum eccleſia, eſt penes Chriſtū, & Papam eius vicarium. 109. 4.

Do

Dominium rerum eccleſiæ, pertinet ad Deũ. 151.30.
Dominium eſt cauſa directæ actionis. 187. 2.
Dominium ſpoliorum tranſit in cameram ſine traditione. 225.13.
Dominium, & poſſeſſio ſpoliorum, eſt penes Chriſtum, & eccleſiam. 225.14.
Dominium transfertur in cameram ex ſolo contractu, abſq. traditione. 231.51.
Dominus eiecit mercatores de templo. 26.33.
Dominus rei in dubio non præſumitur velle, vt res eius alteri tradatur. 275.3.
Donationes quædam factæ ab aliquibus maximis Pontificibus, & teſtandi facultates obreptitiæ cenſendæ. 309.2.
Dos ſuccedit loco alimentorum. 337.11.
Dubij primi hoc commentario principaliter propoſiti ampla in partem vtranque diſcuſſio, & eiuſdem reſolutio. n. 1. ac ſequen. & toto. 302.
Dubij ſecundi principaliter hoc commentario propoſiti partem in vtramque diſcuſſio, & eiuſdem reſolutio, n. 1. & ſeq ac toto. 309 1.
Dubij tertij principaliter hoc commentario propoſiti breuis reſolutio. 313.1.
Dubij quarti principaliter hoc commentario propoſiti reſolutio. nu. 1. & toto. 313. 1.
Duobus modis Camera facit ſpolia. 211.1.
Duplex ratio quare ad relicta fratrum minorum ſubuenitur officio iudicis. 130. 32.
Durum eſt coram ſuſpecto iudice litigare. 193.15.

E

Eccleſiaſticorum fructuum plenaria adminiſtratio ad Rom. ſpectent Pont. & res omnes Eccleſiæ ipſius ſunt quo adminiſtrationem. 303.2.
Eccleſiaſticos teneri ad dandum ſuperflua pauperibus. 335.4.
Eccleſiaſticum prædium in emphyteuſim perpetuam dari non poteſt, neque in vſumfructum ad longum tempus. 284.1.
Eccleſiaſticos fructus & reditus male percipientes, quid agere oporteat. 311.1.
Eccleſiæ res vendere licet, pro ſoluendis illius debitis, non tamen pro debitis Rectoris. 276 5.
Eccleſia alit clericos ad ſui decorem. 172. 18.
Eccleſia tenetur contribuere in alimoniam clericorum, non in aliam cauſam. 105. 12.
Eccleſia non tenetur ſoluere condemnationes clericorum. 105 11.
Eccleſia fidelium congregatio. 107.3.
Eccleſia habet intentionem fundatam ſuper bonis poſſeſſis à clerico defuncto. 151.32.
Eccleſia ſuccedit clerico decedenti ſine hærede ad ſeptimum gradum. 155.19.
Eccleſia vniuerſalis, indiget viris litteratis. 163 21.
Ecce, quod in victu clerico ſua miniſtrando, attenditur nobilitas, dignitas, & ſcientia. 55.19.
Eccleſia habet fiſcum. 224.3.
Eccleſia inferior præſcribit contra Papam. 201.20.
Eccleſia vel camera petit ſpolia vt i domina. 189.11.
Electus electione valida iure naturali, licet inualida iure humano, tuta conſcientia dignitatem retinet. 300.7.
Eccleſia in fructibus eccleſiæ, habet poſſeſſionem, & propeietatem. 188 6.
Eccleſia ſuccedens in re priuati vtitur ſuo nõ priuati priuilegio. 207.62.
Effici ſacerdotem eſt quid facti. 221.10.
Electus electione valida iure naturali, licet inualida iure humano, tuta conſcientia dignitatem retinet. 277.7.
Eleemoſinam debet facere prælatus, de rebus eccleſiæ 48.9.
Emptum de pecunia aliena, acquiritur ementi. 71.15.
Emens ſpolia, non tenetur ſoluere aliqua vectigalia. 230.38.
Emens pro ſuo vſu, poteſt vendere propter aliquam neceſſitatem pro maiori prætio. 31.49.
Emptum de pecunia aliena, ementi regulariter acquiritur 234.9.
Epiſcopi poſſunt teſtari de illis, quæ ſibi offeruntur pro ordinationibus. 80.12.
Epiſcopus rem Eccleſiæ, iuſta de cauſa alienare poteſt, & à fortiori Papa. 276.5.
Epiſcopus regularis, non poteſt diſponere de rebus, poſt epiſcopatum acquiſitis, etiam intuitu perſonæ. 81.14.
Epiſcopus tenetur prouidere clerico, quouſq. ei detur beneficium. 162.6.
Equus emptus de pecunia eccleſiæ, eccleſiæ eſt. 53.4.
Eſt bona ſimilitudo de vxore ad eccleſiam. 212.8.
Eſt ſancitum à Papa, de quanta parte fructuum eccleſiæ, diſponat clericus. 12. 32.
Eſt inhærendum ſemper opinioni, quæ fauet Papæ. 114.60.
Eſſe non dicitur, quod non durat. 131.46.

Eſt otendum contra impetrantem iure, quod impetrauit. 186.28.
Exceptio compenſationis tollit obligationem naturalem, & ciuilem. 196.36.
Exceptio habuit ortum in Paradiſo, ab Adã peccante. 192.9
Exceptione præſcriptionis tollitur ciuilis, & eliditur naturalis obligatio. 199.1.
Exceptiones ſunt comparatæ gratia defenſionis reorum. 191.2.
Exceptiones ſunt de iure naturali. 192.8.
Exceptio peremptoria non tollitur per reſcriptum, de certa ſcientia. 192.13.
Exceptio ſolutionis, elidit actionem. 196.34
Exceptio ſuſpicionis propoſita, impedit procedi in cauſa. 193.23.
Exceptio ſuſpicionis, tollitur per conſenſum procuratoris. 193.19.
Ex coniecturis conijcitur per arbitrarium Iudicis, an acquiſierit clericus intuitu eccleſiæ, vel perſona. 157 39.
Exempla prælatorum mala, ſcandaloſa. 135.3.
Exempti non tenentur ad collectas Papæ. 196 40.
Exempti non veniunt in generalitate comprehenſi. 196 39.
Exemptio conceſſa curialibus à ſpolijs per Xiſtum, Alex. & alios. 6.10.
Exigens plus debito à Camera, tenetur in duplum. 237.99.
Ex leui cauſa remouetur iudex ſuſpectus. 193.16.
Expenſæ funeris concernentes animam, fiunt à camera, concernentes ſolatium viuorum fiunt ab hæredibus. 179.38.
Expenſæ, quæ fiunt in recolligendis fructibus in primis deduci debent. 164 27.
Expenſas factas per prælatum de ſuo patrimonio pro eccleſia repetiuit hæres. 177.46.
Expenſas pro expeditione bullarum factas, repetit idem. 179.37.
Expreſſe cauetur, quod Papa non alienet bona eccleſiæ. 108.47.
Ex quibus cauſis alienentur res eccleſiæ. 108.49.
Extrauagans Iulij 3. Conſtitutio declarat, quod fructus beneficiorum tempore obitus beneficiatorum inexactis debentur ſucceſſoribus in beneficijs, & non hæredibus beneficiarij. 405.1.

F

Facta Papæ excuſantur, licet videantur iniuſta. 114.53.
Factum Papæ eſt iuſtum, licet videatur iniuſtum. 114.54.
Facultates concedendi facultates diſpenendi in illegitimos, ſublatæ 337 6.
Feudum, & emphytheuſim perdendi nouus modus. 337.8.
Figura iudicij, & verum iudicium quid ſit. 183 2.
Filij ex concubina non ſuccedunt clericis in illis vneijs inductis de iure ciuili. 137.7.
Filijs illegitimis relinquendi facultas cur ſcandaloſa. 335.3
Filijs ſpurij non eſt adempta facultas ſuccedendi à iure communi con eſſa per hanc Extrauag. Pij V. 337.9.
Filios eccleſiaſticorum occaſionem eſſe damnorum eccleſiaſticorum. 334.2.
Filios, & filias clericorum, iuſte poſſe ab eis, etiam hodie ali, & dotari. 337.10.
Filios habens, an poſſit in Epiſcopum eligi. 334 2.
Filios in illegitimos diſponendi omni facultas de quibuſcunque bonis ſublata vna cum facultate ſuccedendi ab inteſtato ha bentibus illos. 336.4.
Filium habentem vnde ſe alat, non tenetur pater alere, nec e contrario. 338.12.
Fiſcus eſt vbiq. præſens. 210.66.
Fiſcus Papæ, eſt Cam Apoſt. 224.4.
Fiſcus ſaccus male ablatorum. 41.97.
Forma licentiæ teſtandi per viam ſacræ Pœnitentiariæ. 117.
Forma licentiæ teſtandi per viam literarũ Apoſtolicarum. 118.
Forma licentiæ teſtandi per viam breuis. 120.
Forma profeſſionis fratrum Prædicatorum. 42.42.
Forſan, dictio cauſaliter iuxta materiam ſubiectam ſignificat certitudinem. licet proprie dubitationem importet. 286.3.
Forum exterius multa ad euitanda maiora mala permittit, quæ conſcientia non admittit. 310 4.
Frater de iure ciuili tenetur dare dotem ſorori non habenti, item & alere. 48.11.
Frater clericus poteſt dotare ſororem, aut aliam conſanguineam, de fructibus eccleſiæ. 48.12.
Frater minor habetur pro mortuo. 128.11.
Frater minor eſt ſucceſſionis incapax, ſicut damnatus in metallum 128.13.
Frater minor poteſt accipere legatum annuũ pro expenſis ſtudij. 129 17.
Frater minor non eſt capax acquiſitionis, etiam ſi promoueatur ad epiſcopatum, aut alias dignitates. 129.18
Frater minor aſſumptus acquirit eccleſiæ, ad quam eſt aſſumptus. 129.20.
Frater minor aſſumptus ad Cardinalatum,

ſibi

*ſibi non acquirit.*129.21.

*Frater minor ſibi non acquirit, etiam tranſlatus ad monaſterium capax.*129.22.

*Frater minor aſſumptus, poteſt acquirere ex priuilegio Papæ.*129.24.

*Frater minor bene poteſt diſpenſari ad ſuccedendum.*129.26.

*Fratres Seruorum S. Mariæ non connumerantur inter mendicantes.*128.5.

*Fratres conuentuales, & de obſeruantia differunt.*130 36.

*Fratres minores non poſſunt eſſe pro aliqua re in iudicio.*128.15.

Fratres minores non poſſunt accipere legatũ annuum, quia habet aliquid proprietatis. 129.16.

*Fratres minores poſſunt capere legata pro alimentis.*128.14.

*Fratres Prædicatores ſunt mendicantes.*131. 40.

*Fratres Prædicatores, de conſuetudine poſſunt acquirere, non vt retineant.*131.41

*Fratres Prædicatores poſſunt ex conſuetudine habere bona in communi, & ex priuilegio.*131 43.

*Fratres Carmelitæ habent idem priuilegiũ, quod hæremitani.*132.57.

*Fratres Prædicatores ſunt incapaces ad acquirendum, & ad retinendum.*154.39.

*Fratres Prædicatores non habent actionem, ſed imploratur officium iudicis.*131.48.

Fratres Prædicatores poſſunt ſuccedere in bonis temporalibus priuilegio Clem. IV. 132.51.

*Fratres Hæremitani ſunt mendicantes, ſed poſſunt in communi acquirere ex priuileg. Alex IV.*132.52.

*Fratres Hæremitani non poſſunt ſuccedere in bonis feudalibus.*132.53.

*Fratri minori ſuccedũt conſanguinei ſtatim facta profeſſione, non expectata morte.*130 29.

Fructus agrorum, & prædiorum beneficij ecclesiaſtici conſtitutos referiri pro oneribus ſuſtinendis vſque ad nouam collectionem. 409.91.

*Fructus beneficij, poſſunt dari creditoribus in cauſam iudicati.*51.31.

Fructus beneficij ad ſucceſſorem ſpectare aliqua conſuetudine in contrarium, &c. 408.61.

*Fructus beneficiorum, non habent inſeruire pro theſaurizando.*150.19.

Fructus beneficij beneficiario debiti; ſed ante obitum non percepti an ad hæredes vel ad ſpolia pertineant. 356. 15.

*Fructus clerico pro victu debiti ſunt ſui, ſi in vſum ſuum conuertet.*62.13.

Fructus eccleſ. cathedral. à die vacationis earum vſq. ad legitimũ earumdem vacantium ſucceſſorem prouenientes, an in ſpolijs comprehendantur. 356. 16.

*Fructus eccleſiæ poſſunt locari, vendi, & obligari.*52.33.

*Fructus eccleſiæ in quatuor partes diuiduntur.*149.13.

*Fructus eccleſiæ non ſunt ſpiritualibus annexi.*200.15.

*Fructus eccleſiæ, & inde acquiſita, ſpectant ad eccleſiam iure dominij.*187.3.

*Fructus eccleſiarum debent diſtribui in ſtipendia miniſtrorum.*84.6.

*Fructus lucrati per penſionarium, ſunt proprij.*141.32.

Fructus penſionum etiam non exactorum, tranſmitti poſſunt ad hæredes. 12. 31.

*Fructus penſionum exacti, vel decurſi, acquiruntur taliter clerico, quod illos in teſtamento, vel ab inteſtato tranſmittit ad hæredes.*50.27.

*Fructus penſionum lucrati, dicuntur proprij & poſſunt donari.*51.28.

Fructus penſionum lucrati, donari poſſunt. 9. 19.

Fructus percepti, debentur hæredibus vſufructuarij. 8. 17.

Fructus percepti ex præbenda clerici, trãſeunt ad hæredes. eo. 18.

*Fructus percepti de rebus ſpoliorum, ſunt cameræ à die vacationis.*225.11.

*Fructus pro penſione aſſignati percepti tempore mortis penſionarij, remanent ad eccleſiam grauatam.*7.14.

Fructus pro victu debentur clerico, licet abunde victum habeat 65.14.

Fructus recollecti mortuo vſufructuario, vadunt ad illius hæredes, non ad proprietarium. 50.25.

*Fructus ſeparati, & reconditi ſunt clerici, non ſeparati vel reconditi eccleſiæ.*50.22.

Fructus ſolo cohærentes, ſunt pars fundi. 90.4.

Fructum eccleſiaſticorum alij obueniunt vacante beneficio de iure, & de facto, eorumque differentia. 312. 3.

Fructuum eccleſiæ plura genera 66. 1.

Fructuum eccleſiæ male, & voluptuoſe conſumptorum reſtitutio, non eſt neceſſaria ſecundum aliquos. 52. 39.

G

Genera, & qualitates fructuum eccleſiaſticorum. 138. 12.

Germania, Gallia, *Luſitania quam iuſtam excuſationem habeant, & in quibus, aut* nulla

nulla beneficiariorum ſpolia,aut ſola epiſcoporum,Rom.Pont.debentur.358.2.
Geſta à Papa, ſancta geſta præſumuntur. 113.43.
Gratia Papæ nunquam expirat.112.34.

H

Habens beneficium, licite exercet etiam aliquod artificium.142.36.
Habens licentiam teſtandi,non videtur poſſe codicillari.106.20.
Habens patrimonium,non poteſt petere aliquid ab eccleſia vniuerſali,ſed bene à particulari cui ſeruit.162.9.
Habens patrimonium poteſt viuere de beneficio.164.29.
Habitus non facit monachum.220.6.
Hæredes clerici licite occupant bona poſt mortem.154.13.
Hæredes habent probare ſi eccleſia poſſidet, & econtra 213.13.
Hæredes poſſidentes res mobiles modicas, ſunt tuendi in poſſeſſione.154.10.
Hæreditas delata eccleſiæ, intelligitur in quantum non ſit oneroſa.168.3.
Hæreditas delata monaco,aditur per monaſterium inuito monacho.133.63.
Hæreditas non delata, nec repudiata tranſmittitur per monachum morientem ad monaſterium,133.64.
Hæreditas vacans obtinet vicem perſonæ. 107.28.
Hæremitæ poſſunt ſibi acquirere.133.69.
Hæres capiat poſſeſſionem hæreditatis clerici,ſaluo iure eccleſiæ.158 50.
Hæres clerici debet ſpolia Cam.Pont ſoluere nec poteſt exigere contra debitores in ſpolijs exigendis.542.15.
Hæres licet ſit dominus rei fideicommiſſæ, non poteſt alienare.48 2.
Hæres repertus in poſſeſſione,ſtat quouſque de contrariis dignoſcatur.158.34.
Hodie beneficia ſunt principaliter deputata pro clericis.165.33.
Hodie bona eccleſiarum ſunt principaliter deputata ad vſum miniſtrorum.162.8.
Hodie clerici habent viuere commode, ſine penuria.162.10.
Hodie clerici non debent viuere ita ſtricte. 56.21.
Hodie clericus licite viuet de beneficio, & conſeruat patrimonium hæredibus. 166. 37.
Hodie eſt difficile dicere quot fructus ſufficiant beneficiato,quia plus vni, & minus alteri.56.22.
Hodie inoleuit,quod clerici appropriant ſibi omnes fructus eccleſiæ 98 7.
Hodie inualuit,quod clerici appropriant ſibi fructus eccleſiæ.152.46.
Hodie non debent viuere clerici ita ſtricte, ſicut olim.50.21.
Hodie ſacerdotes per contrariam conſuetudinem,poſſunt petere ſalarium.23.22.
Homines offerentes eccleſiæ,habent reſpectũ ad Deum.108.39.

I

Id ſolum eſt clericorum,quod probabili ratione conſumunt.162.3.
Ignorantiæ eſt ſubueniendum.204.42.
Ignoranti,& abſenti,non currit præſcriptio. 204.42.
Illa forma nunquam debet omitti,ſine qua negotium non poteſt expediri.186.30.
Illa præſumitur eſſe cauſa finalis,quæ eſt poſita in lege.92.11.
Illa quæ ſunt pro vſu publico,nunquam præſcribuntur 201.22.
Illicite acquiſitum dicitur tripliciter.39.87.
Illicite acquiſita reſtituenda,non comprehenduntur in bulla.42.105.
Illud quod facti eſt, non præſumitur. 221. 11.
Immobilia acquiſita per clericum,præſumitur eccleſiæ.212.6.
Impoſſibilitas non vitiat promiſſionem factã cameræ.235 91.
Imputetur ſacerdoti, qui acceptauit eccleſiã minus potentem.172.21.
In acquiſitis ex beneficijs,& ex illicite negociatis per quemuis regularem,ſuccedit camera.135.81.
In acquiſitis ex doctrina, ſucceditur clerico per ab inteſtato.143.46.
In acquiſitis ex illicite negociatis, ſuccedit camera.144.64.
In adminiſtratoribus quales ſunt clerici, potentius eſt ius in vita, quam in morte. 79.4.
In ethimologia vocabuli conſiſtit ſubſtantia 2 1.
In beneficialibus Papa eſt dominus quantũ ad vſum.109.3.
In beneficialibus Papa poteſt præiudicare ſine cauſa.9.21.
In beneficialibus præſumptio non eſt ſufficiẽs ad iudicandum.221.14.
In cauſis appellationis ſpoliorum quomodo proceditur 186.25.
In cauſis ſpoliorum quomodo procedatur. 183.8.
In cauſis ſpoliorum verbum ſummariæ reijcit ſolemnitates.183.9.

In

Digitized by Google

In cauſis ſpoliorum poteſt procedi etiam criminaliter. 186. 24.

In cauſis ſpoliorum admittitur appellatio facto depoſito. 187. 32.

In cauſis ſpoliorum proceditur ex forma reſcriptorum 191. 3.

In cauſis ſpoliorum admittuntur exceptiones releuantes. 192. 7.

In cauſis ſpoliorum non requiritur ſententia diffinitiua, ſed declaratoria. 225. 9.

In cauſis ſpoliorum admittitur appellatio facto depoſito. 225. 10.

In cauſis ſpoliorum poteſt quis allegare de iure tertij, quia conuentus poteſt dicere, quod res ſpectat ad cameram. 229. 31.

In cauſis ſpoliorum etiam mulier poteſt eſſe teſtis, procuratrix, & arbitrix. 230. 36.

In cauſis ſpoliorum, poteſt procedi ferijs indictis etiam in honorem Dei. 233. 65.

In caſu neceſſitatis, eſt licitum clerico negotiari. 22. 16. & 30. 46.

In debitis cameræ, non valet regula de liquido, ad liquidum, &c. 232. 55.

In diſtributionibus quotidianis videntur ſuccedere conſanguinei etiam ab inteſtato. 140. 22.

In diſtributionis quotidianis, bene poſſunt ſuccedere hæredes. 11. 29.

In dubio prælatus præſumitur acquirere eccleſiæ. 212.

In dubio quis præſumitur uti priuilegio 112. 29.

In dubio pronuntiatur in fauorem cameræ. 234. 81.

In dubio de acquiſitis per clericum æqualis fit diuiſio inter eccleſiam, & hæredem. 150 22.

In feudalibus religioſi non ſuccedunt, 132. 60.

In forma licentiæ ponitur clauſula toties quoties. 112. 32

In fructibus penſionum, & fructibus reſeruatis, ſuccedunt conſanguinei, 141. 24.

In fructibus non conſumptis, ſuccedit eccleſia. 100. 13.

In fructibus non conſumptis, ſuccedit conſanguineus, ſi adſit conſuetudo. 100. 14.

In fructibus eccleſiæ, vel in acquiſitis de fructibus ſuccedit ſucceſſor regulariter in beneficio. 138. 13.

In fructibus non recollectis ſuccedit eccleſia 139. 16

In fructibus maturatis in die mortis, vſque ad apprehenſam poſſeſſionem beneficiorum reſeruatorum, ſuccedit Camera. 89. 1.

In hæredibus præſumitur continuari dominium. 8. 16.

In hoſpitalitate exercẽda, habetur reſpectus ad ſitum beneficij. 163. 4.

In illis, quæ ſunt de iure poſitiuo, Papa poteſt omnia. 119. 2.

In illis in quibus tractatur de animæ periculo, non currit præſcriptio. 204. 40.

In illis, quæ poſſunt poſſideri iure communi, ſufficit bona fides ſine titulo. 206. 56.

In illicite per clericum acquiſitis, non eſt præſumptio pro camera. 218. 30.

In licentia teſtandi habet clericus, quod poteſt teſtari, & codicillari 106. 22.

Induſtria æquiparatur patrimonio clerici. 205. 23.

In locum ſucceſſoris, & eccleſiæ, in ſpolijs hodie eſt ſuffecta Camera Apoſtolica. 138. 24.

In materia ſpoliorum ſtricte eſt, non late interpretandum. 6. 8

In redditibus eccleſiaſticis clerici habent illud ius, quod eſt ſibi à Papa, & canone conceſſum. 10. 23.

In ſcripturis ſanctis, piſcatores inueniuntur ſancti, non venatores. 22. 4.

In quibus caſibus tenetur ludo lucrans reſtituere, 39 90.

In reſcriptis Papæ ſemper intelligitur appoſita clauſula, modo non ſit alteri ius quæſitum. 40. 95.

Intentio Papæ non præſumitur de eo, quod verba non important. 31. 101.

Intellectus ad glo. in cap. præſenti. de off. ord. in 6. 77. 35.

Improbatur conſuetudo per quam diſtributiones dantur non intereſſentibus diuinis. 89 4.

In redditibus eccleſiaſticis tantum habent iures clerici, quantum ſibi à canone permittitur. 88. 24.

Inſpicimus ſemper illud, quod eſt magis veriſimile. 93. 14.

Item clauſula per plura teſtamenta.

Item per codicillos.

In quibus caſibus poſſit clericus diſponere de fructibus eccleſiæ. 152. 45.

In rebus mobilibus poſſeſſor eſt tuendus in poſſeſſione. 154. 5.

In præſumptionibus faciendis circa acquiſita per clericum, iudex arbitrabitur. 154. 14.

In rem quam poſſidet eccleſiam per clericum defunctum, ius ſibi dicit. 155. 21.

In ſingulis clericis præſumitur pro eccleſia, ſed magis pro prælatis. 157. 36.

In notorijs non eſt locus ſuſpicioni. 194. 24.

In hoſpitalitate exercenda, habetur reſpectus ad ſitum beneficij. 160. 14.

In

In ſubminiſtratione victus clerico, habetur conſideratio ad qualitatem perſonæ. 163. 18.
In quot partes diuidantur fructus eccleſiæ, 173.23.
In ſpolijs fuit datus certus modus proceden. di.183.7.
In ſpectantibus ad Papam principaliter, curtit centenaria.207.61.
Intereſt cameræ, quod quis potius ſit ſacerdos, quam clericus.235.1.
In ſacerdotio plura requiruntur.221.13.
In ſpolijs non currit præſcriptio, niſi vt contra eccleſiam 226.17.
In rebus mobilibus, eccleſia nullum habet priuilegium.227.19.
In ſpolijs occultus poſſeſſor afficitur.227.22.
In ſententia excommunicationis, regulariter factum hominis requiritur.229.32.
Intellectus illius dicti, Papæ in beneficialibus eſt pro ratione voluntas.280.3.
Intellectus cap. non liceat Papæ. 12. quæſt.2. 274 1.
Intellectus cap. cum vos de off. ord.305.1.
Intellectus cap. quia ſæpe, de elect. lib.6.& c. præſenti. de off. ord. eo. lib.306.3.
Intellectus c. mandata, de præſump.310.5.
Intellectus c 2. de reb. eccl. non alie.327.1.
Intellectus clem.1 de probat.278.9.
Inuadens ſpolia eſt ſacrilegus.235.84.
D. Ioan. Auſtriacus ſpolia opima reportauit, & victoriam naualem ter maximam obtinuit.272.1.
Iudex ſupplet pro reo non opponente exceptionem ſolutionis, de qua conſtat.196.35.
Iudex in cauſis ſpoliorum, poteſt procedere in domo, & alias.184.19.
Iudex in præſumptione, & computatione facienda circa bona acquiſita, deducet expenſas victus ſemper de bonis eccleſiæ.159 15.
Iudex vanas, & delicatas expenſas deducet de bonis clerici.155 16.
Iudex non poteſt aliquid immutare, vbi ius eſt alteri quæſitum.192 12.
Iudicium redditur in inuitum 169 8.
Iulij 3. bulla ſpolia concernentis fragmentum.319 1.
Aliud eiuſdem Iulij 3. bullæ fragmentum.
Iulius Cæſar Lutius laus, vide Filliuc. in procœm. & infra 351.
Iuramentum, & tranſactio à pari procedunt. 195.29
Iura prohibentia clericum teſtari de fructibus beneficij loquuntur indiſtinctè. 15.50.
Iura quæ conſuetudinis authoritatem ſoluit. 314 4.
Iura quæ habent quod fructus Eccleſiæ ſunt Chriſti, quomodo intelligi habeant. 408. 125.
Iure antiquo ſpolia clericorum ad Summum Pontif. pertinere non ſolum in Italiam, ſed etiam citra montes, & maria.341.5.
Iure humano inducta eſt forma alienandi eccleſiaſtica bona.327.1.
Ius præſcriptionis fuit inductum auctoritate principis 192.14
Iuſtitia perdit cultum ſuum per turbam obſtrepentium.191.5.

L

LAbores, & ſeruitia debent recompenſari. 104.4.
Laicus percipiens decimas, ſi ſpoliatur à rectore, non intentat ſpolium.206.57.
Licet clerici non poſſunt conducere, poſſunt tamen in conducta in qua ſuccedunt remanere.22.12.
Licet clericus poſſit facere artificium, tamen non poteſt ſi eccleſia ei ſufficit ad victum. 28 39.
Legata, & hæreditates relicta fratribus minorum, ſoluuntur officio iudicis.130.31.
Legatum factum religioſo, præſumitur intuitu monaſterij factum 160.58.
Legem humanam omnem, quatenus humana eſt, conſuetudo tollere poteſt.315.8.
Legitima per patrem, vel filium profeſſum, debetur emiſſa profeſſione.134 75.
Legitima ſemper admittitur exceptio, licet Papa aliquid mandet præciſe fieri. 186. 29.
Lex promulgata per tempus præteritum, importat canonem latæ ſententiæ.224 6.
Lex debet conuenire tempori.41 96.
Lex non debet habere ſuperfluam ſillabam. 93 18.
Lex naturalis, qua bonorum eccleſiæ alienatio prohibetur, quæ ſit.275.3.
Lex humana non poteſt tollere diuinam, vel naturalem.337.10.
Lex maiore cum deliberatione conditur, quā fiat commiſſio.292.5.
Libello euidenter inepto, non eſt reſpondendum 184.18.
Licentia teſtandi à Sede Apoſtolica obtenta, habet clauſulam de licite acquiſitis. 43. 111.
Licentia teſtandi ſolet impetrari ab Epiſcopis, non à clericis, quia clerici beneficiati ſecundum aliquos libere diſponunt, de fructibus eccleſiæ ſine licentia.94 19.
Licentia teſtandi conceditur per viam iuſtitiæ, & per viam gratiæ.104.1.

Licentia teſtandi per viam gratiæ 16.15.
Licentia teſtandi eſt indultum odioſum. 81. 19.
Licentia concedi ſolet in forma, etiam ſuccedenti ab inteſtato. 107.25.
Licentia teſtandi conceditur a Papa, ſine expreſſa cauſa 10.14.
Licentia teſtandi conceſſa Cardinali Seripā. do. 11.17.
Licentia teſtandi, ſeruatur inuiolabiter a collectoribus ſpoliorum. 11.19.
Licentia teſtandi, non extenditur ad codicillandum. 111.22.
Licentia teſtandi, non amittitur etiam ſi quis non teſtetur per decennium. 112.36.
Licentia teſtandi ex regeſtris Innocentij iij .231.7.
Licet clericus non reſides priuetur beneficio, non tamen tenetur reſtituere fructus. 28. 61.
Licet eccleſia vacet eius poſſeſſio non vacat. 107.37.
Licet fructus eccleſiæ non obligantur pro clericum, obligatur tamen per iudicem. 169. 7.
Longa interpretatio doctorum non eſt mutāda 58.32.
Luxuriantes in bonis eccleſiæ, tenentur ad reſtitutionem. 15.29.
Licet contractus factus eccleſia vacante ſuper rebus eccleſiæ eſt ipſo iure nullus tamen poteſt ratum haberi ſi ſit vtilis, 222. 51.

M

Male acquiſita, prudenter facimus ſi in eleemoſinam damus. 37.78.
Maius bonum eſt in ſacerdotio, quam in alijs ordinibus. 229.7.
Magis lucroſa magis deſiderabilia 220.9.
Melioramenta facta in rebus eccleſiæ de ſuo patrimonio, clericus repetit. 101.37.
Meliorationes facta per prælatum in rebus eccleſiæ, ſunt eccleſiæ, 14.37.
Merita, & ſeruitia probari debent reſpectu cameræ. 231.53.
Minus peccatum dare conſaguineis, quam extraneis. 49.14.
Minores non poſſunt acquirere, nec in communi, nec in particulari. 128.10.
Miles ſeculi, & miles caleſtis æquiparantur 169.9.
Moriente prælato proprietas, & poſſeſſio eccleſiæ, remanet penes Chriſtum. 107.35.
Monaci non habet velle, nec nolle. 110.13.
Monaci non poſſident, ſed poſſidentur co.13.
Monaci in ſuo ingreſſu, dedicant ſe, & ſua Deo. 115.69.
Monaci ſunt dicti ab vnitate. 128.7.
Monaci regulariter intelliguntur Sancti Benedicti. co.8
Monaſterium ſuccedit profeſſo. 131.47.
Monaci poſſunt acquirere in communi. 131. 54.
Monaſterium ſuccedit in illis, quæ tinentur extra ſanguinem. 133.62.
Monaſterium habetur loco filij. 133.65.
Monaſteria ſuccedunt in bonis delatis conuerſis. 133.68.
Monaco non tacite, nec expreſſe profeſſo, ſuccedunt conſanguinei. co.71.
Monachus vagans apoſtatando, non recuperat bona monaſterio acquiſita 134.76.
Monaſtrio debet reuocare vagantem. 39 89.
Mulier acquiſitum ex meretricio retinere poteſt. 39.89.
Multis modis quid poteſt dici proprium. 64. 15.
Mulieribus non conueniunt negotiationes. 131.34.
Multum differunt videre commode, & ſine penuria. 163.15.
Mulier obligata pro ſpolijs non iuuat ſe beneficio velleiani. 233.66.
Mutum nequit teſte fieri niſi gratis. 319.3

N

Negotia lucri, & cupiditatis ſunt interdicta monachis, & clericis. 29.43.
Negociatio quæ non ſit cauſa lucri, non eſt prohibita. 30.45.
Negocium ſeculare non poteſt diffiniri, quia multiplex. 31.52.
Nihil habens nihil dat. 129.28.
Negociatio qua ſit non lucri cauſa, non eſt prohibita. 142.42.
Nihil habens, dare non poteſt. 124.32.
Nemo debet proprijs expenſis militare. 163. 32
Negociator clericus, vt peſtis vitandus. 212. 9.
Negocia ſunt prohibita tantum beneficiatis 219.32.
Negocians intendens principaliter ad lucrum, eijcitur de templo paradiſi 32.4.
Negocia ſecularia prouenientia ex carnis concupiſcentia, ſunt prohibita. 34.59
Non eſt curandam de verbis, quia ſunt accomodanda materiæ. 68.
Nullus niſi pro peccato mortali excomunicatur. 35.69.
Nihil tam naturale, quam rem acquirere de voluntate tradentis. 37.80.

c Nuſ

Nullus clericus dicitur habere dominium ſui beneficij.253.6.
Nomine cibariorum,non veniunt veſtimenta 55.15.
Nomine alimentorum veniut veſtes, & habitatio.10.16.
Nullus eſt proximior clerico,quam eccleſia 59.36
Non eſt aliquod dominium, vel poſſeſſio clericorum in rebus eccleſiæ.73.17.
Non valet ſtatutum per quod minuitur cultus diuinus.84. 5.
Non poteſt Papa ab vna eccleſia auferre, & dare alteri ſine cauſa.109.7.
Non poteſt fieri exequutio pro debitis clerici in fructibus pro victu aſſignatis.99.10.
Non conſumpta per clericum, reſeruantur eccleſiæ 99 12.
Non reperitur iure cautum, quod clericus preſeruet ſibi portionem pro victu aſſignatam, non conſumptam. 101.19
Non valet diſponi niſi facta mentione de licentia, ſecundum aliquos. 112. 25.
Non valet diſpoſitio Papæ contra legem,niſi de lege faciat mentionem. 112. 39.
Non ſufficit habere authoritatem gerendi, niſi quis gerat eo modo, quo poteſt 112. 26
Non poſſumus de actis Papæ iudicare. 114. 51.
Non valet conſuetudo contra canones preceptiuos, vel prohibitiuos. 132. 56.
Non medicantes, non poſſunt acquirere ſibi in particulari 132 58.
Non valet ſtatutum excludens clericos a ſucceſſione. 136 4.
Non exſtentibus deſcendentibus ſuccedunt aſcendentes & collaterales. 137. 10.
Non eſt licitum artificium clerico, quando ei eccleſia ſufficit. 142. 39.
Non eſt prohibitum lucrum, quod prouenit ex operis, & rebus clerici. 142. 43.
Non ſunt mutanda, quæ certam ſemper habuerunt conſuetudinem. 144.62.
Non eſt facienda præſumptio captioſa alicui 156.28.
Non arctatur hæres ad probandum bona eſſe ex induſtria acquiſita. 158 48.
Non poteſt clericus de fructibus eccleſiæ ſibi acquirere.153.51.
Non eſt præſumendum hæredem velle poſsidere alio nomine, quam vt defunctus 218, 28.
Non eſt neceſſaria ſententia declaratoria, quando eſt notorium ſpolia prouenire ex beneficiis, vel ex illicitis negotiatis. 226. 16.
Nulla antiqua poſſeſſio iuuat mala fide poſſidentem.205. 44.
Nullus niſi prælatus habet officium acquirendi pro eccleſia. 157 37.

O

OBlata eccleſiæ, Deo oblata dicuntur. 73. 18.
Oblata eccleſiæ, Deo ſunt oblata 202. 29.
Obligatus exigere ſpolia, ſi deficit tenetur de ſuo. 230. 39.
Occultos peccator, non tenetur reſtituere fructus medii temporis. 37. 77.
Occupantes ſpolia, ſunt ſuſpenſi. 232. 58.
Odioſa conceſſio, reſpicit primũ actum tantum. 111. 19.
Omne peccatum, quod eſt contra præceptum legis naturalis, & diuinæ mortale eſt. 35. 67.
Omnes contractus cameræ, ſunt contractus bonæ fidei. 235.90.
Omnis lis finitur iuramento. 195.28.
Oportet fieri traditionem a viuente illarum rerum quas donat clericus. 62.11.

P

PAnnicularia quæ dicantur. 273.
Papa ſine cauſa, poteſt imponere penſionem in beneficiis. 10 22.
Papa eſt dominus omnium beneficiorum 13. 35.
Papa pro neceſſitatibus ſedis apoſtolicæ ſolet reſeruare fructus beneficiorum. 13 37.
Papa vtitur prouentibus beneficialibus, vti vult. 10 38.
Papa Chriſti vicarius cum omnimoda poteſtate. 13.40
Papa poteſt tollere ius quæſitum ex lege ſua. 13. 42.
Papa concedit, & concedere ſolet monachis licentiam teſtandi de fructibus eccleſiarũ. 13. 43.
Papa poteſt reuocare gratiam, poſt ius alteri quæſitum. 15. 49.
Papa, & Imperator non poteſt diſponere, quod ſtetur dicto vnius teſtis in præiudicium tertii. 41. 102.
Papa concedit licentiam teſtandi, de acquiſitis parce viuendo. 100.15
Patrimonium eccleſiæ eſt cõmune, & propterea nullus ſibi appropriet. 205.33.
Papa Vicarius Chriſti, non habet diſſipare bona Dei. 206. 43.
Papa in beneficialibus, & in bonis beneficiorum dominus 109 51.
Papa in beneficialibus, poteſt quem ſuo iure

priua.

*priuare ſine cauſa.*109 52
Papa Vicarius Chriſti cum omnimoda poteſtate in terris 108.5
*Papa habet plenitudinem poteſtatis.*109 6
Papa in bonis beneficiorum, habet omnimodam poteſtatem 109.8
Papa poteſt ſubijcere eccleſiam alteri, & iura vnius alteri dare 9.110
Papa facit monachum profeſſum teſtabilem 110.10
*Papa concedit quotidie priuilegium teſtandi, etiam collegijs Rom Cur.*113 41
*Papa ſi non poſſet concedere licentia teſtandi, non concederet.*114.44.
*Papa praeſumitur motus ex cauſa rationabili.*114.45.
*Papa faciens ad ſupplicationem, ſi non appa ret cauſa, praeſumitur motus ad importunitatem.*114 46.
Papa concedit licentiam ex certa cauſa. 114 47.
*Papa poteſt facere de vno aliud.*114.55.
Papa Chriſti Vicarius, & Dei locumtenens. 114.56
*Papa omnia diſponit, & iudicat.*114.57.
Papa non eſt, qui dicat, cur ita facis. 114.58.
*Papa diſpenſat in omnibus, in quibus non reperitur expreſſe prohibitum.*114.59.
*Papa poteſt aſſignare penſionem, etiam laico, etiam ſine cauſa.*115.61.
*Papa in beneficialibus dominus.*115.62.
*Papa ſanctus reputatur.*115 63.
Papa ſolet eximere à nexu ſpoliorum, etiam Collegia etiam Vniuerſitates, imo Ciuitates, & Regna 16.52.
Papa regulariter non diſpenſat ſupra ius diuinum 115 65.
*Papa in licentia teſtandi, diſpenſat ſine cauſa.*115.66.
*Papa quotidie concedit monachi, licentiam teſtandi.*115.68.
Papa non eſt verus, & abſolutus bonorum Eccleſiaſticorum dominus 99.2.
*Papa eo temporis momento, quo electus eſt, accipit a Deo poteſtatem ſuper totum corpus Chriſti myſticum.*275.2.
*Papa, & alij beneficiarij quomodo poſſunt alienare iuſte fructus beneficiorum collectos, & colligendos ſine iuſta cauſa, & ſolemnitate.*284 2.
*Papa non ſubeſt iuri humano.*327.1.
*Papa cum cauſa rationabili diuidere, & vnire, Eccleſias conferre. & auferre beneficia poteſt, etiam ſine beneficiariorum culpa.*281 6.
Papa plus iuris habet in clericos, & bona eorum eccleſiaſtica, quam Rex in laico, & bona eorum laica, et ratio huius differentia noua 328 4.
Papa non poteſt conſecrata benedictione conſtitutiua ſacri profanare, antequam deſinant eſſe talia 330.10.
Papa non eſt bonorum eccleſiaſticorum dominus, ſed ſummus eorum adminiſtrator 303.2.
*Papa iure naturali tenetur ſeruare pacta iuſta, ſecum, vel inter alios facta, ſed ex cauſa poteſt ei derogare nu.*2. *Quod ipſum dicendum eſt de dominio* 327 2.
Papa bonis eccleſiaſticis neque inter viuos, neque in vltima voluntate pro libito vti poteſt 329.1.
*Papa paſſim concedit clericis teſtandi facultatem de ſuperfluis redituum beneficiorũ ſuorum, quae inteſtatis eis morientibus ſpolia remanent.*303.3.
Papa lege naturali probibetur alienare bona eccleſiaſtica ſine cauſa 275.2.
*Papa non ſubeſt iure humano.*321.1.
Papa ſicut non poteſt bona eccleſiarum inferiorum iuſte alienare ſine cauſa, et conſenſu beneficiariorum, ita nec reditus eorum. 285.3.
Papa licet poteſtatis plenitudinem acceperit ſocios tamen, qui ipſum in ea exercenda iuuent, aſſumere debet 310.5.
*Papa non ſolum non poteſt iuſte ſine cauſa alienare praedia Eccleſiae Rom. ſed neque vſumfructum eorum.*284.1.
*Papa non rarò beneficiorum vacantium fructus vnius, aut alterius anni, concedit nonnullis Epiſcopis debitis oneratis.*303 2.
*Papa in miſſarum ſolemnijs, cur vbique & ſemper pallio vtitur alij vero Praelati minime.*310 7.
*Papa immediatius a Deo ſuam poteſtatem, quam Principes ſeculares.*288 5.
*Papa ſine iuſta cauſa rem Eccleſiae etiam inferioris alienare iuſte nequit.*278 1
*Papa nulla lege humana ligatur, ſaltem quo ad vim coactiuam.*275.2.
*Papa qui ſine cauſa patrimonium, vel beneficium alicui adimit an peccet, & reſtituere teneatur.*581.4.
Papa omnes eccleſiae res eſſe, quomodo intelligendum 310.7.
Papa nomen, & ſi Patriarchis, Archiepiſcopis, & Epiſcopis conueniat; antonomaſtice tamen ſoli Romano Pontifici attribuitur. 274 1.
*Papa, & eccleſia vniuerſali immediate a Deo commiſſa bonorum eccleſiaſticorum adminiſtratio.*303.4.
*Papa, aut Monarcha, voluntates, donantiũ ſine iuſta cauſa mutare non licet*279.2.

Papæ debentur fructus eccleſiarum menſarum Patriarchalium, Metropolitanarum, &c. à die vacationis, vſq. ad diem prouiſionis. 293.7.

Papæ ſemper ea mente fuerunt, vt ſpolia cederent Cameræ Apoſt. & non alijs. 288.4.

Pactis, & conuentionibus eſt ſtandum. 195.30.

Paria iudicantur non fieri, & fieri non recte 37.76.

Paria ſunt non teſtari, & inutiliter teſtari. 112.30.

Parificantur in acquiſitis per clericum patrimonium, & induſtria 156.30.

Pars ſuperabundans de fructibus eccleſiæ, erogatur in pauperes. 149.6.

Patrum ſanctorum decretis, quod non eſt cõſtitutum, ſuperſtitioſis inuentionibus affirmandum non eſt. 303.5.

Pauli 3. Bulla concernens ſpolia. 285 1.

Pauli 4. Bullæ de ſpolijs fragmentum. 305.6.

Paulus Odeſchalcus, & Franciſcus fratres laudati. 297.7.

Pauper non tenetur vltra, quam facere poteſt. 197.41.

Peccatum mortale notorium, inducit ſuſpenſionem, vt quis non exerceat officium ſuum. 36.75.

Peccatum tale eſt, qualis eſt finis per quem fit. 32.53.

Penſio aſſignatur cauſa alimentorum. 68.10.

Penſio eſt pars fructuum prius à beneficio ſeparata. 408.80.

Penſio poteſt aſſignari etiam laico. 141.26.

Penſio videtur aſſignata pro alimentis. 141.29.

Penſionarius tranſmittit terminos penſionis non exactos, ad hæredes ex teſtamento, & ab inteſtato. 79.6.

Penſionarius non tenetur dicere officium. 141.27.

Penſiones debitæ penſionario, ſed non ſolutæ, an pertineant ad hæredes penſionarij, an inter ſpolia habeantur. 357.18.

Penſiones decurſæ non ſolutæ in vita, tranſmittuntur ad hæred. etiam ab inteſtato. 68 12.

Penſiones etiam laico aſſignari ſolent. 68.9.

Penſiones non exactæ, tranſmittuntur ad hæredes ab inteſtato. 175.30.

Penſiones ſunt quid prophanum. 175.29.

Permittitur beneficiarijs teſtari de bonis, & beneficijs acquiſitis in vſus pios, vel ad eos remunerandos, qui ipſis viuentibus inſeruierunt. 359 5.

Permittuntur multa ad ſedandas diſcordias exteriores, quæ non ſedant interiores. 301.6.

Per artificium clericus, licite ſibi victum parat. 142.34.

Per canones antiquos non poterat clericus habere propria. 106.16.

Per paupertatem actum redditur inanis. 197.42.

Perſonæ incapaci regulariter legari non poteſt. 107.24.

Perſonæ quibus creditur, quod lenitate potius, quam liberalitate vendant. 32.58.

Perſona hæredis, cenſetur vna cum perſona defuncti. 206.53.

Perſona litterata prodeſt eccleſiæ vniuerſali 163.22.

Petrus, & alij Pontifices Maximi, cur bonorum eccleſiaſticorum adminiſtrationem diuiſerint. 310 6.

Pij 4. bullæ fragmentum. 294.5.
Alia bulla eiuſdem.
Eiuſdem breue quoddam,

Pij 5. bulla de ſpolijs clericorum 299.1.

Pij 5. benignitas, quibus maxime reſplendet. 327.3.

Pium eſt illius adimplere voluntatem, qui loqui non poteſt. 130.34.

Pœna clerici negociatoris. 35.66.

Pœna quiſpiam minime debetur ante Iudicis ſententiam. 342.12.

Poſſeſſio beneficiorum reſeruatorum in Regno Neapolitano capta plumbeis bullis nõ expeditis perimit ius quæſitum per ſimplicem ſignaturam. 294.3.

Poſſeſſionem capiens per ſolam ſignaturam non eſt regulariter iudicandus intruſus, vt aſſeruit Fel. 295.4.

Poſſeſſorem occultorum ſpoliorum, non eſſe tutum in foro conſcientiæ, niſi ea Fiſco Pont. reddat. 342.13.

Poſſeſſor ſpoliorum, ſi aliquid alienet, alienatio nihil valet. 342.14.

Poſſumus ſolum, id quod iuſte poſſumus. 310.6.

Poteſt clericus dare conſanguineis ad ſubueniendum, non ad illos ditandum. 99.8.

Poteſt ferri ſententia pro camera, etiam ipſa non iſtante. 237.98.

Præbendæ ad quid dentur canonicis. 150.27.

Præbendarius poſſidet bona nomine eccleſiæ. 213.12.

Præcepta Decalogi omnia ſunt naturalia. 275.3.

Prædia acquiſita de ſpolijs ſunt exempta. 235.83.

Prædium emptum de pecunia eccleſiæ, effici-
tur

tur eccleſiæ. 7. 13.
Practica quam debet ſeruare dans aliquid de rebus eccleſiæ.49.19.
Prælati,& rectores quandoque appellantur Domini rerum eccleſ.& quare. 410.130.
Prælatus poteſt alienare mobilia eccleſiæ, quæ ſeruando non poſſunt ſeruari.47.1.
Prælatus habet liberam diſpenſationem in fructibus.47.3.
Prælatus in diſponendo de rebus eccleſiæ, debet habere Deum ante oculos.48.8.
Prælatus tenetur de fructibus eccleſiæ alere conſanguineos.48.10.
Prælatus tenetur de culpa per eum in rebus eccleſiæ commiſſa.73.24.
Prælatus regularis, non poteſt teſtari, etiam ſi ſit Cardinalis.81.15.
Prælatus ſecularis intuitu perſonæ acquirens ſibi acquirit, regularis vero ſibi acquirit eccleſiæ.81.17.
Prælatus habet viuere cum ſuis famulis, de bonis eccleſiæ.105.6.
Prælatus licite remunerat de bonis eccleſiæ illum, qui inſeruit eccleſiæ 105.7.
Prælatus emens nomine eccleſiæ, acquirit eccleſiæ dominium,& poſſeſſionem. 158.49.
Prælatus tenetur ſoluere omnia debita ſui prædeceſſoris, ſi non fecit inuentarium, ſi fecit, tenetur pro viribus hæreditarijs ſecundum aliquos.168.2.
Prælatus non præiudicat eccleſiæ, ſi poſſeſſionem legat, aut dimittit.218.27.
Prælatus tenetur acquirere eccleſiæ. 211. 3.
Prælatus habet interdictum unde vi ad bona eccleſiæ 213.11.
Prælatus poſſidet nomine eccleſiæ,& vt commodatarius.189 13.
Prælatus pro ſua ſuſtentatione poteſt pignorare rem eccleſiæ, quam ſucceſſor tenetur reluere.168.6.
Præſcribuntur etiam patrimonialia cæſaris. 201.23.
Præſcriptio operatur vti decretum.199.4.
Præſcriptio eſt ſimilis ſolutioni 199.5.
Præſcriptio prodeſt fideiuſſori.199.6.
Præſcriptio contra eccleſiam currit ſpatio quadraginta annorum.226.18.
Præſcriptione firmatur, quod alias eſt inualidum.199.7.
Præſumendum non eſt iuſtam cauſam interueniſſe in alienatione rei eccleſiæ, etiam per Papam facta, niſi de illa conſtet. 277. 8.
Præſumere negocium in clerico, eſt præſumere delictum in eo.214.16.
Præſumitur contra prælatum, qui non fecit inuentarium.154.7.
Præſumitur eſſe eccleſiæ illud, quod poſſidet prælatus poſt adeptam prælaturam. 76. 33.
Præſumitur teſtator voluiſſe vti facultate, quam habet.112.28.
Præſumitur quis facere actum, ex capite quo ſibi eſt vtile.112.31.
Præſumitur ſemper pro eccleſia, niſi hæres probauerit.154.8.
Præſumitur in dubio pro hipotheca cameræ. 236.96.
Pretium non prædium, vſu conſumitur.131 45.
Primogenituræ auctoritate regia inſtitui poſſe cum clauſula, vt deficientibus legitimis, illegitimi ſuccedant.380 2.
Princeps non tollit, quæ ſunt de iure naturali, vel gentium.192 11.
Principes ſeculares, non poſſunt conſtituere legem in rebus eccleſiæ. 88 25.
Priuilegio diuino ad Papam pertinet ordinatio,& iudicium de rebus ſpiritualibus,& eccleſiaſticis 303.2.
Priuilegio dubio, inſpicitur intentio concedentis.91.7.
Priuilegium faciendi, nunquam perditur. 112.38.
Priuilegium teſtandi, eſt priuilegium aliquid faciendi.112.37.
Probanda cauſa eſt ſine qua iuſte aliquid fieri nequit 277.9.
Pro camera agitur ex ſola pollicitatione. 235.98.
Pro camera valet promiſſio ſine ſtipulatione ſine cauſa.231.54.
Pro communi vtilitate datum, vſibus particularibus non eſt applicandum.108 44.
Pro eccleſia ſemper benigna fit interpretatio.66.2.
Pro rebus cameræ agi poteſt ex officio, & iudex ſupplex in his, quæ ſunt facti. 235. 86.
Pro remunerationem ſeruitij eccleſiæ impenſi, poſſunt alienari res eccleſiæ. 105. 8.
Pro ſuſtentatione clerici, non poſſunt vendi res eccleſiæ.172.20.
Probibitum alienari, eſt probibitum vſucapi.204.37.
Probat camera ſi prætendat fuiſſe acquiſita ex negociatione.219 33.
Prohibitio teſtandi, eſt de iure poſitiuo. 85. 14.
Prohibitio teſtandi clericis, eſt de iure poſitiuo.140 64.
Profeſſo habenti filios, ab inteſtato ſuccedit monaſterium, filijs legitima rimanente. 134 73.

Prop-

Digitized by Google

Pontifices in alienatione rerum eccleſiæ, nihil aliud exigunt, quam vtilitatem. 449.75.
Poſſeſſione ſi Eccleſia amittat ex cauſa iniuſta, & actu nullo adhuc datur reintegratio vigore can. reintegrandæ, ſed ſecus ſi cauſa ſit vera, & actus validus. 444. 3
Poſſeſſor tenetur ad omnia ſpolia, & ad annexa. 227 20.
Poteſt fieri alienatio de rebus eccleſiæ, pro ſolutione debitorum. 179.10.
Prælati contractus de bonis eccleſiæ cum conſanguineis ſunt ſuſpecti. 445.16.
Prælati ratificatio contractus alienationis rerum eccleſiæ ſi fuit ſine ſolemnitatibus, quæ requiruntur in ipſa alienatione nullus eſt momenti. 450 81.
Prælato male alienantis bona Eccleſiæ competit interdictum retinendæ tam eius nomine, quam nomine eccleſiæ. 444 9.
Prælatus gerit officium Tutoris circa res eccleſiæ. 449 63.
Prælatus male, & iniuſte alienans bona eccleſiaſtica, eo viuente contra eccleſiam non currit præſcriptio, quia quemadmodum ipſe fuit in culpa, & dolo ſuſpicari poteſt, quod labi permiſerit tempus tuendo ſuum contractum. & potius ſubſtinuerit iacturam bonorum Chriſti. 445.13.
Præſcriptio adhoc, vt ceſſit ſufficit per minimum temporis ſpatium abeſſe bonam fidem. 447.34.
Præſcriptio interrumpitur de iure canonico, ex quocunque actu apto inducere malam fidem. 446.23.
Pro poſſeſſione recuperanda quis debet ſibi imputare damnum ex propria culpa prouenient. 444.2.
Pro pratio legitimo bonorum iuriſdictionalium, calculando non attenditur fructus ille pecuniarius ſolus; ſed conſideratur iuriſdictione, & praeminentia dominationis. 448.58
Propter culpam prælati defertur eccleſiæ iuramentum in litem. 157.42.
Punitur clericus male diſpenſans. 153.50.

Q

QVando liceat monachis conducere terras & habere ad firmam. 22 10.
Quando permixtim eſt facta acquiſitio per clericum, iudicis eſt arbitrium quantum de patrimonialibus, de artificio, aut doctrina, & de eccleſiaſticis ſit acquiſitum. 76.32.
Quando ſit ſumendum argumentum à contrario ſenſu. 92.10.
Quando ſit licitum clerico negociari. 143. 45.
Quando relictum clerico, aut parocho intelligitur relictum intuitu eccleſiæ, vel perſonæ. 144.59.
Quando mulier præſumatur acquiſiſſe de bonis ſuis. 151.37.
Quando præſumatur pro eccleſia. eo.18.
Quando rector eccleſiæ præſumitur acquiſiſſe de bonis eccleſiæ 157 47.
Quando legatum factum canonicis, præſumitur factum eccleſiæ, vel ſingulis. 160. 59.
Quando conſtat clericum ante beneficia habuiſſe patrimonium, agens probet. 156. 33.
Quando iudex delegatus poſſit recuſari. 193 20.
Quando de iure canonico, vel ciuili ordinarius poteſt recuſari. eo.21.
Quando eccleſia tenentur ad expenſas litis facta pro ipſa. 172 19.
Quando clericus habet ſatisfacere debita de patrimonio. 175.27.
Quando intelligatur illud, quod eccleſia habent ſufficere clerico, & ſuis. 170.23.
Quando officialis præſumitur acquiſiſſe de bonis reipublicæ. 161.61.
Quando tutor præſumatur acquiſiſſe de bonis pupilli. 161.62.
Quando hæres inſtitutus, occupantis relicta per clericum, incidat in pœnam. 158.44.
Quando Vicarius eccleſiæ, præſumitur acquiſiſſe de bonis eccleſiæ. 158.46.
Quando ſit licitum clerico negociari. 170. 45.
Quando dubitatur, num bona, quæ Prælatus vel alius beneficiarius, cum moritur ſine teſtamento relinquit, ſint acquiſita ex patrimonio, &c. pro ſpolijs habeantur. 355. 14.
Quale ſit peculium aduentitium clericorum 149.2.
Quas expenſas factas per clericum approbet Iudex. 155.17
Quantitas rei facit donum licitum, & illicitum. 41.15.
Quatuor caſus in quibus clericus diſponit de rebus eccleſiæ. 62 8.
Quatuor requiſita ad validitatem contractus emptionis. 32.57.
Quare licentia conceſſa teſtandi per Pœnitentiariam dicatur per viam Iuſtitiæ. 104.2.
Quare in licentia ponitur clauſula parce viuendo acquiſitis. 105.13.
Quare bona eccleſiarum, ſunt diuiſa eccle-

ſijs

Digitized by Google

ſi, i diuerſorum locorum.107.32

Quare bonorum eccleſiæ gubernatio ſit prælatis conceſſa.107 34.

Quare clericus non poteſt locare operam ſuam per totam diem,142 35.

Quæ vagans acquirit monachus, acquirit monaſterio.134.77

Quæ expenſæ deducantur,de fructibus eccleſiæ.54.9.

Quæ interuenire debent in alienatione rerum eccleſiæ 59 1.

Quæ ſint illa, quæ ſeruando ſeruari non poſſunt.60.5.

Quæ dicatur minima,vel modica quantitas. 60 7.

Quæ venatio ſit permiſſa,& interdicta clericis.22.6.

Quæ ſint perſonæ miſerabiles.23.20

Quæ concurrere debent,vt religioſus,& monachus aduocare poſſit.24.27.

Quæ bona defuncti clerici occupet eccleſia, & quæ hæres 155.20.

Quæ ſcientia requiritur in epiſcopo, & alijs inferioribus.164.26

Quæ requiruntur ad ſubſtantiam præſcriptionis.200.12.

Quæ actiones competunt contra inuadentem ſpolia.205.46.

Quæ eccleſiæ hodie gaudent centenaria.208. 64.

Quæcunque acquiſita ex officijs, vadunt ad conſanruineos.44 61.

Quæſita de rebus eccleſiæ,eccleſiæ vendicat. 57.29.

Quæ beneficiarij lucrifaciunt, munera, & officia aliqua obeuntes, vel obſequia præſtantes,in ſpolijs numerentur,an ad hæredes ab inteſtato pertineant 354.12.

Quænam clericorum bona veniant appellatione ſpoliorum.339.1.

Quæ ſunt ſpolia opima,& quæ cruenta.341. 6.

Quæ bona à clericis ex negociatione contra canones acquiſita, ſpolia cenſeantur, & ſi inteſtatus decedat 343.1.

Quænam iure veniant nomine negociationis illicitæ.344.5.

Quæ clericus,monachus,vel religioſus ex ludo ſibi comparauit, an haberi inter ſpolia debeat.345.8.

Quæ bona ex fructibus beneficiorum empta à beneficiarijs minime in ſpolijs computentur.359.7.

Qui ſint perſonaliter, & ſimpliciter beneficiati.49.18.

Qui poteſt teſtari, poteſt codicillari. 106. 21.

Qui & quales ſint mendicantes.126.4.

Qui ſint regulares mendicantes.126 6.

Quicunque poſſideat, præſumptio eſt pro eccleſia.153 3.

Quid ſit adminiſtrationem habere in eccleſiæ.160 53.

Quid ſit diffinitio.2.3.

Quid ſit prælationem habere in eccleſia.160. 54.

Quid importet verbum ſine ſtrepitu.191.6.

Quid importat clauſula ſola facti veritate inſpecta.eo.6.

Quid ſit tranſactio.195.3.

Quid ſit quaſi figura iudicij.183.3.

Quid ſit ſtrepitus iudicii.185.20.

Quid importet clauſa vocatis vocandis.187. 31.

Quid importet clauſula appellatione remota eo.34.

Quid cõtinetur appellatione fructuum.164. 28.

Quid ſit artificium. 27. 37.

Quid ſignificetur illis verbis vel alia Cõtra ſacros Canon. 344.6.

Quid ſit proprie negotiatio 28.38.

Quid ſit mercator. 28 40.

Quid ſit beneficium habens adminiſtrationem 49.13.

Quid ſit luxuria.149. 9.

Quid ſit ſpolium in ſingulari prolatum. 3. 6.

Quid ſit res iudicata 195 33.

Quia ſint ſpolia.200.13.

Quidquid habent clerici, iure tota pauperum.149.10.

Quidquid plus iuſto pretio appedit homo,turpe lucrum eſt.31.50

Quibus modis negociatia licita ſit illicita. 31.51.

Quilibet de populo agere poteſt ad legata ad pias cauſas. 130. 35.

Quilibet laicus poteſt agere pro recuperatione ſpoliorum nomine cameræ.189. 14.

Quilibet præſumitur negociari cauſa cupiditatis, non neceſſitatis. 34.64.

Quilibet præſumitur eſſe talis, qualem habitum portat.220.5.

Quilibet admittitur. 424.74.

Quilibet agit pro iniuria illata cameræ. 234.75.

Quilibet ſtipulari pro camera.427.88.

Quilibet pro camera agit ſine mandato.234. 76.

Quilibet ordinari debet ad beneficium.212. 7.

Quis dicatur honeſte, vel inhoneſte negociari 142 40.

Quis præſumitur talis eſſe,qualem eſſe requirit qualitas beneficii. 220. 3.

Quo

Digitized by Google

Qui & quo titulo à ſpolijs excuſentur, vel illorum includantur obligatione, & 386. 25.

Quid ſi negotiatum ob neceſſitates ſuas vel ſuorum, an hic à ſpolio ſeparari tuto poſſit. 390.4.

Quid ſignificetur illis verbis, vel alias contra ſacros canon. 344.6.

Quot genera clericorum per hanc Pontificiã declarationem à præfata conſtitutione ſint excepta, 345.10.

Qualis ista ſit, & quouſque ſe extendat. 383. 10.

Quo iure ſpolia clericorum Romani Pontifici debeantur. 599.74.

Quod in vno eſt prohibitum, in cæteris videtur permiſſum 47.2.

Quod clericus poſſit alienare de rebus eccleſiæ ſi tantundem de ſuo contulit, intellige ſi contulit ante alienationem. 108.48.

Quod dicitur, quod acquiſita per prælatum, præſumuntur eccleſiæ aquiſita, intellige quando contentio eſt cum eccleſia, ſecus ſi cum alio .16

Quod illicite acquiſita ſpectent ad cameram declarat bulla Pauli IIII 43.112.

Quo in licentia teſtandi apponitur in pios, & non pios vſus 10.15.

Quod in laico eſt aduenticium, in clerico eſt quaſi caſtrenſe. 199 3.

Quod non mutatur ſtare non prohibetur. 181 1.

Quod non eſt ex fide, peccatum eſt. 205.47.

Quodlibet beneficium præſumitur habere reditum pro victu duorum. 214 9

Quomodo intelligatur beneficium ſufficiens clerico. 162.12.

Quomodo iudicetur ſufficientia beneficij. 163.14

Quomodo intelligatur bona fides. 205.48.

Quomodo probetur centenario. 288.65.

Quomodo intelligatur regula, qui poteſt teſtare poteſt codicillari. 1 21.

Quotidianæ diſtributiones acquiruntur clerico 375.28.

Quibus die per quemlibet obtinetur licentia teſtandi pro qualibet ſumma a Papa. 11. 16.

Quid ſi negotiatum per alium, & lucratum ind., an id ſpolio in conſcientia debeatur. 390 5

Qui peccent contra obligationem ſpoliorum. 9.7.

Quæ & quæ per canones prohibita clericis. 391.11.

Quid ſi cui à beneficiario donatum in vltima infirmitate, & dubium, an id cauſa mortis factum. 392.15.

Quid ſi dubitetur an bona relicta ab eccleſiaſtico ſint ex patrimonio, vel redditibus eccleſiaſticis. 375.7.

R

RAtio quare clerici ſeculares, poſſunt neceſſitate inſtante habere res conductas eorum nomine mona. hi vero non. 22.10.

Ratio quare non licet epiſcopis aduocare. 23. 18.

Ratio quare clericus acquiſitum pro miſſis, faciat ſuum. 144 58.

Ratio quare clericus magis poſſit donare, quam legare 79.5.

Ratio quare in rebus eccleſiæ alienandis, non requi ritur ſubſcriptio, niſi in caſibus expreſſis 59.2.

Rector patiens rem eccleſiæ præſcribi, tenetur eccleſiæ, 200. 6.

Reditur annus res immobilis cenſentur. 310. 2.

Redditus futuri beneficiorum pro eccleſia obligatur. 170.11

Regularium alij mendicantes, alij non mendicantes 127 2.

Regularibus mendicantibus habere propria regula prohibet eo 3

Regula fratrum Minorum eſt fundata in arctiſſima paupertate. 128 9.

Regula fratrum minorum non poteſt gloſari. 130.30.

Regulariter non eſt recedendum a verbis teſtatoris. 231.42.

Regulariter currit annus ad faciẽdum ſe promoueri 220.3.

Res empta de pecunia eccleſiæ, acquiritur cameræ nedum dominium, ſed & actio perſonalis. 232 60.

Rei eccleſiæ poſſeſſio nunquam vacat, nec etiam per mortem prælati. 202.26.

Rei venatratio compet it dominium habenti. 31.9.

Rei vendicatio competit eccleſiæ, contra quecunque. 65.21.

Relictum clerico adminiſtratio non habenti, videtur relictum intuitu perſonæ. 150.24.

Relictum intuitu perſonæ, non acquiritur eccleſiæ eo.25.

Relictum eccleſiæ, Deo relictum cenſetur. 202.28.

Religioſus non habens velle neque nolle. 19. 44.

Religoſus profeſſus tria ſubſtantialia prohibetur teſtari, ſecus ſi non profitetur. 8. 18.

Reditus eccleſiaſtici qualiter impendi iure debeant, & 384.12.

Religioſus regulariter non dicitur poſſe habere propria.160 57.
Religioſus clericorum ſocietatis Ieſu inter mendicantes computatur.140 5.
Religioſi non ſuccedunt in illis,quæ non poſſunt pertinere niſi ad hæredes ſanguinis. 132.61.
Religioſi non aduocant,nec procurant. 143. 54.
Remedia tria obtinendi abſolutionem ab obligatione reſtituendi fructus eccleſiaſticos varijs ex cauſis male perceptos. 312. 4.
Remiſſio magna quantitatis à quodam prælato de redditibus Eccleſiaſticis cuiſdam diuiti ſine pietatis,vel paupertatis intuitu facta inualida.317 5.
Remiſſio debiti eſt donatio.317.5.
Reprobatio glo.in c.praſenti,de offic. ordin. quæ diſtinguit inter fructus ſimplicis beneficij, & habentis adminiſtrationem. 15.51.
Requiritur centenaria in rebus vicariorum Rom.eccleſia.206 55.
Res empta de pecunia aliena nomine ſuo, eſt ementis.12.34.
Res quæ proueniunt de fructibus eccleſia, vendi non poſſunt.52 35.
Res eccleſiæ ſunt prælatorum quoad adminiſtrationem, pauperum quoad ſuſtentationem.73.19.
Res de quibus dubitari poteſt,an ſint eccleſiæ occupabit eccleſia.151.39.
Res relicta per clericum non petit eccleſia vt res,ſed vt domina.155.22.
Res eccleſiæ,vel principaliter, vel ſecundario ad Papam ſpectantes, præſcribuntur. 201.17.
Res fiſci tam vacantes, quam denunciatæ præſcribuntur.
Res eccleſiæ non poſſunt præſcribi ſine titulo & bona fide.205.51.
Res eccleſiæ alienantur cum ſolemnitatibus. 207 58.
Reſpectu eccleſiæ,& cameræ, attenditur leuia conditio.230.41.
Res inter in acta,prodeſt cameræ contra regulam.237 97.
Rex poteſt donare de rebus regni moderate. 49.16.
Ronceuallis Prioratus qui are etiam cum cauſa non fuit à domino Franciſco Nauarra ablatus.282.7.
Romani curiales exempti à ſpolijs.14.48.

S

SAcerdos habet ſemper viuere de fructus beneficij.161.1.
Sacerdotes in multis cauſis licite aduocant. 23.19.
Sacræ res & religioſæ, & ſi nullius hominis ſint,quoad verum dominium, vſus tamen earum honeſtus penes aliquem,etiam laicum eſſe poteſt 301.1.
Scientia requiritur ſecundum locum,dignitatem,& ordinem ad quem quis ſumitur. 164.25.
Secundum Abb.licentia teſtandi non datur ſine magna cauſa.108 40.
Secundum canones,omnes profeſſi habent ſeruare,vel regulam ſancti Benedicti, vel S. Auguſtini.132.55.
Sed de ea debet conſtare per plenas, & legitimas probationes præuia cauſa cognitione,ac diſcuſſione iudiciaria.447.45.
Sed via ordinaria agendum eſt nempe rei vendicatione.449.70.
Semper præſumitur pro eccleſia.157.40.
Semel Deo dicatum, non reuertitur ad vſus prophanos.204.41.
Semper præſumitur ignorantia, niſi probetur ſcientia 205.50.
Sententia plures ſequuta in caſibus huiuſmodi, quæ euenerunt in Statu Mediolani. 407.23.
Seruat curia, quod clerici cedunt fructus creditoribus.175.32.
Seruatur conſuetudo, quæ non eſt grauis cameræ 90.3.
Seruitium impenſum prælato,dicitur impenſum eccleſiæ.114.5.
Seruitus eſt contraria naturæ 221.12.
Sex caſus in quibus res empta de pecunia alterius ſit illius cuius eſt pecunia 200.8.
Si ædificas de rebus eccleſiæ in ſolo tuo,ſolum cedit ædificio 57.30.
Si decedat clericus poſt menſem Aug.& ante calen martij fructus anni ſequentis ſunt eccleſia.50.20.
Si prælatus confert res eccleſiæ in conſanguineos,fur eſt.57.31.
Si clericus diſtrahit fructus beneficij,& donat pecuniam amico, valet donatio. 64. 16.
Si monaſterium negligit reuocare vagantē, interim acquiſita per eum non cedunt monaſterio 134.79.
Si res relicta per clericum, ſint in alium translata, competit eccleſiæ, rei vendicatio.155.21.
Si patrimonium eſt ſufficiens ad acquiſita

eccleſia vero non , nec in totum, nec in partem , tunc præſumitur pro barede. 155.26
Si *patrimonium , & eccleſia eſt ſufficiens in totum , vel in partem, tunc acquiſita diuiduntur ſecundum quantitatem vtriuſque.* 10.27.27.
Si *dubium ſit vtrum bona ante,vel poſt ſint acquiſita , defenditur poſſeſſor in poſſeſſione.* 156. 32.
Sine ſcientia mundus regi non poteſt . 163. 20.
Si *clericus nō babet eccleſiam ſufficientem , ſupplet epiſcopus eidem.* 181. 39.
Si *frater obſeruantia tranſeat ad conuentuales , non gaudet priuilegio cōuentualium .* 130 38.
Solum cedit ædificio facto de pecunia cameræ 233.64.
Solutum cameræ etiam ex falſa cauſa , non repetitur. 237. 101.
Solutionis terminus apponitur , & conſideratur per commodo conductoris. 653 44.
Spolia hæc quomodo definiantur. 339. 1.
Spolia clericorum quo iure Papa *ſibi potuerit reſeruare.* 34. 6.
Spolia Clericorum , *an ſint Fiſco* Pont. *debita ante Iudicis ſententiam.* 141. 9.
Spolia Cleric. *nunquid Papæ , prius ſolui debent , quam à* Collectorib. *repetantur .* 342. 10.
Spolia Clericorum , *in quibuſnam prouinciis , & locis ,* Cameræ Apoſt. *tanqua in debita ſoluantur.* 357. 1.
Spolia ſunt res eccléſiæ. 223. 1.
Spolia ſint applicata cameræ ipſo iure. 224.8
Spolia ante ſententiam non poſſunt alienari. 227. 21.
Spolia qui beneficiarii non relinquunt abſtinentes hoc. 444. 5.
Spolia Epiſcoporum Hiſpaniæ *ſoluuntur ſedi Apoſtolicæ.* 303. 4.
Spolia per diſpoſitiones inter viuos , vel vltimas voluntates alio reſpectu quam pietatis , vel paupertatis poſſidentes , Sedi Apoſt. illa reſtituere tenentur. 316. 3.
Spolia poſſidentes etiam per vltimas voluntates , & intuitu pietatis, vel paupertatis ſine priuilegio , vel conſuetudine ad pia teſtandi factas , ad reſtitutionem tenentur. 316. 15.
Spolia non ſunt ſtamna , menſæ , dolia vacua, &c. etiam ex Eccleſiæ reditibus comparata, alio tamen fine, quam ornamenta, & paramenta. 273. 4.
Spolia non ſunt poſt Pii v. extrauag. ornamenta, paramenta, vaſa ſacra, &c. prout ante , & minus ſunt patrimonialia , vel quaſi, ſed applicantur Eccleſiis. 273. 4.
Spolia Eccleſiarum non ſolum Italiæ , ſed & aliarum prouinciarum Papa reſeruare. 288 5.
Spolia poſſunt peti etiamſi conſtitutio ſpoliorum abierit indeſuetudinem. 228. 30.
Spolia poſſunt exigi etiam conditione in ſpecifica forma non adimpleta. 230. 40.
Spolia bene poſſunt præſcribi. 206. 54.
Spolia præſcribuntur centenaria præſcriptione. 207. 59.
Spolia ſunt exuuiæ. 3. 45.
Spolia ſunt bona temporalia. 299. 10.
Spolia non ſunt res ſacræ. 200. 14.
Spolia ſunt de pertinentibus ad Papam *principaliter non ſecundario.* 201. 18.
Spolii definitio quid nominis, & diuiſio. 271. 1.
Spoliis alienatis non agitur reſciſſoria, ſed rei vendicatione. 228. 26.
Spoliorum nomine quæ veniant. 293. 7.
Spoliorum adminiſtratio ſoli Papæ *eſt reſeruata.* 313. 2.
Spoliorum definitio , & partium eludicatio . 272. 2.
Stantibus pluribus inſtrumentis vno tempore factis, præſumptio eſt pro inſtrumentis cameræ 236. 94.
Statutum habilitans ſpurios ad ſucceſſionem an valeat. 336. 5.
Statutum excludens fœminas, non excludit , ſi maſculus ſit de ordine minorum . 128. 12.
Stipendium datur clerico non propter indigentiam, ſed propter ſeruitium. 165. 34.
Stipendia miniſtrorum Eccleſiæ connumerantur inter Eccleſia. 657. 62.
Subtrahens bona eccleſiæ videtur necari pauperes. 108. 45.
Subſtantialia iudicii. 183. 4.
Subſtantialibus iudiciij non poteſt renuntiari. 183. 6.
Succedens in bonis tenetur ad debita. 168.1.
Succedens vel iure inſtitutionis , vel ab inteſtato , licite occupat , quod a camera eſt poſſeſſum. 158. 45.
Succeſſor vniuerſalis,non præſcribit mala fide ſui authoris. 205 . 52.
Sufficit licentiam ſuperuenire monaco poſt conditum teſtamentum 116. 70.
Sunt prius ſoluenda debita , quam beneficia præſtanda. 171. 15.
Superioris iuſta ſeruare tenemur quando ſtit præcepti, & qui illa non ſeruare peccat . 681. 270.
Suppellectilia huiuſmodi indiſtincte præmittuntur hæredibus etiamſi alioqui diuites ſint. 681. 333.

Super-

Superflua non eſt repetitio claritatem augens.310.3.
Suſpicio turpis quæſtus eſt euitanda, tam in vxore,quam in prælato.151.35.
Suum videtur illud, quod poteſt vendicari, 98.5.
Super iactationibus poſſeſſor committens cauſam factis indicat ſe dubitare de iuribus ſuæ poſſeſſionis ſuper iactationibus committens cauſam animus eius influctuat circa titulum quò poſſidet eum aſtimatione mentis,quod non ſit iuſtus. 446. 19.
Super vtilitate exacta in alienatione rerum Eccleſiæ,non ſtatur aſſertioni partium, nec executorum, dum iudicialiter procedat tenebantur.447.44.
Subreptitio inducitur,quando Principi non fuit narratum,id,quod ſi ſciuiſſet.vel gratiam denegaſſet,vel difficilius conceſſiſſet. 449.61.
Solemnitates in alienationibus rerum eccleſiæ præſcribuntur tamquam media ad intentum vtilitatis finem aſſequendum, & ad euitandas damnoſas circumuentiones eccleſiarum.450 76.

T

T*Abellionatus officium vile.25.29.*
Tenere non debent ea, quæ ſiunt contra ius, habent perpetuam prohibitionis cauſam 84.2.
Tertinam penſionum non exacti,exiguntur ab hæred.ab inteſtato 141.31.
Tenet alienatio tutoris, in illis, quæ ſeruari non poſſunt.153.49.
Tenetur clericus reſtituere expenſum de fructibus eccleſiæ, vltra debitum, 173. 22.
Temp us 40.annorum requiritur ad hoc, ut lex ſublata dicatur, quæ ab initio præſumitur vſu recepta.410.273.
Tempus non eſt cauſa emptis, nec priuationis.299.31
Tempus non eſt modus præbendæ poſſeſſionis.203.33.
Tempus finitum, importat canonem latæ. 208 63.
Tempus vitæ Prælati iniuſte alienantis bona eccleſiaſtica ſubducitur in præſcriptione,quia is non videtur Prælatus, & legitimus defenſor quoad illam rerum; & cum dereliquerit ſuam eccleſiam, cenſetur vacare toto illo tempore vitæ.445.15.
Teſtandi facultas de ſpolijs à Iulio 3.Chrîcis in Curia decedentibus facta videtur temperanda.309.3.
Teſtandi facultas non prodeſt, niſi teſtetur is,cui illa facta eſt. 296.6.
Teſtari duabus rationibus impeditur religioſus.290.3.
Teſtari iure nequit beneficiarius de reditibus eccleſiaſticis,ſiue ſimplicis, ſiue curati beneficij,neque ad pia,neque ad profana. 292.5.
Tollitur præſumptio pro eccleſia,ſi probetur patrimonium,induſtria, vel artificium. 156.35.
Tractus ad ludum lucrans, non tenetur reſtituere lucrum.40.91.
Tranſlato monaco ad aliud monaſterium, quando quæſita remaneant ad primum, & quando vadunt ad ſecundum. 135. 8c.
Traditioni rei ſuæ modum quilibet addere poteſt.316.2.
Tres opiniones diuerſæ,penes quem ſit dominium rerum eccleſiæ.107.26.
Triplex diſtinctio præſumptionis, circa bona relicta per clericum.154.9.
Turpia,& illicita lucra ſiſcus aufert. 41. 97.
Tutor præſumitur acquiſiſſe ex propria induſtria,non ex bonis pupilli. 150.20.
Tutor, & prælatus regulariter æquiparantur.eo.21.
Tutus præſcriptione triginta annorum ſoluens repetit. 199.2.

V

V*Ana, & delicatæ expenſæ per clericū non deducuntur de fructibus eccleſiæ. 54.8.*
Valet conſuetudo, quod propinqui ſuccedant clerico ab inteſtato, in rebus per eccleſiam acquiſitis.85.10.
Valet conſuetudo, quod fructus pertineant ad defunctum per aliquod tempus. 86. 16.
Valet conſuetudo, quod canonicus poſſit teſtari de fructibus percipiendis anno ſequenti 86 20.
Valet diſpoſitio, licet non ſit facta mentio de licentia.112.27.
Valet conſuetudo per quam eccleſia acquirit rerum dominium.231 50.
Valet in fauorem cameræ contractus factus furore iracundiæ.eo 52.
Vbi ratio legis reddi poteſt vnica, habetur pro expreſſa 92.12.
Vbi eadem ratio,ibi idem ius ſtatuitur.129. 25.
Vbi non apparet de tempore,& titulo acquiſitionis,præſumitur pro eccleſia.157.43.

*Vel eccleſia, vel hæres poſſideat, tuenda eſt poſſeſſio poſſidenti.*153.2.

Vendere fructus, & locare idem eſt. 52. 34.

*Verba reſcripti ſunt improprianda, vt alteri non præiudicetur, etiam ſi reſcriptum ſit in fauorem piæ cauſæ.*7.12.

Verba reſcripti ſunt potius improprianda, quam intelligenda in præiudicium tertij. 40 94.

Verba bullæ illa, contra ſacros canones, ſunt ſublata per aliam bullam Pij quarti. 41. 100.

Verbum aliquid, demonſtrat modicitatem. 62.9.

*Verba debent aliquid operari.*93.17.

Verba dubia interpretatur ſecundum, quod expedit proferenti 92.13.

*Verbum prolatum à Papa interpretatur ſecundum ius canonicum.*112.35.

*Verba proprie intelligi debent, niſi aliud cōſtet de mente diſponentis.*288.41.

*Verba (volumus) & (decernimus) ius nouum important.*293.7.

Verbum, alias, eſt aduerbium qualitatis, & ibi vide, quod habet plura ſignificata. 38.82.

*Verba in iudicijs interpretantur in fauorem cameræ.*234.80.

*Verba (ſtatuimus) & (decernimus) ius nouum important.*294.2.

*Verbum victus, etiam veſtimenta comprendit.*161.2.

Verbum ſpectare importat principaliter. 201.19.

*Verbum pertinere, & ſpectare eſt vnius ſignificati.*203.34.

*Verbum pertinere, importat dominium, & poſſeſſionem.*eo 35.

Verbum alienationis, continet vſucapionem. 204.38.

Verbum pertinet, importat principaliter. 207,60

Verbum ſpectaſſe, importat canonem latæ. 224.5.

*Verbum præſentis temporis, in dubio eſt canon latæ.*eo.7.

Verbum incurrat, importat pœnam ipſo iure 229.34.

*Vendi, & locari poſſunt oblationes, non autē ius eas capiendi, & quid in eis locandis ſeruandum.*341.8.

*Vide quæ honeſta, & inhoneſta negociationes.*28.42.

*Vide multas circumſtantias, quæ faciunt negociationem illicitam.*32.55.

*Vita hominis eſt prona ad malum.*35.65.

*Vide remiſſiue quomodo & quando illicite acquiſitum reſtituatur.*40.92.

*Vide caſus in quibus illicite acquiſitorum ſit reſtitutio.*41.104.

Vide quid veniat appellatione clericorum. 43.107.

Vide caſus quibus licet vendere carius. 32. 56.

*Vide quando, & in quibus cāſibus prælati diſponat de fructibus eccleſiæ.*52.38.

*Victus melior, & peior datur ſecundum qualitatem perſonæ.*55.14.

*Vide vbi requiratur ſubſcriptio.*59.3.

*Vide tres opiniones diuerſas doctorum, de poteſtate clericorum circa fructus, & res eccleſiæ.*65.19.

Vide an condemnato clerico, poſſit fieri exequutio in fructibus pro victu debitis. 75. 31.

*Vide quid importet dictio.*93.16.

*Vide de clauſulis, quæ ponuntur in licentia teſtandi ſacra Pœnitentiaria.*104.3.

*Videtur verius, quod clericus partem fructuum non conſumptam faciat ſuam, ſi vetatur.*105.10.

Vide quid importet verbum quandocunque. 112.33.

Vide an moniales poſſunt acquirere. 134. 70.

*Vide per quinque caſus, quis ſuccedat clerico poſt fructus a ſolo ſeparatos.*139.17.

Vide conſtit. Iulij ſuper fructibus inexactis. eo.18.

Vide quis ſuccedat in fructibus commendæ. eo.19.

*Vide quis ſuccedat in diſtributionibus quotidianis.*140.21.

*Vide de bonis clerici, quæ vadunt ad hæredes, & quæ vadunt ad eccleſiā.*154.11.

Vide quando adminiſtrator præſumitur acquiſiſſe ex induſtria, & quando ex adminiſtratione 156.31.

*Vide quando legatum factum Titio epiſcopo intelligatur factum contemplatione eccleſiæ, vel perſonæ.*159.52.

Vide de cauſis ſuſpitionum, quæ ſunt. 194. 26.

Vide de effectu tranſactionis 195.32.

Vide de effectu exceptionis compenſationis. 196.37.

Vide de effectu, ac de priuilegijs paupertatis. 211.43.

*Vide quando confeſſus, & conuictus pariſicentur.*228.29.

*Vlla præſcriptio an poſſit valere contra ſpolia Apoſt.*358.3.

*Vna præſumptio elidit aliam.*157.38.

Vnde dicatur verbum ſpolium 2.4.

Vnius rei poſſeſſio penes duos in ſolidum eſſe

non

non poteſt. 203. 28.
Vniuerſalis eccleſia nunquam moritur. 107. 36.
Vſuarius tantum facit ſuum, quantum conſumit 78. 3.
Vſucapio, & præſcriptio ſunt inducta in fauorem publicum. 199. 8.
Vſufructuarius fructus quæſitos ad hæredem tranſmittit. 140. 28.
Vſufructuarius fructus reconditos facit ſuos 153. 53.
Vſus precij, non vſus prædij, & ſtat cum mendicitate. 131. 44.

X

Xyſtus, & alij Pont. concedunt curialibus poſſe diſponere de rebus eccleſiæ. 73. 22.

FINIS.

Digitized by Google

Iterum Imprimatur,
Si videbitur Reuerendiſſ. P. M. Sacri Palatij Apoſtolici.

A. Riualdus Viceſger.

Iterum Imprimatur.

Fr. Raymundus Capiſuecus Mag. & ſoc. Reuerendiſſ. Sacri Apoſt. Palat, Magiſt. Ordin. Prædicator.